CONSILIORVM ALEXANDRI TARTAGNI IMOLENSIS I.C. CELEBERRIMI

Liber Primus.

HABES HIS TYPIS OMNIVM POSTREMIS PRAETER accuratam emendationem, Adnotationes repurgatas & expunctas, quæ nouis opinionibus & hæreticis Orthodoxam Ecclesiam lædebant.

DVO INSVPER HABES ALEXANDRI RESPONSA restituta, vnum, quod est xxxiij. lib. 4. multis ab hinc annis prætermissum. Alterum verò est in vij. libri calce, quod inter consilia Laurentij Calcanei impressum reperitur.

Item Alexandri vitam per Nicolaum Antonium Grauatium I.C. editam.

*Postremò Additamenta doctissima præstantiss. J. C. Marci Antonij Nattæ Astensis hucusque non edita, quæ cum hoc signo * ad quodlibet responsum adscripsimus. Et eo quidem ordine, vt omnia citra laborem inuentu faciliora cognoscas.*

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIS,
Ex Officina Damiani Zenari. M D LXXVIII.

Bibliopola ad Lectorem S.

RESPONSORUM (amantißime Lector) origo antiquißima, inde illud dictum, Apollinis responsa Delphica, quæ vox postmodum ad veteres iuris prudentes declinauit, quorum sententiæ et opiniones Prudentum responsa Iustinianus Imperator appellauit. Deinde longa temporis intercapedine ad iurium interpretes deflexit, interque maximè interest: nam ab illis Iudices recedere non poterant, velut iuris non modicam auctoritatem habentibus: hæc probabilia sunt, cum legis auctoritatem non obtineant, quamuis vbi de communi opinione attestantur, quasi nephas esse videatur in pratica illis in iudicando et consulendo non acquiescere. Hinc appositißimè Cicero de Oratore, Aduocatorum domos ciuitatis Oraculum appellauit, inter quos iuris sapientes varius dicendi stilus animaduertitur. Aliqui enim scolastica methodo scripserunt. Aliqui alium sectati sunt ordinem. Aliqui breuitate vsi, sicut Iurisconsultum decet. Primam laudis sedem in hac breuitate inter multos Stephanus Bertrandus Cartenopensis Gallus obtinet, cuius consilia maximæ sunt auctoritatis: quia ipse fuit in iure consumatißimus, nec praxi & rerum forensium expers, minimè solitus in gratiam consulere, prout nec artificiosis, aut longè accersitis argutijs vtitur, sed per puncta solida rationis & veritatis æquitatem semper præ oculis habens incedit, vt ostendunt eius Consilia in sex tomos digesta. Quanta postmodum fuerit Alexandri Tartagni in responsis dandis auctoritas, quilibet vel mediocriter in iure exercitatus facile nouerit, cuius vitæ laudes ac eximias animi dotes hic prope exaratas habes à non contenendæ doctrinæ Iurisconsulto Nicolao Antonio Grauatio. Habeturq. illius præcipuum encomium, quòd veritatis Pater nuncupari apud posteros meruit. Habuit primitus hæc responsa peregregias additiones, velut totius operis censuram, nunc ab omni labe hac postrema manu, quæ catholici lectoris aures offendere poterat prorsus repurgatas. Accesserunt deinde scolia quædam seu additamenta Marci Antonij Nattæ patritij Astensis, primarij Senatoris in Monteferrato Magistratum gerentis, Iurisconsulti sua tempestate præclarißimi, vt sua in iure responsa, quæ publicè circunferuntur, testantur. de quibus scolijs gratias immensas habere debes Ioannifrancisco GaZollæ, qui cum iure legati à præfatæ fœlicis memoriæ Marco Antonio, eius eulogio consilia Alexandri cum apostillis, summo labore, summa lucubratione, summisq. vigilijs ac summo studio his per eum adiectis accepisset, pro se non retinere, & in angustis (vt aiunt) cancellis constringere, sed tibi communicare placuit, vt eo fœlicius studio & diligentia ipsius Nattæ vtaris, quo alacri animo tibi elargiri studuit.

Quoniam in antecedenti horum consiliorum impressione non suo cuiq. loco hæ apostillæ positæ fuerunt, vel quia non cogitatum, vel quia cum ipsa consilia imprimebantur, cum acceptæ fuerunt. Curaui nunc ego, vt per doctum & eximium virum non mediocris scientiæ Iurisconsultum Gasparem Caballinum, cuiq. responso suo loco interserantur sub asterisco indice, vt hæ à prioribus additionibus dignoscantur. Credo equidem tibi laborem minuisse in euoluendis cartis & locis additionum recognoscendis, cum statim & incunctanter tibi patebit singula responsa lectitando. Illud te admonere non supersedeo, si cupis optatam iuris pertingere metam, hæc tibi familiaria sint responsa, in his inuigiles semper, à quibus, & in forensi trutina, & in sedentaria arte maximum consequeris honorem, si doctus es, doctior his studendo euades. His igitur fruere. & me, vt soles, ama. Vale Venetijs. Idibus Augusti. M D LXXVII.

ALEXANDRI TARTAGNI IVRISPERITISSIMI VITA,

PER NICOLAVM ANTONIVM GRAVATIVM, I. V. CONSVLTVM EDITA.

ALEXANDER Tartagnus nobili & præclaro ex genere, Forocornelio natus, in humanioribus litteris adeò celeriter profecit, cunctis approbantibus mirificam virtutis indolem, eiusq; vim ingenii, quod nec dari melius homini à Deo, nec optari maius à nobis potest, vt vix decimum quartum ætatis annum agens, Bononiam studiorum altricem ad perdiscendas sacratissimas leges concesserit. Quibus multum operæ præbens (laboris nanq; patientissimus erat) breui longè alios condiscipulos præcelluit. Is Ioannem Imolensem [a] ciuem suum audiuit, Ioannem Ananiam [b], & Florianum à sancto Petro [c] Bononienses, Angelum Gambilioneum [d] Aretinum, Paulum Castrensem, [e] & Gasparem Arengerium [f]. Quibus multum admodùm charus fuit atq; iucundus; planè perspicua res videbatur, ac certa spes, eos à tam magno & egregio discipulo gloriam, quæ dulcis est, & laudem consequuturos. Nam, auctore Seneca [g], Si agricolam arbor ad fructum producta delectat, si pastor ex fœtu gregis sui capit voluptatem, quid euenire credendum sit his, qui ingenia educauerunt? Doctoratus insignia [h] anno MCCCCXLV. ætatis verò suæ XXI. Bononiæ, vbi plurimùm insudauerat, magno applausu, assentientibus omnibus consequutus est. Cæterum patria repetita, ocium in legali philosophia consumabat; nec eo loci satis multos annos commoratus est. Nam accitus Bononiam [i] se contulit, vbi ius ciuile interpretando, magnum sibi nomen asciuit, famamq; factis extendit: itaque breui admodùm spatio, eruditorum confessione primas haud dubiè occupauit. Ferrariæ [K] quoque docuit, Papiæ [l], ac Paduæ [m], cuius nobilissimo Gymnasio pluribus annis magna cum laude præfuit. vbi cum Bartholomæo Cæpolla. I. C. Veronensi collega, fuit illi præcedendi causa, non obscura contentio [n]: cùm ipsi Bartholomæo, quanuis ætate superiori, locum dare nollet. Proinde, non iniuria putabat Alexander iuniores senioribus, doctrina tamen præstantiores, præferendos esse. [o] Quo sanè tempore Angelus Vbaldus Angeli senioris nepos, Alexander Neuus, Angelus Castrensis Pauli filius, Ioannes Baptista Rosellus, & Ioannes Baptista à Sancto Blasio sacra iura & ipsi profitentes, Patauinam Academiam [p] ornabant. Postremò magnis propositis præmiis Bononiam iterum contendit, (existimabant enim cuncti eam demum ciuitatem beatam esse, quam Alexander sua præsentia decoraret) vbi Andrea Barbatio I.C. præclarissimo concurrente, vt cum vulgo loquar, donec vitam egit, professus est, totoq; notus orbe maximis semper fulxit honoribus. Et tantum sibi in hac scientia neruorum comparauit, vt innumeri scholares vndiq; ab extremis etiam oris in ipsius scholis ad eum audiendum conuenirent. Etenim fœcundissimus erat, & vsq; adeò iurium ac testimoniorum vbertate, vel auctorum vtebatur, vt velut parturiens ab ore copiam habere videretur. Apertus erat in dicendo, & in disputationibus insuperabilis, qui non tam subtilitatem, quàm veritatem inquirebat. Et quod magnum est & mirabile, difficiles res & obscuras, ipsoq; Labyrintho inflexiores sic aperiebat, quod dilucidius nemo omnium desiderare poterat. Iure igitur optimo subtilissimus Franciscus Accoltus Aretinus (vt fama percrebuit) Alexandrum Doctorem Chriseum, idest aureum, appellabat. Et eo nominis splendore facundissimus Iason Mainus, [q] & Clarissimus Franciscus Curtius senior [r] decorauerunt. quem & Doctorem insuper veridicum & illustrem dixere. Et celeberrimum fuisse, doctissimus Ioannes Baptista Caccialuppus fatetur. [s] Et Felinus ille Sandeus incomparabilis doctrinæ Iurisconsultus lucernam ardentem [t] cathedris iuris ciuilis, nouumq; [v] luminare Alexandrum esse memoriæ prodidit. Et solennissimum modernum nuncupauit, vt eius verbis vtar, Petrus Philippus Corneus [x] magni vir ingenii. Et excellentissimum inter neotericos eruditus Pantaleo [y] Calderius. Et omnium iudicio in hac nostra iuris prudentia summum doctorem esse, candidum addidit calculum Andreas Tiraquellus [z] in omni doctrinæ genere exquisitè versatus. Et celebrem, suorumq; temporum principem vocauit argutus Rodericus [a] Suarez. Et elegans Catellianus Cotta [b] multis encomiis illum prosequutus est, nec non Ioannes Neuizanus [c] prodigiosus (vt ita dicam) scriptorum coaceruator. Sed quoniam vereor, ne in recensendis his, qui Alexandri doctrinam admirati sunt, atque illum ad cœlestes extulere plagas (cùm ferè omnes fuerint) fastidium afferam; idcirco reliquos silentio percurrere visum fuit. Verùm ego te felicem ò Alexander, inter tot indita nomina vocabo, multorum sapientum linguis, grauibusque testimoniis probatum. nam ea est profectò

a Ioãnes Fichardus in vitis Iurisconsultorum.
b Alex. ipse respon so 26.nu.4.& 178. nu.11.lib.7.
c Catell. Cotta in memoral.titu.De iurisperitis
d Alex. respõ. 173. in prin. lib 7.
e Alex. in additionib.ad Bar. in l. 1. C de sac. san eccl. in verbo volũtas captatoria.
f Hippol. Marsi. in praxi. § Opportunè nu 40.
g Epist 34.
h In libro secretorũ almi Collegij Bononien. & supplemento Chronicorum Iacobi Philippi Bergomatis, Eremitanæ familiæ S. August.
i Alex respon. 7 & 79. ad finem lib. 6. & alibi sæpæ.
K Alex resp. 79. ad fi lib 5 & ad l. primam nu. 12. ff qđ quisq. iur.
l Mantua in Epito. virorum illust.
m Alex respõ 169. nu. 3. li. 5. & in addit. ad Bar. ad l. 1. ff. de iu. aur annu.
n Fel ad rub. de ma io. & obe. nu 3. & Io Ficha. vbi sup.
o Accursius in §. ordinatione. uer. tẽpus, in auctẽn. de Monach. vbi Ange. Alex. & cæteri ad l. cũ quid. ff. si cer. pet. Fely. loco paulò ante citato.
p Lib. secretorũ venerandi. Collegij Patauini
q Respons. 61. nu. 5. lib. 1.
r Respon. 12. col 2. & 65. col. pen.
s In prælectione ad l. 1. colũ. 31. C. de sum. Tri.
t In commentarijs ad c 2 num. 32 de rescrip.
v In c. Rodulphus. nu 23 ver. vlt. eo. titu
x Respon. 189 num. 5 lib. 4
y In legem secundam col. 11. ff. de rescin. ven.
z In l. si vnquam in verb susceperit liberos. nu 72 C de reuo. don.
a A l l. quoniam in prioribus, pagina 247. nu. 3 C de in. off. test. & in procemium fori. nu. 18. pag. 339
b Loco citato. De Iurisperitis.
c In sylu. nup. lib. 5. titu. Quomodo iudic. nu. 26.

eſt profectò maxima laus, quæ à laudatis viris proficiſcitur: & ab his pręſertim, qui eadem vigerent ętate, quales Franciſcus Accoltus, & Petrus Philippus Corneus fuerunt, qui & ipſi tum Piſis tum Peruſio ſummum locum in docendo tenebant. Si quidem ſolent homines maximè paribus inuidere, vt laudatiſſimus Cicero [a] ſcribit, & atrum effundere virus, quemadmodum ingenioſus Ouidius [b] his carminibus explicauit:

a 3. de Orat.
b Lib. 2. Metamor.
c Lib. 2. de remed. amoris.

„ *Nuſquam recta acies, liuent rubigine dentes,*
„ *Pectora felle virent, lingua eſt ſuffulta veneno.*

Et alibi [c]

„ *Ingenium magni liuor detractat Homeri.*

Quamobrem nemo dubius eſt, Alexandri famam vigere memoria ſeculorum omnium, quàm poſteritas ſic alet, vt ipſum etiam tempus edax rerum officere nunquam poſſit, aut delere. Claruit autem ipſe ſub Pio Secundo, & Sixto Quarto Pontificibus Maximis, & Federico Imperatore eius nominis Tertio, Anno MCCCCLX, & MCCCCLXXVII. Statura fuit nec procera nec breui, & gracili potius, quàm craſſo corpore; facie aliquantulum longa, iucunda & amabili, oculis nigris, ac naſo aquilino, grauis in ſermone, grauis & in ipſo inceſſu. Caputium in capite ſemper geſtare per quàm ſibi placuit, ſiue tornatile, vt vulgi more loquar, ac tonſam habere barbam. Optimis fuit moribus, & omni elegantia, ſuauitateque ſanè pręditus. qui mirificè ſtudio litterarum diuinarum delectatus eſt, muſica etiam, & quandoq. venatione feriarum tempore. Diuitiis affluxit, & auaritiam, qua nil fœdius, ſemper fugiendam duxit. Non ab re ſi peculiare fuerit illi (vt fama iactatum eſt) hoc dicterium: LEGIBVS VACAVI, VT SCIREM, NON VT EAS VENDEREM. Vxorem habuit, ex qua ſex genuit filios, tres mares, Antonium, Carolum, & Camillum; & totidem fœminas, Lucretiam, Lauram & N. Antonius Iuriſconſultus extitit, ſed ob corporis malam valetudinem, medicis citò mortem promittentibus niſi ſtudia intermitteret, ea, licèt ægrè, linquere coactus fuit. Carolus vxorem duxit filiam Comitis Tiberii Maluetii Clariſſimi viri Bononienſis: Camillus autem filiam Laurentii Heronis nobilis Florentini. Laura Bonifacio Elephantucio I. C. nupta fuit, & N. Virgineo Magnano, ambobus Bononienſibus, & ſummo loco natis. Verùm, illud inter cætera prætereundum eſſe minimè decreui, quòd apud me Alexandri extat imago ad viuum expreſſa; quam nobiliſſimi & ornatiſſimi viri Annibal Tartagnus & Camillus pronepotes miſerunt. à quibus etiam multis de rebus ad noſtrum inſtitutum pertinentibus certior factus ſum. Et poſteriore parte ſimulacri ſignum hoc eſt, aut toreuma: Mons Parnaſus, vbi Mercurius Caduceum læua manu tenens, dextraq; collum ſerpentis, in quo inſidet, cum hoc titulo cernitur: VIGILANTIA FLORVI. Feruntur & Alexandri pulcherrima, laudatiſſimaque monumenta in Pandectas, & Iuſtinianeum Codicem, lippis (quod aiunt) ac tonſoribus nota. Acceſſiones etiam ad Bartholi, Baldique commentaria; verùm dote maiore ea Bartholi locupletauit & ornauit, quem ex omnibus maximè amplexus eſt, & in ſummo ſemper habuit honore. Cæterùm, ſi Roderico Suarez [d] credimus, pleraque in Bartholi additamentis prauè citantur amanuenſium vitio, vt rectè ait, nõ autem Alexandri, qui veriſſimè auctores ſemper aduocare ſolet: quamobrem illis non multùm fidendum, ſed auctores citatos petendos eſſe admoneo. Sed porrò eſt, quòd animaduertatur, multa eſſe additamenta ſpuria, falſeque Alexandro adſcripta, vt ex ſtylo his etiam liquet, qui à primo limine ipſum ſalutauere. Item celebratiſſima huius extant Reſponſa in ſeptem diſtincta volumina (Conſilia vulgo appellantur) vſque ad ſydera nota, quæ diuina penè ſunt, ſic, vt ſacros Tripodes (vt cum Ethnicis loquar) edocuiſſe, aut reſpondiſſe probè contendas. Nempè his doctrina excellentiores libros perſcrutari nequaquam poſſe, omnium teſtimonio firmatum eſt. Profectò nihil in foro contingere, quod in ipſis non fuerit deciſum, excogitari, poteſt, quodque præ oculis explicatio non ſtatim tibi occurrat. nam latus eſt campus & frugifer, in quo nil ieiunè tractatum inuenies, aut frigidè, ſed ab imo ad ſummum præclarè omnia ſic diſputata, & confirmata, vt Alexandro duce ſecundiſſimè curſum tenebis, ac cuncta in vado eſſe cognoſces. Verè igitur Andreas Alciatus Iuriſperitorum eloquentiſſimu s de eo prędicauit, [e] cùm dixit:

d Ad legem poſt rē iudicatā, cap. Viſum eſt. num. 11. pag. 672. ff. de re iudi.

e Lib. 2. Parerg. iuris, cap. 42.

„ *Opinionum tutius Symplegadas*
„ *Superabis Alexandro duce.*

Et Philippus Decius Iuriſperitus eminentiſſimus, qui nefas eſſe a rbitratus eſt [f] ab Alexandri reſponſis, ne quidem latum vnguem recedere, ſi contradicentem non habeat, cùm ſummo, illuſtrique loco ſit eius auctoritas, ac ſatis apud omnes ponderis habeat, vt Iouis ſuffragium prouerbiali ſchemate rectè dici poſſit, Et nimirum, quoniam ipſe veritatem ſummopere amplexus eſt, pro qua non ſecus ac pro muro pugnabat. Enimuerò fuit proprium Alexandri veritatem quærere, & omnium etiam erit, tanti viri veſtigia ſequentium, ſi nil pecuniarum gratia egerint, ſi iniuſtitiam fugerint, ſi non ſpe alliciantur, aut præmio, ſi non gratia flectantur, auctoritateve frangantur, ſed rectum animum habentes, vt hæc omnia ipſe faciebat, ſtateram tranſiliendam non eſſe putarent. Quam ob cauſam iure & merito Doctorem veritatis Lancelotus Galliaula, [g] Iaſon Mainus, [h] Franciſcus Curtius Secundus, [i] & Hieronymus Cagnolus [k] appellabant; nec alio epitheto præclara eruditione, atque doctrina I. C. Marcellus Beringutius Senenſis præceptor meus Alexandrum nuncupare ſolebat. O pulcher, & inſigni s titulus, tanto cæteris ſanè præſtantior,

f Reſpon. 61. nu. 2.
g In l. Centurio. col. 8 ff. de vul. & pu.
h Eo qu d citat in mu reſpõ. 61. nu. 5. lib. 1.
i Reſpon. 139. nu. 1c.
k In l. ſi qua illuſtris. nu 46. C. ad S. C. Orfic.

tior, quanto veritas ipsa omnibus, quæ sub cœlo sunt, excellentior est, atque præstantior. Nec Alexander cognomento magnus iure gloriari magis posset, quàm noster Alexander cognomine veridicus. Sed quorsum attinet huius diuini hominis laudes commemorare, cùm parui referat Alexandrum ne, aut virtutem laudem. Commentaria in titulum de actionibus, lib. 4. Institutionum Iustiniani, quæ auctore Iasone Maino circunferuntur, plerique Alexandri fuisse contendunt, inter quos Ludouicus Gomesius, [a] & Additionator ad Philippi Decii consulta. [b] quod argumentum pręstat, si eis credimus, scribendi stylus, dicendi vbertus; præsertim, quòd Alexander ipse titulum illum explanasse fatetur. [c] Verùm opinionem hanc confirmare fluctuat animus: nam pro Iasone multa succurrunt, quia ipse locupletissimus fuit interpres & clarissimus, nec diuersa est phrasis, si scriptiones eius æquilibrio pendamus. Accedat hominum fama, quoddam multitudinis testimonium, vt Cicero extra omnem ingenii aleam positus [d] autumat. Cæterum, quantùm auguror coniectura, mihi persuadeo ad manus Iasonis, lucubrationes Alexandri præceptoris peruenisse, quas tandem sic auxisse & amplificasse, vt vix Lynceus discernere possit; cùm facile sit inuentis addere, vt tritum est sermone prouerbium. Fertur & Alexandrum librum Regularum edidisse, cum suis (quod aiunt) fallentiis, à doctis desideratum; necnon sextum Decretalium librum ac Clementinas epistolas, si Ioanni Abbati Spanhemensis [e] fides adhibenda est, commentariis illustrasse. Verùm errore Ioannem hunc lapsum fuisse, rectè Thomas Diplouatatius animaduertit, cùm illa alterius sint, Alexandri scilicèt Antellæ I. C. Florentini. Pietatem maximopere colebat noster Alexander, interq; cætera pietatis officia, & illud obseruabat, quòd aduersus reos in iudicium capitis vocatos, nequaquam consulebat [f]. Hic publicè annis ferè XXX. docuit, ex cuius Academia tanquam ex equo Troiano innumeri propè discipuli prodierunt. Horum ex caterua, vt multos silentio inuoluam, memorabiles fuere Bartholomæus Socinus [g] Senensis, Iason Mainus [h] Lancelotus Decius [i] Mediolanenses, Ioannes Marius Riminaldus [K] Ferrariensis, & Ludouicus Bolognìnus [l] Bononiensis. Statua marmoreo ex lapide à suis Forocorneliensibus honoratus est in Prætorio posita; egregium sanè factum, quoniam, nedum patriæ splendorem & ornamentum affert, sed ad excolendos animos mirum in modum iuuentutem excitat. quanquam illi fuerit etiam data ciuitas à Bononiensibus, vt de tam summo viro & clarissimo ciue possint & ipsi lætari atque gloriari. Mors hominem inuasit Millesimo Quadringentesimo septuagesimo septimo, cùm decies quinque supra tres vixisset annos, non sine litteratorum omnium maxima iactura: multo plus etenim profuisset, nisi naturæ communis fragilitas celeriore cursu illum rapuisset. Sed quid mortem commemorem, cùm is memoria hominum sempiterna viuet? Nam, vt Oratius ait, [m]

„ *Dignum laude virum Musa vetat mori:*
„ *Cælo Musa beat.*

Sepultus est Bononiæ in æde Sancti Dominici, loco celebri propè aram maiorem, vbi monumentum eius elatum candido ex marmore operosè structum, cum hac inscriptione cernitur:

a Insti. de actio. in princ. rubricæ.
b Respon. 62.
c Ad l. Neratius, in additamentis ad Bartol. ff. de peti. hæ. e. & alibi, vt per Gomes. proximè citato loco.
d Orat. pro Sest.
e Lib. de scriptorib. ecclesiasticis, fo. 184.
f Alex. respon. 19. rum 13. & 188. in prin. lib. 7.
g Alex. resp. 17. lib. 5. & 27. li. 7. vtrobiq. in prin. soc. in l. certi conditio. col. 1. ff. si certum pet.
h Ias. citato respō. 42. nu. 3. & Instit. de act. in prin.
i Idem Lancell. in l. omnes pop. colum. 4. & 5. ff. de iusti. & iu. & alibi sæpe.
K Alex. respon. 80. in ipsius vestibulo, lib. 5. & 145. lib. 7.
l Ludo. ipse in repertorio ad respōsa Alex. lib. 5. in primordio.
m Ode 8. lib. 4.

ALEXANDRO TARTAGNO
IMOLENSI

LEGVM VERISSIMO AC FIDISSIMO
INTERPRETI. Q. V. AN. LIII.

FILII PIENTISS. P. OPT. B. M. POS. OBIIT
ANNO M. CCCCLXXVII.

Et nos hoc recens epitaphium in eundem egimus.

„ *Terra vale, & Tartagni suscipe corpus auara,*
„ *Spiritus est summo redditus ipse Deo.*
„ *Cæsarei excellens fuerat, qui gloria iuris,*
„ *Hei, nunc perduro clauditur hoc lapide.*

Hæc

Hæc ex multorum monumentis collegimus quæ ad Alexandri vitam pertinere visum fuit. verùm maiorem lucem citò proferendam esse nequaquàm ambiguimus. Nam Guidus Pancirolus Regii decus, Academiæque Patauinæ splendor, omnibus numeris Iurisperitus perfectus & absolutus vitas Iurisconsultorum quamprimm in manus hominum dabit; maturus est iam partus. Et Hieronymus Magius Iurisconsultus Anglarensis præstantissimus, ac diui Marci Eques, hoc etiam argumenti genus scriptis persequi orsus est; operique suo, De Imaginibus I. C. titulum indidit. Deus igitur Opt. Max. cœpta secundet, & vterque bonis auibus expetitum videat finem.

INDEX OMNIVM PRINCIPIORVM

Alexandri Imolensis Consiliorum ordine alphabetico Digestus.

Circa

Quoniam

Videtur

Viso

Viso

Repertorium Consiliorum.

F I N I S.

CONSILIA SEV RESPONSA CLARISSIMI ET PRAESTANTISSIMI IVRECONS. Alexandri Tartagni Imolensis.

QVAE NON VT ANTEA PLVRIMIS FAEDATA mendis, sed acri studio emendata, atque omni, quantum licuit ex parte expolita emisimus.

NVNC RECENS IN STVDIOSORVM ET IVRISCONSVLTORVM omnium gratiam & vtilitatem edita, feliciter inchoantur.

Liber Primus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis sublato priore gradu, admittitur sequens.*
2 *Substitutio compendiosa continet vulgarē. limita. n. 15. & 16.*
3 *Substitutio compendiosa de vno casu ad similem extenditur.*
4 *Appellatione filiorum veniunt nepotes contra. nu. 12.*
5 *Qualitas refert an iungatur verbo dispositiuo, vel executiuo.*
6 *Hæres, verbum, intelligitur de hærede per aditionem.*
7 *Substitutio merè fideicommissaria non continet vulgarem.*
8 *Testamentum potest accipere vires à tacita vulgari.*
9 *Substitutio nunquam debet extendi ad alium casum, quando per hoc plus faueretur minus dilecto.*
10 *Substitutio inutilis non facit aliam vtilem.*
11 *Substitutio concepta in vnum casum, an extendatur ad alium.*
13 *Alienare filijs prohibitis, non sunt prohibiti nepotes.*
14 *Verborum à propria significatione non est recedendum. nu. 17.*

EPITOME.

TESTATOR instituit Raymundū filiū suum, & posthumum ex vxore pręgnante, cui posthumo substituit dictum Raymundū vulgariter, pupillariter, & per fideicōmissum: & si contingeret do. Raymundum eius filium & hęredē seruantem legē testamenti decedere quandocunque sine filijs masculis, vel filios eius sine filijs, vel descendentibus masculis, tunc substituit sibi, & d. Raymundo, seu vltimo filio, vel descendenti masculo ex eo Antonium Spaciforam nepotem suū. Et si contingeret dictum Antonium Spaciforam succedere do. Raymundo, ipso casu adueniente, & decedente do. Anto. sine filijs masculis substituit sibi testatori & d. Ant. Spaciforæ Bernardum si extaret, & eo nō extante filios Bernardi, illis non extantib. Thomasiū, & eo non viuente, substituit postremò Antonium de Baresio testatoris nepotem, & eius filios masculos. Accidit ꝙ Raymundus filius prædecessit viuo patre, nec natus est posthumus. Decesserunt etiā Spacifora, Bernardus, & Thomasius non relictis liberis. Anto. verò Baresius cū filijs decessit relictis ex eis nepotibus, qui vēdicant bona testatoris tanꝗ substituti. Decidit Alec. eos non esse audiendos, sed locum esse successioni ab intestato. Quia excepta prima substitutione, quæ viuo testatore defecit: oēs reliquæ substitutiones sunt fideicommissariæ sub conditionibus quæ defecerunt. Idem in hac eadem specie, fusius & clarius consuluit Philip. Corn. consi. 192. in præsenti. lib. 2.

CONSILIVM I.

In hoc eodē casu consuluit Cor. consi. 199. li. 1. M. A. Natta.

CHristi nomine inuocato. Perspectis verbis testamenti magnifici Comitis Henrici Rubei: & his quæ in themate narrantur: Videtur prima consideratione dicendum, locum esse substitutioni factæ de filijs Antonij Baresij, & illius substitutiones vigore vocari nepotes prædicti Antonij Baresij, maximè ex infrà scriptis. ¶ † Et primò per illud quod habetur in l. quandiu, la vltima, in versiculo is autem. ff. de acquirenda hæredita. vbi si Titius in primo gradu fuerit institutus, & sibi secundo gradu fuerit substitutus Sempronius: & Sempronio fuerit tertio gradu substitutus Cornelius: & antequam eueniret casus substitutionis factæ Titio primo hæredi, decesserit Sempronius secundo gradu substitutus: tamen postea eueniente casu substitutionis factæ Titio primo hæredi, poterit ei ex substitutione succedere Cornelius tertio gradu substitutus. ¶ Ad idem text. in lege cohæredi. in principio & quod ibi not. Bartolus ff. de vulgar. & pupilla. & ideo per dictam legem legem quandiu, dicit Bartol. ibi quem Bald. Angel. & Modern. [a] ibi sequuntur, quòd si testator filium impuberem hæredem instituit, & ei pupillariter substituit Titium, & quandocunque decesserit, ei substituit Sempronium; & contingat quòd Titius ante pupillum moriatur, & postea decedat pupillus, quòd Sempronius poterit perempto primo gradu substitutionis admitti. Pro hoc etiam adducit quòd Sempronius fuerit substitutus Titio † compendiosè, quæ substitutio continet vulgarem, vt concludunt omnes in l. Centurio. ff. de vulgari & pupillari. & in l. precibus. C. de impuberis & alijs substitu. vnde testator videtur dictum Titium substituisse: & si Titius hæres non esset, videtur Sempronium substituisse, & sic substitutio facta Sempronio videtur quò ad Titium esse vulgaris, & quò ad filium impuberem fuisse pupillaris: & subdit Barto. quòd si prima substitutio fuisset pupillaris, & secunda fuisset merè fideicommissaria, tunc secunda substitutio non potest habere effectum, nisi ille primus substitutus, cui facta esset secunda substitutio, admissus esset ex prima. l. apud Iul. §. idem Iulia. & lege ita tamen. §. qui suspectum. ad treb. sed si prima & secunda fideicommissaria fuisset, tunc licèt primum fideicōmissum deficiat, vt quia prædecedat primus fideicōmissarius, remanet primum fideicommissum apud ipsum hæredem testatoris fideicommittentis cū onere tamen secundi fideicommissi: & sic debebit per hæredem restitui secundo fideicommissario. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. toll. & ita etiā consuluit Bar. in consi. incipiente, Quidam nomine Meuius &c. ¶ Modò ad propositum testamenti de quo agitur post institutionem vniuersalem factam posthumo, fuit facta prima substitutio vulgaris & pupillaris & etiam compendiosa, si bene inspiciantur verba testamenti. Nam inquantū substituit Raymundum si contingeret vxorem esse non prægnantē, vel esse prægnantem, & partum in lucem non peruenire: hic dicitur esse vnum caput substitutionis vulgaris, scilicet si hæres institutus non poterit esse hæres. l. fina. C. de institutio. & substitutio. sub condic. fac. & ibi not. Barto. & docto. in lege qui ventri, secundum primam lectu. ff. de ven. inspi. facit. l. cum proponas.

propónas. C.de hære.inſtit.l.ſi paterſa.ff.eó.tit.Inquantum autẽ teſtator vocauit ſubſtitutum in caſu quo poſthumus peruenerit in lucẽ,& in pupillari ætate decederet, fuit pupillaris expreſſa: vt d.l.precibus.& quod ibi no.glo.magna in fi.Item inquantum poſtea teſtator ſubiunxit hæc verba : ſcilicet poſtea quandocunque filijs legitimis & naturalibus de ſuo corpore non relictis &c. fuit cõpendioſa.d.l.Cẽturio.& l.precibus.& c.Ray.de teſt.& c.ſi pater.eo.ti.li.6. Secunda verò ſubſtitutio quãtũ ad propoſitum de quo quæritur, fuit facta dicto Ray.quia voluit ꝙ ſi contingeret dictum Ray.eius filium hæredem ſeruantem legẽ teſtamenti decedere quandocunq;, tunc nobilis Anto. Spacifora nepos dicti teſtatoris eſſet ſubſtitutus dicto teſtatori,& dicto Rayn.in bonis in qbus dictus Raymundus fuerat ſubſtitutus dicto poſthumo. Tertiam deinde facit ſubſtitutionem, volens ꝙ ſi contingeret dictum Anto.Spacifo. ſuccedere prædicto Ray.ipſo caſu adueniente, & decedente dicto Ant. Spacifora ſine filijs maſculis, ſubſtituit ſibi teſtatori, & dicto Anto. Spaciforæ Bernardum ſi extaret, & eo non extante filios Bernardi, & illis non extantibus Thomaſium : & eo non viuente vocauit, ſeu ſubſtituit poſtremò dictum magriſtrum Anton. de Bareſio eius teſtatoris nepotem, & eius filios maſculos legitimos & naturales deſcendentes ex dicto Anto.de Bareſio . Quamuis ergo prima ſubſtitutio facta poſthu.non habeat effectum in perſona Ray. primo ſubſtituti: quia prędeceſſit viuo teſtatore: tamen aut dicimus quòd Anton. Spacifora ſubſtitutus in ſecunda ſubſtitutione compendioſa comprehendente vulgarem, vt dictum eſt, ſucceſſit in eo in quo erat ſubſtitutus Raymundus poſthumo, vulgariter per d.l.quamdiu.verſicu.is autem.& quod ibi no. Barto. attentò quòd in poſthumo euenit caſus ſubſtitutionis vulgaris: quia nullus poſthumus peruenit in lucem : & tunc nihil eſt quod obſtare videatur dictis nepotibus Anto. Bareſij, quominus ex ſubſtitutione admittãtur, attento quòd tempore mortis Antonij Spaciforæ decedentis ſine filijs maſculis, non extabat Bernardus nec Thomaſius, nec filius alicuius eorum : & ſic euenit caſus tertiæ ſeu vltimæ ſubſtitutionis . Nec obſtat quod dicta tertia,& vltima ſubſtitutio videatur facta in caſu, quo contingeret Anto. Spaciforam ſuccedere Rayn. quia dico quòd teſtator in dicta ſubſtitutione accepit. Anto. Spaciforam ſuccedere Ray.quamuis Anto. Spacifora veniret prout venit in locum, in quo vocatus fuerat à teſtatore. d. Ray.non autem accepit quòd Anton. Spacifora ſit heres dicti Ray.quia etiam quando contigiſſet quòd Ray. deceſſiſſet ſine liberis mortuo teſtatore, & agnita per ipſum Ray. portione ſibi delata ex ſubſtitutione vulgari: tamen non diceretur Antonius Spacifora eſſe hæres.d.Ray.nec ſibi propriè ſuccedere: quia per ſubſtitutionem compendioſam poſt tempus pupil.ætatis, ſeu per ſubſtitutionem fideicommiſſariam comprehenſam in compendioſa facta Ray. non ſuccedit dicto Ray.ſed teſtatori.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulga.& pupil.l.ſancimus.§.cum autem. C. ad Trebell. l.vnum ex familia. ff. de lega.2. not. Bartol.in l.Mar.§.quidam liberis. ff. ad tre.vnde accipitur in d.teſtamento, Anto.Spaciforam ſuccedere Rav. quandocunque contingat Anton.Spaciforæ apertum eſſe locum, ad quem teſtator vocabat Rayn. ſicut in ſimili accipitur in l.hæreditas.§.qui filium.ff.de teſt. tutel. ad hoc accedit quòd d. ſubſtituti compendioſa facta
3 Rayn. † cum dicatur comprehendere vulgarem ſecundum communem concluſionem, vt dixi, dato quòd intelligeretur facta in vnum caſum, ſcilicet quãdo decederet Ray.poſt mortem teſtatoris, debet extendi ad alium ſibi ſimilem , ſcilicet quando decederet viuo teſtatore. l. Gallus. §. & quid ſi tantum.ff.de lib. & poſthum.& ibi Bart.in l.fin.& ibi docto.C. de inſtitut. & ſubſtitu. ſub condi. fac. & Guil. de Cu. in d.l. precibus. & Bartol. & alij in dicta lege prima.ff.de vulga. & pupilla.& in dicta lege ſeptima quæſtione princip.& Bartol. in lege tertia. C. de hæredi.inſti.cum ſimi.aut dicimus quòd Antonius Spacifora non debuit ſuccedere in eo in quo erat ſubſtitutus Rayn. quaſi non videatur eueniſſe caſus ſubſtitutionis, ad quam vocatus fuerat à teſtatore Antonius Spacifora, qui quidem videbatur vocatus quando Ray. eſſet hæres: & ſeruans legem teſtatoris, aliàs teſtamenti, vt ſonant verba ſubſtitutionis factæ Rayn. & tunc adhuc videtur quod cum fuerat perempta prima ſubſtitutio facta poſthumo de Rayn. etiam fuerat perempta ſubſtitutio ſecunda Raymund. de Antonio Spacifora debet habere locum tertia & vltima ſubſtitutio facta de Antonio. Bareſio & eius filijs per eandem.l.quãdiu.cum ibi nota.per doctor.quare ſicut ibi perempta prima ſubſtitutione facta hæredi, ſeu filio impuberi ſcripto in primo gradu, admittitur ille qui erat vltimo ſubſtitutus primo ſubſtituto : ita pari ratione perempta prima, & demum ſecunda ſubſtitutione debet admitti ſubſtitutus in tertia : quia eadem ratio facit.l.poteſt.ff.de vulgari & pupillari & inſtitu. de vulgari & pupillari ſubſtitu.in princi.& ſic in omnẽ euentum videtis quòd debeant vocari dicti deſcendentes Anton. Bareſij. ¶Nec obſt. ſi diceretur quòd filij Anton. de Bareſio fuerunt ſubſtituti Thomaſio per fideicommiſ.& quòd Thomaſius non fuit hæres: & ſic deficit caſus fideicommiſſi in pſona filiorum Anton. Bareſij : quia reſpondetur, quòd imò filij Anton. Bareſij fuerunt ſubſtituti Anton. Spaciforæ, ſi non extarent Bernardus aut eius filij vel Thomaſius, vt patet ex verbis teſtamenti . ¶ Ad hoc facit, quia ſubſtitutiò compendioſa facta alicui poſt mortem, habet locum etiam ſi ille cui facta eſt ſubſtitutio viuo teſtatore decedat, vt declarat Bartol.in dicta l.Centurio. in verſicu. Quæro vtrum ſubſtitutio compendioſè facta &cæt.& omnes ſequuntur ibi in dicta lege precibus, & in dicto capitu.Ray. per legem tertiam. in princip.ff.de adi.le.& lege hæc conditio filiæ. §. finali.ff. de condition.& demonſtra.& lege vnica. §. pro ſecundo.C.
4 de ca. tol. ¶ † Nec obſtare videtur quòd ſubſtituti fuerint filij Anton.Bareſij, & nulla fuerit facta mentio de nepotibus: quia poteſt reſponderi quòd in diſpoſitione teſtatoris facta
b fauore filiorum,& alteri non oneroſa veniunt nepotes [b] l.Lucius.la ſecunda,& ibi Bartol.ff.de hæred. & inſtitu. & l.Gallus.§.inſtituentes. ff. de liberis & poſthum. ſecundum intellectum gloſſ.2. quem ibi approbat Bartol. & alij in lege filij. & lege iuſta. & quod ibi not. ff. de verborum ſignificatio. & not.Bartol.in lege liberorum.in quarta colum. ff.eodem titul.nam in vltimis voluntatis fauorabilibus verba largè accipiuntur.capit.cum dilecti.de dona.l.in teſtamentis.ff.de regulis. iuris. lege cum quidam. ff. de liberis. & poſthum. l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus. ff. de lega.2.& vbi ſit larga interpretatio : tunc appellatione filiorum veniunt nepotes. arg. dicta l.filiæ.& l.iuſta:& dicta lege liberorum.facit quod no. Ioan.An.in cap.ad extirpandam. de fi. presby, cum ſimilib. ¶Sed præmiſſis non obſt. puto contrariam ſententiam in propoſito eſſe de iure veriorem. quod ex infraſcriptis oſtenditur. Nam præſuppono primò quòd ſubſtitutio facta Rayn. & pariter teſtatori intelligitur facta caſu quo Rayn. ſuccederet teſtatori ex ſubſtitutione facta poſthumo, & legem teſtamẽti ſeruaret. hoc indicant illa verba teſtamenti dicentia : Item dictus magnificus comes teſtator voluit, & mandauit, quòd ſi dictum Rayn.eius filium, & hæredem ſeruantem legem teſtatoris, mori contingeret quandocunque ſine filijs maſculis legitimis de ſuo corpore legitimè natis, vel deſcendentibus, vel cum filijs maſculis, & deficientibus ipſis filijs in pupillari ætate, ſeu poſt quandocunque decedant ſine filijs maſculis in eo caſu mori : ſubſtituit ſibi & do. Rayn. ſeu vltimo filio maſculo deſcendenti ex eo, ſeu ex eis & dictis, dictum nobilem Antonium Spacifora: illa enim qualitas importata per illa verba, hæredem ſeruantem legem teſtatoris &cæt. debent verificari ſecundum tempus verbi cui iungitur.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.Titius.ff.de teſta. milit.lege ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell. ſed ita eſt quòd iunguntur illi verbo mori contingerit: ergo oportet quòd dicatur eueniſſe illum caſum à teſtatore prouiſum, ꝙ Rayn.tempore ſuæ mortis fuerit hæres, & ſeruans legem teſtatoris ſcilicet Rayn.deceſſit viuo teſtatore: ergo non potuit eſſe huiuſmodi.lege prima.ff.de hære.vel action.vendition. l.qui ſuperſtitis. ff. de acquiren. hæred. ¶ Confirmantur ex his quæ not.Bartol.& alij poſt eum . in dicta lege Centurio. poſt medium.in verſicul.quæro circa prædicta, dixi quòd ſi
5 iſta ſubſtitutio fiat cum temporis deſcriptione &cæt. † vbi quærit an ſi teſtator dixerit tali filio meo impuberi ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Titium, videatur propter illud uerbum impuberi, limitaſſe ætatem, & uoluiſſe quòd ſubſtitutio locum habeat duntaxat ſi decedat in pupillari ætate ? & dicit quòd non, quando illa dictio impuberi, iuncta eſt

cta eſt

cta est cum verbo dispositiuo substituo: vt tenuit Ioan. And. in cap. si quando. præallegato. dicto cap. Raynu. quia dictio impuberi, videtur adiecta causa demonstrationis, & non causa taxationis, vel limitationis. l. Mela. in princ. ff. de alimen. leg. secus si dicta dictio impuberi, iungeretur cum alio verbo puta executiuo: vt quia dixit si filius meus decesserit sine liberis, filio meo impuberi succedet Titius: nam illud verbū succedet, est executiuū, dato quòd illa dictio impuberi, denotat demonstrationem, tamen requiritur quòd tempore quo defertur successio & sic tempore mortis ipsius filij, filius ipse esset impubes. argu. l. 2. ff. de auro & argento lega. & d. l. Titius. cum si. ita etiam vult Guil. de Cu. in repet. d. l. precibus. in 15. col. in materia pupillaris substitutionis, in ver. sed pone quòd dubium est &c. & Bar. ibidem in pen. col. & per hoc, est tex. in d. l. cohæredi. §. cum filia. ver. quòd si hæredem. & in §. pen. eiusdem legis. & vtrobique no. Pau. de Cast. ponderās ad hoc
6 illa iura. & Ioan. de Imo. in d. c. Ray. in not. ¶ † Pro hoc facit, quia videmus, quod illa verba prolata à testatore, videlicet si
* talis hæres erit, intelligantur * idest si talis adiuerit hæreditatem: non autem intelliguntur si talis fuerit scriptus hæres à testatore. text. est, quem ad hoc ibi not. & ponderat Bar. Ioan. de Imo. in l. seruus alienus. quæ est. l. 3. in §. si q̄s ita. ff. de hæred. insti. & dicit hanc fuisse rationem dubitandi in l. illa. Ad hoc facit quod no. Bar. in l. gerit. ff. de acquir. hæred. circa 3. col. in ver. Circa 3. videlicet qualiter ista voluntas probetur per verba enunciatiua &c. vbi vult quod etiam quando in dispositione fit mentio etiam enunciatiuè de here. intelligitur de hærede per aditionem hæreditatis: vt not. Bal. in l. potuit. C. de iure delibe. ergo illa verba testatoris, si filium & hæredē mori contigerit, intelliguntur de hærede per aditionē. ¶ Hoc expressius denotant illa alia verba seruātem legem testatoris, qui in personam Ray. tempore mortis suę exiguntur: & tamē denotat executionem, & obseruantiam: de qua non potest tractari nisi mortuo testatore. l. vnica. §. 1. C. de cad. toll. c. cum Marthæ. de cele. mis. Et per hoc patet quòd præmissis non habet obstare illa dictio quandocunque, iuncta verbo decesserit; quia illa dictio denotat quancunque ętatem, seu quodcunque tempus in qua vel quod decederet: dummodò decedat hæres, & seruans legem testatoris: & hoc modò nulla est repugnantia verborum: aliàs autem videretur testatorem se incontinenti correxisse, & contradixisse subijpsi: quod non est accipiendum. l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. ¶ Hoc ita præsupposito & ostenso: probatur quod nepotes Antonij Baresij nō possunt ad substitutionem admitti ex infrascriptis. ¶ Et primò, quia substitutio facta Raymundo fuit fideicommissaria: & sic non potuit comprehendere vulgarem substitutionem: quia facta fuit substitutio Ray. post mortem eius, in casu quo esset heres, qui casus repugnat vulgari substitutioni. l. post aditam. C. de impu. & alijs subst. l. 1. & d. l. precibus. † vnde dici-
7 mus quòd fideicommissaria substitutio non continet vulgarem, nec trahitur ad directam. l. ille à quo §. si de testamento. ff. ad treb. & d. l. cum filio. no. gl. Bar. & alij in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. præterquam in speciali fauore libertatis. l. Pantonius. ff. de fideicom. liber. & l. neque enim. §. fin. cum l. seq. ff. de test. mili. sed ita est quod in prima substitutione, vt Ray. in casu nostro fuit facta substitutio fideicommissaria, quæ non est apta comprehendere vulgarem: & tunc non potest secundus substitutus. (vt est in casu nostro) Ant. Spacifora venire ad hæreditatem adscriptam primo substituto nisi primus substitutus, id est, Raymundus fuerit hæres vel adiuerit: quia aliter non potest restituere per fideicommissum, hoc est quod clarè decidit Bart. & alij post eum in d. l. quandiu. & l. apud Iulianum. §. idem Iul. & l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad treb. ergo cum Rayn. non fuit hæres, non potest tractari de substitutione facta post mortem Raym. quæ fuit fideicommissaria, vt dixi. & ideo cum Anto. Spacifora non potuerit de substitutione capere de hæreditate relicta per testatorē posthumo in primo gradu mediante persona dicti Raymundi grauati in effectu restituetur d. Anto. Spacifora ex eo quòd Ray. non fuit hæres: sequitur quod nec etiam alij substituti post Anto. Spacifo. venire possint eodem impedimento ob-
* stante. l. cum in test. ver. quomodo. * ff. de hæredi. instit. l. 1. §. si mater. 1. titu. de vulg. & pupilla. nec dicatur quòd Barto. in d. l. quandiu. loquitur quando prima substitutio erat pupillaris expressa, & secunda fideicommissaria: in casu verò nostro prima substitutio erat nedum vulgaris & pupill. sed etiā
d vulgaris & compendiosa: quia respondeo [d] quod in casu in quo loquitur Bar. erat facta vulgaris saltem tacita comprehensa in pupil. expressa, iuxta l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pu-
8 pilla. † à qua tacita vulgari potest incipere testamentum assumere vires sicut ab expressa vulgari: vt no. glo. in l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupilla. & in l. pen. ff. de ven. inspi. & no. Guil. de Cu. in d. l. precibus. & Bart. in d. l. 1. in secundo effectu substitutionis vulg. ff. de vulg. & pupilla. & in l. si pater filium. eod. titu. per l. neque si. cum l. seq. ff. de testam. mili. ita tenet Oldrad. & consuluit idem ipse in consil. 20. incip. Quidam habens. & probat Bart. in l. finali. in vlti. colum. C. de institu. sub condict. fac. post glo. in l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & in l. tractabatur. ff. de testam. milit. & Ange. & Io. de Imo. in l. apud Iuli. §. idem Iul. præalleg. & Bal. & Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. lex Cornelia cum l. seq. & probatur in d. l. si pater filium. secundum intellectum Iaco. de Aret. & ibi etiam not. Io. de Imo. & idem probat ipse in d. l. 1. ff. de vulg. & pup. & in d. c. Ray. in materia vulgaris quæ est magis communis opi. & dicit Ioan. de Imo. in d. l. lex Cornelia. & sic est eadem ratio quando prima substitutio erit pupillaris expressa & vulgaris tacita: sicut quando est vulgaris expressa & pupillaris tacita. ¶ Secundo probatur quia si Anto. Spacifora, qui tanquam primò vocatus post Ray. videtur magis dilectus quàm descendentes Anton. Baresij vlti. vocati. l. Publius. §. 1.
e ff. de condit. & demonst. intelligitur exclusus [e] à commodo substitutionis: eo quia Ray. non fuit hæres: sed decessit viuo testatore vt probaui: multò magis intelligantur exclusi dicti descendentes Anto. Bare. per ead. l. Publius. §. 1. & l. qui fundum. §. qui filios. in fin. ff. ad l. falcid. ¶ Et præterea dicimus
9 † quod etiam vbi aliàs substitutio facta in vnum casum extenderetur ad alium, tamen non debet extendi quādo per talem extensionem resultaret istud inconueniens scilicet quando se quereretur quòd minus dilectus a testatore esset melioris conditionis quàm magis dilectus, vt est glo. not. quam ibi ita saluat subtiliter Bart. & alij post eum in l. si mater. §. 1. ff. de vul. & pupil. ¶ Tertiò probatur quia dicti filij Anto. Baresij & alij qui fuerunt vocati sub ista conditione si Ant. Spaci. succederet dicto Ray. & sic casu in quo Ant. Spaci. venisset ad substitutionem de eo factam Ray. vt clarè dicunt verba ipsius substitionis factæ Anto. Spacifo. sed ita est quòd non euenit illa conditio tertię & vltimæ substitutionis factę dicto Ant. Spa. eo quia Ant. Spacifora non potuit succedere Ray. nec testatori ex substitutione facta in persona Ray. ergo non possunt descendentes Ant. Baresij venire ad substitutionem prædictam. vt l. qui habebat ff. de vul. & pup. in verbo. si antequam nuberet. cum gl. iuncta in verbo pubes. & quod ita sit, quod si Ant. Spacifora fuit exclusus à substitutione cuius cōditio deficit, non possunt habere locum sequētes substitutiones factæ Anto. & alijs post eum probatur per alias etiam rationes. Petr. de Ancha. in consil. 137. incip. Principaliter ponderanda est.
* ¶ Quartò probatur per id quod decidit Oldrad. * consi. 177. incip. Testator in vltimo suo testamento si dixit filium &c. vbi consuluit si testator dixit filium mihi nasciturum ex ventre vxoris meæ mihi instituo hæredem vniuersalem: & si dictus filius meus decesserit in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine prole legitima, substituo eidem filium mihi secundo nasciturum ex dicta vxore. si dictus secundus filius moriatur in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine prole legitima substituo sibi Ber. fratrē meum. accidit quod ex ventre vxoris testatoris natus est posthumus vnus tantum & decessit in pupillari ætate, ad cuius bona mater vult venire ab intestato: sed dictus Ber. frater testatoris qui fuit vltimò substitutus vult venire virtute substitutionis: quærebatur
10 an substitutus admitteretur: & consuluit quòd non: † quia
f prima substitutio fuit omnino inutilis [f] non nato secundo posthumo. l. is qui ducenta. §. vtrum. in princip. ff. de re. d u. & l. si duobus. §. fin. ff. de leg. 1. & l. 1. §. si quis primò. ff. vnde cog. ergo aliam vtilem facere non potest cum ipsa sit omnino inutilis. arg. l. nullus alius materni. de decu. libro 10. ¶ Et sicut dicitur in contractu seu conuentione conditionali vestita, quòd aliam conuentionem non vestit: quia ipsa principalis conuentio conditionalis propter pendentiam condi-

tionis actionē non parit. l. si in venditione. ff. de peri. & com-
mo. rei venditæ & plenè traditur. l. petens, in 9. col. in vers. in
ead. gl. ibi. l. in vendi. C. de pactis. ¶ Mouetur etiam q absonū
videtur substitutum substitui plus capere posse quàm nun-
quam potuerat is cui fuerit substitutus. d. l. Publius ¶ Insuper
mouetur quod dictus Ber. frater testatoris fuit substitutus se-
cundo nascituro sub conditione, si secundus nascitur decede-
g deret in pupillari ætate ᵍ vel postea quandocunque sine pro-
le: sed constat q talis conditio extitit, non quia non decedit,
quia nunquam natus fuit, l. qui duos. ff. de manu. testa. ergo
substitutus omnino excluditur per d. l. qui habebat. & ple-
nius per eum in d. consil. Et in eodem casu idem determinat
Ioan. And. per easdem formales rationes in addit. Spec. in tit.
de testa. §. in primis. in additione, incip. huic quæstioni. ver.
occurrit etiam casus nouissimus &c. licèt de Oldrado mentio
nem non fecit. ¶ Et licèt rationes suæ videantur militare in ca
su nostro, quia prima substitutio facta de Raymundo dicto
posthumo fuit omnino inutilis & sine effectu in casu nostro
sicut esset in casu suo: ergo non debet facere aliam vtilē. Item
non debet substitutus substitui idest illi qui fuerunt substit.
Anto. Spacifora. qui sunt descendentes. Ant. Bare. esse melio-
ris condi. quàm voluit testator. Ant. Spaci. cui ipsi sunt in ef-
fectu substituti, vt deduxi in secundo ar. assumpto. at in casu
nostro non euenit conditio substitutionis vltimo factæ. Ant.
Spaci. & alijs post eum vt deduxi in 3. ar. assumpto. & sic su-
mus effectualiter in casu Oldra. & Ioan. And. magis tamen sa-
h tisfaciunt vltimæ rationes Oldra. ʰ quàm primæ. ¶ Quintò
probatur per id quod decidit Ang. in præall. l. quandiu in fi.
vbi iuxta quæstionem ibi formatam per Bar. & limitando il-
11 lam decisionem Bar. dicit † quòd pupillus fuit institutus, &
Titius fuit ei pupillariter substitutus. & si Titius dictus deces
serit viuo testatore substituit ei Seium, & deinde cōtingat Ti-
tium decedere testatore mortuo, tamen pupillo adhuc viuen
te licet postea decedat pupillus in pupillari ætate non admit-
titur Seius ex substitutione: & sic tunc habebit locum deci-
sio. Barto. ibi: quia substitutio facta de Seio fuit concepta in
vnum casum tātum. s. si Titius moreretur testatore viuo, hæc
autem conditio deficit: ergo non habemus de secunda substi
tutione tractare. l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. & ita
i dicit se consuluisse Florentiæ. ⁱ ergo in proposito Anto. Spa.
fuit substitutus Raymun. quando decederet hęres & seruans
legem testatoris, qui quidem casus non euenit quia decessit
viuo testatore, & substitutio intelligebatur facta si decederet
mortuo testatore, & etiam hæres & seruans legem testamenti
vt dictum est: ergo Ant. non potuit venire ex substitutione,
multò minus descendentes Ant. Bare. qui fuerunt substituti
quando Ant. Spaci. fuisset admissus ex substitutione quæ nō
euenit, vt iam dixi. ¶ Hoc idem voluit Ange. in l. si pater filiū.
ff. de vulga. & pupil. & ibi dicit probabiliter per illum text.
quod substitutio vulgaris facta in vnum casum ex casibus qui
comprehenduntur sub ea, non porrigitur ad alium casum si-
* bi oppositum * pro quo etiam alleg. l. si quis ita substituerit.
& l. si mater §. 1. in gl. mag. eo. tit. & respondet ad l. Gallus. §.
& quid si tantum. de libe. & posthu. quòd ibi loquitur quan-
do fuit vulgaris substitutio concepta in vnam speciem: quia
tunc comprehendit aliam sibi similem. Hoc etiam clarius vo
k luit Ang. in l. 1. §. 1. ff. de vulg. & pup. ᵏ ubi dicit q licet quan
do testator eligit vnam speciem de illis duabus in quibus ve-
rificatur substitutio vulgaris. s. si hæres esse non possit: vel
etiam. i. si hæres esse nolit, iuxta l. cum proponas. C. de hære.
insti. bene trahitur ad reliquam per id quod habetur in d. §.
& quid si tantum. sed si eligit vnum indiuiduum de cōtentis
sub vna dictarum specierum vel casuum, non porrigentur ad
* illud sibi oppositum. vel dissimile. * hoc habetur in l. pater
Seuerinam. in princ. ff. de condi. & demon. ¶ Et ideo dicit se
consuluisse Florentiæ illud idē quod ip se refert in d. l. quan-
diu, vt retuli. s. & dicit quòd per ea quæ consuluit esse glo. in
prealle. l. si mater. §. 1. & Bar. ibi in fi. si benè inspiciatur vide-
tur hoc tenere dum alle. l. si ita quis eod. tit. ¶ Et posito quod
in casu in quo consuluit Ang. Florentię possit habere aliquid
disputationis, tamen in casu nostro cessat illa dubitatio: quia
in casu in quo loquitur Ang. fuit simplex substitutio compen
diosa, seu vulgaris facta sub vno casu quo non esset hęres, qui
est de casibus necessarijs ad substitutionem vulgarem per d. l.
cum proponas. vnde tunc faciliter potest extendi ad alium
casum similem, qui sit de casibus necessarijs ad substitutionē
vulgarem vel ad eius effectus. d. §. & quid si tantum. & facit.
l. 3. C. de instit. & substit. sub condi. fac. & l. mulier. in princ.
ff. ad trebel. & d. l. fi. C. de insti. & substi. sed in proposito no-
stro testator in substitutione quam fecit Ray. adiecit verba
comprehendētia casum non necessarium ad substitutionem
compendiosam vel eius effectum, dum dicit: hæredē seruan-
tem legem testatoris non est necesse q sit hæres, vel saltem
quod seruet legem à dicto testatore datam in testamento cir-
ca quasdam particulares dispositiones in eo contentas: vnde
cum illa conditio fuerit voluntaria & non necessaria ad effe-
ctum actus non extenditur ad alium casum etiam similem, se
cundum Bar. & alios in d. §. & quid si tantum. per l. cohære-
di. in prn. & l. Meuius. ff. de condit. & demon. & multò mi-
nus ad difficilem & contrariam prout est in casu nostro: quia
conditio adiecta in substitutione facta Ray. fuit illa. s. si Ray.
decederet hæres per quam apparet factam fuisse specialiter
substitutionem fideicommissariam. Ray. quia non potest ex-
tendi ad vulgarem, quia illi contraria. d. l. ille à quo. §. si de te
stamento. & deducitur in primo fundamento secundæ par-
12 tis. ¶ Sextò principaliter probatur † quia in substitutione in
qua vocati fuerant filij Ant. Baresij nō videntur comprehen-
di nepotes isti, aliter enim filios & aliter nepotes appellamus
l. quid si nepotes. ff. de test. tut. & insti. qui testa. tut. da. pos. §.
pen. & fi. & idem probatur in l. Gallus, quasi per totam. l. &
in l. posthumorum. ff. de iniusto test. secūdum inductionem
quam fecit And. de Pisis & Ray. in præalleg. l. Gallus. §. insti-
tuens. Nam prouidetur a iurisconsulto quòd testator qui in-
stituit filium vel filios in testamento, instituere debeat etiam
nepotem seu pronepotem, ne si contingeret filios decedere
viuo testatore nepotes, qui se præteritos inuenirent, rumpe-
rent testamentum: ergo apparet quòd sub illa institutione
facta de filijs nepotes nō comprehendebantur, & si dicetur,
quòd illa iura intelligantur quando institutio facta erat de
filio nomine proprio: videtur diuinatio. ¶ Et dicit Bal. in d. §.
instituens, qui hanc opi. approbat, quòd illa lex loquitur etiā
in institutione nepotis nascituri qui proprium nomen non
habet: tamen si nascatur nepos nō intelligitur institutus pro-
nepos: vt probatur in d. l. Gallus. §. instituens. secundum vnū
intellectum, quem ibi sequitur gl. 1. scilicet quòd illa prima
forma institutionis posita ibi in tex. non sit generalis quò ad
personas, & idem probatur in ea. l. §. idem credendum, iun-
cto. §. nunc de leg. in verbo supplendas: ergo eadem ratione
institutio facta de filijs non comprehendit nepotes. & hoc
sequitur Bald. in d. §. instituens. ¶ Et respondet, ad l. Lucius.
Fla. 2. ff. de hære. insti. per quam Bar. tenebat contrariū quòd
illa loquitur quando appellatione filiorum non comprehen
derentur nepotes: sequeretur absurdum quia prorsus extra-
nei præferuntur coniuncto testatori contra. l. cum acutissi-
mi. C. de fideicom. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. &
substit. vnde, quia ibi astabat persona nepotis qui ex præsum-
pta mente testatoris excludebat substitutum: ideo appellatio
ne filiorum continentur nepotes, quod non præsupponitur
in casu nostro. ¶ Item secundum Bal. in d. §. instituens, potest
responderi ad l. Lucius q ibi enunciatiuè & conditionaliter,
fit mentio de filijs, & in casu nostro fit mentio de filijs dispo
sitiuè disponendo circa ipsos filios: quo casu non videtur q
apprehendantur nepotes. in d. §. instituens. Præcedens tamen
responsio videtur melior: & sum consuetus sequi opi. Bar. in
d. l. liberorum. s. in casu in quo loquitur tex. in d. l. Lucius. s.
quando alias resultaret dictum absurdum vel inconueniens.
¶ Et q propriè in substitutione facta prout in casu nostro de
facto consulendo respondit & consuluit Franc. Accur. vt re-
fert & sequi videtur Cy. in d. §. instituens. quando talis substi
tutio est facta ab alio quàm ab ascendente dictorum nepotū.
l. filij. ff. de verb. sig. Et arg. l. sed & milites. in prin. ver. hæc au
tem. ff. de excus. tut. iuncta. l. cū acutissimi. C. de fideic. respon
det Franc. Accur. ad d. l. q si nepotes. ibi etiam qn profertur
ab ascendente non cōprehenditur nepos: prout respōdet gl.
in l. iusta. ff. de ver. sig. s. quia ibi tractabatur de onere ex parte
tutoris. Bal. in rep. l. in suis. in vlt. col. ff. de lib. & posth. con-
cludit q aut nos loquimur in dispositione legis nō odiosæ, &
tunc appellatione filiorum cōtineantur nepotes. l. 1. §. nō so-
lum.

lum.ff.de excu.l.2.§. si mater.verb.filijs autem. ff. ad tertу.l. iusta.de verb.signifi.in auth. vt exactio detur.§.is igitur. Aut loquimur in dispositione hominis, & tunc non comprehendantur nepotes nisi ibi sequeretur dicta separatio.l. vxorem. §.concubinæ.ff.de leg.3.& d.l.liberorũ. & est ratio differentię secundum eum: quia in dispositione consideramus modũ significandi, in dispositione hominis consideramus communem modum loquendi.l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff. de leg.3.l.Labeo.de supel.leg.l. cum delanionis.§.asinam.ff.
13 de fun. instru. ¶Vnde videmus † ꝙ si testator in testamento suo prohiberet filios alienare bona, non videtur prohibuisse nepotes.vt in gl.fi.in auth.de restit.fideic.§.nos igitur.etiam Dy.Ray.Bald.& Bart.in l.si filius.§.diui.ff.de leg.1.& Cy.& Bal.in l.voluntas.C.de fideic.& Bart.in l.Lucius.§.Sempronio.ff.de leg.3.& Bal.in l.si quis. C.ad leg.iul.maiest.& in l. Titius.in prin.ff.de lib.& posth.¶Et ꝙ ita se habeat communis vsus loquendi, voluit gl.in §.fi.insti.qui testa.tut.da.possunt.in verbo appellamus. & in authen.de non elig.secundo nub.in §.cum igitur.in verbo filios.& no.Iac.But.in l.j.ff.de fide instru. in 1.consti.digestorum.Ant.de But.in prin.decretalium.in 9.col.Pro exclusione dictorum nepotum est etiam expressa decisio Bal.in d.§.fi.inst. qui test.tu.da.pos.vbi concludit ꝙ aut constat de mente proferentis,& illa debet attendi.l.3.C.de li.præ.l.3.§.conditio.ff.de adi.lega.aut non constat de mente,& tunc aut nos quærimus de significatione aut de appellatione.¶Primo casu dicendum est ꝙ per filios nepotes significantur: quia dicitur à philos.quod est amor.& not. in d.§.fin. ¶Secundo casu non comprehendit nepotes: quia aliter filij, & aliter nepotes appellantur: vt d.l.ꝙ si nepotes. ¶Et si quæratur, quid magis debeat attendi, an appellatio an significatio: & tunc concludit ꝙ aut profertur à perito, aut à lege, & tunc attenditur significatio nisi lex talis sit contra ius commune, quo casu debet attendi illud per quod magis lex restringitur.ar.l.quod verò.ff.de leg. & ita loquitur secundũ eum.l.fi.C.de na.lib. idem putat si proferatur à principe, vt in priuilegijs vel rescripto, quia vbi ageretur de fauore continerentur nepotes; secus si de odio.aut profertur ab imperito vel inter imperitos, vt ab aliquo contrahente vel testatore, & tunc attenditur potius appellatio quàm significatio: vt in d. §.fi.& ideo secundum eum dicit lex ꝙ non videtur institutus vel exhæred.filius.§.posthumorum.insti.de exhæ.li.d.l.Pau
14 lus. ¶Confirmo prædicta † quia in testamento nõ debemus recedere à propria significatione verborum nisi aliter de mente testatoris constet.l.nõ aliter.& ibi Bar.ff.de leg.3.& secundum propriam significationem vocabuli sub appellatione filij non continentur nepotes d.l.iusta. & l.filium diffinimus. ff.de his, qui sunt sui vel alie.iu.l.filium habeo.ff.ad mace. & latè probat Bar.in d.l.liberorum.in 6.col.& Io. And. in s̄.d. c.ad extirpandum.& Bal.in l.maximum vitiũ. C.de lib.præ. & Pet.de Anch.in cle.1. de bapti. ¶Modò restat respondere ad alleg. in contrarium ad quæ & si tantum ex præmissis satis de responsione liquere potest, tamen specialius respondendo dico primò non obstare, id quod habetur in d.l.cohære.& in d.l.quandiu.cum ibi no.per Bar.& alios: quia illa procederent quando secunda substitutio facta Ray.de Ant. Spacifora fuisset vulgaris seu comprehendens vulgarem,& euenisset casus vulgaris substitutionis: sed vbi fuit restricta ad fideicõmissariam, vel incertum casum qui nõ euenit: tunc si deficiat prima substitutio facta posthumo de Ray. q decessit viuo testatore non admittitur Ant.Spaci.qui fuit substitutus Ray.& multò minus post mortem An. spa. admittuntur alij sequentes substituti. & hoc est quod decidit ipse Bar.in d.l.quandiu:& ꝓbaui in superiori.ar.sed ita est quod substitutio facta Rayn. intelligitur facta si ipse decesserit hęres & seruans legem testatoris, quæ conditio non fuit tunc completa: ergo non potest dici ꝙ substitutio Ant.Spa.& sequentis possit habere effectũ, vt deduxi maximè in primo prin.fund.Non ob.etiam si dice
15 retur ꝙ Bar.in l.quãdiu.in fi.dum voluit † ꝙ si prima & secunda substitutio fuerit fideic. tunc licet primum fideicommissum deficiat, vt quia præcedebat primus fideicommissarius, remaneat ipsum primum fideic. apud hæredem testatoris fideicommittentis cum onere tamen secundi fideicommissi:& sic debet per dictum hæredem restitui secundo fideicommissario.d.§.pro secundo.& sic cum in casu nostro prima substitutio facta posthumo fuerit etiam compendiosa comprehendens sub se fideic.post aditam hæreditatem. vt d.l.precib.& d.c.Ray.& etiam secunda substitutio quæ facta fuit Ray.fuerit fideicom.substituendo Ant. Sp.per fideicommissum deficit ex eo quia Raym.decessit viuo testatore non debet deficere secundum fideicommissum relictum Ant. Spaci.& consequenter substituti.Ant.Spacifo.debent admitti: quia si Ant. Spacifo.fuit legitimè admissus ad substitutio nem, cessans rationes propter quas dicebam substitutos Ant.Spacifo.esse exclusos: quia ad hoc respondeo ꝙ non est verum ꝙ prima substitutio facta posthumo debet iudicari fideicommissaria, sed vt vulgaris: quia non euenit casus fideicommissariæ subitutionis ex eo, quia posthumus institutus non fuit hæres d.l.ille à quo. meritò de tali compendiosa iudicandum est secundum casum qui euenit.i.prout de vulgari: quia iste casus euenit: vt no.Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad treb.& patet in d.l. precibus.cum si. & etiam fuit specialiter in testamẽto expressus casus vulgaris substitutionis in persona posthumi: vt in primo præsupposito ostẽsum fuit: ergo sumus in casu in quo iudicare debet d. primam substitutionem factam fuisse directam:& secũdam.s.factam Ray. fuisse fideicommissariam vel factam sub certa conditione, quæ non fuit impleta.quo casu Bar.in d.l.quandiu.cum concordantijs s̄.alle.concludit contra dictos descendentes Ant.Bare.& dicta substitutio facta in casu quo Ray.decederet hæres,& seruans legẽ testatoris, non trahitur ad alium casum illi dissimilem prout fuit casus qui euenit, nec etiam ad casum similem ꝙ plus est, quod probaui supra in primo & quinto fundamento ad fi. per quod etiam apparet non obstare si dicatur quòd substitutio compendiosa facta alicui post mortem, habet locum in vim vulgaris etiam si viuo testatore decedat ille cui substitutio facta est: quia hoc verum esset vbi substitutio facta simpliciter fuisset post mortem Rayn. sed ista non fuit huiusmodi; sed facta intelligitur Ray.si decesserit hæres & seruans legem testatoris, & cum nõ fuerit impleta dicta conditio, cessat dicta substitutio, vt probaui, in d.primo & quinto fundamdnto. ¶ Posset etiam ad omnia in contrarium deducta responderi quòd illa non militant in nepotibus Ant.Bare.quia non intelliguntur substituti: vt probaui in sexto seu vlti.fundamẽto.l. Lucius.ff.de hæ. instit.quia ad eam fuit responsum in d.vltimo fundamento. ¶Non obst.etiam d.l.Gallus.§.instituens.secundum intellectum gl.2.quia respondeo, ꝙ si illa gl.2.intelligatur secundũ ꝙ dixerat,& intelligatur gl. 1.prout verisimile est ne incontinenti glossator sibi videatur contradixisse, ibi erit tex.contra dictos nepotes;& istum intellectum approbant doc.quos retuli in vlt.fundamẽto.& ad d.l.iusta,& d.l.filij, patet responsio ex his quæ.s̄. dixi.s.ꝙ illa procedunt inspecta larga. vocabuli significatione non autem inspecta appellatione: quia aliter appellantur nepotes & aliter filij: & hæc est ratio generalis quæ redditur à iurisconsulto in d.l.ꝙ si nepotes.& talis appellatio debet attendi magis quàm dicta significatio in dispositione testatoris quando non resultaret absurdum vel inconueniens, vt in præalle.vlti.fundamento deduxi.vbi etiam deduxi communem vsum loquendi.¶Et propter hoc etiam apparet responsum ad id quod dicebatur in vltimis voluntatib. faciendam esse largam interpretationem. ¶In testamentis idẽ
16 dico, † ꝙ imo debet attendi appellatio magis quàm significatio: vt dicitur in d.l.librorum. quinimo etiam in testamentis non debemus recedere à propria significatione verborum, nisi aliter constet de mente d.l.nõ aliter, de leg.3.& ibi no.Bar. ꝙ ex propria significatione appellatione filij non continetur nepos, vt etiam dictum fuit: & aliter intelligitur id quòd habetur in d.l.in testamẽtis.& ibi no. ¶Ex quibus omnibus concludo, dictos nepotes Ant. Baresij nullo modo ad substitutionem admitti posse. Alex.de Tarta.

ADDITIONES.

2 ¶Mod.Imol.Paul. Areti.ibi. Paul.consilio 152. Præsens dubium.libro primo consilio 267.viuentibus & consilio sequen. consilio 422. Videtur quòd filij.libro 2.Guido Papæ in deci. Delph.quæstio.550. Corn.consilio 298.libro 3.Ialo.l.j. colum.5.ff. de vulga. & pupilla. & consilio 132.colum.2.consilio 143.libro j.Alcia.libro 3.de verborum signifi.pag.62. Stepha. Bertran. consilio 144. lib.2. consil.23. Viso instrumento. colum.2.lib.3.vbi Anto. Rub.consilio 104.in hac

materia quatuor casus distinguit. Paul.d.consil. 103.lib.j.quos latius explicat Soci.consi.52.col.fi.lib.j.& inter consi. Cor.lib.3.consi.298. ibi Io.Caccialup.& Cor.subscribunt. sed aliter & breuius dixi nouè in l.precibus. C. de impub. & ali.substitu. * Sequitur Barto. Iaso. in l.j.col.6.ff.de vulg & pupil. vbi dicit sæpius consuluisse.& declarat optimè Soci.distinguendo per casus consi.52.colum.fi.lib.j.Et de hoc consi.Alex.meminit etiam Curt.Iunior consi.83.Dec.consi.427. Ruin.consi.83.lib.2. Alcia.consi.492.nu.28.& idem Alcia.in l.cohæredi.in prin.ff.de vulg.& pupil.nu.5.Vide etiam Corn.consil.280.2. dub.volum.4.Marcus Ant.Natta.

b ¶Nepotes: hoc est verissimum in hoc vel simili casu,quicquid infra arguendo dicat.& etiam Cor.d. consil. col.11.&12. licet contra contendat, non tamen firmat, nec in hoc se fundat, sed in defectu conditionis.

c ¶Executiuo. de hoc vide latè Franc. Rip. d. l. centurio.nume.140. cum sequen.

* Intelliguntur.] Idem vult Bar.in l.qui plures,la prima.ff.de vulg.& pupil.iuncta l.si tu ex parte,ff.de acquir.hæredi.Et vide Deci.in l.hæredem,in fi.ff.de regu.iur.& consi.445.col.12.& latè consil.633.col. 2.dub.2.& consi.635.col.pen.Ruin.consi.170.col. penult.lib.3.Soci. consi.147.col.3.lib.j.Bald.consil.170. Quidam Nicolaus,col.2.lib.5. Marcus Ant.Natta.

* L.cum in testamento.versi.ex quo.ff.de hæred.insti.] Hanc l.cum in testamento,& d.l.si mater.§.j.adducit etiam Alexan.consi.59.col.4. lib.3.dicens,quòd vbi deficit prima substitutio corruunt sequentes. Ad idem tex.in l.qui habebat.ff.de vulg.& pup.Natta.

d ¶Respondeo.dic melius & clarius quòd in casu Bar.non est verum quòd secunda substitutio esset merè fideicommissaria,quia tūc omnino defecisset nisi ex prima adita fuisset hæreditas,vt ibi expressum vult Bart.& bene. Sed in suo casu clarè format illum Bart.Secunda substitutio erat in forma simplicis compendiosæ per verba communia,quæ secundum communem sententiam continet vulgarem. At hic Spacifora non fuit taliter substitutus,sed expressum sub illa conditione de primo loco instit.videlicet Rayn.esset hæres,& sic in forma fideicom.prout erat vera fideicommissaria.vnde penitus defecit ex eo quòd non fuit hæreditas adita ab instituto, sed prædecessit testatori,vt expressè vult Bar,in d.l.quandiu.vnde si in casu dato Sempronius fuisset substitutus sub conditione,& eo casu quo Titius fuisset hæres,tunc substitutio Sempronij,merè fideicommissaria fuisset. & Titio non existente hærede omnino defecisset, & sic decisio Bart. rectè & integre accepta probat intentionem Alex. & Cor.facit Soci, consi.76.lib.3.

e ¶Exclusus,etiam si superuixisset testatori,quanto magis reliqui post eum substituti & minus dilecti sunt exclusi vt clarius intorquet & explicat Cor.d.consi.col.10.

* Decidit Oldradus.] Vide Ias.consi.132.lib.j.& latius consi.148.lib. 2.& consi.204.lib.2.& consi.220.lib.2.& latissimè consil.66.lib.3.in pluribus locis.& de Oldrad.meminit Deci.consil.238.j.dub. de hoc etiam habeo consi.Ruini impressum. Natta.

f ¶Inutilis.imò non fuit inutilis,quia includit tacitam vulgarem, cuius virtute Bernar.est substitutus primo filio eodem casu quo secundus erat idem substitutus. nec obstat quòd tacita vulgaris non habet locum contra matrem,vt per Bart.in l.j.col.7.in fin.ver.vlterius quæro.ff.de vulg.& pup.quia hoc potest esse verum nisi vbi de contraria intētione testatoris apparet vt hic, vbi omnem euentum a successione vtriusque filij, etiam post quòd ambo successiuè fuissent hæredes voluit semper excludere matrem filiorum. & sic falsa est decisio Old.& Ioan.And.& eam reprobat & bene, Lancelo.Poli.in tract.de vul.substi.nu.107.& latius dixi super consue. Paris.§.120.

g ¶Etate. sed hæc conditio non excludit sed implicat tacitam vulg.l. iam hoc iu.ff.de vul.& pup.

h ¶Oldra.quem sequitur Soci.consi.76.lib.3.

i ¶Florentiæ.& malè,& etiam mox innuit Alex.& latè Benedi.repe.c. Raynu.ver.si absque lib.mor.2.nu.29.

* Oppositum.] Contrarium tenet Ruin.consi.83.col.2.lib.2. Natta.

k ¶Et pu.sed Alex.ibi col.4. reprehendit has decisiones Ang. & bene. vide Soci.Ias.Franc.Rip.in d.l.j.plenissimè.licet Angelum sequatur Corn.d.consi.190.litera.o lib.2.

* Vel simile.] Quòd substitutio non trahatur ad oppositum casum Dec.consi.394.vbi plura in materia. & vide Alexan. suprà colum.2. M.A.Natta.

l ¶Nepotes isti. Aduerte hæc ratio non ponitur hic nisi ad colorem. & vt vult Cor.consi.290.col.2.lib.4. locus.hic lubricus est,& de facili secundum casuum varietatem ex modicis coniecturis in alterutram partem desultare, licèt plenissimè omnium examinaui in q. meis. vt autem analyticè habeas veritatem in hoc puncto stet conclusio, quòd appellatione filiorum non veniunt nepotes ex sola vi vocabuli & proprietate vocis, sed tantum ex interpretatione, non quauis, sed iusta.l.iusta.de verbo.signi.oportet ergo aliunde quàm ex sola vi sermonis accipere coniecturam vel rationem iustæ extensionis, vt quæ reliquas quæ casum nostrum non tangunt omittam, sufficit illa quando verbum filij profertur in plurali indefinitè non referendo nec restringendo ad certas personas,puta, superscriptas, sed conferendo in genere in futurum euentum,& agitur de commodo nepotum,& in eis est eadem ratio,nec sequitur absurditas & maximè quando verbum filij additur ad augendum & continuandum gradus substitutionis vt hic,vbi substituitur Antonius cum filijs,tūc enim sub verbo filiorum velut sub sermonis compendio omnes liberi vulgariter tamen inuitati censeatur, & hæc est vera & propria sententia Alex.ita.n.sentit in d.l. Gallus.§. instituens, & ita disertè vbiq; alibi consuluit vt j.consi.5.consi.26.lib.3. consi.56.lib.6.fa.j. eo.consi.9.ita etiam sentit Bal.consi.186.Quidam magni.consi.302. non continentur,in fi.li.4.Ant.Rub.d.l.Gallus.§. quidem rectè.char. 7.&,est crebrior sententia & veritas,licèt in contrarium causæ interuiendo vt Alex.hic,nonnulli consuluerint,vt Rom.consi.438.col.fi. Deci.consi.95.vbi nimis impudēter abutitur authoritatibus do.quos tanquam à se stantes citat, licèt loquantur aliàs in diuersis, alias in oppositis terminis.idem Deci. rectius consulens communem & nostram sententiam sequitur consi.391.Ias.consi.52.col.3.lib.3.Bertrā. consi.196.Viso consultationis.lib.2.Ant.Rub.consi.28.col.3.consilio 47.consi.seq.nec quicquid dicant.Dec.& Ru.a pdictis discrepat,sed potius concordat Soci.consi.104 lib.3.vt alibi fusius declaraui.Quando autem filij non sunt in dispositione,sed in conditione si quidem respectu grauati si decesserit sine filijs,tunc expeditum est,quòd appellatione filiorum veniunt nepotes & omnes liberi. & facient semel relicti perpetuo deficere conditionem.l.Lucius.§.de hære.insti. etiam si non frater sed quis extraneus sic grauetur.Socin.consil.Sequendo ordinem.col.j.

SVMMARIVM.

1 *Verba debent intelligi de naturali, non ciuili actu.*
2 *Legitimorum filiorum appellatione non veniunt legitimati.*
3 *Monasterium an sit loco filij.*
4 *Tanquam & quasi,notant improprieta.& nu. 19.*
5 *Illegitimi sunt infames infamia facti.*
6 *Princeps non debet vti plenitudine potestatis,nisi ex causa.*
7 *Testamentum iure diuino & gentium ratum esse debet.*
8 *Sacerdotes iure diuino contrahere matrimonium possunt.*
9 *Dux Mediolani habet iuria imperialia.*
10 *Legitimatus est verè legitimus, & in statutis.nu. 11.*
12 *Agnatio per legitimatos conseruatur.*
13 *Substitutio quando fit, refert dici, si decesserit sine filijs legitimis, vel si decesserit sine filijs legitimè natis.& nu. 18.*
14 *Princeps potest legitimare in præiudiciū tertij,eo non vocato.*
15 *Legitimando, qui sint citandi.*
16 *Electio,& distributio in pauperes,nō potest fieri ante tempus.*
17 *Verba an sint intelligenda secundum peritos,an vulgariter.*
20 *Causa præsumitur in principe, etiam ius alterius auferente.*

EPITOME.

TESTATOR voluit quòd si hæredes instituti decederent sine filijs legitimis & naturalibus, tertia pars hæreditatis perueniat ad Anto. & Nicolaum fratrem suum naturalem,aut ad eorum filios. Post mortē testatoris hæres decessit, relicto filio naturali prius legitimato, Resp. Alex.ꝙ excludit substitutum, ratio, quia deficit conditio, cum sit filius naturalis & legitimus:secus si dictum fuisset, si decederent siue filijs legitimè natis. item fallit.in eo.consi.94.nu.4.

CONSILIVM II.

Hoc consi.reperitur infrà lib.2.consi.87. Natta.

a VISIS a codicillis, legitimatione, & alijs de quibus in themate fit mentio: & ponderatis fundamentis celeberrimi consultoris, a quo contra legitimatos consilium magis prolixum quàm vt puto oportet, redditum est:& propterea non videbitur mirum si ego in scribendo vltra morē longior visus ero. ¶Videtur igitur prima consideratione dicendum dictos legitimatos * non excludere filios legitimos & naturales d. Ni.substitutos in codicillis.d. Io.non obstan. quibuscunq; clausulis in dicta legitimatione insertis ex pluribus. ¶Et primò, quia codicillans disponit quod si.d.masculi hæredes instituti decederent sine filijs masculis legitimis & naturalibus tertia pars hæreditatis perueniret ad d. Ant. & ad Nic. fratrem naturalem ipsius codicillantis, aut ad eorum seu ad alterius eorum filios masculos legitimos & naturales: ergo illa verba sine filijs legitimis & naturalibus debent intelligi ex his qui ab ipsa natura exorti fuerunt legitimi & naturales:& sic de natis ex legitimo matrimonio, non autem de
1 illis qui per actus ciuiles sunt legitimati sicut videmus † quòd quando in aliqua dispositione fit mentio de morte, intelligitur de naturali, & non de ciuili.l. ex ead.l. §. insulam. ff. de verb.oblig.c.si Titius.§.Cornelio felici.ff.de iure fisc.c.susceptum.de rescrip.lib.6. ¶Confirmatur & secundo per l.fideicommissum.

commissum.ff.de condi.& demon.& l.si ita quis. §.is cui.de lega.2. vbi fideicommissum iniunctum Titio sub conditione si decesserit sine liberis, non excluditur, quamuis Titius decesserit cum filijs adoptiuis & sine legitimis, & iure artificioso procreatis fac.tex.institu. de excu.tuto. circa princip. iuncta l. 3. §. legitimos. ff. eod. vbi appellatione filiorum veniunt adoptiui: vt ibi.& in cap.adoptiui.si de feu.fue.contr. inter dom.& agna.filius adoptiuus & legiti. æquiparantur.l. cum in adoptiuis,ad fin.in versi. dummodo . & ibi no.doct. C.de adop.no.glo.mag.in l.j. ff.ad muni. & in l.filios. C.de muni.& ori.libro 10. ¶Tertiò pro hoc facit tex.in l.fi. C.de his qui ve.æta.& impe. vbi qñ fit mentio de legitima ætate,in telligitur de ætate naturali 25.ann. non autem de ætate dispē
2 sata à principe per rescriptum . ¶ Et ideo dicit Bal.& Sal.† ꝙ si quis accipit rem in emphyteusim pro se & filijs sui legi. & naturalibus, non intelligitur sensisse de legitimatis: quia non sunt naturales legitimi.& illud verbum legitimus, cum possit intelligi de legitimis ex natiuitate, non debet intelligi de leg.per actus ciuiles: vt per illum tex.& facit quia naturalis causa est attendenda,nō accidentalis. l.qui habēt. in prin. de tut.c.requisiti, de test. Actio ciuilis vel accidentalis natura lia iura corrumpere non potest l. eos casus . & l.legitimum. de ca.di. ¶ Quartò,quia propriè loquendo aliud est quem esse legitimum,& aliud est quem esse legitimatum : vt colligitur per glo.in l.cum legitime. ff.de sta ho.& glo. mag.in l. 1. ff.ad muni.& in l.filios. C.de muni. & ori.libr. 10. & no.expressè Sal in l.etiam.C.de ap.per illum tex. vbi patet ꝙ imago repræsentata non est essentialiter ipsa res,cum diuersis nominibus appelletur.l.si idem.C.de cod.¶ Quintò probo , qa dispositio testatorum recipit interpretationem à communi vsu loquendi.l.librorum.§.ꝙ tamen Cassius . ff.de leg.3 .l.labeo.ff.de suppel.leg.sed inspecto vulgari & communi vsu loquendi, & intelligendi disponens seu loquens de filijs legitimis & naturalibus, nō intelligitur loqui de filijs legitimatis, ergo &c. ¶ Sextò quia appellatione filiorum intelligitur de his quos iustæ nuptiæ demonstrant.in auth. quibus mod.na. efficiantur sui.in §.legitimi. & l.filium . ff.de his qui sunt sui vel alie. iu. & maxime in casu nostro in quo nomen filiorum est positum in conditione, & debet in forma specifica adimpleri.l.qui hær.in princ.& l.Meuius. ff.de condi.& demon. ergo non comprehenduntur legitimati. nam filius legitimus dicitur quasi secundum legem natus : sed isti filij sunt nati ex reprobato coitu. 32.q.4.nemo.ibi dum tex. dicit nec hoc solum adulterium est cum aliena peccare coniuge,sed omne qđ non habet formam coniugij. ¶ Septimò quia si diceremus ꝙ
* legitimati * excluderent substitutum, daretur materia & occasio delinquendi:nam grauatus onere fideicommissi ad ineffrenatam & reprobatam concupiscentiam se traheret, quod esse non debet, vt in auth.de leno. §.j.l.2. C.de ind.vid. tol.& in d.l.rem.ff.de pac.dot.& cum tales filij non possunt haberi sine peccato, vt d.c.nemo , non est verisimile ꝙ testator de illis
3 cogitauerit . ¶ Octauo † quia licet monasterium habetur lo-
b co filij,[b] illius,qui ingreditur monasterium, vt in auth.de sanctissimis episcopis.§.sed hoc præsenti.& cap. in præsentia,de proba.tamen non habetur pro filio nato ex corpore illius ingredientis,vt no.Host.& Ioan.An. in cap.Ray. de test.Iac. de Bel.in d.§.sed hoc præsenti.Bald. in l.Deo nobis. de episc.& cler.& in auth.nisi rogati . C.ad tre.& in l.Lucius , la 2.ff.de hære.instit.& plenè per do.in d.l.si ita quis §.is cuius,præalle.& in d.c.in præsentia.¶Nonò pro hoc facit tex.in c.naturales,in ti.si de feu.fue.contro.inter domi.& agna. vbi habetur ꝙ filij naturales licet postea sint legitimati, tamen non admittuntur ad successionem feudi. ¶Decimò probatur ex his quæ no.glo. in d.c.innotuit . de ele. quæ dixit ꝙ legitimatus non
4 dicitur legitimus, sed tanquàm legitimus . † Nam illa dictio tanquàm,est nota proprietatis . l.meminimus circa medium. & ibi no.Gui.C.de legi.hære.& in auth.vt cum de ap.cog.§. siue legi.bene facit tex.in l.imperialis.in versi. quasi ius quæritur.& in versi.quasi natalibus. C.de nu.vbi restitutio quam facit princeps per rescriptum abstergendo maculam ex scenicis ludis sententia iudicis susceptam , dicitur restituere quasi natalibus,quæ dictio quasi, denotat fictionem . l.posthumorum.ff.de iniu.test.l.si cum dotem.§.fi. ff.solu.matr.& plenè no.per do.in l.si ante nup. eo.tit. & per hoc videtur non ob.

iura quæ dicunt ꝙ legitimati restituuntur primis natalibus, & in nullo differunt à legitimis: quia intelligitur fictè & impropriè,quæ fictio & improprietas in implemento conditionis non videtur attendenda d. l. fideicommissum . & d.l.qui hære.ff.de condi.& dem.¶ Accedit quod no. Ia.Bu. in proœ. C. vbi dixit ꝙ Imperator legitimando aliquem non facit legitimum sed iura legitimitatis ei confert, vt remoueat obstaculum,& reddit eum iuri naturæ in quo non erat hæc differentia legitimorum & illegitimorum. habetur in auth. qui.mo. na.effi.sui.§.oportet.& seq.& ideo Bal. in l.eam quam . C.de fideicom.in 3.col.versi. sed pone statutum dicit & etiam vult ꝙ propriè appellatione filij non comprehendatur legitima-
c tus.[c] alle.tex.in d.c.naturales.bene facit tex. in auth.qui.mo. na.effi.sui.§.generaliter. & §.filium.in versi. machinationis. ¶Vndecimò probat̃, quia si persona de cuius successione tractatur, erat nobilis vel in dignitate, tunc ex eius persona consideramus & præsumimus per quos descendentes videatur voluisse excludi substitutum: nam tūc quemadmodum filius naturalis excluditur per substitutum.l.ex facto. §.si quis rogatus. ff.ad tre. quia non præsumitur de illis testatorem sensisse.vt ibi: quia sunt magis dedecori quàm esset in viro ignobili.l.si quam illustris. C.ad orfi. per tales enim filios nobilitas patrum vel aui prædefuncti non conseruatur.l.ex naturæ. ff.
5 de sta.ho.† & tales illegitimè nati censentur infames infamia
d facti,[d] vt no.Azo.in sum.C.de infamibus. circa prin.ꝙ cuiuscunque interest hæreditatem suam non deuenire ad infamatam prolem:vt dignitas & fama eius conseruetur illæsa: & ex istis vltimo dictis concludit Ang.in sua disp.quæ inci. Nobilis quidam genere &c.in secundo dubio.sequitur An.de But. in c.per venerabilem,post medium.in versi.alius est effectus, quia si patrui &c.extra qui fi.sint leg. ꝙ talis naturalis & legitimatus non excludit substitutum quando testator erat nobilis genere:& hanc esse rationem d.c.naturales . vbi legitimati non succedunt in feu.quia non est verosimile nobilem feudū concedentem de tali persona vel prole sensisse. sed ita est ꝙ d. Io.de la Sala testator erat nobilis:ergo &c. vel saltem d.Baltasar erat in dignitate constitutus:quia protonotarius erat. l.1. C.de man.prin.& sic quando testator erat nobilis vel in dignitate,non præsumitur ob hoc ꝙ voluerit per legitimatam prolem excludere substitutum . Item etiam quando hæres grauatur de restituendo per fideicommissum sub conditione si decesserit sine filijs, erat in dignitate constitutus secundum Ange.in d.§.si quis rogatus. & hoc maximè, qa tales filij nati ex dicto Baltasare existente in sacris dicuntur incestuosi : vt not. gl.in l.2.C.de epi.& cle.vel secundum doct. vbi tales filij dicuntur spurij.& no.Bald.in l.si quis incesti. C.de incest.nup. ¶Duodecimò probatur per authoritates illorum qui tenent quod filij qui sint legitimati non excludunt substitutum : vt tenuit Ioan.Cal.in consi.suis in tit.qui filij sint legit.in consi. j.& Bal.in l.Lucius.la 2.ff.de hære.insti.& in l.si ita quis.§.is cuius.ff.de le.2.& Sal.in l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi.& Ioan.de Imo.in l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pu. & in d.§.si qs rog.in fin prin.¶Tertiodecimò, quia attento ꝙ tempore impetrationis,& legitimationis decesserant om
* nes * filij masculi dicti codicillantis sine filijs superstitibus masculis tantum d.domino Baltasare constituto in sacris:iam poterat dici esse acquisitum ius filijs dicti Nic. substituti : quia constabat d.Balta.decedere oportere sine filijs legitimis, & naturalibus, & per consequens ista conditio adiecta in codicillis,videlicet si decesserint codicillantis filij sine filijs masculis debebat censeri purificata postquam omnino erat extitura . l. si pup.§.qui sub conditio.ff.de noua.l.nam & si cum moriar. ff.de condi.inde. ergo non potuit Papa auferre ius quæsitum filijs dicti.Ni.ipsis non citatis . l.adoptio. & l.nam ita diuus. ff.de adopt.& ibi no.gl.& Bart.& not.etiam Bald. & alij in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posth.per l.fi.ff.de nata.resti.& no.etiam Bart.in l.2.C.de temp.ap. & Spec. in tit. de rescrip.præsentatione.§.fi. versi.item quid ad rescript. vbi concludunt doct.ꝙ in concessione priuilegij vel rescripti per quod aliquis læditur,debet citari ille de cuius præiudicio agi
6 tur.¶†Nec ob.ꝙ Papa fuerit vsus plenitudine potestatis:quia non debet Papa ea vti nisi ex causa, vt est casus secundum Inn. in c.innotuit,de elec.& Ang. in l.bene à Zenone . C.de quadri.præscri.& Bal.in l.2.in ver.modò ergo &c. C.de sent.ex

pen.

peri.recita. ¶Et ideo dicit Bal.in l.2.C.de com.rerum aliena. ꝙ princeps raro debet vti plenitudine potestatis: quia princeps debet magis cauere quàm alius. Alber.no. in l.pen. ff.de hæredi.insti.per Io.An.in c.cum venissent. de iudi. & princeps in hoc casu nullam habuit causam iustam. ¶Quinimò licèt Papa habeat plenitudinem potestatis, debet intelligi in beneficialibus per no.in d.c.innotuit.& cle.j. vt lite pendente. & in c.per venerabilem, qui filij sint legi. & patet ex tex. in c. 1.versi.non possumus.de causa posses.& in cap. 1. de fide instru.cum multis si.vnde tex.in d.c.per venerabilem, in verbo diuersis causis inspectis &c. probat ꝙ dispensatio seu legitimatio non debet fieri sine causa rationabili. ¶Et potissimè facit in casu nostro dispensatio Papæ iniusta & inualida; quia facit expresse contra voluntatem testatoris; quia nolebat substitutum excludi nisi per filios legitimos & naturales, & per
7 consequens fuit dispensatio Papæ contra ius diuinum:† quia Deus,& sancti patres voluerunt vltimam voluntatem esse seruandam: vt in d.c.vltimæ voluntatis. 13. quæstio. 2. & etiam facit contra ius gentium: Nam testamentum fuit origine de iure gen.quia eo ipso ꝙ gentes esse cœperunt, disponebant de bonis suis in testamento, vt legitur in veteri testamento de antiquis patribus ita inquit Bart. in l.interdum. ff.de condi.inde.& in rub.ff.de acqui.hære. vnde ea quæ sunt de iu. gentiũ princeps auferre non potest sine causa: vt plenè no. in l.fi.C. si contra ius vel vti.pub.& in c.quæ in ecclasiarum, per doc. de consti.& in c.quia plerique. de imm.eccl. ¶Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam proculdubio de iure probabiliorem esse puto. ¶Præsuppono igitur in primis
8 † ꝙ filij nati ex constituto in sacris possunt authoritate Ro-
* mani Pontificis * legitimari: vt expresse decidit Host.in sum. qui filii sint legi.§.fi.versic.nunquid ergo cum adulterino filio &c.quia tales in sacris constituti non lege diuina, sed canonica matrimonia contrahere prohibentur: vnde videmus ꝙ Papa dispensare potest ꝙ constituti in sacris matrimonia cõtrahere possunt: vt plenè no.in c.cum olim, de cõiu. & quod legitimatio talium valeat, probatur expresse in c.per venerabilem, in prin.cum glo.in verbo adulteriis. qui fil. sint leg.& sentit gl.in authen.qui.modis nat.effi.sui.§.fi.in verbo participium. ¶Secundo præsuppono quod sumus in terris subiectis ecclesiæ quo casu summus Pontifex habet eandem iurisdictionem quò ad iurisdictiones temporales, quas habet Imperator in terris Imperii: vt d.c.per venerabilem.allegat. c.licet de foro compe.cum ibi no.& etiam c.si duobus. in fi.extra de appel.& ita etiam no.Ant.de But.in d.c. per venerabilem.in 7.col.& vt dixit gl.2.in c.innotuit. & ibi latè doct.de iud.potestas.vtriusque gladii † fuit originaliter apud Papam,
* vt no.Inno.in d.c.licèt & ideo dicit Iacob.in procemio. C.ꝙ iurisdic.temporalis pendet ab ecclesia: quia ecclesia reseruata sibi substantia commisit Imperatori exercitium in temporalibus: & ideo donatio Constantini fuit quædam resignatio potius quàm donatio propria. ¶Quinimò plus reperio con-
* suluisse Pau.de Cast.in consi.225.* incip. super primo dubio videtur dicendum &c. versus fin. & consi.34. lib.2. colum.
9 fi.† ꝙ Dux Mediolani habens titulum ab Imperatore in terris illis, cum in terris illis sit factus princeps perpetuus, censetur in illum translata omnis potestas imperialis in terris illius ducatus, vt possit vti iure imperii, & legitamare ad præiudicium iuris iam quæsiti: ad hoc inducit tex.in l.1. versi.credidit princeps &c.ff.de offi.præfe. præto. id quod no. Spec. in tit.de instru.edi.§.restat.versi. sed quis potest facere tabellionem &c.hoc vltimum tamen non firmo: quia non est pro nunc necesse. ¶Ad prædicta posset etiam adduci id quod no. tradunt vndique doc. dicentes quod non recognoscentes superiorem possunt exercere ea quæ sunt principi reseruata in illis terris vt per Bart.in l.relegati. ff.de pœ.& in l.hostes. ff. captiuis.& in l.1.§.de quia re.ff.de postu.& in l.3. in princ.ff. de mino.& notant doct. in c.cum te, de re iudi.& Bald.in l. exemplo.C.de prob.l.receptitia. C.de const. pecu. cum si.& istud plurimum ponderandum est ad ea de quibus infra dicam. ¶Præsupposita ergo validitate legitimationis ex capite causæ efficientis: Nunc ostendo ꝙ de iure legitimatus in casu proposito excludere debet substitutum quemadmodum per
e filios legitimos & naturales excluderetur e substitutus. ¶Hoc probatur in authen.qui.mo.na.effi.sui.§.quoniam variè, & ibi quasi variè.& no.differẽtiam à legitimatis. & in §.reliqui. ibi, illas successiones quas habent: quia ab initio sint legitimi.& in §.illud,& ibi, à filiis legitimis differentes, & ibi restitutionẽ & antequam ingenuitatem & in §.si quis igitur, ibi, legitimatus fiat mox natalium iure omnino liberatus.& in §. adoptionis, ibi, sicut in cæteris ab initio legitimis. & in §.qa verò concludit, ibi, quæ verò illegitimis diffinita sunt filiis. & in §.cum semel, ibi, ius legitimorum ascendunt. in auth. qui.mod.na.effi.leg.§.liceat.ibi, nihil à legitimis differentes: ponderanda est dictio nihil, quæ est vniuersalis negatiua. 4. q.1.Deus.l.fi.ff.de lib.& posthu.l.is qui. §.vtrum. ff.de reb. dubi.& sic denotat ꝙ penitus nulla differentia sit inter legitimatos, & legitimos & naturales: attento quod iura superius alleg. disponunt prædictos legitimos dicti codicillantis esse legitimos & naturales, legitimi à lege nuncupantur: ideo in dispositione dicunt legitimati accipi pro legitimis. Nam testator præsumitur velle in sua dispositione id quod ius disponit: ita inquit Bart.in l.precibus.in 13.col.C.de imp. & aliis substi.alleg.l.si duo sunt, de acqui.hær.& no.Bald. in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.& in l.Gallus. §.quidam rectè. ff.de lib.& posthu. sed ius disponit ꝙ legitimati nihil differat à legitimis: & ꝙ iudicentur legitimi, vt dixi, ergo illud quod disponit testatore de legitimis & naturalibus censetur dispo-
10 situm de legitimatis. ¶Comprobatur † quia legitimatus dicitur verè legitimus & non per fictionem: vt probat. Bar.in l.si quis pro emptore.in 3.q.versi.item quæritur circa prædicta, vtrum ista fictio fingatur &c.ff.de vsuca. quia aliquem esse filium legitimum vel illegitimum est iuris, non enim hoc ab ipsa natura ducebatur, vt in auth.quib.mo.na.effi.legi. §.liceat.& in auth.quibus mo.na.effici.sui.§.si natura. & §.si qs ergo.sed lex inanimata disponens circa ea quæ sunt iuris continet veritatem, non autẽ fictionem, vt probatur in l. si vnus. §.pactus.ff.de pact.ibi, non tollitur ipso iure sicut stipulatio per stipulationem, quia in stipulatione ius vertitur &c. & latius prosequitur Bart.in d.l.si is qui pro emptore. ergo idem est quando Princeps, vel Põtifex disponit, vel legitimat, quia ipse est lex.in auth.de consulibus. in fi. cum possit ius positiuum funditus tollere.c.proposuit.de conces. præben.& not. in cle.1.in versi.perfectus.de immuni.eccle. ¶Pro hoc facit, quia per adoptionem filius efficitur verè legitimus, licèt non efficiatur naturalis quia non habet primordia naturæ. insti. de ado.in prin.cum ibi no.& ꝙ legitimatus, dicatur verè legitimus tenuit Bal.in l.super. C.de natur.li.sed quãdo aliquis esset illegitimus tali illegitimitate quæ de iure positiuo inducta esset: illa tunc eodem iure positiuo, vel à principe super hoc potestatem habente posset tolli: sed in proposito defectus illegitimitatis de quo quæritur, erat de iure positiuo, nõ de iure diuino, vt supra probaui in primo præsupposito: ergo &c. ¶Et fortificantur prædicta ex his quæ no.Bald. in l.cũ
11 acutissimi. C.de fideicom. vbi voluit † ꝙ statutum dicens ꝙ
* extantibus filiis masculis * filia fœmina non succedit: quod quidem statutum intelligitur de legitimis & naturalibus: vt d.l.filium diff. tamen habebit locum existente filio masculo
f legitimato: f cum in legitimatione sit verus status legitimorũ, licèt non sit verum principium secundum eum, & idem ipse dicit in l.eam quam, in versi.item quæsitum fuit à me. C.de fideicom.& Pau.de Cast.in l.sed si hac. §.patronum. ff.de in ius vo. sic ergo in dispositione statuti stricti iuris disponentis contra ius commune comprehenditur legitimatus: ergo eodem modo in dispositione testatoris quæ non potest dici esse magis stricti iuris. ¶Deciditur hoc etiam ex his quæ disputat Bened.de Plumbino in sua dispu.inci. statuto Pisano & maximè in primo dubio, vbi concludit, dum quæritur an legitimatus dicitur verè legitimis, debet distingui, quia aut quæritur an sit verè legitimus originali legitimitate in specie, quæ ex matrimoniis procedit, & dicendum quòd non ita, loquitur l.qua in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nup.& in authen.quib. mo.na.effi.sui.§.generaliter, in verbo machinationem &c.cũ simi.aut quæritur de alia legitimatione in genere, & tunc aut obstaculum in legitimatione procedit à iure ciuili, vt quia erat impedimentum de quo loquitur titulus. C.de interdic. matrimo. & tunc quia princeps tale impedimentum iure ciuili inductum tollere potest dicitur esse verè legitimus, vt in auth.quibus mo.nat.effi.sui.§.illud.cum si.ita procedat opi. Bart.

Bart.in d.l.si is qui pro emptore.aut illud obstaculum erat inductum de iure canonico,& tunc si esset legitimatus ab Imperatore non esset verè legitimus, sed requirebatur legitimatio a sede apostolica,& propterea infert in secundo & tertio dubio q statutum taxans legitimam filiorũ habebit locum etiã in filiis legitimatis,vbi per eum.¶Ad prædicta bene facit tex. in l.Imperialis.§.itaq;.C.de nup.ibi dum tex. dicit omni macula pœnitus deleta.per quem tex.dicit ibi Bald.q spurius legitimatus non debet amplius dici spurius,vt ibi Salic. in ver-
12 bo non accidit. † quia per legitimationem conseruatur agnatio g sicut per legitimos & naturales.Vnde succedunt naturales legitimati iure agnationis in hæreditate agnatorum, sicut faciunt legitimi & naturales, vt no. Ioan.And.in Spec.in tit. de successione ab intesta.§.fina.in penultima columna, & expressius no.Anto.de Butr.in dicto cap.per venerabilem. post medium.in versi.quia supra,visum est an legitimatus &c. dũ tractat, an legitimatus habeatur pro legitimo quo ad agnatos. & hoc quando legitimatio expresse restituit primitiuum ius naturale secundum prout facit præsens legitimatio, ergo cum intentio dicti codicillantis præsumatur fuisse quod voluit hæreditatem primò peruenire in descendentes suos masculos per quos conseruatur agnatio quam in extraneo, ac in eos qui non erant de agnatis dicti testatoris,prout erat Nico. substitutus, qui cum esset frater naturalis tantum testatoris non dicitur esse de genere seu agnatione vel familia testatoris, cum non esset legitimatus, vt no.in l.fina. versi. degeneres.& ibi not.Bal.C.de natu.libe.& l.spurii. ff. vnde cog. & Bart.in l.fina. de verborum significatione, & l.pronunciatio. ff.eodem titu. & Andr. de Iser. in d.capitul. naturales.in fin.latè per Imol.in d.§.si quis rogatus.& hæc ratio probatur ex l.cũ acutissimi.C.de fideicommis.& ex l.generaliter.§.cum autẽ. de institu.& substitu. ¶Ad idem tex.in l.conditionibus. §.si patronus.ff.de conditio.& demonstratione vbi hæc verba, si
* hæres erit, * apposita in conditione, & sic in materia facti est specifice implenda,iuxta l.qui hæredi.in princi. eodem titu. verificantur in bonorum possessore qui dicitur hæres quò ad effectum tantum,non autem est propriè hæres. §.quos.insti. de bon.poss.& no.in l.puberem. de iure delib. ¶Idem etiam probatur. in l.1. §.bonorum.cum ibi notatis per Bart. ff.ad Tre.vbi per illum tex.vult Bart.quod statutum quòd est stricti iuris loquens de hære. habet locum in bon. posses.qui est hæres quò ad effectum, quamuis non sit propriè hæres. & etiam videmus quòd satis est quod conditio adiecta in testamento adimpleatur per æquipollens d.l.3. C.de insti & substi.sub condi.fac.l.mulier.in princi. ff.ad Trebel. idem ergo est in ista conditione dicendum,de qua tractatur. ¶Similiter probatur, nam concessio immunitatis est stricti iuris. l.1.in fi.ff.de iure immu.l.1.C.de iure immu.non conce.lib. 10.& immunitas concessa ingenuo habet locum in liberto restituto ad iura ingenuitatis per ius aureorum annulorum. l.ex ratione.ff.de excu.tut.ergo dato etiam quòd legitimatus nõ esset verè legitimus, quia tamen est legitimus verè quò ad effectum,cum a legitimis & naturalibus non differat, vt dicunt iura superius alle.ergo &c. ¶Et comprobatur in responsionibus de quibus.infra,præsertim respondendo 10.argumen.ex quibus probari apertè videtur quòd legitimatus filius exclu-
13 dit substitutum † quando substitutio est facta sub conditione si decesserit sine filiis vel filiis legitimis & naturalib. prout in proposito nostro licet aliud dicendum esset,si facta esset per verba,si decesserit sine filiis legitimis natis, & ita est communis opin.quam in primis tenuit Iaco.de Are.quem refert & sequitur Ioan.And.in addi. Spec. in titu. de successio. ab intesta.§.fina.in fin.capit.1. & Albe. de Rosa.in d.l.generaliter.§.cum autem.& Bartol.in consi.incipien.Viso instrumento bannitorum.& Bald.in l.Gallus.§.si eius.de liber.& posthum.& Angel.in disputa. incipien. Quidam nobilis genere.
h & Antoni. de But. in capit. venerabilem. h post medium.in versi.alius est effectus: quia si pater. &c. vbi etiam dicit ita fuisse vel vidisse consultum,idem tenet Pet.de Ancha.in repetitione capituli cano.statuta.de consti.post medium.in versi. quid si statutum loquatur de filiis &c. & Pau. de Cast.in d.§. si quis rogatus,& in suo consi.307.incipien.In Christi nomine,super puncto isto plura &c.& in consilio 201.incipien.In Christi nomine videndum primo est Pet. de Anch.in consil. 201.incipien.In Christi nominè, videtur prima facie dicendum &c. licèt aliter dicat in consi. 440. incipien. In Christi nomine.primum quæsitum &c.& dicit Ioan. de Imo.in d.§. si quis rogatus.in fi.& in dicta l.ex facto. in prin. de vulga.& pup.& l.Lucius.la 2.ff.de hæ.insti. quòd ista communis opi. est,& per consequens ab ea in iudicando non est recedẽdum, vt habetur in vulgaribus.¶Preterea dato etiam quòd ista opi. non esset vera quòd scilicet legitimatus non excluderet substitutum, illud procederet quando superior simpliciter legitimasset:sed vbi expresse disposuisset princeps quòd talis legitimatus excluderet substitutum,hoc casu non negant doc. q legitimatus non excludat substitutum:imo quando apparet de
i mente Principis esse quòd substitutus excluderetur i tunc ex-
* cluderetur, vt sonant verba Sal.*in d.l.generaliter. §.cum autem.& Ioan.de Imo.in d.l.ex facto.in prin. ff.de vulg.& pupil.& inter cæteras rationes quas adducunt ad ostendendum quòd legitimatus non excludat substitutum, adducunt istam rationem videlicet: quia in dubio mens Principis non debet esse concedendo priuilegium legitimationis cum præiudicio substituti:quia priuilegium debet in dubio intelligi esse concessum sine præiudicio tertij.l.impuberi.ff.de admi.tut.cap. super eo.de offi. delega.sed Pontifex expresse disposuit quòd filij dicti Nicolai substituti excluderentur: ergo &c. ¶Et non est dubium quòd Pontifex in terris in quibus dominium tenet in temporalibus potest ea quæ potest Imperator in terris
14 Imperij: vt in primo præsupposito dixi: & † habet facultatẽ saltem de plenitudine potestatis legitimandi etiam ad præiudicium illorum quibus esset ius quæsitum etiam illis requisitis: vt firmat Bartol. & alij post eum in d.l.Gallus. §.& quid si tantum.per l.2.in fin.de na.resti.& Anto.de But. in d.cap. per venerabilem.in princip.in versicul. requisisti secundò secundum aliquos,cum versi.sequen.& Bal.in l.nam ita diuus. ff.de adop.& in l.2.in 8.colum.C.de serui. & aqua. & dominus Abb.in cap.cum olim.de regu.iur.in 4.colum.vbi refert se ita consuluisse.facit quòd no.Hostien. & Ioan. Andr.in capit.in nostra præsentia, de procur.vbi dicunt quòd de plenitudine potestatis Papa procedit parte non citata. Et quòd no. Bald.in l.fina.in versi.extra oppo. quòd non valeat & cap.C. de fru. & litis expensis & semper Princeps potest tollere citationem causa subsistente: vt est glo. notabilis in l.antepenul. ff ex quibus causis ma.& no.Bal.in l.cessante.C.quomodo & quando iudex & in l.nec causas. C. de appel. & ibi Bald. respondet ad clemen. pastoralis, extra de re iudi. & iusta causa semper præsumitur in principe: vt infra dicam.¶Et casum nostrum decidit Bal.in cap.domino guerram,in prin.in penult. columna in titul. hic finitur lex. Contra vbi voluit quòd post mortem illius de cuius hæreditate agitur, posset filius defuncti à principe legitimari in præiudicium agnatorum, quibus est delata hæreditas si non adiuerunt hæreditatem quinimò etiam probat, quod si fuisset adita hæreditas Princeps potest in eorum præiudicium legitimare;sed istud vltimum non est in præsentiarum necesse attingere, quia non sumus in casu in quo adita sit hæreditas per substitutos tempore legitimationis, istud etiam voluit Bald.in l.2.in fi.C.de iur. & facti ign. & in l.rescripta. C.de preci.imper. offer. Et in l.Deo nobis. C.de episcop. & cleri. vbi voluit quod si nondum adita erat hæreditas per agnatos, princeps potest etiam mortuo patre legitimare filium in præiudicium agnatorum quibus erat delatum ius adeundi, quia nec dicitur esse in bonis: alleg. text. no.quem dicimus non esse alibi in l.pretia rerum. ff.ad l.fal. ¶Sed si esset adita hæreditas, tamen per ipsam aditionem heredes acquisiuerunt dominium.l.cum hæredes.in princip.ff. de acquirend. posses. non potest princeps sine causa in præiudicium hæredum legitimare, secundum Bal. in d.l.rescripta. quia cum dominium sit de iure gentium. l.ex hoc iure. ff.de iusti.& iur.Et princeps non potest auferre ea quæ sunt de iuregentium sine causa,vt plenè no.in d.l.rescripta.& in l.fina. C.si contra ius.istud tenet Paul.de Cast.in d.§.& quid si tantum.vbi dicit quod quando non est adita hæreditas per agnatos;Princeps sine causa potest legitimare in præiudicium illorum quibus ius adeundi est delatum: quia cum ius adeundi sit de iure ciuili id est,iure quiritum.1. distin.cap.quiritum. & l.lege obuenire.ff.de verborum significatione, & no.gloss. in l.1.ff.de acquirendo rerum domin.& glo.& Bartol.in l.ex hoc.

hoc.ff.de iuſtitia & iure gloſſ.in l.3.ff.de acquirenda hæreditate.& in l.rem in princi. ff.de rei vendica. ¶ Princeps poteſt etiam ſine cauſa auferre ea quæ ſunt inducta a iure ciuili quã do in reſcripto vtitur clauſula non obſtante. vt nota Inno.in capi.quæ in eccleſiarum,extra de conſtitu.& per Bartol.in d. l.ſi poſt glo.C.ſi contra ius vel vti. pub.& ita etiam conſuluit Pau.de Caſt. lib.2.conſilio 34. incipien. Super primo dubio videtur dicendum quod legitimatio &c. & debet ita ſaluari opi.Dyn.in conſi.10.quæſtio talis eſt.qui tenuit quòd etiam poſt mortem illius de cuius hæreditate tractabatur, poſſit fieri legitimatio in præiudicium eorum. ¶Et dicit Pau.de Caſt. in d.conſilio ꝙ Princeps poteſt hoc facere ſine cauſa, quamuis peccet ſi faciat allega.no.per Hoſt.in ſumm. qui fi.ſint legi.§.fin.& ꝙ non requiritur alia citatio, quãdo apparet quod Princeps voluit eis omninò præiudicare: quia poſito ꝙ comparuiſſet, * non tamen potuiſſet voluntati Principis obuiare, vnde non oportet citari illum quo inuito potuiſſet actus expediri.l.4.§.1.alias eſt.l.illud,in princ. ff.de fideicom. lib.& regula qui poteſt inuitis.ff.de reg.iur. & ꝙ per legitimationẽ reciperet legitimatus ius ſuccedendi etiam ſi eſſet aliis delatum,dummodo hæreditas non ſit apprehenſa per alium. probatur ex no.Bart.in l.1.§.ſi filius.in ſi.ff.ad Treb. ¶Plus dicit Pau.de Caſt.in præallegato conſilio, & plenius in l.ad teſtiũ. ff.de teſt.& in l.cum hæredes.in princ.ff.de acqui.poſſeſ.ꝙ ſi etiam erat adita hæreditas tempore legitimationis, ſi tamen non erat apprehenſa poſſeſſio, poterit Princeps etiam ſine cauſa per legitimationem his præiudicare qui adiuerant; quia per aditionem factam ſine apprehenſione animo acquiritur dominium de iure ciuili, vt no.glo.in dicta l.j.cum ſi.ff.de acquiren.hær.& probatur in d.l.cum hæredes, in prin. ſed dominium de iure gentium acquiritur per apprehenſionem poſſeſſionis inſti.de rerum diu.§.per traditionem. & l.1.in prin. ff.de acqui.poſſ.vnde ſine cauſa auferre poteſt ea quæ ſunt de iure ciuili, vt dictum eſt. ¶Sed fortius dico in caſu propoſito etiam abſque eo ꝙ Papa fuerit vſus plenitudine poteſtatis, & expreſſe agendo præiudicauerit filijs dicti Nico.ſubſtituti, potuiſſet ſimpliciter legitimando excludere dictos ſubſtitutos, etiam non citatos; hoc probo ex concluſione quam in propoſito facit Bal.in l.fi.C.quibus res iud.non nocet.† vbi tra
15 ctat an in legitimatione requiratur citatio [k] aliquorum dicit ꝙ non viuo patre legitimati de cuius hæreditate tractandum erat.vnde viuo patre non eſt apertum agnatis ius ſuccedendi, vnde citandi non ſunt;etiam ſi haberent aliquam ſpem, non tamen probabilem.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verb.ob. quinimò ſecundum eum etiam habentes ſpem probabilem, non tamen proximam ſed remotam, non ſunt citandi. l.j.§. denunciari.ff.de ven.inſpi.vbi patet ꝙ denunciatio quam debet facere mulier pręgnans mortuo viro antequam pariat iuxta.l.1.§.pen.ff.de ven.inſpi.debet fieri hæredi primo loco inſtituto,cui iam de lata eſt hæreditas;non autem ſubſtituto cui nondum delata eſt hæreditas niſi inſtituto repudiante; & ſic denunciatio debet fieri his qui habent ſpem conſequendi hæreditatem ex iure de præſenti & inſpecto præſenti ſtatu; ſed ita eſt ꝙ tempore dictæ legitimationis cum adhuc viueret d. Baldaſar non erat ex iure repræſentandi delatum aliquod ius adeundi hæreditatem filijs dicti Nico. quia cum decedere potuiſſent dicti filij dicti Nic.ſuperſtite dicto Baldaſar & ſic expiraſſet dicta ſubſtitutio fideicommiſſaria quo ad filios Nico. quia non potuiſſet id ius ſubſtitutionis tranſmittere ad hæredes ſuos.l.ſi ex pluribus. ff.de ſuis. & leg.l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pup.l.hæres meus. poſt princ. ff.de condi.& demon. ¶Et idem dici poteſt in 2.parte quæ ex ſubſtitutione eroganda erat in pauperes; quia non dicebatur tractari de præiudicio pauperum, qui erant tempore legitimationis, ſed eorum qui erant poſt mortem domini Baldaſaris, quibus nondum poterat dici ius acquiſitum hoc probatur in l. cum pater. §.filia. ff.de legat.2.per l.filiusfami. §. diuus ſeuerus. ff. delegat. j. per quæ iura, Bartol. in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ. & Bartol. Bal. & Imol. in dicto §.filia. & Bal. & Angel. in dicto §.diuus. & Angel. Ioann.de Imol. & Roma. in l.ſed & ſi alio. §.ſi quis ſub conditione, ff. ad Treb. & in l.ſtipulatio iſta. §.inter cætera, ff. de verborum obligationibus, & Angel.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus, el 2.ff. ad
16 Treb.dicunt † quòd ſi diſpoſuit teſtator quod poſt mortem hæredis ſui executores debeant erogare in pauperes Chriſti & quos elegerint; quòd non potuerit talis electio fieri viuente hærede; nec etiam valeret diſtributio facta in pauperes viuente hærede, etiam ſi eo conſentiente fieret; quia electio non valeret; quia teſtator intelligitur voluiſſe prouidere illis pauperibus, qui erant poſt mortem hæredis; & ſic eis dicitur inferri præiudicium ſi ante fiat diſtributio; quia poſſet contingere ꝙ illi in quos viuente hærede facta eſſet diſtributio, non ſupereſſent poſt mortem hæredis. ¶Et quòd nullus tunc dicatur etiam poſt mortem teſtatoris habere ius nec ſpem aliquam iure approbatam in ipſa ſucceſſione ante tempus ſubſtitutionis, firmat Bar.in l.is poteſt.in verſ.circa hoc quero &c. ff.de acquir.hæred.per l.2.§.interdum.ff.de vulgar.& pupil. ¶Prædicta etiam confirmatur per tex.in cap.naturales,iuncta glo.in tit.ſi de feu.fue.contro.inter do.& agna. vbi quantuncunque feu.eſſet conceſſum ſimpliciter,& ſi virtute conceſſionis non comprehenderentur filij naturales etiam legitimati, tamen ſi in legitimatione adiectum ſit quod legitimati ſuccedant in feud. cum clauſula non obſtante, tunc ex tali legitimatione ſuccedunt legitimati in feud. etiam ad præiudicium domini qui feud. conceſſerat & dicit gloſ. [l] quòd illud de facto accidit Mutinæ: & cum illa gloſ. tranſit etiam ibi Andræa de Iſernia & doct. in capit.per latum qui filij ſint legiti. ¶Supereſt ad allegata in contrarium reſpondere. ¶Non obſtat igitur primo id quod habetur in l.ex ea. §.inſulam. ff.de verborum obligationib. quia reſpondeo quod ibi mors tantum ciuilis ſuperuenit, vnde non æquiparatur naturali; quicunque enim legitimè natus habet iura naturæ in §. liceat. in authen.quibus modis natura effic.legi.& not.Bart. in l.tutelas, in princip.ff.de ca.dimi.cum concordan.ſed hic filij domini Baldaſa. erant naturales ſine dubio; & etiam ſunt legitimi propter legitimationem ſummi Pontificis, vt in dicto §.illud,in authen.quibus mod.natu. effi.ſui. cum ſi. & ſic concurrit vtrumque vinculum. ¶Præterea in caſibus in quibus eundem habet effectum mors ciuilis quem habet mors naturalis, tunc mors ciuilis æquipollet naturali.l.adeo. §.publicationem. ff.pro ſocio.l.1.§.fin.ff.de contratabu.ſed quo ad effectum legitimatus dicitur eſſe legitimus & naturalis; vt ſupra probatum eſt, ergo &c. ¶Non ob. 2.argumen. dicta l.fidei.ff.de conditio.& demonſtrat. cum ſimi.quia reſpondeo ſecundum Ioan.And.in addi. Specu. in titu. de ſucceſ.ab inteſt.* ad fin.quod ibi filius adoptiuus non excludidit ſubſtitutum, * quia lex hoc introduxit propter ſubſtitutionem & fraudem quæ facile fieri poſſit,quia quiſquis per ado. in vno eodemque momento poteſt filius fieri; & per emancipationem extraneus fieri; vt dicit text. in l. cum adoptiuus.C.de adoptio. & de tali fraude facit mentionem text. in l.cum ratione.§.ex bo.ff.de bonis dam. ¶Præterea filius adoptiuus non habet iura naturæ, ſed ſolum eſt legitimus, & appellatione filij intelligitur de legitimo qui etiam habeat iura naturæ dicta l. filium diſſinimus. & fortior eſt legitimatio quàm adoptio.§.adoptionis.in authent.quibus modis natu. effici. ſui. & l.legem. C. de natu.libe. Vbi filij naturales licet non poſſint adoptari a patre, tamen poſſunt legitimari; & ideo non procedit argumentum de vno ad aliud, ſecundum Bald. in l. ſi te. C. de ſup. & leg. vbi dicit plus eſſe ſpurium legitimatum quàm eſſe filium adoptiuum; quia filius legitimatus habet primordia naturæ. legitimatio enim non fecit eum legitimum, ſed tollit obſtaculum quod a lege poſitiua habebat illegitimè natus; quia de iure naturali erat legitimus, vt in §.liceat. in authent. quibus modis natu. effic. legi.& in ſimili not.in l. manumiſſiones. ff.de iuſtitia & iure nec mirum ſi potentius operatur legitimatio quam adoptio; quia adoptio expeditur apud magiſtratum. l. prima. ff. de adoptio.ſecus in legitimatis.in authent.quibus modis natu. effici.ſui.§.fina.& dicto capitu.per venerabilem. ¶Non obſt. l.fin. C.de his qui.ve. ætat. impe. quia lex iſta diſponebat de maiori 25.annis, & ſic contra ea quæ ſunt à natura licet etiã princeps bene poſſet diſpenſare minorem: non tamen poteſt facere eum vere maiorem 25.annis.ſed legitimitas & illegitimitas poteſt lege poſitiua tolli & induci per totum titulum. C.de interdi.ma.& Bartol.in l.ſi is qui pro emptore, in 3.q. principali.ideo princeps poteſt facere quem vere legitimum vt probat ibi Bar.& dixi ſupra, & ita videtur ad dictam. l.fi. reſpon-

respondere Anto. de Butr. in ca. cum Vintoniensis. de elect. in 1. oppo. ¶Item legitimatio non facit quem legitimum sed remouet obstaculum, vt proximè dixi, quæ ratio cessat in casu dictæ. l. fin. ¶Et per hoc responsum est ad id quod dicitur quod naturalis ratio est attendenda, non accidentalis. l. qui habet de tute. ibi, non erat. l. concessus effectus causę accidentalis, qui erat concessus causæ naturali; sed in casu nostro sic, vt in d. §. illud. ¶Non obst. illud quod aliud est quem esse legitimatum & aliud quem esse legitimum: vt colligitur ex no. per glo. in l. cum legitimè. ff. de sta. ho. & in l. 1. ff. ad municipa. cum si. quia respondeo ꝙ dum glo. quærit de filijs legitimis tantum scilicet de adoptiuis: & postea quærit de legitimatis, non facit hoc ꝙ velit ostendere ꝙ legitimatus non dicatur legitimus; sed ad ostendendum quibus personis loqueretur; tum etiam ad ostendendum ꝙ filius legitimus tantum idest adoptiuus differt specie à legitimato: qa habet primordia a natura, vt supra dixi. ¶Non obst. 5. arg. ꝙ inspecto communi vsu loquendi aliud est quem esse legitimum & naturalem, & aliud est quem esse legitimatum. ¶Primò istud negari potest cum non præsupponatur hoc esse probatum prout

17 de iure requiritur.† Secundò quia quotiescunque verba prolata in vulgari à testatore vel ab alio disponente sunt redacta in scripturis per tabellionem latinè scribentem, tunc verba illa sunt intelligenda secundum iuris interpretationem, * nō autem secundum modum vulgarem loquendi: quia præsuppono ꝙ notarius scribendo apposuerit verba quæ important voluntatem testatoris: ita not. Bart. in l. si quis filiabus. ff. de test. tute. ar. eius ꝙ legitur & no. in l. 1. C. de vsur. & in l. sciendum. ff. de verborum oblig. & Bar. in l. liberorum. in vlt. col. ff. de verborum signif. & in l. si quid earum. in princ. ff. de le. 3. ¶Vnde in proposito dicit signanter Bald. in l. lege 12. tab. ad fi. C. de leg. hær. ꝙ sermones prolatos in vulgari debemus interpretari secundum artem literarum vel secundum grossum modum loquendi liberaliter [m] allegat not. per Cyn. in l. si cum ante. C. de dona. ante nup. & not. in l. librorum. §. ꝙ tamen Cassius. ff. de leg. 3. & per consequens verba illa, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, dicunt intelligi secundum iuris interpretationem secundum ꝙ etiam in statutis, vt dixi, & in alijs dispositionibus legitimatus dicitur esse naturalis & legitimus. ¶Non ob. sextum ar. ꝙ appellatione filij intelligatur de eo quem iustæ nuptiæ demonstrant: vt l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. quia dupliciter. potest responderi. primo quia ibi loquitur eo iure quo non erat introducta legitimatio nisi per matrimonium: licet aliquando princeps ius liberorum confirmaret, vt inquit text. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nu. vnde postea legislator animaduertens ad naturalem concupiscentiam quæ illis naturalibus tantummodo filijs inferebatur, prouidit de pluribus modis legitimandi: ita habetur in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. legitimi. & in §. si quis ergo. & in auth. quib. mo. na. effi. leg. §. licet. Nimirum si legitimatus a iure postea appellatur filius legitimus & naturalis. Sed respondeo ꝙ satis est ꝙ conditio legitimatorum & legitimorum & naturalium sit equata; art. l. 1. ff. de leg. 1. & in l. 1. C. de leg. & l. Gallus. §. quid si tantū. de libe. & posthum. cum glo. 1. in versi. emancipatus esset; & istam secundam responsionem dedit Ange. in sua dispu. inci. quidam nobilis. ¶Nec ob. ꝙ nomen filiorum, in casu nostro sit positum in conditione quæ debet impleri in forma specifica; quia (vt dixi) est etiam satis ꝙ impleatur per æquipollēs. l. 3. C. de insti. & sub. vide tamen circa hoc Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. in sua distin. & potest dici ꝙ conditio ista sit apposita ad effectum actoris; quia testator videtur velle vocare filios grauatos saltem ad successionē ab intest. l. Lucius. & ibi not. ff. de hær. inst. vnde ad hoc vt filius illius grauati possit sucedere sibi, erat necesse ꝙ essent legitimi & naturales, vt in auth. licet, C. de nat. lib. meritò sufficit ꝙ per æquipollēs seu per casum similē adimpleatur. l. 3. C. de insti. & substi. secundum doctrinam Bart. in d. l. Gallus. ¶Nō obst. septimum art. ꝙ daretur materia & occasio delinquendi & peccandi; quia ad hoc respondet Ang. in dicta dispu. & licet iste casus accidere posset, tamen ad hoc directè non tendit intentio testatorum, ideo hoc non consideratur. l. si vehēda. §. idē ius est. ff. ad l. rhodiam. de iactu. & l. 2. §. si vero propter. & §. fi. cum l. seq. in prin. & vtrobique per Bar. ff. si quis

18 cau. ¶†Non ob. octauum arg. ꝙ monasterium habetur loco filij ex corpore descendentis &c. quia respondeo quòd monasterium non habet iura naturalia legitimationis prout filius legitimus habet: vt iam dictum est; vnde sicut monasterium non venit appellatione filiorum ex corpore natorum ita in præsupposito modo non venit legitimatus appellatione filiorum legitimè natorum, vt concludit Bart. in d. l. Gallus. §. si eius. & Ang. in d. dispu. & d. Ant. in d. c. per venerabilem. sed bene venit appellatione naturalium & legitimorum vt dictum est. ¶Non obst. quòd habetur in d. c. naturales, qa potest responderi quod illud est speciale in feudo, & potuit esse ratio, ne fieret præiudicium domino qui concesserat vasallo feu. pro se & descendentibus suis in quo non comprehēdebatur naturalis; vnde si naturalis postea legitimatus succedere in feu. præiudicaretur dominio in iure suo antea quæsito. Et propterea glo. ibi vult ꝙ d. c. non habeat locum si expresse non fuerit legitimatus ad feud. & sic apparet ꝙ superior voluit præiudicare domino feu. prout apparet de mente legitimantis, in casu nostro qui voluit præiudicare substituto; quibus tamen non poterat dici tunc esse ius quęsitum.

19 ¶† Non ob. 10. ar. scilicet ꝙ legitimatus dicatur per fictionē legitimus, vt no. gl. in d. c. innotuit, dum dicit, legitimus &c. cum si. quia respondeo quòd quoties dictio aliqua improprietatem demonstrans apponitur circa ea quæ possint esse vera secundum veritatem & proprietatem, magis dicitur esse verbum veritatis expressiuum quam improprietatem denotans, vt patet in dictione quasi. l. si ante nuptias. & ibi no. ff. so lu. matrimo. l. mulier. §. fi. ff. ad tre. cum si. ita no. Bart. in d. l. si is qui pro emp. in fi. 3. quæstionis princ. sed ita est ꝙ legitimatus dicitur esse verè legitimus inspecta illa speciali & originali legitimatione, quæ ex matrimonio procedit; vt dicūt doc. supra relatum est. ¶Præterea dato ꝙ legitimatus diceretur fictè legitimus, tamen dico ꝙ conditio fideicommissi dicitur deficere ita propter filios legitimatos quantuncunque fictè dicuntur filij legitimi & naturales, sicut deficeret propter legitimos & naturales; vt probatur in l. Iul. ff. de condi. & demon. * in verbo accepto tulisset; iuncto. §. est autem acceptilatio. insti. qui. mo. tol. ob. vbi in conditionalib. idē operatur implere conditionem vere vel fictè si eundem effectum habet implementum fictum ꝙ verum. ¶Nec adhuc ob. l. fideic. eo. tit. quia ad illam respondi supra, & sic patet veram esse opi. ꝙ legitimatus excludat dictos substitutos. & istam esse pluribus & grauioribus authoritatibus fulcitam, & ab illa tanquam à communi opi. non esse recedendum; vt habetur in locis vulgaribus. ¶Non obst. 11. ar. ꝙ Io. erat persona nobilis & Baldas. erat in dignitate &c. & sic non præsumitur sensisse de talibus filijs illegitimis quantumcunque legitimatis; vt dicit Ang. in d. dispu. quia ad hoc respondeo primo secundum ꝙ ipse Ang. respondit, videlicet ꝙ in casu nostro ista præsumptio tollitur per aliam: quia casu quo filij testatoris decederent sine liberis, substituit testator fratrem suum naturalem tantum in certa parte. pro hoc allega. d. §. si quis rogatus. iunctis his quæ not. Bar. ibi dum dicit Bar. quòd si in aliqua parte testamenti testator fecerit mentionem de naturalibus tantum. tunc testator substituendo hæredem sub conditione si decesserit sine liberis, intelligitur sensisse etiam de naturalibus liberis. ar. l. qui in filiabus in prin. ff. de leg. 1. & l. vnum ex familia. §. volo. ff. de leg. 2. ¶ Nec adhuc ob. si dicatur quod dato quod in quæstione nostra testator substituendo fratrem naturalem tantum videtur voluisse sentire quòd filij naturales excludant substitutum, tamen non videtur voluisse quòd filij spurij excludant substitutum. in auth. ex cōplexu. C. de inces. nup. iuncta auth. licet. C. de natu. lib. Et sic præsuppositiones in casu nostro non sunt pares; vnde ex diuersis non recte infertur vt l. eum actum. ff. de neg. gest. l. fi. ff. de calum. quia ad hoc respondeo quod istud est de directo contra intentionem Ang. in d. dispu. vt patet in suo themate vbi loquitur quando ille cui erat facta substitutio decesserit cum filijs spurijs legitimatis; & ille quem testator substituerat, erat frater suus bastardus. & non est dubium quòd bastardus & naturalis idem important: vt est gl. in rub. ff. de consti. quam ad hoc pro singulari allega. Io. de Imo. in d. §. si quis rogatus. in 1. col. & ibi no. Bart. & Bald. in l. cum acutissimi. C. de fideicom. vnde Angel. in d. dispu. ponderat pro testatore substi-

substitutum fratrem qui erat de eodem genere illegitimorũ; ponderandum est quod Ang. dixit de eodem genere, non de eadem specie vnde licet spurius & naturalis dicantur differre per plus & minus & sic differunt specie non tamen genere, qa omnes sunt de genere illegitimorum; & spurius large dicitur naturalis, vt not. glo. in c. per venerabilem, in verbo non naturalem. extra, qui filij sint legi. arg. l. fi. ff. de fide instru. ¶ Preterea, si ratio propter quam dicitur quod testator nobilis nõ videtur sensisse de filijs non legitimè natis est, quia interest sua hæreditatem suam non deuenire ad infamatam prolem, & clarum est quòd Nico. qui erat naturalis erat infamis, vt dixi, & ante testatorem non habuit hunc respectum; ergo in casu nostro non cessat ratio propter quam mouentur doct. ad dicẽdum quod intelligitur testatorem nobilem sensisse nisi de legitimis & naturalibus. ¶ Denique per legitimationem istam sunt specialiter dicti filij domini Bald. restituti ad dignitates,
* honores * & ad omnia ac si essent nati legitimi & naturales; & ideo admitti possent ad eas dignitates ac si omnis abolita esset macula infamiæ. c. cùm Vintoniensis. de elec. nec amplius spurij dicuntur: vt dicit Bald. in l. imperialis. §. itaque per illum text. C. de nup. ergo cessant in proposito omnes rationes per quas dicimus quòd filius naturalis non excludit substitutum à testatore qui est nobilis. ¶ Respondeo insuper ad ar. & insuper ad omnia alia deducta quòd illa possent militare quãdo simpliciter filij domini Baldas. fuissent legitimati absque
* eo quòd Pontifex expresè disposuisset * substitutionem euanescere ad præiudicium dicti Nico. sed cùm in casu nostro expresè Papa de certa scientia & plenitudine potestatis asserendo se iustis causis moueri, disposuit dictos filios adeò haberi pro legitimis & naturalibus quòd euanescat dicta substitutio ac si nati essent ex legitimo matrimonio, & sic nos sumus in casu certo: & istud Pontifex potuit disponere, vt per plura media comprobatum est &c. & in differentijs etiam statim dicetur. ¶ Non obst. quod vltimo dicebatur, quòd debet censeri conditio fideicommis. purificata tempore legitimationis, qa constabat dominum Bald. in sacris constitutũ decedere oportere sine filijs legitimis, & naturalibus: & per consequens Papa non potuit auferre ius quæsitum filijs dicti Nico. maximè non citatis, quia respondeo quia non est verum quòd tempore legitimationis diceretur ius acquisitum filijs dicti Nic. qa poterant decedere ante dominum Baldes. & extinctum fuisse omne ius suum quò ad ipsos & suos hæredes: vt l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. & expresè decidit Barto. in l. is potest in versi. sed circa hanc quero. de acqu. her. vbi vide. Quinimmò dato ꝙ fuisset eis ius acquisitũ: tamen Papa in terris sibi subiectis quò ad temporalẽ iurisdictionem & in quibus tenet locũ Imperatoris potuit & sine causa auferre illud ius futuri fideicomm. maximè cum nondum sit agnitum fideicom. quia cũ talis acquisiti o fit iure ciuili: vt l. lege obuenire. ff. de ver. sig. & no. in l. 1. ff. de acq. re. do. & dixi suprà, potuit pontifex auferre ea quæ sunt de iure ciuili, & etiam sine causa, vt notant doc. in l. fi. C. si contra ius. & in d. c. quæ in ecclesiarum. de cõstitu. Nec ad hoc ob. si dicatur ꝙ testamentum sit de iuregentium: vt per Bart. in l. interdum. ff. de condi. inde. quia respondeo quòd omnes ferè contractus & conuentiones fuerunt de iuregentiũ: vt d. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & tamen actiones quæ oriuntur ex dictis contractibus cum sint de iure ciuili. l. 2. §. deinde ex his. ff. de ori. iur. possunt tolli etiã sine causa: vt no. in dictis locis, & sic aufert ius agendi: vnde in proposito auferre potuit actionem ex testamento quę datur fideicõ
* missario contra heredem: * vt no. in d. l. restituta. §. j. ff. ad Trebel. & l. ex facto. eo. ti. & per hoc etiam est responsum ad illud ꝙ dicitur quòd acquisitio ex testamento est de iure diuino: nam ipsum ius agendi est de iure ciuili. ¶ Preterea non est verum ꝙ acquisitio ex testõ sit de iure diuino, nec est text. q hoc dicat: nam acquisitio ex testõ per se sumpta nõ est de iure ciuili; sed acquisitio ex testõ cũ solennitatibus à lege requisitis est de iure ciuili: ita declarat Bart. in pręalle. l. sciendũ rursus. qa princeps põt disponere cũ causa circa ea q̃ sunt de iure diuino vel gentiũ: vt no. Bar. in l. oẽs populi in 3. q. prin. ff. de iust. & iur. & clarè Cy. in l. rescripta. C. de pre. impe. offe. vbi ẽt loquitur qñ Imperator facit hoc ꝑ viam rescripti idẽ Bal. in l. 1. in 7. col. C. de iure aure. annulorũ. maximè doct. & d. Ang. & Io. de Imo. in d. c. q̃ in ecclesiarũ, vbi dicunt non esse differentiam in hoc an Princeps per modum legis condendæ, an per modum rescripti hoc faciat: quia vtrunque procedit à pari potentia: & Pontifex asserit se facere cum causa. ¶ Ex his patet ꝙ satis fragilis fuit responsio consultorum ad no. per Bart. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, cum si. dum Bart. dicit quòd Princeps de plenitudine potestatis potest legitimare ad pręiudicium illorum quibus delata esset hæreditas. Nam dicit consultor quòd illud debet intelligi in hæreditate delata ab intestato, secus si ex testamento, quia est de iure dinino vel gentiũ nam certè acquisitio hæreditatis tam ex testamento quam ab intestato fuerunt inuentæ eodem iure: vt patet ex no. per gl. in d. l. j. ff. de acqui. rer. domi. per Bart. in rub. ff. de acqui. hæ. iunctis uot. per eundem in l. interdum. ff. de condi. indebi. ¶ Præterea quocunque iure fuerit inuenta princeps ex causa, potest in tali iure præiudicare, vt dicendum est: imò videmus quòd Papa etiam potest alterare voluntatem testatoris, in cle. quia contingit. & ibi glo. in versi. cum apostolicæ sedis de re-
n ligi domi.[n] & sic potest hoc de plenitudine potestatis, & ita respondetur ad l. testamentum. C. de testa. vt ibi not. Bald.
20 ¶ † Est modo videndum an tunc præsumatur causa in prin-
* cipe * rescribendo, non solum legem condendo; & dico ꝙ sic hoc etiam tenet Iac. de Rauen. & Cyn. in l. rescripta. in 3. q. & 4. de preci. impe. offe. in tantum quòd non admittitur probatio in contrarium secundum eos. idem dicit Iac. But. in l. fin. ad fin. C. si contra ius. vbi dicunt quod si princeps per rescriptum aufert ius alterius præsumitur in dubio facere ex cau-
o sa.[o] quia semper præsumitur causa in iudice & iustitia. ca. in præsentia. de renun. & c. inter. & c. sicut. de re iud. & l. 2. C. de officio iud. quanto magis in principe, quia supra omnes est; & à cuius sententia non appellatur istud etiam in rescripto tenuit Ant. de But. & Ioan. de Imo. in d. c. quæ in ecclesiarũ. Ant. de But. in d. c. cum inter. de renun. vbi etiam loquitur in particulari dispensatione impetrata à Papa: & idem no. ipse in ca. constitutus. in 2. col. de relig. do. & do. Card. Flo. in d. cap. quæ in ecclesiarum. dum allegat clem. j. de prob. istud etiam procedit in legitimatione per quam Princeps aufert ius alteri quæsitum nemine citato, quòd præsumatur fecisse ex causa si asserat se ex certa sciẽtia fecisse: tenet d. Abb. & mo. c. cum olim. de re iu. vbi refert se ita consuluisse: facit tex. in cle. j. de proba. vbi statur verbis narratiuis Papæ & faciunt fidem eius
* qd narratur si Papa narrat se facere ex iustis causis; * ergo &c. ¶ Bene facit quod no. Bald. in l. testamentum. C. de testa. vbi voluit quòd in principe satis est quòd putet causam subsistere, & ex opin. sua statuat seu mandet. Nam istud operatur quãtum operatur in inferiore facere causa cognita, & approbata causa & vocatis his quorum interest, vt probatur in clem. 1. de reli. do. iuncta l. legatum. ff. de admi. ni. rerum ad ci. pertinen. & cum pace domini consultoris ita communiter tenent doct. in dictis locis alleg. per eum. ¶ Non ob. dum dicitur ꝙ Papa non habet plenitudinem potestatis nisi in beneficialibus &c. vt in cle. j. ad fi. vt lite penden. &c. quia respnodeo, ꝙ
* Papa in beneficialibus habet liberam administrationem * vt ibi, & in c. 2. de præben. in 6. & etiam plenitudinem potestatis habet in his quæ sunt inducta de iure positiuo. ca. proposuit, & ibi no. doct. de conces. præben. & istud habere liberam administrationem importat duo Primum, quòd etiam vbi constaret non subesse causam per quam possit quem priuare benificio secundum Pau. de Leaz. in d. cle. 1. & idem ibi dicit do. Card. in 11. no. allegant glo. no. 9. q. 3. per principalem. cum ibi no. per eos; & sic in his quæ sunt inducta à iure positiuo potest præiudicare sine causa; vt no. doc. d. ca. quæ in ecclesiarum. ¶ Secundò operatur quòd vbi alias quando Papa vel Princeps, aufert ius priuati, oportet quod apponat dictũ seu clausulam non obstante. l. quoties. & l. rescripta. cum ibi no. C. de preci. impe. offe. tamen fallit vbi disponeret Papa in beneficialibus in quib. habet liberam administrationem; Nã tunc valebit rescriptum sine clausula non obstante, ita formaliter dicunt Ant. de But. & Io. de Imo. in d. c. quæ in ecclesiarum. allegat d. cle. j. in fi. vt lite pen. & d. c. 2. de præben. in 6. & sic volunt quòd vbi apponitur in rescripto clausula non obstante; possit Papa rescribere in præiudicium iuris tertij sibi subditi, etiam in alijs quam in beneficialibus, & potissimè vbi fit, præsumitur cum causa, vt proximè dixi, & no. Spe. & Ioan. An. in ti. de obli. §. nunc videndum versi. 57. Alex.

ADDI.

ADDITIONES.

* Dictos legitimatos.]Vide de hoc articulo Socin.latè in l.Gallus. §.si eius.ff.de libe.& posth.& latissimè etiam Philip. Decium consi.284. versi.Et retenta communi conclusione &c.vsque ad fi.& Areti.notabiliter in l.ex facto.col.7.cum seq. ff.de vulga. & pupilla. & Barba. latissimè in l.cum acutissimi.car.25.cum pluribus sequen.vbi ad longum refert omnia.Et in simili in quæstione de primogenito,an includatur legitimatus,vide Alexan.in eius disputatio. Sigismundus, vbi multa ad vtranque partem.Et in hoc articulo vide Ias.consi.39. lib. 3.Et in legitimato per matrimonium subsequens, clarum substitutū excludi Dec.consi.155.colum.2.& communis opinio quòd legitimatus excludat substitutum Dec.consi.258.col.3.& Dec.latè tangit ponens reg.cum fallentijs consi. 284. colum.5. Et filius natus in figura matrimonij,id est ex matrimonio putatiuo,excludit substitutum,Deci.consi.153.Et de principali articulo quædam scribit Matthæ.Afflic. decisi.386.Dec.consi.425.dub.2.vbi ponit fallen.& consi.557.per totum.& articulum latè tangit Ripa. in l.ex facto. §.si quis rogatus, nu.44.ff.ad Trebel. Natta.

a ¶Visis.adde Alex.consi.25.in eo.li.Soci.consi.260.lib.2.& secundum illud consilium fuit obtentum & iudicatum vt refert Alex. in eod.li. consi.104.ad fin.

* Quòd legitimati.] Quòd non valeat statutum seu consuetudo præbens materiam delinquendi,vide late Roch.de Cur.in c.fi.in notab. de consuetu.fol.6. Natta.

b ¶Filij.adde Alex.consi.121.in 2.parte.& in consi.74.in 4.vol. & in l. ex facto §.j.versi.quid autem in monasterio.ad tre.Cano.in c.per venerabilem,qui filij sint legitimi.in cle.exiui.de ver.sig.

c ¶Legitimatus ꝙ non sit plenè, sed fictè legitimus tradit Io. And.in reg.in generali,de reg.iur.in 6.in mercuria Bald. in addit. Spec.ti.de succes.ab intest.Pau.consi.180.in fi.lib.j.consi.252.consi.353. libro 2. Cur.sen.consi.13.16.35.& consi.73.col.17.18. Dec.consi. 275.nu.8. consi.283.nu.9.consi.216.in fi.consi.610.col.2.Cald.consi.j.sub ti.q. fil.sint legi.Ias.l.generaliter.col.pe.C.de insti.& substi.l.si is qui pro emptore.col.3.ff.de vsucap.Albe.Brun.consi.15. colū.2. inter consi. feudalia.

d ¶Facti.ad hoc Alex.l.3.in prin.ff.de lib.& posthu.& in eo.lib. consil. 25.colum.2.consi.67.Roma consilio 117.Bald.consi.60. col.2.consil. 373.lib.j.consi.129.libro 2.Franc. Curt. senior in rep.l.admonendi. col.3.ff.de iureiu.Ias.l.fratres in fi.C.de inoffi.test.l.si is qui pro emptore.col.j.ff.de vsucap.Cos.Guj.in gl.prag.de nu. & quali. Card.in versi.filij.Franc.Cur.iunior consi.37.Steph.Ber.consi.188. Existimo. in fi.lib.2.Hippo.de Marsi.no.273.

* Decesserant omnes.]Facit tex.in c.j.§.sed & si res. per quos fiat inuestit.vbi non potest fieri subinfeudatio in fraudem agnatorum, & gl. ibi intelligit in fraudem, scilicet quando infeudans est impotens ad prolem vel ætatis,vel aliquo naturæ vitio.& ꝙ fraus patrocinari nō debeat,vide Dec.consi.399.in fi. M.Ant.Nat.

* Authoritate Romani Pontifi.]Imperator potest filium sacerdotis legitimare;Dec.consi.150.col.2. Natta.

* Potestas vtriusque gladij &c.]De potestate Papæ Alex.infra col.pen. Ias.in l.rescripta.C.de precib.Impe.offe. M.Ant.Natta.

* Pau.de Cast.consi.225.]Mihi consi.34.lib.2. M.A.Natta.

e ¶Substitutus.dic vt plenissimè scripsi super consuetu. Parisien. tit.j. §.8.q.8.

* Quòd extantibus filijs masculis.]Vide de hoc latè Ioan.Crot.arguētem ad partes,in repe.l.si is,qui pro emptore, col.35. ff.de vsucap.& vide Ias.latè in d.l.cum acutissimi.C.de fideicom. & opinio Bald.tenet Aret.in d.l.Gallus.§.si eius,in fi.licet Ias. in d.l.si is, qui pro emptore,per multas authoritates teneat oppositum.Vide Dec.cons.52. vbi tenet contra Bald.& consilio 275.& vide eleganter Andr. Sicul. consi.68.incip.Omnipotentem. vlt.dub.lib.4. & latissimè D.Georg. Nattam in c.quamuis.cart.14.de pac.in 6.Et in legitimato per subsequens matrimonium statutum procedit. Dec.consi. 156. Sed non in legitimato per rescriptum,Dec.consi.52.& consi.284. col.pen.& cōsilio 275.col.4.& consi.316.col.penu.& consi.383.j.dub.Et quòd statutum vocans masculos exclusis fœminis non procedat in legitimatis,Dec.consi.392.colum.2. Contrarium tenet Curt. iunior consilio 153. Natta.

f ¶Legitimato.hæc decisio est falsa,& contrarium melius tenuit idem Bald.in consi.214.Quidam habet lib.2.& communis est & vera sententia,vt scripsi super consuetudine Parisi.ti.primo.§.8.glo.j.nu.50. dicendum ergo hoc casu quòd legitimatus & filia succedent æqualiter secundum terminos iuris communis, nec poterit legitimatus contra legitimatos vti pinguiori prærogatiua iuris vel cōsuetudinis.

g ¶Agnatio.Adde do.An.Tiraq.in consue.Picta.ti.retrac.§.j.gl.8.num. 10.in Repe.l.si vnquam.versicul.susceperit liberos.numero 67.C.de reuo.do.

* Si hæres erit.]Ad idem tex.in l.Iulianus. ff.de condi. & demon.iuncto.§.est autem acceptilatio. Insti.qui.mo. tol.oblig. quæ iura inducit Alex.infra col.antepe. M.A.Nat.

h ¶Per venerabilem.& ibi Car.Alex.col.14.nu.104.

i ¶Excluderetur. Imò, quia iniquum est ius conditionale substituto quæsitum ei auferri, & sic fieri non potest per principem d.l.ex facto.quod intelligo quando esset substitutus sub conditione,si decesserit sine liberis legitimè natis, vel quando casus substitutionis iam extitisset quicquid infra dicatur.

* Verba Salice.]Sequitur Dec.consi.698.circa finem. Natta.

* Quòd comparuisset.]Sequitur Socin.consi.4.col.7.lib.3.& Fel.in ca. cum olim colum.12.de re iudica.& latius idem Alexan. consi.92.colum.penult.lib.6.& vide Alexand.infra eod. consi. colum. penul.& idem tenet Dec.consi.194. col.2.& consil.269. colum.4. & consilio 390.circa finem.& consi.498.circa fi.& consi.624.col.fi. M.A.Natta.

k ¶Citatio.vide per Ant.de Rosell.in tractatu legitimatio. 2.lib.& per Alex.in l.Gallus §.& quid si tantum.versi.circa 4.q. ff.de lib.& posthum.Soci.consi.246.lib.2.

l ¶Gloss.Sed illa gl.est falsa nisi in feudis impropriam naturam habentibus,quæ transeunt ad extraneos hæredes,vt dixi super consue.Parisi.tit.j.§.8.glo.j.nu.39.

* Secundum Ioan.And.in addi.Spec.in titulo de success.ab intesta.]Intentio Ioan.And.ibi est,quòd quamuis in filio adoptiuo presumatur fraus,in filio tamen naturali, si petatur legitimati, non præsumitur fraus. quia hoc potius videtur fecisse pater ex affectione naturali, quàm dolo vt euertatur fideicommi.l.penul. ff.quod falso tuto.aut. vbi tex.not.Ita declarat Areti. in l.ex facto. colum.9. ff. de vulgar. & pupilla. M.A.Natta.

* Adoptiuus non excludit substitutum.]Quòd adoptiuus non excludat substitutum tenet latè Dec.consi.399. M.A.Natta.

* Interpretationem] Hæc responsio non satisfacit Soc. in d.l. Gallus. §.si eius.ff.de vulga.& pupil quia non solum in vulgari, sed etiam latino sermone legitimatos distinguimus à legitimis secundum communem vsum loquendi.M.A.Natta.

m ¶Literaliter.adde Alex.j.eo.lib.consi.9.col.2.consi.82.num.2.& cōsilio 5.col.3.lib.3.consil.68.lib.4.col.37.col.fin. lib.7. Roma.consi.4. consi.24.Alex.& Ias.in ru.ff.de ope.no.nun.in l.stipulatio ista.§.hoc quoque.ff.de verb.obliga.

* Vt probatur in l.Iulianus.ff.de cond.& demonstra.] Ad istum tex.respondet Alexand.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posth. Natta.

* Restituti ad dignitates,honores.] Hoc fundamentum est parui momenti:quia legitimatio simplex restituit ad honores, & dignitates. Bald.consi.363.incip. Quæritur vtrum filios, lib.5.Sed Alex.hic sequitur Ias.consi.40.incip.Absolui,col.3.lib.3.Rui.consi.76.num.13. lib.3. M.An.Natta.

* Disposuisset:]Nota quòd in legitimatione fienda est mentio substituti,vt ei præiudicetur,Ita ponderat Alex.hic Ruin.consi.188. colum. fin.lib.2. Natta.

* Quæ datur fideicommissario contra hæredem.] Istud non satisfacit Dec.in consi.357.vbi vult principem non posse derogare fideicommissario, quia non agitur tantum de auferendo ius suum fideicommissario,sed de euertenda voluntate testatoris. tamen ad hoc infra respondet Alex.ꝙ Papa potest alterare defuncti voluntatem. M.An. Natta.

n ¶Domi.vbi Card.col.pen.q.5.

* Præsumatur causa in principe.]Vide Ias.latè in l.si testamentum. C. de testa. Natta.

o ¶Causa.in contrarium non præsumit iustam causam nisi appareat.vide Bal.Fel.in c.quæ in ecclesiarum.col.20.de constit. Mart.Lauden. in tract.de prin.c.88.Ful.in l.fin. C.si con.ius vel vti. publi.consi.61. Domina Catherina.col 2.Roma.consi.352. Quæritur in fi.Dec.consilio 257.& consi.602.Ias. in l.si testamentum.C.de test.in rep.l.quominus.col.3.de flumi.Fran.Rip.de rescrip.resp.19. col.6. And.Alcia. in tract.de præsump.reg.3.præsum.8.nu.4.

* Si Papa narrat se facere ex iustis causis.]Facit quod dicit Pau.de Ca. in l.cum hi,§.si prætor.ff.de transac.quòd satis est si prætor dicat causæ cognitionem interuenisse ita in genere,licet non descendat ad particularia. M.A.Natta.

* Papa in beneficialibus habet liberam administrationem.]De potestate Papæ in beneficialibus vide no.Dec.consi.141. circa fi. & consilio 341.col.4.Ias.latè in l.Barbarius,col.8.ff.de offic.præto. Felin. in ca. quæ in ecclesiarum,col.15.versi.recipit modo. M.A.Natta.

SVMMARIVM.

1 *Remissio propter casum fit conductori,non emptori.*

2 *Aduerbium quando facit conditionem.*

3 *Expressio certorum casuum facit nec locator de alijs teneatur.*

4 *Verba præcisa non recipiunt modificationem.*

5 *Renunciatio generalis iurata casuum fortuitorum an valeat.*

6 *Remissio fit si conductor non percepit dimidium eius, quod solutum est.*

7 *Iudex potest interpretari sententiam latam.*

8 *Arbitrium boni viri est arbitrium iudicis.*

CONSILIVM III.

Hoc consi.reperitur infra lib.2.consi.87. Natea.

* Viso instrumēto *concessionis anni 1468.die 5.Ianuarij per Leon.de ceratis,& nomine sociorum Desi-

derio de Grossis & socijs de additione datij macinæ ciuitatis
Parmæ pro dicto anno pro pretio librarum 400. imperialiũ
soluendarum in quatuor terminis, s. singulis tribus mensibus
soluendo quartam partem, cum certis pactis & clausulis, de
quibus in dicto instrumento, & specialiter cum pacto ꝙ qua-
tenus accideret, ꝙ pestis dicto anno vigeret in ciuitate Par-
mæ, adeò ꝙ propter ipsam pestem Illustriss. do. Dux Medio-
lani, seu agentes pro ducali camera aliquod restaurum & re-
missionem facerent pro datio ordinario macinæ spectãtis ad
cameram; quod tunc & eo casu teneantur dictus Leonar. &
socij facere prædicto Desiderio & socijs restaurum & remis-
sionem, & pro ipsa additione macinæ communis Parmæ pro
rata eius, quòd tunc & eo casu realiter & actualiter & cũ effe-
ctu faciet Dux seu agentes pro ducali camera vt supra condu
ctoribus ipsius datij, maximè ad cameram spectantibus, & nõ
aliter nec alio modo nec casu, aliquod restaurum seu remis-
sionem facere teneãtur nec obligati sint prædicti Leonardus
& socij. ¶ Et viso themate suprascripto & primo dubio, in
quo in effectu quæritur, & an posito ꝙ dicto anno fuerit pe-
stis in ciuitate Parmæ debeat dicto Desiderio & socijs fieri re-
missio dicti pretij, cum nullum factum fuerit restaurum per
dominum Ducem dictis conductoribus datij macinæ. ¶ Pos-
set discuti primò an dicta concessio facta Desiderio intelliga-
tur contractus venditionis an verò locationis seu habens eius
naturam: nam si intelligeretur esse contractus venditionis, vt
sonare videntur verba instrumenti dicentia titu. venditionis
vendiderunt, cesserunt, & concesserunt &c. & tunc expeditũ
1 videtur ꝙ non debet fieri remissio: † quia quando venditur
datium, seu terminus percipiendi commoditatem, venditus
videtur dubius euentus perceptionis, & quasi alea quædam,
adeò ꝙ etiam si nihil percipiatur spectat periculum ad em-
ptorem. l. nec emptio. ver. aliquando. ff. de acti. emp. l. si actũ.
ff. de act. emp. l. ꝙ si ex venditione. cum l. seq. ff. de hæred. vel
actio. vendi. & firmat Bar. l. cotem ferro. §. qui maximos, præ
sertim in 4. q. ff. de publi. & Bal. in l. si ea lege. C. de vsu. & di-
cit Bar. in d. §. qui maximos. in 6. q. ꝙ standum est verbis con
trahentium, quia si appellat illum contractum emptionem,
erit emptio & venditio: si locationem erit locatio & condu-
ctio. facit l. si vsusfructus. ff. de iure dotiũ. ibi, dum dicit ven-
dat vel locet. & l. in venditione. §. 1. & l. prætor. §. in eum.
ff. de bonis autho. iu. pos. & l. arboribus. §. vsufructuarius. ff.
de vsufr. ¶ Et plus voluit Io. de Imo. in c. propter sterilitatem.
ad finem extra de loca. & in d. §. qui maximos. & etiam Lud.
de Ro. ꝙ istud procedat etiam quando solutio pretij erat di-
stributa per plura tempora, vt in casu nostro. Nam hoc non
* obstante * erit contractus emptionis si à contrahentibus fue-
rit appellatus contractus emptionis. ar. l. non aliter. ff. de leg.
3. & l. Labeo. ff. de supe. leg. & dicunt ita sensisse. gl. in l. Pom-
ponius quærit. §. 1. versi. admitti. ff. quibus mod. vsufr. amit.
licèt secundum eos Bar. aliter sentire videatur in disputatio-
ne sua incip. Publicanus quidam, per gl. in l. 1. C. de iure em-
phy. in ver. alienationis. ad quam præfati doct. respondent. ꝙ
illa glo. procedit, quando essemus in dubio quæ fuerit mens
partium, sed non quando verba sunt clara, prout in præsup-
posito: & hoc etiam quò ad casum nostrum tenuit Paulus de
Cast. in l. 2. §. adeò. ff. loc. ¶ Et plus videtur tenere Bal. in d. l.
si ea. in 3. q. C. de vsur. ꝙ etiam si concedens vsus esset verbo
locationis tantum, in casu proposito periculum sit conducto
ris cum in vtroq; casu sit eadem ratio per iura. s. alle. ¶ Tamẽ
propter authoritatem Bar. in d. §. qui maximos, in 8. q. & ple
nius in d. suã dispu. & quia idem dicit. in l. 1. de iure emphy.
& in l. 1. §. 1. ff. de superfi. non adhæreo precisè dicto primo
fundamento. Est verum ꝙ consulendo secutus sum dictã opi.
Bar. & sequacium, in casu tamen in quo per plura verba appo
sita in instrumento, quæ non sunt apposita in isto, apparebat
optimè procedere in casu illo decisionem Bar. verũ quia quò
ad causam nostram alia sunt quæ clarius meo iudicio osten-
dunt non esse faciendam remissionem: ideo in eis faciam pri-
mum fundamentum. ¶ Considero nanq; verba dicti instru-
menti tollere omnem dubitationem, dum fuit declaratũ per
pactum, ꝙ non debet fieri remissio aliquo casu quàm in casu
in quo illustrissimus Dux faceret actualiter conductorib. da-
tij macinæ per verba quæ supra formaliter retuli: ergo cum
Illustriss. do. Dux non fecerit actualiter dictam remissionem,
non euenit casus remissionis faciendæ. Nam dicta dispositio
importata per dictum pactum remissionis faciendæ fuit con
ditionalis, vt denotant illa verba, adeò ꝙ si propter dictã pe-
stem Illustriss. Dux, seu agentes pro ducali camera aliquod re
staurum & remissionem pro datio ordinario macinæ spectan
tis ad cameram facerent, ꝙ tunc & eo casu teneantur Leonar-
2 dus & socij facere restaurum &c. ¶ † Nam vbicunq; aduerbiũ
dispositionem suspendit in aliquem futurum euentum, facit
conditionem, vt inquit Bart. ff. de condit. & demon. l. 1. circa
2. col. in ver. vlterius quæro quid de aduerbijs negandi &c. fa
cit. l. pater Seuerinam. §. fi. de condi. & demon. l. legatum. ff.
de adi. leg. cum si. ergo cum non euenit dicta conditio, non
potest peti remissio. l. le. ff. de cond. & demon. l. cedere diem.
ff. de verb. sig. & debet conditio impleri in forma specifica. l.
Meuius. & l. qui hæredi. in prin. ff. de condi. & demon. ¶ Et p
hoc in specie induco decisionem Io. And. in addi. Spe. in tit.
de loca. §. nunc dicendum. in addit. mag. in versi. adhuc scire
3 debes &c. vbi quærit † pone ꝙ locator qui fundum locauit
ad quinquennium pro certo pretio seu certa mercede in con
tractu expressit certos casus fortuitos, ad quos voluit teneri
puta vim fluminis, incursus hostium vel prædonum, de alijs
nihil fuit dictum, quis ergo tenebitur de casibus non expres-
* sis: * & refert Odof. determinasse ꝙ locator nõ tenetur de ca-
sibus nõ expressis, per l. si vt certo. §. si me rogaueris. & §. si de
me. cũ ibi no. ff. cõmo. vbi patet ꝙ si argentum meum alicui
cõmodaui, & in cõmodãdo specialiter prouideo apponendo
custodẽ argento, periculũ peremptionis hoc casu ad dñm per
tinet: sed in casu nostro prouisio pertinet ad commodatariũ.
ad idem adducit. l. 2. C. de pig. vbi creditor habẽs generalem
obligationem si recipiat specialem sibi in alijs præiudicat:
nisi in subsidium ad hoc etiam recipiat specialem, & ad
hoc adducit plura similia, vt ibi per eum. & certè casus ille
quem ibi decidit Ioann. Andr. est longè fortior; quàm casus
noster; nam ibi fuit expressum quòd certi casus fortuiti spe-
ctarent ad locatorem, de alijs nihil fuit dictum, tamen vide-
tur esse actum ꝙ alij spectarent ad conductorem, non ad loca
torem; quantò magis in casu nostro in quo expressè actũ fuit
ꝙ non aliter nec alio casu aliquod restaurum, nec aliqua re-
4 missio fieri debeat dicto Desiderio & socijs. ¶ † Confirmo per
ista verba, non aliter nec alio modo vel casu &c. posita in di-
cto pacto, quæ sunt valde precisa verba & multum prægnan-
tia, adeò ꝙ non patiuntur dispositionem ipsam contrahen-
tium recipere aliquem alium intellectum: vel modificatio-
a nem [a] separatam verbis, vt colligitur ex not. per gl. in l. si qui-
dem. C. de excep. quam Bal. ibi dicit non esse alibi. ¶ In tantũ
ꝙ dixit Bal. in c. 1. §. denique. vlt. col. in tit. quæ fuerit prima
causa benefi. amittendi, ꝙ si vasallus sine requisitione seu con
sensu domini vendat feudum & tradat eum cum hac prote-
statione: videlicet, vendo tibi castrum quod habeo in feudũ à
tali principe, saluo iure ipsius principis; ac etiam saluo iure
meorum filiorum, & agnatorum. talis protestatio simplex nõ
iuuat per id quod habetur in d. §. denique. & per alia ibi alle-
gata per Bal. tamen ipse limitat hoc fore verum, nisi in dicta
* protestatione * essent adiecta ista verba: & non aliter, nec alio
modo; quia tunc nihil videtur esse actum, quia non intendit
aliter alienare, nisi cum dicta reseruatione. alleg. not. in d. l. si
quidem. & in l. item Labeo. §. 1. ff. fam. erc. Tamen quia deci-
sio Bal. loquitur in protestatione facta circa actum continen-
tem pœnam, non pono illud dictum nunc pro constanti, nec
pro veritate illius dicti aliter discutio: quia non est necesse
quò ad casum nostrum, in quo agitur de præiudicio alterius
quàm contrahentium: nec agitur de actu sonãte in delictum
& merente pœnam. ¶ Fortificantur prædicta per no. per gl. &
doc. in l. sed si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & per doct.
in l. 1. ff. commo. & in c. 1. de commo. vbi magis cõmuniter
concluditur ꝙ sufficit aliquem casum fortuitum specificare:
quia tunc verba generalia operantur quò ad alios casus non
specificatos. arg. c. qui ad agendum. de procur. in 6. ergo cum
per verba specificata fuerit dictũ ad quem debeat spectare pe
riculum casus pestis euenientis de d. anno; & per verba gene
ralia sit dictũ, ad quem spectare vel non spectare debeant alij
casus, debet hoc iure sufficere. ¶ Fortius voluit Io. de Imo. in
c. cum contingat, in 3. membro de iureiur. dum tractat de re-
5 nunciatione generali, & in d. c. 1. de commo. † quòd etiam si
nullus

5 nunciatione generali, & in d.c.1.de commo. † quòd etiam si nullus sit specificatus casus fortuitus, sed generaliter quis assumpserit in se omne periculum, vel omnem casum, videtur talis renunciatio per iuramentum appositum prout fuit appositum in casu nostro, quia iuramentum seruari debet, vbi potest seruari sine interitu salutis æternę.d.c.cum contingat.& c.quamuis.de pactis in 6.Et non est verum secundum eum quòd ista renunciatio generalis dicatur carere consensu, quinimò habet consensum eò ipso ꝙ apparet ꝙ voluerit generaliter renunciare, & sic saltem in genere cogitauit de omni casu.argu.l.qui iure milita.ff.de testam.milit.& quod no. Bald.in l.sub prætextu. la 2.in princ. C.de transac.& in l.2. C.de rescin.vendi.vnde renunciatio generalis est nulla quando est sine iuramento, non propter deficientem consensum, sed fauore renunciantis, ne sub inuolutione verborum decipiatur.d.§.quæsitum, cum ibi no.ergo debet validari per iuramentum, vt in simili habetur in d.c.quamuis: tamen quia in eo quod ipse dicit de iuramento quia plures tenent cōtra-
b rium [b] non facio meum principale fundamētum, sed in alijs quæ dicta sunt supra. ¶Nec prædictis obstat si diceretur, ꝙ verba dicti ministri volentia fieri debere remissionem Desiderio & socijs in casu in quo propter pestem dominus Dux faceret remissionem conductoribus datij macinæ pertinentis ad cameram: debet intelligi quando Dux remissionem faceret idest facere deberet; sicut similis fit expositio in l.3.§.1. ff.de adi.leg.vbi vult, quòd si testator dixit, heres meus Titio dato decem & si non dederis dato Sempronio: intelligitur si non dederis.i.si dare non debueris, vt ibi declarat glo.in ver. si non dederit, quia respondeo ꝙ illud ibi ideo est, quia si aliter diceremus, sequeretur ꝙ esset in potestate hæredis an legatum valeret vel non, & esset in potestate hæredis excludere à legato: quod est contra omnia iura volentia ꝙ legatum non potest conferri in voluntate hæredis.l.senatus.§.legatum.ff. de leg.1.& plenè in l.1.ff.de leg.2. Non sic est in proposito nostro, quia partes voluerunt & potuerunt committere ista declarationi & taxationi illustrissimi domini Ducis:& eo etiā non arbitrante non potest recurri ad alium bonum virum.l. si quis arbitratu.ff.de verb.obli.maximè iuncto principio ibi posito in 1.gl.& in l.1.C.de contrah.emp.& in l.si coita.ff.ꝓ so.iuncta.l.si non fuerit.eo.tit.& per id quod not.Cy.in l.in ementis.C.de contrah.emp.¶Prætereà verba contrahentium in casu nostro tollūt omne dubiū, dum dicunt pro rata eius, ꝙ tunc & eo casu realiter & actualiter & cū effectu faciet prelibatus dominus noster, seu agentes pro ducali camera; vt.s. datiarijs conductorib.datij macinæ &c.& sic habuerunt contrahentes respectum ad executionem facti, aliàs non oportebat dicere, ꝙ fieret dicto Desiderio remissio secundum ꝙ faceret Dux pro rata quam actualiter & effectualiter remitteret datiarijs; sed dicendum fuisset ꝙ fieret remissio Desiderio & socijs prout interesset:cum ergo non hoc dixerint aliter, ideo putandum est eam fuisse mentem partium, ꝙ non attendetur qualis de iure fieri debeat remissio, quia si ita voluissent, sic dixissent.c. inter corporalia. de translatione prælatorum.l.Labeo.ff.de sup.leg. ¶Et licèt quandoq; arbitratore nō arbitrante recedatur à persona eius, & recurratur ad bonum virū vel ad iudicem:& tamen nullo modo videtur in casu nostro hoc allegari posse: quia contrahentes hoc noluerunt vt patet per illa verba, & non aliter nec aliquo quouis modo nec casu, & constat ꝙ per partes potest agi, ꝙ non recurratur ad bonū virum, saltem quando non apparet de dolo aliquo commisso ab arbitratore: vnde videmus ꝙ si eligitur arbitrator à partibus, & dicatur in electione eligentes eum vt bonum virum, præcipuè non habito respectu ad alium, non potest recedi à persona illius.l.3.in §.tam & similibus, cum ibi.no.per Bar. post gl.ff.de arbi.& patet ex no.per doct.in l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro soc.& in c. Quintauallis. de iureiur.cum si.& sic non est verum dicere ꝙ debeat fieri remissio alio non præsupposito; per quod appareat superuacuū esse discutere
6 quæ debueris esse læsio ad hoc vt debeat fieri remissio. ¶†Tamen non prætermitto, ꝙ vbi constaret damnum esse tantum
c ꝙ conductor non percepisset dimidium [c] eius quod solitum est percipi, tunc illa læsio sufficit ad concedendam remissionem quæ conuentioni contrahentium nō repugnaret prout repugnat in proposito:ita est de mente gl.in l.si vno.in prin. ff.loc.& no.Azo in summa.C.eo.ti.& Bal.in d.l.licet.C.loc. & Ant.de Būt.& Io.de Imo.in c.propter sterilitatem, de loc. facit.l.2.C.de rescin.ven.c.cū dilecti.& c. præterea.de emp. & vend.idem si attento pretio, quod soluit & deductis sumptibus occurrentibus circa perceptionem redditus reperitur conductor deceptus vltra dimidiam iusti pretij vt quia fructus qui supersunt, non ascendunt ad dimidium pretij pro-
* missi * pro vnaquaque locatione secundum Iac.de Aret.Bar. Bald.in d.l.licèt & Bart.in l.si vno.§.vbicunque.ff.loca.& d. Ant.But.Ioan.de Imo.& Abb.in d.c.propter sterilitatem.ar. d.l.2.quando probatur secundum vulgarem opi.attento red ditu percepto tempore illius locationis, quo viguit reputaretur sterilem fuisse illam locationem, nam tunc debuit fieri remissio: vt no.gl.in d.l.licet & ibi Cy.& dicit etiam ibi Salic.ꝙ communiter tenetur: & sequitur hic etiam Io.An.& alij post eum in d. c. propter sterilitatem. exceptis casibus secundum opi. magis communiter approbatam in dictis locis non est facienda remissio:& capio vnam locationem in contractu prędicto pro quolibet spatio trium mensium, cum ita fieri deberent solutiones: vt per Bart.in dispu.suprà alleg. ¶Super alio quæsito ponderatis verbis statuti super rubrica de modo procedendi super debito confessato, vel de quo ostendatur publicum instrumētum.& viso præcepto facto Desiderio de Grossis seu eius procuratori per dictum do. Potestatem Parmen. dico ad iudicantem pertinere proferre certam sententiam & non ambiguam.l.pen.& fi.C.de sen. quæ sine cer.quan.& §. curare. instit.de act. & quando est ambigua, potest ipsam interpretari, etiam post latam sen.l.ab executore. in princ.ff.de ap.no.in l.2.C.de sent.ex peri.reci.& si iniquè interpretaretur potest appellari.d.l.ab executore.in princ.& ibi no.Bart. cum si.& etiam vbi est ambigua recipit declarationem ex actis vt no.in d.l.pen.& in l.quid tamen.§.Pomponius.ff.de arb. & plenè per Bar.in l.ait prætor.§.1.ff.de re iudi.& ratio cum dicta sentētia præcepti fuerit lata per verba ambigua inquantum in dicto pręcepto dicitur saluo & reseruato quòd ser Genesius dicto procuratorio nomine, cum dictus Desiderius liquidauerit seu liquidum fecerit dictum tempus quadraginta dierum restaurum, & remissionem sibi promissam, & promissionibus vigore prædicti restauri, & remissionis appositis in instrumento arbitrio boni viri: & sic per dominum Potestatem declaratum fuit quòd teneatur & debeat dictus Io.Pe. dictis nominibus seu eius principales compensare in dictis libris quatuor milibus & ducētis dictis Desiderio & socijs &c. erit officium iudicis appellationis infirmare dictam sententiam præcepti, remouendo dictam reseruationem modo prędicto factam, & confirmando præceptum in reliquis partib. & reseruando simpliciter dicto Desiderio facultatem probandi & ostendendi intra terminum pręfixum, à statuto omne id per quod dictum præceptum executionem non meretur secundum formam dicti statuti, cuius forma ad vnguem seruanda est.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verbo.oblig.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transac.& quod not.Bald.in l.non sunt liberi.ff. de statu homi. & in l.2. C. quomodo & quando. cum suis simi.vel poterit iudex appellationis formare & declarare dictam reseruationem domini potestatis hoc modo, scilicet dummodò appareat, & probetur per illustrissimum dominū Mediolani, siue per agentes pro ducali camera factum esse restaurum, seu remissionem conductoribus datij ordinarij, maximè spectantis ad dictam cameram secundū formam instrumenti concessionis facti dicto desiderio de eadem rata teneatur dictus Ioan.Pet.dictis rationibus compensare dicto Desiderio & socijs, vt in dicto instrumento continetur.arbitrium
8 †enim boni viri est arbitrium iudicis.l.continuus.§.cum ita. ff.de verbo.oblig.l.vir bonus.ff.iudi.sol.l.in proposita, & ibi not.ff.pro soc.& iudex iudicare tenetur ad id quod iuris est. c.forus.ver.iudex extra de verb.signi.& per consequens non potest bonus vir vel iudex declarare quòd remissio vel restaurum fiat, nisi secundum quod in dicto instrumento conuentum est, & constat quòd illa cōuentio importat quòd solum fiat restaurum pro rata eius quod fieri contigerit per dominum Ducem conductoribus datij macinæ, & non aliter nec alio modo in præcedenti dubio appositum declarādum fuisse puto. Laus deo. Alexan. cui subscripsit Barth. Cæpola concurrens dicti domini Alex. Paduæ.

ADDITIONES.

* Viso instrumento.] Pro desiderio, & socijs, de quibus fit mentio in præsenti responso, consultus respondit Andreas Siculus consil. 21. lib. 2. & Socin. consil. 44. lib. 1. Natta.

* Nam hoc non obstante.] Vide de hac materia pulchrè per Pet. Anchara. qui sequitur Bartolum, consil. 402. Pluribus rationibus. per totum. Natta.

* De casibus non expressis.] Contrarium respondit Decius consilio 697. qui censet, quòd exprimens casus, ad quos vult teneri, teneatur ad similes; quia exceptio in vno casu, ad similem porrigitur. De cuius regulæ veritate scribit Dec. ad l. 1. in fi. ff. de regu. iur. Et in eisdẽ ferè terminis respondit de iure idem Dec. consil. 555. Sed Io. Andr. sequitur Ruin. consil. 87. circa fin. libr. 1. Et non videtur se obligare ad grauiores expressis; Soci. consil. 123. lib. 4. Vbi etiam dicit, ꝙ nec ad insolitos. Et Ioannem And. sequitur Calca. consil. 7. Et quòd non ad insolitos, tenet Bald. consil. 247. Si propter lib. 3. Natta.

a ¶Modificationem. fa. per Ias. in l. stipulatus sum Damam. ff. de verb. oblig. in l. 1. col. 2. ff. de iuris. om. iudi.

* Nisi in dicta protestatione.] Vide Ias. ad rubr. ff. solu. matrimo. vbi non firmat hoc Baldi placitum, & tradit de virtute horum verborum, Nec aliter, nec alio modo. Vide ibidem eum in 2. lectura. col. 4. Sed quòd hæc protestatio, Non aliter, nec alio modo. excuset à pœna in eo casu, tradit Alexan. consil. 111. in fi. lib. 6. Et vide de præmissis plenum consilium Francisci Curtij nume. 8. Et ista verba, Non aliter, nec alio modo, important conditionem; Bald. ad authen. ingressi. C. de sacrosanct. ecclesi. ac recipiunt congruam determinationem; Dec. consil. 281. in fi. Ad terminos autem emphyteotæ vide Ias. ad l. fin. colum. penul. C. de iure emphyt. Adde prædictis, quòd de hac clausula, Non aliter, nec alio modo, tradit Alexan. consil. 37. col. 3. infrà lib. 2. Et inducit formam Dec. consil. 528. pro resolutione. in fine. Et in materia emphyteosis Ias. no. in l. non solum. §. morte. nume. 27. Inducere formam, testatur Bart. ad l. de his. & ibi Ias. de transact. Et quòd non amittatur emphyteosis propter d. clausulam; tradit Gramm. decis. 49. & latè Dec. consil. 160. dub. 2. vbi limitat, nisi facta sit traditio. Illud de traditione tenet not. Bald. consil. 9. Factum tale est. anno Domini. lib. 1. Et Alexandrum hic sequitur Ias. consil. 86. colum. pen. lib. 3. Natta.

b ¶Contrarium. vt Alber. Bart. Alexan. Ias. & omnes in d. §. quæsitum. ibi, & Alex. l. 1. C. de commo. Ioan. And. c. 1. de commod. Alex. in eo. lib. consi. 28. col. pen.

c ¶Dimidium. idem Cyn. Bar. d. l. licet. Pan. d. ca. propter. Bald. consilio 329. Casus est talis. lib. 1. Areti. consi. 2. Alexan. consil. 112. numero 2. in eo. lib. consil. 190. lib. 2. consil. 107. libro 3. Corn. consil. 128. libr. 2. Franc. Rip. in tractatu de peste. char. 6. Ludo. de Goza. consil. 74. in prin. fa. quæ scripsi super consue. Parisi. §. 62. q. 8.

* Ad dimidiam pretij promissi.] Hæc est communis opinio, vt testatur Ruin. consil. 81. & 82. lib. 1. Corn. consil. 128. colum. penul. lib. 2. vbi latè tangit. & Soci. consil. 88. in vltima subscriptione circa fin. libro 1. Et articulum tangit Alexan. consi. 108. colum. fin. lib. 4. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio accessoria non immutat principale. nu. 5.*

2 *Confessio & promissio sine causa non valent. num. 6. 7.*

3 *Instrumenta duo si sint conformia de eadem summa, sed diuersis temporibus facta, præsumuntur duo debita.*

4 *Solutum bis præsumitur, si sint duo instrumenta solutionis diuersæ datæ.*

8 *Confessio de centum pro restorationum est causata.*

9 *Clausula sponte, si apponatur, & ex certa scientia, idem.*

10 *Donatio iurata valet sine insinuatione.*

11 *Instrumentum guarentigium an vitietur ex defectu causæ.*

12 *Confessio sine causa facit semiplenam probationem.*

CONSILIVM IIII.

a Circa primum [a] quæsitum uideretur prima consideratione ꝙ summa ducatorum de qua in instrumento confessionis anni 1457. intelligitur esse de summa duca. 1430. de qbus in primo instrõ confecto 453. quia utrunque instrumentum continet confessionẽ ex causa depositi, & sic fient duæ confessiones extraiudiciales, quæ non dicũtur inducere obligationem, sed probationem. l. Publius. §. fin. ff. depositi. unde idem esse debet ac si de eadem haberet quis plures probationes. ar. l. Sempro. Proculo. ff. de leg. 2. & ita no. Bar. & alij. in l. triticum, de uerbo. oblig. licèt super utranq; confessionem fuerit adiecta sti-
1 pulatio: tñ hoc non habet obstare, † quia illa stipulatio est accessoria ad ipsam confessionem, merito non immutat naturã principalis eius sup quo interponitur. l. si stipulatus, de usu. l. 1. §. si quis sub condi. ff. ut le. no. ca. l. damni infec. quidam, in prin. de dam. infec. l. si legati. ff. de leg. 1. not. in l. si quis cũ aliter, de uerborum oblig. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 2. q. prin. eo. tit. facit regula accessorium &c. Nam inspici & attendi debet ꝙ principaliter fit. l. si quis nec causam. in princ. l. rogasti. in prin. ff. si cer. pe. & l. qui exceptione. ff. de condi. inde. quo ar. in si. utitur Ang. in d. l. triticum. bene facit quod inquit Imo. in c. si cautio. de fi. instru. post medium. ubi tractans hunc arti. refert plures opiniones & difficultates, & tamen in fi. arg. & post expeditas illas quæstiones illius arti. dicit iam dicta per eum uideri procedere quando promissio fit per stipulationem sine confessione: ubi autem fieret per stipulationem sine causa; ut quia confitetur quis debere centũ & uterque per stipulationem promittit, tunc clarum uidetur
2 secundum eum ꝙ promissio non obliget cum effectu, † qa confessio sine causa non ualet, ut in d. c. si cautio, cum ibi no. & plenè in l. generaliter. C. de non nu. pe. non ualebit etiam promissio accessoriè illi facta. ar. de re. iu. c. accessoriũ. de hoc dico esse text. cum glo. in l. cum de indeb. §. fi. ff. de proba. & licèt Bar. in d. l. triticum. uelit qñ sunt duæ stipulationes factæ ab eodem, intelliguntur in dubio de diuersis summis per l. quinquaginta. ff. de proba. cum ibi no. & eò præsertim, quia aliàs secunda stipulatio esset redderetur inutilis. l. qui bis idẽ. ff. de uerborum obligation. tamen illud debet intelligi quando illæ stipulationes sunt per se principales, secus si accessoriæ per prædicta. & licèt Barto. in d. l. triticum. in uersi. si eadem &c. loquendo de duabus confessionibus mutui, uideatur uelle ꝙ intelligatur de eadem summa, quia illæ confessiones non sunt uallatæ stipulatione, tamen non uidetur ꝙ habeãt casui nostro obstare, quia posito ꝙ Bartol. ita innuit: ibi tamen loquitur quando stipulationes essent adiectæ confessionibus mutui, quo casu tunc non uidetur accessoria, sed princ. per illud quod habetur in dict. leg. si in stip. §. primo, & l. seq. ff. de do. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, de uerborum obligatio. & ideo si in casu illo interuenisset stipulatio, non esset tractandum de confessione, sed de stipulatione. Item posito ꝙ Bartol. ibi uideatur contradicere prędictis, hoc non est uerum ex contrario sensu uerborum eius, qui sumi non debet, cum repugnaret regulis & rationibus iam dictis. ¶ Nec obst. ꝙ uideantur alterari prædicta, quòd summa de qua in confessione secunda, sit minor ea summa, de qua in prima confessione, non uidetur referre an sit eadem summa uel minor, ut colligitur ẽt ex not. Bar. & doct. in dict. leg. triticum. per l. si diuortio, eo. tit. & d. l. Sempro. Proculo. ¶ Et per easdem rationes uĩ dicendum ꝙ summa duca. 635. auri, de quibus in confessione facta de anno 1461. intelligitur de eadẽ summa, de qua in duobus pręcedentibus cõfessionibus, uel saltem de qua in prima confessione superius relata: præsertim eo quia ultima confessio uidetur sine causa esse, ut tangam in secundo dubio per d. l. triticum. cũ glo. iunc. ibi no. p Bar. in q. 1. ¶ Sed pręmissis non obstantibus contra-
3 riam sñiam de iure in proposito probabiliorẽ esse puto. † qa, ubi in una scriptura seu instrõ uel dispositione facta est mentio de certa summa, & in alia scriptura uel dispositione sicut ẽt inter easdem psonas facta sit mentio de alia summa, psumitur esse diuersa à prima, & sic pręsumitur summa dupliciter data, licèt de utraq; confessio esset uniformis: ut probatur in d. l. 50. & no. in l. planè. la j. §. j. de le. j. unde dicit ibi Ang. ꝙ si duo appareant instrumenta mutui de quinquaginta aureis intelligitur summa duplicata. idẽ si reperiant duæ quantitates ostendentes diuersis tẽporibus factæ eodẽ tempore, intelligerentur duæ summę secundũ eum p. r d. l. 50. & d. l. ne casu. cũ gl. 2. C. de discussoribus. li. 10. & idem tenet Imo. in d. l. planè saltem qñ diuerso tẽpore factę fuerint dictæ scripturæ ut est in casu de quo queritˀ: & ita ẽt no. Bal. & Imo. in d. l. Sempro. Proculo. & Bar. & Ang. in d. l. ne casu. & Bal. in l. si quis ex argentarijs. §. si. ff. de eden. in lec. anti. & ibi etiam Ang. & Bal. in d. l. qui bis idẽ. ff. de uerb. oblig. in materia circa 3. col. uel 4. quem uide. prædicta etiam sunt de mente Specul. in titul.
b de instru. editio. §. postquàm. uersicu. sed autem. [b] ¶ Accedit decisio quæstionis disputatæ per Martinum de Fano: quẽ refert Fulgo. in dicta l. quinquaginta. nam concludebat quòd si in instrumento uno reperitur qualiter Titius ex causa mutui numerauit Sempro. centũ, & in alio instrumento reperitˀ

qualiter

qualiter Sempro. confessus est se debitorem dicti Titij in centum: præsumetur de alijs centum vt in dicta l. quinquaginta. & quia frustra factum esset secundum instrumentum, si intelligeretur de eadem summa: imò instrumentum debet aliquid operari. argum. l. si stipulatus, in princ. ff. de vsur. & l. si quando, in prin. de leg. 1. nisi conditio personæ debitoris, puta rusticalis alia suaderet. argum. l. cum de indebito, post princip. ff. de proba. Si ergo doctores in dictis locis volunt quòd vbi est in vtraq; dispositione per quantitas, intelligitur summa multiplicata quantò magis in casu nostro in quo summa est valde dispar: & disparitas summarum facit præsumere disponentes voluisse actum & qualitates multiplicare: vbi aliàs non præsumitur si summa esset parua. l. si ita scriptum. de legat. 1. iuncta. l. quinquaginta. cum glos. inducendo vt per Iacob. de Aret. & Bart. in l. centum. in princip. ff. de adi. leg. vbi hoc firmant in princ. & no. in l. si is qui ducenta. in prin. ff. de rebus dub. & expressè dicit Bald. Angel. & Imo. in l. scire debemus. in princ. ff. de verbo. oblig. Propter diuersitatem summarum præsumitur diuersitas obligationis, & ibi concludunt in ea. q. qua quærunt: an si peto quinquaginta tanquam mihi promissa fuisse centum: an debeam obtinere in illis quinquaginta. & concordant omnes in hoc, quod si appareat de vna promissione, intelliguntur diuersæ promissiones diuersarũ summarum, quarum vna non comprehenderetur sub alia, stante diuersitate summarum & idem dicit Pet. in l. 1. §. si stipulanti. eo. tit. ¶ Accedat quia omnibus instrumentis vltra confessiones sunt insertæ stipulationes solennes. & expressè dicit Barto. in d. l. triticum. ver. sed in prima, quem alij sequuntur ibi, quòd si promitto tibi ex stipulatione decem ex causa mutui, deinde & per stipulationem promitto tibi ex causa mutui: intelligeretur secunda stipulatio de alijs decem; ne reddatur inutilis: in d. l. qui bis. & in d. l. quinquaginta. ecce q̃ præsupponitur ibi præcisè mutuum subsecutum esset per stipulationem ex ipsa causa mutui, & inde ne reddatur inutilis stipulatio, intelligitur de alia summa: hæc met ratio militat in proposito nostro: & ita etiam expressè est de mente Bart. in d. l. triticum, in versi. eadem ratio puto &c. dum loquitur de confessione, & fortificantur infrà in respondendo ad obiecta.

c ¶ Quinimò plus probat glo. in d. l. ne casu. [c] in glo. 2. quam sequuntur communiter docto. ibi & in alijs locis suprà allegatis

4 † quòd quando creditor confessus est in diuersis scripturis * se recepisse decem à debitore, intelligatur de gemina quantitate: & tamen illa confessio seu cautio de recepto nõ erat contractus seu distractus, sed erat probatio ipsius distractus: iuxta dictam. l. Publia. ff. depositi. ¶ Corroborantur prędicta: quia patet instrumentum confessionis fuisse factum anno 1453. die 5. Februarij de ducatis 1430. Venetis ex causa depositi, Secundum verò fuit celebratum 1462. die septimo Decembris. & ibi debitor confitetur se habuisse & recepisse à creditore in depositum vsque ad diem 5. Februarij tunc proximè elapsi & de eodem anno ducatos 362. Venetos. circa verba illa quid operari debent, vt iam dictum est, ostendũt quòd ista non est de pecunia ducatorum 1430. quia illam iam per quatuor menses ante habuerat. hoc insuper comprobatur; quia in primo instrumento dicti contrahentes voluerunt in summa scilicet ducatorum 1430. computari vnam summam ducatorum 1302. * alterius depositi de quo apparebat instrumentum, & illud expresserunt. vnde accidit illud quod & Papa ait, de transla. præla. cap. 2. ibi dum text. dicit vnde si circa translationem idem fieri voluisset quod de cessione dixerat, de translatione poterat expressisse &c. ita in proposito in contractu secundæ & tertiæ confessionis depositi sensissent illam summam esse de alia summa, vel aliam in ea concludi, hoc expressissent quemadmodum & in prima expresserunt. qua ratione in secunda confessione fuisset expressa modica pars dictæ pecuniæ maioris summæ absque eo quòd de residuo summæ nulla fieret confessio seu mentio. Certè nulla videtur ratio subesse, tamen in vtraque dispositione attendendum est id, quod verosimile est. l. in obscuris. ff. de regu. iur. & in reg. inspicimus. eo. tit. In secundo sine dubio verosimile est quòd fuerit diuersa quãtitas, quàm fuerit pars primæ summæ cum de reliqua summa sit facta mentio. & quia si intelligeretur esse pars primæ summæ non operabatur illa sequens cautio. & ita dico in secunda summa ducatorum; licet per easdem rationes. non enim erat necesse quòd creditor tempore celebrationis dicti secundi vel tertij contractus diceret, quòd in illa summa non computaretur illa prior pecunia, de qua in primo instrumento: vt est text. in l. Lucio. ff. de actio. & obligat. ¶ Vltimò iuuatur casus iste per ea quæ vltra alios dixerant nonnulli moderni: vt Florianus de sancto Pet. de Bono. in l. quinquaginta. vbi dixit quòd vbicunque apparent diuersæ scripturæ siue confessiones siue alij contractus siue dispositiones, etiam si in vtraque contineatur eadem summa, præsumitur geminata quantitas si sunt factæ diuersis temporibus per dictam legem quinquaginta. Sed ibi non apparet pluralitas scripturarum, sed multiplicatio: quia fuit actum absque scriptura; & vna dispositio postea subsequatur per scripturam subsequentem & continentem eandem summam ex eadem causa, tunc præsumetur vna summa tantum & non plures. præsumetur enim ad scripturam deuentum propter faciliorem probationem. lege qui tabularum. ff. de fur. & de condit. sine causa. l. dissolu. quæ ratio locum non habet vbi scriptura fuit facta: etiam vna scriptura sufficit, ita creditor ad probationem: & sic limitat decisionem vnam in dicta lege triticum. dum loquitur de confessione geminata: & habet locum quando non est facta duplex scriptura, & diuerso tempore, vt in casu nostro. Et pro ista sua limitatione licet ipse non alleget, videtur esse glo. not. in d. l. ne casu, quæ est communiter approbata. ¶ Non obstant allegata in contrarium. & primò dum adducta sunt not. per Bart. in d. l. triticum. dum loquitur de duplici confessione facta de decem, quia respondeo primò, quòd Barto. loquitur quando vtraque confessio erat de eadem summa non quando de dispari & diuersa: quo casu facilius præsumi potest geminatio & duplicatio, quàm quando est eadem quantitas numeri: vt probaui suprà. ¶ Nec adhuc obstat. l. si diuortio, de verborum obligat. & id quod no. Bart. in l. triticum; in versic. quid si mutuaui centum &c. in quibus loquitur quãdo præcesserit vnus contractus vnius speciei, puta dotis vel mutui in centum: deinde debitor promisit per stipulationem quinquaginta: & ex illa causa dotis vel mutui præsumitur debitorem sensisse de quinquaginta, quæ erant de parte dictorum centum, quæ mutuo vel pro dote receperat. ita loquitur lex si diuortio. secus quando prima dispositio fuisset eiusdem speciei, puta per stipulationem: & secunda similiter quæ erat de alia summa sic per stipulationem, non censentur contrahentes sensisse quòd ista minor comprehendatur sub prima, quia nullius vtilitatis esset sequens actus. vt d. l. qui bis. cum ibi not. per Bart. ¶ Nec obst. l. Sempronius Proculo, quia ibi loquitur in duabus scripturis vnius testamenti factis eodem tempore, exemplificandi causa; vt dicit litera: & sic in ea conuentione, vt vnica tamen esset vltima voluntas. Sed in casu nostro non apparet quòd vnicam voluerint contrahentes esse dispositionem. ¶ Secundò respondeo quòd decisio Barto. in confessione loquitur, nisi ambæ confessiones essent factæ per scripturam, vt not. in dicta l. ne casu. & dixi suprà. ¶ Tertiò dico quòd decisio Bart. est pro isto creditore: quia Barto. bene vult hoc procedere quando illæ confessiones essent factæ sine stipulatione: sed quando in vtroque actu interuenisset stipulatio, vult ibi contrarium. & in versicu. sed si primo inde &c. vt suprà retuli.

5 ¶ Nec obstat † quòd stipulatio accessoria debeat regulari secundum naturam sui principalis &c. & q̃ in l. triticum. non loquitur in casu isto, sed loquitur quãdo stipulatio esset adiecta circa confessionem mutui: quo casu stipulatio est principalis contractus, per legem si ita fuero. §. finali, cum lege sequenti, de nouationibus. quia dico hanc responsionem nullo modo teneri, nec videri posse subsistere: quia illud quod dicitur in dicta l. si ita fuero. §. fin. cum l. sequenti. quamuis loquatur in mutuo, tamen habet etiam locum in causa depositi, & in omnem contractum qui perspicitur, vt probat Iacobus de Aretio. quem refert & sequitur Barto. in l. singularia, circa tertiam vel quartam columnam, in versi. est speciale &c. ff. si certum petatur. & alij sequuntur. ergo cum non loquatur in casu depositi, sequitur quòd sumus in casu in quo loquitur Barto. in d. l. triticum. nec dicatur quòd verba Barto. solum in contrario sensu importent hoc, quod dixi de cõfessione vallata stipulatione: quia imò important hoc ex directo sensu verborum. patet: quia dicit non tantum per stipulationem.

lationem. & dictio illa importat exceptionem, vt not. in l. prima, in princip. si quis ius di. non obtem. & certè dicant qui aliter sentiunt quantum eis placet, mihi videtur quòd Bart. in dicta l. triticum. maximè in verbo eadem ratione puto, decidat casum nostrum pro creditore. ¶ Nec obstat quòd accessorium regitur secundum naturam sui principalis: & quod debeat inspici illud quod principaliter agitur &c. quo casu nec aliter stipulatio potest dici principalis, vt institut. de literarum obligation. in princ. ibi dum dicit, cessante, & in verbo obligationibus. & quod ibi notatur. vbi similiter habetur quod quando facta est cõfessio mutui in chyrographo, si iuxta illam confessionem est interposita stipulatio, & occultatur confessio & chyrographum: nec oritur obligatio, nec actio ex confessione & chirographo: sed solùm ex stipulatione: sicut & in casu dicta l. si ita fuero. §. 1. cum l. seq. & sic est solum in consideratione stipulatio: vt ibi habetur, & vt patet etiam ex his quæ dicta sunt suprà. & sic tunc confessio solùm retinet virtutem probationis, non autem disponendi & inducendi obligationem & actionem: quia accessorium non sequitur naturam sui principalis, quando non est eadẽ ratio in accessorio, quæ est in principali. l. ex placito. C. de re. permut. & l. si is. C. de prædi. mi. & no. Bar. in l. non dubium. ad fi. post glo. C. de legi. sed posito ꝙ stipulatio esset hìc accessoria, tamen nõ est eadem ratio in accessorio, quæ est in principali: quia principalis, id est confessio, non erat apta inducere obligationem: ideo geminatio confessionis eiusdem summæ non inducebat multiplicationem summæ, nec propter hoc reddebatur confessio inutilis: quia tantò magis erat munitus creditor in facultate probandi: sicut in eo qui habet ꝓbationes per varios modos vel multos: & potest expedire & habere duplicatos & faciles. d. l. Sẽpronius Proculo. & quod not. in d. l. si pupillus. in princ. ff. de noua. nam probatio multiplicari potest: sed obligatio resultans ex iteratione contractus stipulationis multiplicari non potest circa idem: quia nostra interest. d. l. bis idem. iuncta. l. stipulatio ista. §. alteri. de verborum oblig. ¶ Meritò, vt actus valeant, intelligitur facta secunda stipulatio de alia quantitate, iuxta. l. quoties in stipulationibus, de verborum oblig. & in hac ratione iuris fortissimè fundatur decisio Bart. in d. l. triticum. ergo cum iuxta dictas confessiones fuerint adiectæ stipulationes quæ inducunt obligationes, & quæ non possunt dici esse adiectæ ad probandum, sed ad obligandum: Nam meritò debet semper interpretatio fieri, vt intelligatur de alia summa; quia aliàs redderetur inanis & inutilis. Et hanc tertiam responsionem puto tutionem. ¶ Potest & quartò responderi quòd in dictis stipulationibus fuit adiectum iuramentum promissioni, q̃d quidem operatur vt partes videãtur voluisse, quòd vbi actus accessorius non poterat valere vt accessorius, valeat vt principalis si in vim principalis valere poterat; vt egregiè decidit Bart. in l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuss. & sequitur Ange. in l. hi qui. eo. tit. & cano. in ca. cum contingat, de iure iu. & per id quod habetur in l. cùm pater. §. filius matrem, de lega. 2. ita ergo erit in casu nostro: quia si ista stipulatio sequitur naturam confessionis, nullam nouã in casu nostro obligationem induceret: & non valeret stante priori obligatione primi instrumenti & primæ stipulationis. d. l. qui bis idem. ergo debet stare in vim principalis promissionis, quo casu inducerent obligationem, & in aliam summã secundũ iam dicta.

6 † Et per p̄dicta multiplex patet responsio ad id q̃d dixit Imo. in d. c. si cautio. primò q̃a Imo. nõ loquit̃ in casu in quo promissio sine causa esset facta ab eo qui sciret se non teneri: sed loquitur simpliciter seu q̃n est, & non apparet ex certa an per scientia errorem: quo casu variæ fuerunt opi. relatæ ibi per eũ & alios, & per scribentes in varijs locis. nã quidam tenebant quòd valet: vt Ia. de Are. & Pe. vt refert Cyn. in l. generaliter. C. de non nu. pec. & vt patet per Barto. in l. 2. §. circa. ff. de do li exce. & plures alij quos refert Io. An. in addi. Spec. in tit. de confes. §. nunc dicendum. versic. sed quædam est ratio. & alij tenuerunt quòd non valeret: vt tenebat glo. in d. l. generaliter. quam plures sequuntur ibi in locis suis, vbi Imol. vult in d. ca. si cautio. ꝙ quando talis promissio sine causa facta iuxta confessionem sine causa emanatam a promittente, tunc clarè videtur ꝙ non valeat. d. l. cum de indebito. & cessabunt tunc dictæ opin. sed quando promissio sine causa fieret à sciente, tunc non erat aliqua opi. & tunc non habet locum id quod dicit Imo. in dicto ca. si cautio. sed Imo. tenebat ꝙ valeret per not. in l. 3. §. 1. & in l. hactenus. §. fi. infra de const. pecu. cum si. licèt secus in confessione facta sine causa, & scienter, vt dicto ca. si cautio. & rationem diuersitatis inter confessionem sine causa & scienter, & promissionem sine causa & ignoranter, tradit Bald. in rub. C. de confes. & in l. fi. ad si. C. si cer. pe. & dicam in sequenti dubio. vnde in isto casu quando iuxta confessionem, & sine causa, esset adiecta promissio scienter facta per stipulationem sine causa, talis stipulatio esset efficax, sicut & quando facta esset sine causa sicut in terminis Anto. de Butr. in d. ca. si cautio. circa 2. col. in versi. ad secũdum est videndum &c. dũ loquitur de confessione vestita stipulatione: & ibi concordat Abb. in versicu. quandoque cautio non est omnino nuda &c. & voluit Dyn. in c. quod semel. de reg. iur. in 6. & puto in sequenti dubio ostendere necessariò ita esse intelligendum. ¶ Prætereà, vt probaui suprà, non est verũ quòd stipulatio censeatur accessoria, imò principalis. sed posito ꝙ vt accessoria non valeret, valet tamen in vim principalis, sicut per se principalis valere poterat: vt fuit ostensum de accessoria etiam iuramento vallata, & ita etiam sunt in consideratione habenda. ¶ Quò ad argumentum principalis dubitationis de quo ibi dicam. non obst. etiam dum dicebam, ꝙ tantò magis debet præsumi quòd quantitas de qua in vltimo instrumento includatur in primo: eò quia ibi non continetur in vltima causa, per not. per Barto. in dicta l. triticum. in quæstione 1. quia respondeo quòd Bart. ibi loquitur quando præcedens contractus non fuerit cõtractus stipulationis sed mutui: vnde dato quòd sequens contractus stipulationis intelligitur de eadem quantitate, valebit tamen vterque contractus. l. duo societatem. ff. pro socio. l. si stipulatus. ff. de vsur. cum simil. ideo Barto. tunc vult quòd non sit differentia, an sequens contractus stipulationis contineat causam vel non: sed quòd vbi tam primus contractus quàm secundus est contractus stipulationis, tunc vult Barto. quòd intelligatur de diuersa: vt ibi in versic. sed si primò mihi &c. per rationem. l. qui bis. & est casus noster. ¶ Vtrum autem habent obstare defectus causæ in vltimo instrumento, tangam in sequenti dubitatione. ¶ Vltra prædicta ad omnia argumenta in contrariũ adducta potest responderi quòd ex verbis dictorum instrumentorum, scilicet secundi & tertij, iunctis maximè contentis in primo, colligitur de mente partium fuisse, quòd quantitates de quibus in vltimis duobus instrumentis comprehensæ non essent sub primo, vt deduxi circa fundamenta superius per creditorem adducta. Modò capio secundam

7 principalem dubitationem, videlicet, † an vltimus contractus teneat. Videtur prima facie, ꝙ non, quia cautiones & promissiones de quibus ibi, non sunt efficaces, quod causam non continẽt. dicta l. cum de indebito. §. fina. ff. de proba. & in dicta l. generaliter. & ibi not. C. de non num. pe. & in præalleg. ca. si cautio. & licèt in instrumento promissor confiteatur se debitorem de ducatis 235. auri, & hoc pro alijs tot ducatis: seu tanta pecunia peruentis & peruenta ad ipsum confitentem de bonis pecuniæ: de ducatis ipsius stipulantis: & quos ducatos 635. solemniter dare & reddere per solemnem stipulationem dicto stipulanti &cæt. tamen illud videtur esse de confessione partis promittentis: & non exprimitur ibi ex qua causa peruenerint dicti ducati ad dictum confitentem & promittentem. Vnde propter hoc non dicitur habere sufficientem causam illa cautio. pro hoc videtur esse glo. in dicto ca. si cautio. expressius glo. in d. l. cum de indebito. §. fina. quæ vult ꝙ siue quis confiteatur se debere decem siue quis confitetur accepisse decem super alio non expresso, dicitur confessio sine causa. & plus vult illa glo. in fi. secundum ꝙ eam intelligit Salic. ꝙ si quis per stipulationem promittat dare decem Titio qui ab eo accepit, dicatur hæc stipulatio esse indiscreta & sine causa, & non valeat. & Sali. licèt primo uideatur ibi dubitare de ueritate istius glo. tamen finaliter uidetur residere ꝙ illa stipulatio ualeat. Et dic ꝙ hoc casu non uidetur promissio illa facta animo donandi: quia prædicta habet causam quod accepit ab eo cui promittit, tamen dicit ꝙ non est causa ualida: unde illa causa est consideranda, non ut faciat ut stipulatio obligationem producat, sed ut operetur, q̃d declaret mentem promittentis fuisse nolle nouare. Videtur

secundò quòd dicta promissio sine causa etiam iuncta cum confes. sine causa non sit efficax: vt etiam satis videtur probari in d.c. si cautio, coniuncta ibi gl. in verbo crimen. Et etiam doct. videntur intelligere quando confessioni erat adiuncta promissio seu stipulatio. ¶ Sed his non ob. puto dictā promissionem de qua in vltimo instrumento esse efficacem secundū quòd infrà dicetur. & licèt posset fortasse allegari quòd illa promissio & assertio dicatur habere causam, vt quidam velle videntur; præcipuè per d.l. Publia. §. fi. & ibi Fulg. & facit qđ no. Sali. in l. 1. C. de confessis, in 3. col. in ver. sed iuxta prædi
8 cta quæro † an si quis confiteatur se esse debitorem Titij in
d centum pro resto [d] & saldo rationis inter eos facto: dicatur talis confessio habere causam sufficientem, per plura quæ ipse ibi adducit: & maximè per illam. l. Publia. in fi. ibi ex ratione partis &c. vel alia ratione magis mouetur: nam præsuppono quòd dicta promissio fuit facta non per errorem, sed ex certa
9 scientia, quia in illo instrumento † dicitur sponte & ex certa scientia &c. quæ operantur vt non possit allegari presumptio erroris: vt no. Bar. & alij. in l. si dari. ff. de verb. obli. & in l. sed si quis. §. fi. ff. si quis cau. per illum tex. & in l. fi. §. penul. ff. de condi. inde. & Bal. in rub. C. de confes. & in l. 1. in 10. col. eo. tit. & in l. mater. in 2. col. C. de rei vend. & in l. 2. in 7. q. in fi. C. de resci. ven. & Imo. in l. a Titio post medium. ff. de verbo. obli. sed ita est ꝙ vbi promissio fit etiam sine aliqua causa discreta vel specificata, videtur facta animo donandi, vt omnes concludunt in l. Campanus, de ope. libe. arg. l. cuius per errorem. de re. iur. & no. gl. quas allegaui in precedenti ar. & doc. in locis vul. de quibus aliàs mentionem feci. & quòd propter illa verba adiecta in instrumento, sed ex certa scientia, præsumitur causa donationis, no. expresè Bal. in d. rub. C. de confessis. & Imo. in d.l. a Titio. & Pau. de Cast. in materia. l. hoc iure. ff. de do. in l. si diuortio. ff. de verb. obli. Sed istud est verum si promissioni factæ ex certa scientia, iuncta est confessio sine causa, & certa scientia: vt expresè firmat Ant. de But. in d.c. si cautio. in ver. ad secundum dicendum &c. & Abb. ibi etiam & Dy. in regula qui semel, de reg. iur. lib. 6. & dixi in superiori articulo. ¶ Nec mirum ꝙ hoc casu stipulatio censetur principalis, vt ibi probaui: imò dico ꝙ esset accessoria: quia ratio propter quam confessio sine causa scienter facta, non est efficax ad inducendā donationem, secus in promissione scienter facta secundum Bal. in rub. C. de confessis. & l. fi. C. si cer. pet. ad fin. quasi confessio est inducta ad probationem, non ad obligationem vt in sæpius alleg. d.l. Publia. §. fin. & probatio incerta non valet: vnde si non valet expressum nec tacitum. l. 3. §. qui habet. ff. de serui. rust. præd. aliud autem est in stipulatione propter eius solennitatem: ipsa aūt inuenta est ad obligandum: ergo cum ibi in accessorio stipulationis non militet ratio impeditiua quæ militat in principali, debet efficaciter accessorium producere obligationem. d.l. ex placito, & d. l. si his. C. de prædi. mino. & no. Bar. in d.l. nō dubium, ad fi. ¶ Nec in casu isto potest intelligi id qđ not. Imo. in d.c. si cautio. Sed quando ex certa scientia promittitur, nec etiam dicatur ꝙ non potest dici ꝙ habeat animum donandi promissor quando expresserit promissionem sine causa, quia dico ꝙ illud potest esse verum in dubio: sed quando ex certa scientia facit, quia tunc potest dici ꝙ non videatur habuisse animum donandi postquam sciebat causam non subesse, non cadit nisi præsumptio donationis. & si aliter diceremus, sequeretur ꝙ si soluo ex aliqua causa, quam scio esse inefficacem seu nō subsistere, non videor donare, cuius contrarium probatur in d.l. qui per errorem. & idem debet esse in promissione quod in solutione. l. fi. C. ad l. fal. & l. patronus. ff. de do. ¶ Ad idem facit: quia si alicui promitto ex causa de præterito quæ præcessit respectu recipientis, videor donare cum causa, & illā causam non esse inhonestam: vt subtiliter per Bar. in l. pen. ff. de cond. ob turp. cau. secūdum Raph. Cu. in l. generaliter. & in l. si plagij. de verb. obl. & dicit ipse in d.l. generaliter, se mirari hoc à nemine animaduersum. pro hoc facit etiam id quod habetur in l. 1. de rei vxo. act. in prin. ver. eo. modo si inutiliter facta esset stipulatio &c. accedit ꝙ quando iuramētum est appositum facit vt eo casu quo stipulatio accessoria non valeret, valeat vt principalis. no. Bar. in l. si quis pro eo. in 9. membro. ff. de fideius. & dixi in præcedenti. ¶ Nec ad hoc obstat si dicatur ꝙ donatio non valet sine insinuatione, quia ad hoc respondeo ꝙ imò non vitiatur vsq; ad summam quinquaginta solidorum auri. l. si quis pro redemptione. C. de dona. iūc. l. si quis. arg. eo. tit. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de instru. edi. §. porrò. in fi. Bal. in l. illud. in vlt. col. de sac. san. ec. circa hoc
* intelligitur de illis solidis auri, * quorum 72. faciunt libram auri. l. quoties. C. de suscep. & Arch. li. 10. & no. in l. quicunque. C. de ser. fug. & in c. fi. de iud. & dicit Bar. in d.l. quoties, quòd in illo quod dicitur quòd 72. constituunt libram auri, idem hodie si ponimus 86. ducatos venetos qui constituunt
10 libram auri legalem. ¶ † Quinimò virtute iuramenti [e] nō po
e test donatio infringi per eum qui donasse videtur prætextu deficientis insinuationis secundum veram opi. cum iuramentum possit seruari sine interitu salutis æternæ. & quia donatio sine insinuatione non est penitus inimica legibus: & quia non habet perpetuam causam prohibitionis: quoniam valet in aliquibus casibus sine insinuatione, de quibus in d.l. si qs pro redemptione. & in auth. Item a prima. C. de do. & inde p no. in c. cum contingat. iuramentum debet operari hoc casu ad eam formandam: nec est indiscreta ex quo fit à sciente, & per alias plures rationes quas allegāt doc. in hoc arti. propter quas etiam hic tenet Io. And. in §. porrò. in vlt. addi. cum quo videtur cōcordare Fede. de Senis. in consi. 82. in ordine meo, & incipit. Cum lis & quæstio. & ibi in pen. col. concludit ꝙ saltem iuramentum de non veniendo contra contractum donationis operabitur, vt repellatur ille qui prætextu insinuationis non factę vult venire contra donationem. & Imo. in d. c. cum contingat. circa secundam conclusionem, etiam tenet quòd per iuramentum de non veniendo contra donationem firmatur donatio non obstante insinuatione: & ibi plenè respon. ad ea quæ adducuntur in contrarium. & etiam ibi ita tenet Abb. Sic. in 22. col. in ver. ex prædictis pōt inferri ad decisionem talis quæstionis, an donatio &c. Item etiam vidi consilium recolendæ memoriæ Io. de Ana. domini Archi. Bono. & eius cōsilium incipit. In nomine sanctę Trinitatis. Visis & ponderatis his quę in scriptura donationis. & ibi refert quòd aliàs vidit elegans consilium per quendam dominum Pacem de Aquila, qui dicebat quòd licèt Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. specificè non decidat istum casum, tamen per rationes quas ibi Bar. ponit, deciditur quòd donatio valeret. & in dicto consi. referebat quod dicit Pet. de Vbal. de Perusio. & ita consuluerat. Et dicit dominus Ioan. de Ana. in dicto consilio quòd illi consilio domini Pace ferè se subscripserant omnes doctores Bononien. & precipuè Ioan. de Imo. & d. Flo. de sancto Pet. & istud consilium domini Ioan. de Ana. vt vidi, erat subscriptum a celeberrimis docto. domino Iacobo de Zoc. de Ferraria, & domino Ange. de Aret. & fuit in causa cuiusdam donationis factæ per Raphaelem de Foscarijs de Bono. Idem etiam recordor aliàs consuluisse dum Ferrariæ legerē: & pro eadem parte consuluerunt celeberrimi iurisconsulti dominus Franc. de Aret. & domius Marianus Socinus Senen. ¶ Vltra prædicta etiam in ciuitate vbi quæstio agitur, viget statutum prout in pluribus partibus Italiæ viget quòd huiusmodi instrumenta haberent executionem paratam sicut sententia non possent opponi nisi certæ exceptiones: & tunc cōcludit Bald. in l. si causam. C. de execu. rei iudic. in fi. colum. in versicu. quia modò quæro de alia quæstione. nam ibi vult
11 † quòd si statutū dicat contra executionem instrumenti guarentigiati non possunt opponi, nisi quædam executiones, nō poterit opponi quòd stipulatio contenta in instrumento est
f sine causa: [f] & sequitur ibi Pet. de Anch. in c. canonum statuta. de constitu. colum. 70. in versi. iuxta hoc membrum. circa hoc insisterem plenius, sed prætermitto, cum in hoc non sentiam quod statuta loci disponāt in alia ratio videtur esse consultum præfatæ stipulationi etiam dato quòd illa confessio potest dici sine causa: & etiam quòd non possit in totum sub-
12 sistere vt donatio. † Nam confessio sine causa non est verum quòd si in totum inutilis, imò valet quòd ad semiplenam probationem si per eum cui facta est confessio, allegatur aliqua causa: vt concludit Spec. sequens Mart. de Fano in tit. de confessi. §. nunc videndum. in versicu. sed quæ est ratio. cum versic. sequen. per l. instrumenta. C. de probatio. & approbat hoc Ant. de But. Imo. & Ab. Sicu. in d.c. si cautio. de fi. instru. quod etiam puto not. & licèt ipsi non dicant legistæ habent duas glo. hoc tenentes in l. vbi numerus. ff. de test. in ver. speciem,

ciem.& i n l.inter chartulas.in versic.vanitate.C.de conuen. fis.de.lib. 10.& regulariter in defectũ semiplenæ probationis defertur iuramentum propter naturam probationis.l. in bonæ fidei.& ibi no.de reb.cre.& in l.admonendi.ff.de iureiur. & in ca.fi. eo.tit.ex quibus videtur dictam stipulationem varijs modis se posse tueri aduersus allegatum defectum causæ cõfessionis & promissionis.¶Ex quibus apparet clara & multiplex responsio ad alleg.in contrarium. quia posito quòd illa confessio diceretur sine causa, tamen attento quòd vltra confessionem est promissio facta ex certa scientia, illa valet in vim probationis, vt probaui suprà. ¶Nec adhoc obst. illud quod not.glo. 1 .in fi.in dicta l.cum de indebito. §.fi.ponderando eam, vt facit Sali.quia respon.quòd illa glo.in casu suo dicit totum contrarium eius quod ponderatur per Sali.& ita inter cæteros Cyn. ibi in addi.intelligit illam glo.ad oppositum illius intellectus quem dat ibi Salic. & cuilibet intuenti apertè patet.Nam glo.ibi in fi.dicit sic,promisit 10. quæ pro stipulatione accepit. illa verba refert glo. ad ea quæ proximè dixerat: secus si dicit accepit. & sic refert ad casum in quo dixerat promissionem valere. & in fin. suæ distinctionis ponit alium casum in quo tradit stipulationem valere. Salic. autẽ intellexit quòd casus ibi positus in fi. gloss. non referatur ad proximè dicta per glo.sed ad dicta per glo.in primo præsupposito, quod illa glo.in princ.illud diceret, seu quod dicit in se esset verum : tamen illa glo.non loquitur quando promissio esset facta a sciente causam nullam efficacem subesse, sed vbi facta est a sciente, vt in casu nostro, tunc valet etiam si promissio sit iuncta cum confessione sine causa, vt tenet Dyn. & Antonius de But.& alij quos retuli suprà, & videatur donare sicut quando soluo alicui pretextu alicuius causæ quã scio non subsistere: vt puta, probaui illam esse veritatem, & est munita maioribus authoritatibus & rationib.& præcipuè stante statuto, prout in casu nostro. extant & alia fundamenta, de quibus dixi suprà ex quibus apparet (vt dixi) varijs modis dictam exceptionem reijci posse. ¶ Quò ad vltimum dubium quo quæritur, an duo prima instrumenta sint comprehensa ab vltimo: addo quòd stante illo vltimo valido non posset aliquid peti de contentis in primis duobus instrumentis, vnico verbo me expediam.& dico quòd non obstante vltimo instrumento potest peti illud quod continetur in primis instrumẽtis, vt est text.in l.Lucio. * de actio.& oblig.ff.& etiam probatur in l. fina. C. de noua. & in §.preterea. insti.quib.mo.tol, ob.sed specialius quò ad differentiam nostram in d. l.Lucio, die 17.Mart. Bononiæ. 1461.& fuit iudicatum. Laus Deo. Alexand. &c.

ADDITIONES.

a ¶Circa primum.vide Paul.consilio 406. Satisfaciendo. libro 1.Bald. Sali.in l.vinc.C.de confes.Rot.dec.306.Alexan.consil.13.& consilio 83.hic eo.1.vol.& in l.cum de indebito. de probatio.Lanf.in c.quoniam contra, versic.confessiones, de proba. Cano.in ca.si cautio.de fi.instr. * Super hac eadem specie facti in primo dubio de iure respondit Andr.Sicul.consil.25.Scribitur sapientiæ.libro 1.Vide Crau. consil.167.Vbi autem non apparet nisi vnum instrumentum, diuersitas summæ non facit videri rem diuersam; Gramma.decis.103. nume.59.& vide Ruinum latè consi.176.dub.1.lib.1. Natta.

b ¶Vbi autem. idem Alex. Ias. d.l.planè. §. 1.Bald.l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden.Ias.consi.87.col.1.lib.3.Albe.Brun. consil.15. fallit. 1.si vtrunque instrumentum esset eiusdem datæ.fallit. 2.si altera probatio fieret per instrumentum, altera per testes, per Matthæ. de Afflic.in dec.Neap.198.

c ¶Nec casu. Ro. not.547.debitor.limita primò vt procedat quando in vtroque instrumento fit mentio de certo debito indiuiduo, puta tali die contracto, aliàs dico quòd non minus duplex debitum præcessisse præsumetur quàm duplex solutio per prædicta.limitò secundò vt procedat quando vtrunque instrumentum continet integram solutionem.Secus si vltimum totum, & præcedens partem, quia tũc in dubio videtur primum includi. Tertio limito quando altera confessio de recepto probaretur solùm per testes. Matth.de Afflict. decisi.Neap.118.fusius dixi super consu.Parisi.171.

* In diuersis scripturis.] Vide Afflict.decis.198. Natta.

* Vnam summam ducatorum 1302.] Nota, tunc induci nouationem, cùm dicitur, Computato omni instrumento; Barto.ad.l.2.ff.de nouat. Natta.

d Resto.idem Bald.consilio 461.inter Ioan.lib.1.Alexan.infra.eo.consilio 83.ad fi.

* De illis soldis auri.] De hac re est glo.ad l.fin.ff.de in ius vocan.tangit Feli.ad ca.conquerente.de offic.ordin.Dec.consil.239. colum.2. Alexan.consil.15.libro 3.Dec.consil.432.colum.2.& dicit Ias.ad.l.2. §.ex his.colum.penul.ff.de verbo.obliga.se in iudicio obtinuisse, ꝙ donatio valeat sine insinuatione vsque ad octingentos.Et de his vide his vide Dec.consil.536. colum.pen. Natta.

e ¶Iuramenti.idem Alex.consi.125.colum.fi.infra eod. consil.32.col. 2.consilio 83.in fi.consilio 157.in fi.libro 2.consilio 21.colum.4.lib. 3.& vbique: & hæc est crebrior sententia. & per Guid.Pap. decis. Delph.quæst.350.& consil.32.colum.2.decisio.432.488.Corn.consilio 221.libro 1.consil.36.lib.3.Bertran.consi.103.quæst.3.lib.2.consilio 9.Multa sunt, columna 2.libro 3.Cur.iunior consilio 34.Ant.Rubeus consil.59.Alc.l.pacta quæ contra.colum.4.C.de pa.fortius idẽ stante statuto de insinuando vult Ber.consilio 155.circa.colum.1.lib. 1.consil.163.Ex themate.consilio 113.viso instrumento.in fin.lib.2.cõsilio 227.In re sua.colum.1.consilio 234. viso consilio col.1. consil. 306.Quædam sunt.consilio 331.Viso consil.libr.3.sed in contrarium est Ioan.Fab.§.aliæ.inst.de donatio.Bald.consil.113. Quædam domina Brolia.consilio 115.Verba dicunt, in fi.lib.1.Rom.consil.12.Cur.senior consil.66.colum.fi.consil.67. Anto.de Canar.in trac.insinuat.q. 63. Io.Crot.de Montefer.re.l.nemo potest.col.15.ff.de leg.1. Barb. consil.16.colum.13. libr.2.& ita obseruatur etiam in hoc regno post constitutionem nouam anni 1539. * Hanc opinionem sequitur idẽ Alexan.ad l.nemo potest. ff. de leg.primò.cuius oppositum tenet ibi Ioan.à Monteferrato non sine optimis rationibus.Et vbi esset expressè renunciatum insinuationi, opinio Alexan.procederet, aliàs videretur, quòd cum non possit renunciari insinuationi, non videatur etiam per verba generalia renunciatum; & sic ad id iuramentum non extenderetur, iuxta not.per Barto.ad.l.sed & si quis.§.quęsitum. ff.si quis caut. & ibi Alexand.& hanc considerationem facit in simili Socin.consilio 103.colum.2.lib.3.Est etiam animaduertendum ꝙ iuramentum simpliciter præstitum super contractu donationis, non confirmat donationem aduersus nullitatem, quæ suboritur post donationem; quãdoquidem iuramentũ intelligitur, rebus sic se habentibus. qđ accidit in proposito, quia donatio redditur nulla ex defectu insinuationis postq̃ perfecta est, & non ab initio; ita Ruin.ad d. l.nemo potest.quo in loco dicit istud procedere ẽt si iuratum esset, non contrauenire aliqua ratione, vel causa. quod nota.Opinionem autem Alexand.hic sequitur Iason.consilio 118.lib.4.& latè consilio 169.colum.6. libr.4. Dec.consilio 239.colum.2.& latè consilio 432. col.2.& consil.488.dub.1.& consi.536.colum.pen.Illam verò distinctionem, an sit renunciatum insinuationi necne, ponit Socin. consil. 80.in fin.lib.1.sed non firmat.Et eam improbat not. Curt.Iun.consil. 34.circa principium.De præmissis Ruin.consilio 51.lib.1.vbi ponit an iuramentum tollat nullitatem contractus inductam a statuto propter insinuationem ommissam.Opinionem verò Alexan.hic suo calculo confirmat Ruin.consil.159.colum.penult. lib.4. Natta.

f ¶Causa.non puto verum, cum hic defectus appareat ex instrumento.plenè dixi super consue.Pari.§.166.vbi remitto.

* In l.Lucio.] Huius textus auctoritate inquit Bald. ad. l. Nesennius. ff.de negoc.gest. quòd si soror promittit sponso centum pro dote, de inde frater promittit pro centum pro dote, sponsus vtranque petere posse quantitatem. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Confessio extorta non præcedentibus legitimis iudicijs, non valet etiam postea ratificata.*

2 *Res furtiua, licet reperiatur apud aliquẽ, non est suspectus de furto, nisi sit solitus furari.*

3 *Fama sola non est indicium sufficiens.*

4 *Indicium remotum debet probari per duos testes.*

5 *Tortura non debet repeti, nisi ex nouis indicijs.*

6 *Domestici sunt idonei ad probandum innocentiam.*

7 *Numerus testium supplet defectum qualitatis.*

8 *Consanguinei sunt idonei ad simplicem defensionem probandã.*

9 *Matrimonij tempus in teste attenditur.*

10 *Testium varietas quæ non est circa substantialia, non vitiat testimonium.*

11 *Vestis appellatione venit caputium.*

12 *Testium dicta non cauillanda sed iuuanda.*

13 *Iudex non debet excedere pœnam consuetam, sed arbitrari de minori.*

CONSILIVM V.

In casu inquisitionis formatæ contra Valerium; videndum est de tribus. ¶Primò an virtute cõfessionis suæ ẽt reiteratæ possit damnari consideratis tñ dictis confessionis.¶ Secundò posito ꝙ confessio esset talis q̃ sufficeret ad condemnationẽ: an attẽtis probationibus testiũ inductorũ ad oñdendum innocentiã d. Valerij debeat absolui.

¶Tertiò

¶ Tertiò posito quòd aliquo modo veniret condemnandus
qua pœna debeat puniri. ¶ Circa primum mihi videtur ꝙ iu-
dex non debet se ex dictis confessionibus fundare ad condem
1 nandum. Ad quod ostendendum præsuppono † quòd vbi iu
dex non præcedentibus sufficientibus, & legitimis indicijs
processit ad torturam & reus in tortura cōfiteatur: quamuis
postea ex post facto perseuerauerit in ea confessione extra tor
mentum: tamen nunquam debet ex tali confessione damna-
a ri. [a] l. quæstionis. secundum vnam lectu. gloss. approbatam.
ff. de quæstionibus. & sequitur Alb. de Gand. in tract. de ma-
leficijs. dum tractat de tormentis in rub. quæ incipit. quæri-
tur nunquid confessus in tormentis non præcedentibus &c.
& Ange. & Io. de Imo. & Pau. de Cast. in l. qui in alie. §. Cel-
sus. ff. de acqui. hære. & Pet. de Anch. in cle. 1. de homicidio.
& Sali. in l. 2. in vlti. colum. C. de custo. reo. & per id quod
habetur in c. j. cum ibi no. per Inno. extra quod met. causa. &
per Inno. in c. causam quæ, extra de offi. dele. & istud idem te-
nuit Bart. in trac. de quæstio. qui attribuitur ei, licèt quando-
que dubitauerim an fuerit ab eo editus: idem consuluit Pet.
de Ancha. consi. 24. Visa inquisitione. ¶ Hoc præsupposito vi-
deamus an sumus in casu, & mihi videtur quòd aut indicia
non fuerunt sufficientia ad torturam, aut posito quòd fuerāt
aliquo modo talia quòd potuerit ex eis a principio torqueri:
tamen non fuerunt indicia adeò grauia, vt debuisset repeti in
tormentis prout repetitus fuit. quod autem indicia non fue-
runt sufficientia patet: quia quatuor vel quinque testes fue-
runt examinati per iudicem scilicet Bart. de Bel. Gui. & Lu-
cas: & quidam alter. primus test. scilicet Bart. nihil deponere
videtur in genere vel specie contra Valerium: imò dixit quòd
de eo nihili mali intellexit. Et licèt deponat quòd schala quā
vidit appodiatam ad ecclesiam est schala Valerij: eo quia dicit
se pluries vidisse in domo Valerij, & audiuit sæpe a Piramo
de Sciendo dicente eam fecisse dicti Vale. dum esset eius fa-
mulus: tamen hoc non vrget quòd Valer. fuerit ille qui acces-
sit ad illud furtum faciendum, quia potuit illam schalam au-
ferre Henricus frater dicti Valerij stans in communione se-
cum, vt verbo refertur contra quem plura dicam per ea quæ
no. per gl. Cy. & alios doctores in l. inciuile. & in l. ciui. C. de
a furt. vbi videtur † quòd licet res furto subtracta reperiatur*
* apud aliquem: tamen non ex hoc solo redditur ille suspectus
* quòd furto * subtraxerit, nisi probetur quòd erat solitus talia
crimina perpetrare. Sed non est probatum quòd dictus Vale.
sit consuetus furari; ergo ex hoc solo quòd illa esset schala sua
non subest suspicio quòd furtum prædictum commiserit.
¶ Nec obst. ad hoc illud quod deponit d. Guil. & Lucas dum
3 deponunt quòd Valer. habet malam famam: † quia respon-
b deo primò quòd illud non est indicium sufficiens: [b] vt inquit
Bart. in l. fi. in vlti. col. ff. de quæstio. per l. de minore. §. tor-
* menta. eo. tit. Secundò respondeo * quòd illud quod dicitur
contra hominem malum vel malæ famæ esse suspicionē iux-
ta. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accu. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de
re mili. procedit in ao homine quem apparet fuisse malū seu
* malæ famæ in eodem genere mali; * de quo nunc suspicatur:
vt no. Bart. post Iac. de Ra. in l. Cassius. ff. de senato. & Bal. cla
re in l. fi. ff. de hære. inst. argu. l. spadonem. §. qui iura. multa.
cum simi. ff. de excu. tut. & illam deci. Bald. in illa l. fin. sequi-
tur etiam ibi Io. de Imo. qui reputat illam esse bene notandā
pro limitatione regulæ semel malus. libro 6. hoc etiam est de
mente Bar. in l. si pupillus. §. sed si quis ipsi prætori. in 7. q. de
no. oper. nun. & gl. & doc. in d. l. inciuile. ex diuersis enim nō
fit recta illatio. l. si. ff. de cal. l. inter stipulātem. §. sacram. ver-
similia. ff. de verb. obli. sed dicti testes non dicunt quòd Vale-
rius sit solitus furari, aut malæ famæ in hoc genere furandi, er
go mala fama non arguit quò ad propositum nostrum suspi-
cionem huius furti in Valerio. ¶ Nec ad hoc obst. quod depo-
nit dictus Guil. dum deponit se aliàs audiuisse a quodam Re
gio Longo, quòd sibi fuerat subtracta furto quædam vacca,
& suspicabatur ꝙ Valerius prædictus subtraxisset: quia respō
4 deo ꝙ † vnumquodque indicium quando est a remotis debet
probari per duos testes: & sic vnus testis isto casu deponens
non de facto principali, sed de aliquo extrinseco facto vel in-
c dicio non facit indicium: [c] vt est glo. reputata sing. in l. fin. &
ibi no. per Bart. & alios. C. fami. ercis. & est alia in authen. de
testa. imper. col. 8. quam ibi ad hoc ponderat Ange. & not. In-
no. in cap. sicut Simo. de simo. & Bart. in l. admonendi. in 10.
col. ff. de iurei. & Bal. in l. cum socero. C. de iur. do. & in l. 2.
in prin. ff. de excu. tut. & Ang. in l. fi. ff. quod me. causa. ergo
testimonium dicti Guil. non sufficit ad probandum illud in-
dicium consuetudinis furandi vel malæ famæ in eodem ge-
nere delicti idest furandi. nec sufficit etiam quòd audiuerit ip
se testis ab vno tantum: vt ipse dicit per id ꝙ habetur in c. qua
liter & quando el 2. cum ibi no. per Inno. de accu. & per Bar.
in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. Alij testes nihil de
ponunt contra Valeri. imò Bart. Beltra. deponit quòd Vale-
rius est bonæ famæ. Posito etiam quòd alii testes tale indiciū
facerent quod fuisset sufficiens ad torturam: tamē postquam
semel fuit tortus non debuit iterum torqueri ex talibus indi-
5 ciis tantum, quia de iure magis communiter tenetur † quòd
d ex primis indiciis non debet quis in tormentis repeti: [d] vt fir
mat Iac. de Aret. & Cyn. in l. fin. C. de questio. & Cyn. & Ray.
quos refert Bart. in l. vnius. §. reus. ff. de quæstio. & Ioan. An.
& alii post eum in cap. contractus. de reg. iur. ibi etiam refert
Odof. & alios antiquos ita tenentes: & ita etiam tenet Bald.
in l. milites. C. de questio. & per d. l. vnius. §. reus. & dicit Bar.
in d. §. reus. licet dicatur quòd consuetudo hoc nō obseruet:
tamen dicit Bart. quòd non est iterum torquendus: nisi quan
do prima indicia fuerunt multum vrgentia & manifesta per
d. l. vnius. §. reus. & dicit quòd ita practicatura & hoc sequi-
tur Sali. in l. 2. C. de custo. reo. vbi etiam vult hoc, etiam da-
to quòd reus in tormentis primò illatis confessus fuerit, & po
stea extra tormenta non perseuerat: sed dici potest dicta indi
cia multum vrgentia & manifesta: seu euidentoria illis indi-
ciis quæ consueuerunt sufficere ad torturam: vt patet ex su-
pradictis. Quinimò aut non sufficiebant ad torturam, aut po
sito quòd essent quoquo modo sufficientia ad torturam, quia
sunt indicia a remotis. vt not. Bartol. in l. 2. ff. de quæstio. &
alii maximè Salic. in l. fin. C. eod. tit. cum ergo antequam Va-
lerius extra tormenta spente confessus esset, fuerit repetitus
pluries absque eo quòd per indicia saltem quæ essent mul-
tum vrgentia, & absque nouis indiciis: sequitur quòd dicta
confessio facta post tormenta repetita: quæ repeti non debue
runt: non est sufficiens ad condemnandum per d. l. quæstio-
nis. cum ibi no. & concord. supra alleg. ¶ Venio ad secundum
arg. scilicet an posito quòd dicta confessio per se considerata
esset sufficiens ad condemnandum an elidatur per probatio-
nes factas pro parte inquisiti, in quo mihi videtur concludē-
dum quòd sic: quia per tres testes probatum est quod dicta
nocte & per dictam noctem qua dicitur commissum furtum
in villa Maledi, Vale. non pernoctauit, & stetit in ciuitate Vi-
centiæ, seu in suburbiis & in loco distanti a villa Maledi per
12. miliaria, adeo quòd non potuisset illa nocte iuisse ex Vi-
centia Maledum: & ibi commisisse dicta nocte furtum, & re-
diisse in Vicentiam eadem nocte. sic probatum apparet quòd
illa confessio non est vera: sed metu tormentorum facta, pro-
batur in l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. in §.
item verborum. de inut. stipu. & ex testibus. Testes autem prę
dicti sunt Beatrisia, Paschalinus, & Franciscus. Nec ad hoc ob.
si diceretur quòd Beatrisia est famula matris dicti Valerii:
6 quia respondeo † quòd licèt ad aliquid domestici non sint
c idonei testes [c] iuxta. l. 2. de test. & in c. in literis. de testi. tamen
fallit quò ad probandum innocentiam: quia familiares, & cu
bicularii sunt idonei, vt in terminis dicit Spec. in titu. de in-
quisitione. §. 1. in versi. sed nunquid eas. argu. 12. q. 1. manife
sta. & c. seq. & 2. q. 7. cum pastoralis. bene facit. l. consensu. C.
de repu. & c. veniens. el 2. de test. bene facit quod no. Inno. in
addi. Spe. in ti. de teste. §. 1. versic. quòd si olim fuit &c. ¶ Se-
* cundò respondeo * quòd licèt aliàs duo domestici testes non
7 sufficerent, tamen tres sufficerent: † quia numerus supplet de
fectum qualitatis per no. per Iac. de Butr. in l. 3. post princ. ff.
de test. & per id quod ibi no. glo. in §. eiusdem. in versi. nume
rus. dum gl. dicit quòd illud quod deficit in fide testium sup-
f plet numerus: [f] vt no. Ioan. And. in titu. de notorio crimine.
§. fama. in addi. incip. alias supra &c. & Ioan. de Imo. in l. qui
testamento. in 1. col. ff. de test. & expresè hoc tenet Nico. de
Neap. in l. excusantur, in princ. 2. col. ff. de excu. tu. allegando
gl. in d. verbo numerus. quam dicit non esse alibi. facit quod
no. in l. si quis ex argentariis. §. 1. cum ibi no. p Bar. ff. de eden.
præcedens tamen responsio tutior est. Non ob. etiam si dicere
tur

ret ꝙ dictus Paschalinus non est idoneus testis, eo quia est na
8 tus ex fratre matris dicti Valerij: † quia respondeo quòd vbi consanguineus non deponit ad impugnationem alterius, sed
g ad simplicem defensionem & innocentiam [g] purgandam seu liquidandam, est idoneus testis. cap. in literis. de presump. & ita expressè firmat Bal. & Sali. in l. parentes. C. de test. & Sali. in l. testium. de test. Vnde dato quòd consanguineus deponẽs quòd consanguineus suus fuisset offensus a Titio nõ esset idoneus testis pro consanguineo cõtra Titium ad eius impugnationem, per not. in l. lex Cornelia. in princi. ff. de iniur. & per Bar. in d. l. qui testamento. §. 1. & per can. in c. cum oporteat. de accu. & in c. insinuante. post glo. de off. deleg. tamen est bene idoneus testis quando deponit ad meram defensionẽ consanguinei: vt dictum est. ¶ Potest etiam responderi, prout respondi ad obiectionem factam contra Beatrisiã. Non ob. etiã si diceretur ꝙ dictus Fran. alter testis erat famulus dicti Henrici, quia respondeo ex his quę dixi circa personam Beatrisię. potest etiam responderi quòd tẽpore quo testificatus est, non
9 erat famulus Henrici † & ideo famulus [h] potuit testificari: li
h cèt tempore asserti commissi delicti esset famulus. l. 1. §. item Numio. & ibi no. Bar. ff. de quæstio. & Bal. in l. 2. ad fin. C. de test. etiam si licentia processisset ab Henrico & non à famulo: vt voluit Bal. in l. 1. C. de epis. & cle. per no. per Ioan. And. in c. sicut. de verb. sig. lib. 6. hoc expressius firmat Io. An. in add. Spe. in ti. de test. §. 1. in ver. quid si olim fuit eius clericus. & Ia. de Ra. & Cy. in l. 2. C. de test. vbi volunt ꝙ si quis velit ꝓbare ius suum per famulum, potest eum licentiare: & eũ põt testem producere: quia non est fraus probationes parare. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. nisi postea rediret famulus incontinenti ad seruiendum domino. ¶ Pro quo facit dictum Bar. in l. vir mulieri. ff. de do. inter vir. & vxo. argu. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cre. cum l. seq. eo. ti. & c. officij de elec. & ita etiam no. d. Abb. in c. in literis, de test. & Ioan. de Imo. in d. c. insinuante. Et est alius testis. s. Nico. qui deponit ꝙ Vale. dicta nocte seu die Mercurij de mane vidit Vale. in domo magistri sui Vicẽtiæ in iuuarulo. Ideo in dicto suo facere fundamentum non curaui; quamuis in aliquo sit discrepans ab alijs: & standũ est dictis aliorum testium. c. in nostra. & ibi no. extra de test. Non ob. etiam si diceretur ꝙ dicti tres testes videtur in aliquo sibijpsis contrariari, & sic adinuicẽ variant: & per hoc videatur eis non esse credendũ: iuxta
10 l. si qui falsa. ff. de test. † Nam respondeo ꝙ dicta varietas [i] nõ
i est circa substantialia negotij principalis de quo quæritur, seu locum vel tempus ipsius facti vel principalis; sed circa alia penitus extrinseca, quo casu talis varietas non infringit dicta testium quò ad factum principale super quo deponũt: vt no. Bar. in l. eos, circa me. ff. de fal. & expressè Bal. & Io. de Imo. in l. his verbis. §. si. arg. illius tex. ff. de hęre. instit. & no. Inn. in c. fraternitatis, de hære. & Spec. in tit. de testi. §. 1. versi. quod aliquid de suo. ¶ Ad idem quod signanter no. Ant. de Bu. in c. 2. de regularibus. vbi per illum tex. cum glo. 3. dicit, licèt testes in modico sint contrarij, non tamen est per hoc quin fidem non faciant: vnde si vnus testis deponit de anno, & alius de anno & die; non tamen tam modica ratione contrarietatis variatur dictum eorum. ¶ Videatur igitur quæ sint istę contrarietates: & in primis videtur quòd sit contrarietas inter Beatri. & Paschali. quia Beatri. dicit ꝙ quando ipsa accessit in cameram & ad lectum, vbi vidit Valerium Henri. Paschalinum & Franc. nullus eorum aliquid sibi dicit: & sic videtur deponere etiam Franc. de Paschal. qui dixit se dixisse dictæ Bea. non ve vergognati a vegnire sopra quando le personæ sono in lecto? & ꝙ illa nihil dixit. certè hæc varietas seu contrarietas nihil ob. per prędicta: quia non est circa principale seu eius cohærentia. s. in loco seu tempore tantùm: & etiam quia nulla censetur esse ista contrarietas, quia potuit esse quòd Paschali. dicta verba protulit præsentibus dicto Frã. & dicta Bea. tamen ipsi non audiuerũt. l. 1. §. fi. & ibi no. Bar. ff. de aut. tu. vbi propriè loquitur in teste. & etiam Bal. in l. testium. C. de testib. in 4. col. in versi. modò hic insurgit &c. & probatur in l. hæredes palàm. in prin. & ibi not. Bald. Ang. & Io. de Imo. ff. de test. & Bal. in l. 1. ad fi. C. de bo. poss. secund. tab. ¶ Alia contrarietas videtur, quia Paschali. posuerat suam Iornedam pro pignolato & caputium super mẽsam. & quòd nescirent dicere quomodo starent dicta vestimenta: quæ con
trarietas non obst. tum quia non est circa factum principale
11 (vt dixi) tum † quia omne quod induitur etiam venit appellatione vestis. l. instructum. & ibi no. de ver. sig. & sic caputiũ venit etiam appellatione vestis. ¶ Vnde ex verbis dicti Franc. apparet quòd dictum caputium intellexit comprehendi appellatione vestimentorum, dum dicit quòd nescit quomodo starent vestimenta. Alia etiam videtur subesse contrarietas, qa Paschal. deponit quòd Valerius dixit Franc. sta fermo che tu me tiene li piedi ne la schina: & quòd Fran. dixit: io nõ posso altro. Fran. deponit quòd non audiuit Valer. in illa nocte loquentem. Nam ista varietas non nocet per pręallegatam rationem: quia non est circa substantialia: vt circa negotiũ principale. Secundò quia Fran. dicit ꝙ non audiuit Valerium illa nocte loquentem, sed non bene eum sensit: vnde dicit illa nocte quando Paschal. deponit quòd Valerius dixit Fran. sta fermo tu me tene li piedi ne la schina: non dicit Pasch. ꝙ esset tunc de nocte, nam poterat esse de die, quia Paschal. dicit quod steterunt in lecto quando esset dies per mediam horã, & Fran. non dicit quòd quando posuit pedes in spatulis Valerij, ꝙ tunc Valerius nihil dixit. ¶ Alię verò contrarietates, & varietates sunt nullius momenti, si bene inspiciantur: &
12 † dicta testium non sunt cauillanda sed iuuanda [k] vt inquit
k Bald. in l. de quibus. in vlti. colum. de legib. & in rubri. ff. de re. diu. in vlt. col. & in l. 2. C. de temp. app. circa 3. dub. sed posito ꝙ ex aliquibus probationibus veniret condemnandus dictus reus, qua pœna veniat puniendus? Respondeo ꝙ si res furto subtractæ excedant summam librarum 10. pro primo furto est pœna manus: & licèt posset augeri, vel minui arbitrio Potestatis inspecta qualitate facti & personarum, vt dicit statutum, tamen iudex non poterit arbitrari vsque ad pœnam mortis inclusiuè: quia de iure communi pro primo furto non debet mori. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. & arbitrium boni viri non debet excedere terminos iuris. l. fideicom. §. quanquam. ff. de leg. 3. l. si libertus. ff. de lib. cum sim. ¶ Optimè facit quod no. gl. in c. super his, in verbo arbitrio. & in verbo adstringendum. de accu. ¶ Et tantò magis vbi consuetudo sit ꝙ non imponatur pœna mortis: vt verbo fertur.
13 † nam iudex habens arbitrium, non debet excedere pœnam consuetam. l. hodie, cum ibi no. ff. de pœn. no. in l. quid ergo. §. pœna grauior, cum ibi no. ff. de his qui no. infa. sed vbi est delictum pro quo pœna iudicis arbi. imponenda est, intellige ꝙ de iure esset vel consuetudine dignum pœna mortis per prædicta: & ita procedit gl. in §. in summa. instit. de iniu. & quod no. Bald. in l. pen. C. de his qui latro. & etiam expressè concludit Ant. de But. in c. de causis, de offi. deleg. & Ioan. de Imo. in l. publicorum. ff. de pub. iud. & in c. ex literis. post d. Flor. ibi de cõsti. & Ang. & Io. de Imo. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & Ludo. Rom. in rub. ff. de arbit. circa med. in ver. item an si statutum &c. & per plura allegata per hos prædictos in dictis locis. & in pęnis arbitrarijs dicit Bal. in l. quicunque. C. de ser. fug. in antepe. col. in versi. scias etiam quod in pœnis arbitrariis iudex debet arbitrari de pœna minori: alleg. no. in d. c. de causis. facit regula in pœnis, de regu. iu. cũ simi. ¶ Alex. consuluit Paduæ, cui subscripsit Barth. Cæpol. concurrens præfati. do. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Damnari. Bal. in addi. Spe. de confess. col. 1. Ro. consi. 167. Matth. no. 55. No. quòd quotiescunq. Ang. Peru. l. 1. C. de cõfes. Ang. Are. in trac. male. in ver. Fama publica. col. 16. Hipp. de Mar. in l. 1. in princ. nu. 24. l. quæstionis. nu. 12. ff. de quæst. & in §. quoniam. nu. 43. §. secunda. col. 23. pulchrè Tho. Gram. Neap. cons. 37. adde eundem Alex. consi. 93. col. 1. lib. 1. consi 143. nu. 5. lib. 2. consi. 1. consi. 52. lib. 3. Corn. consi. 134. lib. 4. Ias. consi. 188. col. 1. lib. 2.

* Quòd licèt res subtracta reperiatur.] Sali. ad l. fi. col. 3. de quęst. dicit quòd res penès aliquem reperta, facit indicium contra eum, nisi sit vir bonæ opinionis, vel scrutarius, aut is qui vestes veteres diuendere solet, (vt sunt hi qui in Tuscia Rigattieri, & Ferri vecchi, & apud nos Strazzaroli vocantur) cum emere soleant ab ignotis. Et Alexã. idem tradit consi. 50. col. 3. infrà eod. lib. Natta. Ibidem.

* Quòd furto.] Idem dicit Ang. Aret. in tract. malefi. super verbo, Et vestem. colum. 10. Natta.

b ¶ Sufficiens. vide latè Hippol. de Marsi. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst.

* Secundò respondeo.] Nota declarationem ad regulam, quòd semel,

mel malus.& cap.non esse bonam consequentiam,Res furtiua repe-
ritur penes aliquem,ergo ille furtum fecit. Sicut in simili, quando
villa tenetur pro homicidio in eius territorio commisso,si reperitur
quis occisus,non statim sequitur,ꝙ illic fuerit interfectus. quia po-
tuit alibi occidi,& mox in villam deferri; secundum Paul. Castrens.
ad l.penul.§.docere.ff.ne quis eum. Natta.

c ¶Indicium.sed probandum est per duos testes.Bart.Bald. & omnes
d.l.fin.in l.admonendi.in lec.colum. 19. de iureiuran. Alexand. con-
si. 13.nume. 18.consi. 18.col fi.in eo.libr.consi. 180.nu.5. lib.2.Hipp.
Marsi.l.de minore.§.plurimum. nu.69. de quæstio. limita vt in lib.2.
consi. 24.nu.42.

* In eodem genere mali]Sequitur Alex.ad l.metum.C.quod met.cau
sa.quod confirma ex eo.quod Alex.scribit consi.133. col.pen. libro 7.
Hæc tamen consuetudo in criminalibus non probat plenè; Gramm.
voto 11.in fi.& hanc regulam vide Alex.consi.77.col.j. infra eo.lib.&
consi.144.col.2.lib.2. Natta.

d ¶Repeti.latè Hipp.de Marsi.in l.repeti.ff.de quæstionibus. * Ex pri-
* mis indicijs non debet quis in tormentis repeti,& repetitus sine cau-
sa,non probat;Dec.consi. 189.col.pen.Et indicia superueniētia debēt
tāgere de propinquo maleficium;Bald.cōsi.74.Textus, in quo nos.li.
3.col.fi.Et de hac materia latè Marsi.ad l.repeti.ff.de quæstio. Frāc.
Cur.no.consi.60. colum.8. Et quòd requirantur noua indicia, dicit
Cuma.consi. 138.Hoc maximè propositum.col.2.versi.Secundo præ
mitto. Natta.

e ¶Testes.Adde Fed.de Se.in cōsi.119.in c.Nulli dubium.Alex.in consi.
175.in 2.vol.Spe.in ti.de inqui.§.j. versi.sed nūquid reus doc. in c.li
teras.de præsump.& plenè in l.maritus,de quæstio.

* Secundò respondeo.]Vide Fel.ad cap.testimonium.col.2.de testibus
vbi hac de re dubitat,& vult,ꝙ testis omnino nō debet esse inhabilis,
vt eius dictum suppleatur.Et adde, quòd quādo omnes testes sunt
suspecti,numerus nihil prodest;ita Petrus Anch. consi. 246.Et vide
de hoc dicto Iacobi But.Alex.ad l.si quis ex argentarijs.in principio.
ff.de edendo. Natta.

f ¶Numerus.Bald.cōsi.152.Plura tāgūt.lib.j.Alex. consi.24. nu.16.cō-
silio 47.col.j.cōsi.56.in fi.lib.2.cōsi.53.col.9.lib.4. Cur.senior consi.
55.nu.5.Decius.c.licet causam.col.6.de proba. Ias.l.j. versic.j. col.fi.
tract.2.nu.10.C.de sum.Tri.auth.si verò contigerit.C.de iudi. Frāci.
Curt.in tra.de testibus conclu.j.Bertran.consi.55.Visis.lib.j. cōs.358.
Testamentum lib.2.

g ¶Innocētia.adde Alex.in lib.2.consi.24.nu.39.Alex.cōsi.212.col.fi.li.
5 1.consi.119.col.2.li.7.Fel.in c.cū oporteat.col.3.de acc.Ias.l.vt vim.
col.j.ff.de iu.& iu.l.sed & si quis.in prin.ff.si quis cautio. Pari.in tra.
synd.fol.135.254.Decius consi.459.Hippo.de Marsi. not.508. Alcia.
in trac.de præsum.reg.j.præsum.23.adde no.in eo.lib.consi.76.ad fi.

h ¶Famulus.vide Ang.cōsi.j.Bald.& Præp.c.vnico. quot test.sint neces
sa.ad proba.ingra.in vsib.feu.Alex.consi.149.col.2.lib.5.Steph. Aufr.
in addi.ad deci.tho.q.4.Ias.l.tuæ tiexteræ.nu.10.ff.de insti.

i ¶Varietas.Ad no.infra lib.11.consi.47.

k ¶Iuuanda.ad no.infra eo.lib.consi.93.

SVMMARIVM.

1 *Tempus immemoriale habetur pro concessione, & priuilegio, nec de titulo vel bona fide docendum.*

2 *Statutum non receptum in obseruantiam non ligat.*

3 *Protoria tempore immemoriali acquiruntur.*

4 *Scientia superioris vt consuetudine tanti temporis acquiri possit,non requiritur.*

5 *Laicus fruēdus est in decimis,probata possessione immemoriali.*

6 *Verba nuntiatiua in antiquis probant.*

7 *Antiquum est,quod centum annos excedit.*

CONSILIVM VI.

Viso themate, & dubijs supra scriptis, quia su
per omnibus dubijs per celeber
rimum dominum supra consultorem latè fuit allegatum, &
fortasse plus quàm oporteret, concludendo in omnibus du-
bijs in fauorem virorum terrigenarum Saligenensium. Ego
breuiorib. absoluam,attingens ea quæ mihi de iure videntur
posse sustineri: & per ea videtur opportunè consultum voto
dictorum virorum terrigenarum Saligenensium. ¶ Præsup-
* ponitur enim in themate ꝙ consuetudo & obseruantia * vetu
stissima semper viguit a tanto tempore citra, cuius in contra-
rium memoria non extat, ꝙ communantia prædicti commu-
nis fuerunt duntaxat terriginæ Casalenses; qui erant terrige-
næ tempore concessionis dicti priuilegij, vel qui descenderūt
ab eis, exceptis descendentibus fœminis, quæ quamuis à præ
dictis terrigenis descendissent, tamen si collocabantur matri-
monio in familiam aliquā quæ non esset de dictis terrigenis,
non gaudebant nec fruebantur commodo dictæ communan
tiæ,& eandem consuetudinem præsupponitur esse obseruatā
quò ad decurionatus & officia communis: vt ad ea sola forēt
admissi dicti terrigenæ, qui erant tempore dicti priuilegij &
1 descendentes ab eis: sed ita est ꝙ † obseruantia & vsus dicti tē
poris habet vim cōcessionis & priuilegij in his quæ sunt prin
cipi reseruata.c.super quibusdam.§.præterea. de verb.signifi.
& ibi no.centesima dist.cap.contra morem.18.q.2.c.fi. l.hoc
iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æst. l.j.in princ. ff.de
aqua plu.arc.l.fi.C.noua vectigalia.no.gl.l.sane.iuncto tex.ff.
de iniu. 64.dist.cap.quia,& ibi no. ca.j. in 6.de præscri. cum
fi.¶Et talis consuetudo & longissima obseruantia æquipollet
a veritati.[a] l.j.vbi gl. magistra hoc no. C.de serui. siue dicamus
talem vsum & obseruantiam esse consuetudinem seu præscri
ptionē tāti temporis &c.¶Et neutro casu est necessarius ti.aut
eius tituli allegatio: vt in d.c.j. cum ibi no. per Arch.& Ioan.
An.de præsc.in 6.& no.Host.in summ.de consu.§.fi.circa pe.
col.& Inno.in c.cum ecclesia,de causa pos.& hoc no. Bald.in
tit.de pace Constantiæ.in verbo sicut ab antiquo.¶Nec etiam
est necesse docere de aliqua bona fide vtentium: vt no.in locis
proximè allegatis An.de But.in cap.fi.de consue.dum tractat
quæ sit differentia inter consuetudinem & præscriptionem.
& Bald.in l.si quis ad declinandam,in 13. col. C.de episc.&
* cle.& ex vsu longissimi temporis * præsumitur bona fides. l.
possideri.§.si seruus.ff.de acq.pos.& no.Io.An. in addi.Spec.
in ti.de test.§.nunc videndum. in j.addi. magna in versi.item
opponitur &c.& Arch.in d.c.j.de præscri. in 6. & l. nec cui.
de rest.in integ.per illum tex.no.Bart.in l.fi. C.vnde vi.& An
ge.in l.pe.C.quib.non ob.lon.temporis præscri.& in l.super
longa.C.de præscri.lon.temp.& in l.eum qui. §.fi. ff.de pub.
& Ant.de But.in c.cum ecclesia.circa vlt.col. de causa pos.&
pro.& in repe. ca.peruenit.de censi.& d.Abb. in c.si diligen-
ti,de fo. compe. ¶ Ergo ex prædictis infertur conclusio ꝙ ad
communantiam,& ad decurionatum & ad officia non admit
terentur, nisi illi quos tantum diuturna obseruantia & con-
suetudo admittere consueuit, per quam non fuerunt admissi
ad commoda,& honores dicti terrigenæ. & alij supra nomi-
nati habuerunt & habent in se nedum actum negatiuum nō
admissionis scilicet alienigenarum, sed etiam habuerunt &
habent implicatum actum affirmatiuum scilicet ꝙ vocaren-
tur & ꝙ imbursarentur dicti terrigenæ, & non alij: quo casu
ex actibus etiam negatiuis potest causari etiam præscriptio &
consuetudo, vt plenè no.Ioan.An. & alii in c.1. de cle.coniu.
& Cyn.in l.2.in versi.expedire &c. C.quæ sit long. consue.&
communiter doc.in c.fi.de consue.& Bald.in l.de quibus, in
10.& 12.col.ff.de legi.¶Et per prædicta apparet nō esse opus
insistere circa verba priuilegii; nec etiam circa verba statuto-
rum, & maximè quia casu quo dici posset ꝙ statutum allega-
tum per alienigenas esset statutum authenticum, & ꝙ verba
2 talis statuti deseruirent intentioni eorum:† tamen ex quo ta-
le statutum nunquam fuit receptum in obseruātiam, nec mo
ribus vtentium approbatum, nullas vires habet: vt est glo. re-
putata singularis in c.1. de treuga & pa.& secundum doc.ibi
communiter,& maximè An.de But. dominus Card. & Ioan.
de Imo.ibi satis est quòd a tempore dicti conditi statuti tran-
siuerunt 10.anni, quibus nō fuerat dictum statutum receptū
in obseruantiam ad commodum dictorum alienigenarum,
per no.per Dyn.in c.si de consuetu.in 6.facit quod not. Bart.
in l.fi.§.sed cum antiquitas. C.de cura.fur. & in consi.144.
incip.Iudex communis.& Bal.in auth.omnes peregrini,in vl
ti.col.C.communia de succes.vbi inquit: Pone quòd fuit fa-
cta quædam reformatio contraria statuto,tamen statutum an
te & post fuit obseruatum. ¶Concludit ꝙ si reformatio non
fuit more vtentium approbata statutum adhuc valet, quo-
niam non dicitur interruptum, quod semper viguit, allegat
notata per Archid.& Dyn.in cap.fi. de regu. iuris in 6.& hoc
idem sequitur Petr.de Anchar.in repe.cap. canonum statuta,
de consti.in versi.quæro vlterius facta fuit quædam reforma-
tio &c.facit quod not.glo.& ibi Bal.in l.rem non nouam. C.
de iudi. ¶ Et per hoc etiam apparet non expedire attingere
illud argu. An sine confirmatione superioris possunt dicti
consules seu decuriones statutum condere ad exclusionem
dictarum mulierum;cum satis appareat ex supradictis eas es-
3 se exclusas. ¶†Ex præmissis etiam infertur decisio eius quod
quæritur.s.an pedagia spectent ad dictum commune Casalis;
& dico quòd sic,maximè ex vsu tanti temporis, cuius in con-
trarium memoria non existat, vt profertur: quia propter tam
longum

* longum vsum talia pedagia * acquiruntur: vt in specie est ca-
sus in c. super quibusdam. in §. præterea. in verbo de pedagio,
de verb. sig. ad hoc. l. si publicanus. §. in omnibus vectigal. ff.
de pub. cum ibi plenè no. per Bar. & not. Specu. in tit. de cau.
pos. & proprie. in §. quia imò. ver. quid de colligēte pedagia.
& Cy. in l. 1. C. nou. vecti. & Ang. in l. fi. eo. ti. & Bal. in l. cum
proponas. in vlti. col. C. de naut. fœnore. ¶ Est enim verum ꝙ
secundum opi. Bar. in d. l. si publicanus. §. in omnibus vecti-
galibus, oportet probare quòd commune Casalis collegisset.
ista pedagia per dicta tempora sciente Imperatore vel saltem
b sciente [b] illo iudice, qui præerat territorio in quo colligeba-
tur pedagium. Ad curā enim illius iudicis hoc pertinet. l. 5.
C. noua vectiga. & quia sine tali scientia & patientia non po-
test creari quasi possessio & præscriptio in istis iuribus incor-
poralibus: vt l. 2. C. de ser. & aqua. in l. pen. ff. de ser. ti. gene-
rali. & plenè no. Inn. in c. bonæ. el grande. de postu. prælat. &
in c. cum in ecclesia. de causa poss. & in c. conquerente. de of-
fi. or. & in c. 2. de resti. in integr. & in c. olim, el 3. & c. in lite-
ris. de resti. spol. & in c. cum dilectus. de capel. mo. & legitur
4 no. in l. 1. C. de seru. cum si. † Verior tamen & magis commu-
c nis opi. esse videtur, quòd etiam sine scientia [c] Imperatoris vel
dicti iudicis possit consudine tanti temporis acquiri per di-
ctum commune ius colligendi pedagium: vt firmat Bal. in c.
1. in titu. quæ sunt rega. in vsib. feu. & Ant. de But. in c. perue-
nit. de censi. in repetitione in 24. colum. in ver. per hoc appa-
ret quid de pedagijs: & etiam in 20. colum. in ver. ex his ap-
paret quid dum aliquis colligit pedagium &c. & Io. de Imo.
in d. l. si publicanus. §. in omnibus. & Lud. Rom. in l. vectiga.
ff. de publ. quia secundum Bald. in d. c. 1. apparet principem
scire istos abusus percipiendi pedagia, & similes prohibitas
exactiones. c. 1. §. illicitas, de pace iur. fir. ¶ Item quia non præ
scribitur hoc casu contra Cæsarem potentem. l. competit. C.
de præscrip. 30. anno. sed contra priuatorum libertatem & vti
litatem: & ideo cùm causa non tangit principem, etiam prin
cipis scientia non requiritur. Item, quia secundum Anto. de
But. in d. c. peruenit, vsus tanti temporis cuius in contrarium
memoria non extitit, præsumitur iustus: vt probatur ex his
quæ dixi suprà alleg. Innoc. in c. 1. de resti. in integr. & l. 3. §. si
seruus. ff. de acqui. poss. cum alijs alleg. suprà & etiam per illa
iura quæ probant quòd dictus vsus tanti temporis æquipol-
let concessioni & priuilegio: vt dixi suprà. ¶ Et secundum eū
non ob. ratio Bar. dicentis, quòd si non constat de scientia &
patientia principis, non dicitur percipiens pedagium habe-
re quasi possessionem, sine qua non potest acquirere &c. quia
respondit, ꝙ argumentum procedit quando quis fundaret
intentionem suam ex præscriptione: sed si se fundat ex vsu,
non exigitur illa patientia: quia ex illo vsu inducitur consue
tudo, quæ loco constituti iuris est. l. 1. in fi. ff. de aqua plu. ar
cen. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. &
istam opin. esse veram probat Io. de Imo. in d. l. si publicanus.
per tex. in d. c. super quibusdā. §. præterea. vbi litera vult sim-
pliciter quòd sufficiat vectigal vel pedagium esse perceptum
à tanto tempore citra, cuius in contrarium memoria non ex-
titit, nec curatur alia scientia principis: quia ille vsus tanti
temporis habet per se fomentum à lege: eò quia habet vim
priuilegij, vt dictum est, & per hoc etiam adducit id quod
habetur in d. c. 1. de præscr. in 6. vbi dicitur in præscr. tāti tem
pòris non est necesse probare titulum, etiam si præsumptio
vel ius commune sit contra præscribentem. ¶ Ad idem indu-
* cit: quia talis vsus videtur propriè consuetudo, * cum per
eam non agatur detrahi solummodo iuri certæ personæ, sed
vniuersaliter iuri omnium transeuntium: iuxta no. per Ioā.
An. in c. 3. de consue. lib. 6. in nouella. & in consuetudine in-
ducenda non videtur necessaria scientia vel patientia princi-
pis: vt no. Dy. in c. fi. de consuetu. in gl. magna. ad fi. ita etiam
residet Ludo. Rom. in d. l. vectigalia. Et secundum Saly. in l.
vectigal. C. noua vectigal. Adde vltra eos quòd in vsum tanti
temporis, cuius contrarium memoria non extitit, non re-
quiratur scientia aduersarij. alleg. gl. in d. l. hoc iure. §. ductus
aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. & illam ad hoc ibi in proposi-
to ponderat Ang. & istud dicit menti tenendum. vel secundū
Sal. in d. l. vectigalia. C. noua vectigalia, sufficeret ꝙ commu-
ne Casalis allegaret aliquem titulum in dicto pedagio colli-
gendo: & satis dicetur probatus ille titulus eo ipso ꝙ esset

probata exactio pedagij tanti temporis. argu. l. si filius. C. de
peti. hæred. & l. qui aliena. in princ. ff. de acqui. hæred. & no.
Iac. de But. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. etiam sine pro-
batione alicuius scientiæ principis, secundum Saly. & idem
dicit etiam Ang. in d. §. ductus aquæ. ¶ Vel secundum eūdem
Sal. in l. vectig. dici potest quòd cū Imperator prohibeat no-
d ua vectigalia institui posse: sequitur [d] ꝙ antiquitus instituta
confirmat: sed est ꝙ si aliquis colligit introitus alicuius pe-
dagij a tanto tempore citra, cuius in contrarium memoria
non extat, non poterat quis dicere illud nouum esse: tamen
cum non constet specificè quæ fuerunt vetusta; & per conse-
quens non debet obtinere: quia qui vult dicere illud nouum
esse, debebit probare ꝙ facere non poterat: & sic non erit ne-
cesse ꝙ ille qui colligit pedagium tanto tempore, probet ali-
quid de scientia principis secundum eum. ¶ Pro quo adduco,
licèt ipse non allegat, id quod signanter voluit Ioan. And. &
Ant. de But. & communiter alij post eum in c. cum apostoli-
ca. de his quæ fiunt a præla. sine consensu capituli. vbi quæ-
5 runt in terminis illius decretalis dicentis † ꝙ laici decimas
* concessas ante Concilium Lateranense * in feudum licitè te-
nent: sed post Concilium non. Pone quòd laicus est quasi
in possessione feudi decimalis alicuius ecclesiæ: vt quia posi-
tum est in parochia ipsius ecclesiæ: iuxta c. ad decimas. de re-
sti spol. in 6. an si ecclesia vult illas vendicare, & dicit conces-
sionem in feudum esse factam laico post Concilium Latera-
nense: laicus verò dicit ꝙ concessio fuit facta antè, quis de-
beat probare? & inter cætera concludunt ꝙ si laicus pōt pro-
bare possessionem tanti temporis, cuius in contrarium me-
moria non extitit, obtinebit ac si appareret, concessionem
e fuisse factam ante Concilium, prout ipse laicus [e] allegat: fa-
ciunt secundum eos quæ no. in d. l. cùm de in rem versi. ff. de
vsu. & in d. c. peruenit. & quod habetur in d. c. 1. de præscrip.
in 6. Potest etiā dici ꝙ satis appareat pedagia pertinere ad di-
ctum commune ex his quæ narrantur enuntiatiuè in dicto
6 priuilegio antiquo, in quo fit mentio de dictis pedagijs. † &
verba enuntiatiua inserta priuilegio principis licèt cōtineant
narrationem facti alieni, tamen ex antiquo inducunt suffi-
cientem probationem: & latè firmat Anto. de But. in c. fi. de
success. ab intest. per no. in c. si Papa. de priui. in 6. & in c. cum
olim. de censi. & per no. per Ioā. And. in regula sine culpa. in
7 mercurialibus: facit c. abbate. de verb. sign. ¶ † Et dicitur esse
f de antiquo quādo excedit metam centum [f] annorum, vt not.
Inno. in c. veniens. de testib. & in c. quid per nouale. de verb.
sign. & Spec. in titu. de proba. §. 1. ver. valet. & no. Ant. de But.
& Ioā. de Imo. & d. Abb. in d. c. veniens. el 1. extra de testi. &
per Ant. de But. in c. illud. de præscr. ¶ Præcedens tamen fun-
damentum magis placet: nam ea quæ dixi in pedagijs dicun
tur etiam procedere in quibusdam gabellis, mulctis seu con-
fiscationibus bonorum eadem ratione. Nam talia etiam con-
suetudine tanti temporis acquiruntur, vt vltra prædicta con
cludit Bar. in l. cunctos populos. circa vlt. col. C. de sum. Tri-
ni. & fi. catho. & Bal. in l. aduersus. C. de furt. bene facit quod
not. Barto. in l. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. & in l. item veniunt.
§. cum autem. ff. de petit. hæredi. & in l. 2. in princi. ff. de iure
fisci. cum simi. &c. Alex.

ADDITIONES.

* Obseruantia.] Adde, quòd per tantum tempus, cuius initij memo-
ria non est in contrarium, præscribuntur impræscriptibilia. c. 1. §. fi.
de præscrip. in 6. Et vetustas tanti temporis, tantum potest, quantum
Imperator cum causa; Andr. ab Isern. ad c. 1. versi. flumina publica.
col. 3. quæ sint regalia. & bon. tex. in l. fi. ff. de aqua plu. arc. ibi, Qui-
bus vetustas auctoritatem daret, quamuis ius non probaret. Natta.
a ¶ Veritate. Bal. consi. 187. Quia consuetudo. lib. 4. in c. si quis per tri
ginta. colum. 3. si de feu. fuer. controu. in vsib. feu. Franc. Balb. in tra-
cta. præscrip. par. 1. q. 6.
* Ex vsu longissimi temporis.] Ex vsu longissimi temporis præsumi
tur bona fides; Plura Dec. scribit consi. 85. colum. 2. Et hæc consue-
tudo habet effectum publici instrumenti; Afflict. decisi. 239. In vsu
autem tanti temporis non procedit regula. l. quod in initio. ff. de re-
gu. iur. prout Dec. inquit in com. ad d. l. fallentia prima. Et quòd re-
galia, & reseruata Principi præscribantur, tradit Deci. consil. 403.
col. 2. & consi. 468. col. & plura succinctè ponit consi. 496. col. 2. dub.
2. Et de pedagijs Dec. consi. 534. in princi. & ibidem col. 3. & consil.
586. col. 1. plura ponit etiam consi. 638. in prin. Natta.

* Propter

* Propter tam longum vsum talia pedag.] Idem tenet Signorol. relatus à Fel. ad c. causam. colum. 4. de præscri. Et exactio vectigalium dicitur seruitus continua, quia ibi est casus continuus ad exigendum; Feli. ad c. de quarto. col. 14. de præscrip. Natta.

b ¶ Sciente ad hoc Bal. consi. 352. Materia. lib. j. Ale. consi. 16. col. 4. li. 5. Alb. Bru. consi. 66. col. j. Et hæc sententia mihi verior videtur siue loquamur de præscriptione, siue de consuetudine priuilegiata in his iuribus incorporalibus iure communi resistente. * Quod in præscriptione tanti temporis, cuius initij & c. non requiratur scientia aduersarij, tenet Felin. ad c. de quarta. col. pen. de præscri. & in terminis, in quibus scribit hic Alex. idem tenet Dec. consi. 85. & Ias. consi. 109. libro 2. & idem latissime ad l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. vbi tenet, scientiam non requiri. quod etiam amplectitur Dec. consi. 468. colum. 4. & consi. 496. dub. 2. & consi. 638. colum. 2. Curt. iun. consi. 68. Ruin. consi. 105. col. 3. lib. 5. Ex quòd requiratur scientia, censuit idem Alex. consi. 94. Visis. col. 2. lib. 5. Natta.

c ¶ Sine scientia latè Francisc. Balb. tract. de præscri. in 2. parte 3. partis prin. q. 6. nu. 22. Ia. de S. Geor. in tract. feu. ver. cum mero mixto imp. col. fi. Cur. iunior consi. 158. nu. 12. An. Rub. consi. 21. col. fi. And. Alcia. l. munus. de verb. signifi.

* Quia talis vsus videtur propria cons.] De differentia inter consuetudinem, & præscriptionem Abb. ad c. cum dilectus. in fi. & ad c. fi. col. antep. de consuet. & ad c. cum ecclesia Vulterana vlt. no. de ele. & ad cap. cum ecclesia Sutrina. colum. 8. ad glo. in verbo, Tertiò. de cau. pos. & propr. Vide eundem Alexan. consi. 124. colum. 2. infra lib. 4. & Fel. plenè ad c. auditis col. 13. de præscri. Aret. consi. 131. col. 3. & 23. col. pen. & Ang. Aret. ad §. flumina. Instit. de rerum diui. Ruin. consi. 41. col. 20. lib. 3. Natta.

d ¶ Sequitur. Imò non sequitur nisi de rectè institutis.

* Ante concilium Lateranense.] Vide Gemin. ad c. 2. §. sanè. de deci. in 6. Præposi. ad c. 1. col. 10. versi. oppono ab extra. qui feud. dare pos. Paulus Cast. consi. 239. Dubium facit. circa primum. lib. 2. Natta.

e ¶ Latius. Idem deci. Tholo. 339. vbi Auffr. adde ꝙ nec requiritur probatio famæ infeudationis, vt tenet Ia. in tra. feu. versi. cum mero mixto impe. in fi. Franc. Balb. in trac. præsc. in j. par. 5. partis prin. q. 7. col. fi. Ia. consi. 156. col. j. lib. 2. plenius dixi super consue. Pari. §. 69.

f ¶ Centum. plenè dixi super consue. Parisi. §. 5. nu. 63.

SVMMARIVM.

1 *Portorium resignatum nouo tempore immemoriali acquiri potest.*

2 *Communitas fecisse non probatur, etiam si in antiquo instrumẽto contineatur ꝙ homines talis loci resignarunt.*

CONSILIVM VII.

Super hac dubitatione, qua quæritur an per resignationem, vt dicitur, factam per homines Casalis serenissimo Imperatori prout narratur in priuilegio mihi exhibito, ꝑiudicatum sit dicto communi in iuribus suis, quibus ante vtebatur, videlicet in pedagijs colligendis, confiscationibus bonorum delinquentium & aliis similibus. Et visis his quæ latè sunt scripta per celeberrimum do. consulentem, breuiter concludo, ꝙ ad dictum commune pertineant eadem iura, quæ ante resignationem pertinebant: ea potissimũ ratione, quia etiã post dictum antiquissimum priuilegium, in quo de dicta resignatione fit mentio, commune Casalis eadem pedagia per se collegit, & alia iura exercuit, sicut & primò exercuerat, & ita:

1 per tantum tempus exercere perseuerauerit, quòd non est memoria in contrarium. † Vnde dato ꝙ per resignationem cecidisset, tamen ex repetito vsu tanti temporis, iterum acquisiuit eadem iura. qui vsus tanti temporis vim habet concessionis & priuilegij, etiam absque scientia ipsius Imperatoris, vt per plures rationes & authoritates comprobaui in alio consilio per me in præsentiarum reddito in fauorem dicti communis; vbi ostendi etiam, ꝙ non est necesse probare titulum nec bonam fidẽ, & illa hic pro repetitis habeant. Satis erit probare vsum tanti temporis, cuius in contrarium memoria non existit, probando communem opinionem esse, memoriam non extare in contrarium scilicet ꝙ alius exercuit prædicta quàm commune Casalis vt l. si arbiter. ff. de prob. & no. gl. & doc. in ca. 1. de præscrip. in 6. in glo. fi. & Bart. in l. 2. §. item Labeo. ad fi. ff. de aqua plu. arcen. & Bald. in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. in 6. vel 7. col. & Cano. in c. quod per nouale, & in ca. veniẽs, de verbo. sign. & per Spe. & Ioan. An. in ti. de prob. §. j. versic.

2 vltimò quæritur qualiter. † Satis etiam negari potest factam fuisse illam resignationem per commune vel per maioré partem, aut habentes potestatem resignandi dictum locum cum iuribus suis. Quia licèt in priuilegio dicatur ꝙ homines Casalis hoc fecerunt, tamen illa verba possunt verificari de duobus, & non concludunt ꝙ commune hoc fecerit; & ita Pet. de

* Anch. & Io. de Imo. * c. quãto, de his quæ fi. à prælat. sine ma. par. ca. vbi dicunt ꝙ si in instrumento contineatur, ꝙ canonici talis ecclesiæ constituerunt talem procuratorem seu syndicum, non per hoc erit probatum illum esse syndicum legitimè constitutum a capitulo, seu à maiori parte canonicorum;

a quia illa verba possunt verificari de duobus [a] canonicis. l. inter illum. §. fi. ff. de verborum significa. & idem est de mente Bar. in l. fi. C. de prædiis curia. libro 10. & Domi. de San. Geminia. in c. si canoni. in princ. de offi. ord. li. 6. idem tenuit per illum tex. iuncta gl. 2. vbi facit mentionem de consi. Old. inci. In executione. Ex quibus concludo non esse per dictam resignationem exclusum commune Casalis à dictis iuribus &c. Alex.

ADDITIONES.

* Pet. de Anch. & Io. de Imo.] Vide de hoc dicto Fel. ad c. cum omnes. col. 16. de consti. & Alex. consi. 47. col. 3. lib. 6. & consi. 195. lib. 7. Fel. ad c. auditis. col. 14. de præscri. & Abb. ad c. 2. de coniu. lepro. Ias. ad l. 2. col. pen. ff. de lib. & posthu. Contra facit Bart. ad l. de minore. §. plurium. ff. de quæsti. versi. quæro si testis interrogatur à quibus. dicens de teste, ꝙ si nominat aliquos, à quibus audiuit, deinde subdat, & ab alijs personis, intelligitur probasse famam. Sed dic ꝙ illud ideò ibi, quia testis prius debet in redditione causæ dicere, se audiuisse a maiore parte populi. Et dictum Oldradi intellige in probationibus. vnde si aliquid mandatur Canonicis intelligitur de vniuersis; Dec. con. 61. col. pen. Indefinita autem in testibus, æquipollet vniuersali per relationem ad capitulum, vel aliud; Alex. consi. 88. col. 5. lib. 5. Dec. consilio 100. col. 4. Et de his latissimè Soci. ad l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudi. Et cogita, an quando dicitur, Canonici talis ecclesiæ. hæc non sit oratio indefinita, sed particularis, quemadmodum cum dicitur, Fundus Cornelianus; iuxta Bartol. ad l. si pluribus. colum. 3. ff de lega. 2. & dicit Abb. ad cap. ex literis. de iure patron. quòd vendens iura, quæ quis habet in tali villa, non vendit vniuersitatem, sed perinde est ac si diceret, vendo tibi illum, & illum fundum. Et de indefinita vide Alex. consi. 112. col. 3. lib. 5. Natta.

a ¶ Duobus. & placet, licèt contrarium sentiat Gem. in cap. ad decimas in prin. de resti. spol. in 6. secus autem si nomen capituli quod est collectiuum exprimatur, vt Old. consi. 100. & idem quod hic tenet Alexan. infra eo. consi. 110. col. j. & in l. rescriptum. col. j. ff. de pac. Phi. d. c. ordinarij. Fel. c. auditis. col. 13. de præscri. Dec. cap. tertio loco, col. 3. de prob. Ias. l. 2. in fi. ff. de lib. & posthu. Fran. Rip. in c. cum M. Ferra. nu. 12. de const. adde Alex. in lib. 4. consi. 114. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam primæ tonsuræ nõ coniugatus deprehensus in delicto sine habitu & tonsura, non potest puniri per principem.*

2 *Clericus, limi. 1. præcedente trina admonitione 2. si artem infamem exercuerit.*

3 *Clericus, limit. 3. si exerceat actum omnino contrarium.*

4 *Clericus coniugatus quando gaudeat priuilegio clericali.*

EPITOME.

QVIDAM clericus solutus primę tonsuræ deprehensus fuit sine habitu & tonsura non admonitus, decidit ꝙ non potest puniri per principem. h. d.

CONSILIVM VIII.

* tio sit propriè pactum legis commissoriç,requiritur quòd sit pactum per verba resolutiua * directè : puta , si non solueris præcium intra tempus conuentum , res sit inempta . secus si per obliqua id est sonantia quòd facto domini interueniente transferatur dominium , puta per rei vendicationem vel traditionem : quia nunquam operatur translationem dominij ipso iure, sed tunc est opus quod agatur actione personali. l. 1.2.3.& 4.cum his quæ no.in vtraque earum. C.de pact.inter emptorem.Et no.glo.mag.& no.in d.l.1. in versi.mortis causa donatio.& ibi dom.ff.de dona.¶Quinimò ibi plus voluit notabiliter glo. quòd etiam si verba essent dubia,non retransferatur dominium ipso iure, sed iudicetur perinde ac si essent obliqua:vt si essent directa verba , quòd in certo euentu res vendita seu dominium rei venditæ ad venditorem pertineret.& probatur in l.1.cum gl. C.de pac. inter empto.ergo quamuis per testes probaretur quòd actum fuisset quòd dicto Titio offerente prætium d.Franci. Fran. ipse tene tur re uendere dicto Titio,aut ad eum reuerteretur vel ad emptorē pertineret:tamē hoc pactum non habet vim pacti legis commissoriæ:quamuis teneremus quòd ibi esset factum pactum per hæc verba, res sit inempta : dominium etiam hoc pacto transfertur ipso iure. Cuius tamen contrarium tenet Bart. & alij,vt dixi in tertio arg.& certè si dictum fuisset, quòd res sit inempta,non esset pactum de reuendendo, prout præsupponitur in themate.& sic iura loquentia de pacto facto per hęc verba directa resolutiua , seu per illa verba , res sit inempta, non faciunt ad casum nostrum,in quo præsupponitur quòd si pactum factum fuit,dicitur pactum fuisse de reuendendo: quod quidem non potest dici factum per verba directa, cum sonat,quòd capiat per manum alterius.l.eam quam.& ibi gl. in verbo directè.& ibi Bartol.ad fin. C.de fideicom. l.2.cum ibi not.C.communia de leg.no.Bartol.in l.Centurio.in 5.& vlti.q.principali.cum si.de vulg.& pup. ¶Ad hoc etiam facit quod not.Ange.in l.2.& 3.C.de pact.inter empt.vbi per illa iura dicit quòd pactum legis commissoriæ formiter conceptum id est secundum formam traditam à lege,operatur trāslationem dominii ipso iure:secus si informiter sit conceptū, id est per alia verba quàm per ea quæ fuerunt inducta à lege commissoria,licèt contrahentes hoc in mente gessissent . Sed clarum est quòd istud pactum per verbum de retrouendendo,non est factum per verbum seu secundum formam inductam à lege commissoria: vt patet.ff.de leg.commisso.per totum & C. de pac. inter empt. & venditio. & ferè per totum : vbi ponitur dispositio legis commissoriæ,ergo non operatur translationem ipso iure.¶Quintò confirmatur : nam dicitur ꝙ dictum pactum fuit extra instrumentum: modo sic, pactū legis commissoriæ vel æquipollens * nunquam operatur trāslationem dominij ipso iure in venditorem, † nisi quando ap- 7
positum est tempore contractus venditionis in ipso contractu,& antequam sit acquisitum ius ex cōtractu , secus autem si post:vt no.gl.reputata singularis i l.ab emptione.ff.de pac. in verbo colligitur, & illam sequuntur omnes doc. & Bal.& Sal.in d.l.traditionib.circa prin.& Bal. in l.2. C.communia de le. & illud dicitur esse factum in contractu , quod est factum antequam contractus sit absolutus à partibus. l.contractus.C.de fi.instr.& no.Cy. & Bart. in l.in bonæ fidei. C.de pac.& Cy.in l.cum antiquioribus.C.de testi.& Bar. in l.1.ff.
8 de pac.& in l.lecta.ff.si cer.pe.†sed quando per notarium coram partibus & testibus lectum & publicatum est instrumentum,& partes concorditer illa ita publicata consenserint, dicitur contractus à partibus absolutus, vt no.gl.in d.l.contractus.& Sal.in d.l.in bonæ fidei.circa vltim.col. vbi hoc dicit esse verum,etiam si nondum notarius nomina testium apposuerat,sed illa postea apposuit,vt ibi per eum . & sic etiam ex hoc capite ꝙ non posset agi contra dom. Baptistam prædictum.¶Et quamuis ex prædictis apparet de multiplici respōsione ad allegata in cōtrarium : tamen specialius respondeo, & dico quod non ob. dum dicitur quòd pactum legis commissoriæ,operatur translationem dominij ipso iure in venditorem:quia respondeo quòd illud non est pactum legis commissoriæ,sed pactum de reuendendo.in quo casu non transfertur dominium ipso iure,sed solum oritur actio personalis contra emptorem.l.2.& 3.C.de pact.inter empt. & vendi.& probaui supra in 3.& 4.argu. & tantò magis si non fuit adiectum pactum in contractu,sed extra vt in 5.arg. ¶Vel potest dici ꝙ tex.in d.l.si cum venderet, loquitur in venditore , qui non erat dominus,sed creditor, qui vendendo non videtur transferre dominium , sed ius pignoris . & quod hæc fuerit mens creditoris,colligitur ex illo pacto facto per creditorem eo tempore , cum conuentum fuit, ꝙ debitori offerenti pretium liceret recipere rem suam . & ponderanda sunt illa verba.rem suam:quia per hoc colligebatur,quod voluit transferre ius pignorum,non autem plenum dñium. Hæc est intētio Ful. licèt non ita clarè aperire videatur, & ꝙ saltem quando verba pacti resolutiui non sunt directa, prout non sunt verba pacti de reuendēdo,non competat rei vendicatio, non solum directa,sed &t vtilis.& hoc apertè tenet Raph.Cu.in d.l. 1.in fin.ff.de do.dicēs ita esse de mente gl.& doc.in l.2.de pactis inter emp.& ven.non violando tex. ¶ Et subdit ꝙ certè inutiliter & superuacuò diceret ille tex. non dari rei vendicationem,si intellexerimus tātum directam denegari vt ibi, sed bene dari vtilitatem per d.l.si cum vēderet . Et hoc arg. vtitur

gl.insti.de inu.stip.in §.si quis alij.in gl.magna.in fi. in versi. nihil agit.¶Subdit tamen Rap. Cu.in l.j.ff.de don. in fi.ꝙ in contrarium faceret d.l. si cum venderet, & licet non respondet, tamẽ multiplex responsio patet ex proximè dictis. Potest etiam responderi ꝙ illa non obstat in casu nostro: quia in casu de quo quæritur pactum non fuit appositum in contractu per ea quæ dixi in 5.ar.Posset etiam responderi ꝙ in d.l.si cũ venderet,emptor non alienauerat in alium successorem: tamen præcedentibus rationibus magis adhæreo tanquam tutioribus & ideo istam vltimam responsionem non pono pro constanti: quia non expedit. Ex quibus concludo dictum Titium contra dominum Baptistam experiri non posse. Alexand.

ADDITIONES.

* Videtur.]Contrarium consultus respondit Soc.consi.80.lib.3.calculum suum adijciens dictis Pauli Cast.tenens,ꝙ pactum de retrouẽdendo posit exerceri contra singularem successorem. Pro opinione Alexandri consuluit etiam Franc.Curt.cõsi.12.Lucius Titius.&c. Et articulum etiam tangit Riminal.ad l.traditionibus. col. penul.C. de pact.& Alexandrum sequitur Ias.ad l.ab emptione.colum.3 ff.de pact.Difficultas cessaret,si promittens reuendere, hypothecasset bona,quia posset agi hypothecaria in rem, vt per Soci. d. consi.80. & de hac opin.tradit latè Iason.consi.128.libro 4.Quid autem si is,qui fecit pactum de retrouendendo, non sit soluendo? Vide in simili quod scriptum Imola reliquit ad l.cotem. §. dominus. ff.de public. vbi videtur sentire quòd in subsidium agi possit contra possessorem, & tanto magis si possessor sciebat pactum de retrouendendo appositum inter primos contrahentes; per ea, quæ scribit Cyn. ad l.2.quæst.11.C.de rescindi.venditio.quem refert Alexand. consi.92.col.3.infra eod.primo libro.Ias.consi.138.col.fin. primo lib.Et ꝙ cõtra eum agi possit in subsidium,vide in simili Alex.ad l.Marcellus.§.res,quæ col.2.ff.ad Trebel.dum allegat optimum tex.in l.planè. la 2.§.j.ff.ad Trebellia.Pro hac autem sententia facit, quia actio personalis non sequitur singularem successorem,regulariter fallit in subsidium;Alex.ad l.1.§ si hæres.col.1. ff.ad Trebel. Et de articulo vide plenè Crau.consi.201.dub.j. Natta.

a ¶Specialiter dicendum ꝙ verba l.commissoriæ,non sunt de forma, licet sufficiunt quæcunque verba directa, vel excutionem facti importantia,vt plenè scripsi super consue.Parisi.§.23.nu.11.cum seq.& sententia quam ibi refero consilio meo latam paulò post impressionem eorum quæ scripsi super d.§.ex iudicibus supremis confirmata fuit per arestum mense Iunio.Anno.1539.

* Et pro hoc videtur esse tex.in l.si cum venderet.] Vide ad explicationem huius text. Salice.& ibi Albe.& Fulgo.ad d.l. si cum venderet. Natta.

b ¶Sed rectè respon.Alex.rigore iuris inspecto,quia hic neque res erat hypothecata pro obseruantia pacti,nec allegatur fraus, eamque participatam ab vltimo bonæ fidei emptore; & sic relinquitur nuda personalis obligatio,quæ non sequitur fundum. Tamen ex æquitate puto actionem in factum dandam tanquam in rem scripta.Et ita obseruamus,ex quo dominium non exiuit simpliciter,sed sub hoc onere,aliàs vbi tale pactum non esset appositum in alienatione rei propriæ,non esset actio in rem scripta,quia cessaret hæc æquitas, vt plenius dixi in nouis intellec.c.30.multi autem tenuerunt & consuluerunt contra Alex.hic,vt Ioan.Ana.c.conquestus, col.3.de vsur.Soc. consi.80.lib.2.Deci.consi.614.col.2.Ias.consi.128.col.5.lib.4.Steph. Bertra.consi.86.Ponitur in facto.l.1.Ang. Aret.insti. de exce.in prin. cha.29.ver. quò ad secundam speciem simula. Rugeri de Mota, in rep.l.traditionibus nu.54.C.de pac. & mouetur per d.l.si cum venderet,quæ non probat. Pau. etiam ibi non videtur loqui de quocunque pacto de retrouendendo, sed demum quando subest præsumptio pignoris,vel vsuræ, ponit enim exemplum in vsurario. remitto ad d.c.30.vbi plenè & nouè discussi.nouissime d.An.Tira.in trac.retr.conuen.§.1.glo.7.nume.6.cum seq.in effectu idem nobiscum tenere videtur. * Pro hac opin.facit,quia si tibi promisi sub pœna, me non facturum opus in fundo meo,hæc obligatio personalis non trãsit ad emptorem;Bartol.ad l.3.§.opus.ff.de alie.mut. iud.ca. facta.& facit bon.tex.in l.ex precib.C.de rerum.permut.l.dolus. C.de resci. vendi.quæ iura adducit Alexan.consi.92.colum.3. infra eod. lib. vbi respondit, quòd si ex inobseruantia emptoris rescinditur venditio, tamen venditor non habet regressum contra singularem successorem emptoris.Et pro ista opinione facit, quia promittens vendere, obligatur ad vendendum,non ad tradendum; vt per Ias. ad l.in bonæ fidei.ff.de eo,quod certo loco.de quo satis plenè tangit Fran.Are. consi.6.dub.j.In proposito verò,an promittens reuendere, cogi possit præcisè ad tradendum,an verò liberetur præstando interesse, vide Soc.consi.253.dub.3.lib.2.Et de istis, quæ hic ponit Alexan. vide etiam Ias.consi.178.lib.4.Adde,quòd si fiscus donat, vel vendit bona condemnati, creditores agere debent contra fiscum, vt per Ias. consi.88.lib.3.Et nota,quòd promittens reuendere, & non habens facultatem rei tradendæ,vt quia alienauit,potest conueniri,quia succedit obligatio post condemnationem ad interesse; Alex.consi.232. circa fi.lib.6.Promittens autem vendere, non potest cogi præcisè, sed liberatur soluendo interesse;Alexan.consi.212.col.3. lib.6. Cor. consi.256.lib.4. vbi ponit de taxatione interesse. Vide de prædictis omnino Abb.in c.cum contra.de pigno. Natta.

* Ad quam Baldus.]Hanc glossam sequitur Alex.consi.92. col. 2.infra eod.lib.& ad l.1.col.3.ff.sol.matrim.Ias.consi.211.dub.2.col.pen.li.2. Natta.

* Incontinenti.]Quòd sit speciale in istis,tenet Ruin.cons.109.colum.8.libro 4.vbi vult,per pactum,ipso iure non retransferri dominiũ. Natta.

* Quòd in alijs pactis.] Vide aliquid per Dec. consi.298. circa finem. & consi.187.col.3. Natta.

* Per verba resolutiua.]Ideo Paul.Castr.ad l.si à te.per illum tex.C.de pact.inter empto.& vendi.vult,quòd si dictum sit,quòd reddito pretio,venditio habeatur pro non facta, quia ista verba sunt resolutiua contractus,competat oblato pretio,rei vendicatio. & ita etiam tenet Pau.Castr.ad l.1.C.eod.titu.& ad l.1.in fi.ff.de donatio.Et de prædictis vide Dec.consi.298.col.fi.& istud latè complectitur Ias.consilio 211.dub.2.lib.2.Et uide hac de re etiam latè Dec.consi.187.colum.1.& seq. Natta.

* Velæquipollens.]Vide Ias.ad l.ab emptione.col.3. ff.de pact. Fabia. in trac.de empt.& vend.q.7.prin. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus nisi sit integer, nõ sufficit ad torturam: etiam in crimine læsæ maiestatis vel simoniæ: & nu.2.*
3 *Testes infames torturæ subijciuntur.*
4 *Accusatoris falsi pœna.*
5 *Iustitiam denegans puniendus est per superiorem.*
6 *Mulier an possit esse testis in causa capitali.*
7 *Accusari an quis possit sæpius de eodem delicto.*
8 *Curiarum dominicalium nequirit, & sup.nu. 5:*
9 *Ius sibi dicere nomini licet, nisi superioris copia haberi non possit.*

CONSILIVM XI.

Circa primum dubium quo quæritur, an
aliquis rex vel dominus superiorem non recognoscens pos-
sit in territorio suo torqueri facere aliquem tanquam crimi-
nosum, & ad pœnam vltimi supplicij condemnare ad solam
declarationem seu informationem publicæ meretricis? Re-
spondeo quod non: quia in causis criminalibus probationes
debent esse luce merediana clariores.l.sciant.C.de prob.l.ab-
1 sentem.ff.de pœn.l.qui sententiam.C.de pœnis. ¶ † Itẽ vnus
a testis [a] nisi sit integræ opinionis & famæ non facit sufficiens
iudicium ad torturam l.1.l.lex Corn.ff.de fal.& ibi no. Bald.
& Bart.in l.admonendi.in 12. colum. ff.de iureiu. & Bald.in
ca.sacramentum.de consuetudine recti feudi.¶Et dicit Bart.
in l.cunctos populos.in 3.colum.C.de summa Tri.quod in-
* fames etiam sola infamia facti repelluntur à testimonio * in
criminalibus,per dicta l.sciant.& per id quod habetur in ca-
pit testimonium, de testi. Sed publica meretrix est infamis &
à testimonio repellitur,saltem in criminalibus: vt dixi in l.3.
§.lege Iulia.& quod ibi glo.in verbo palam.ff.de testamen.Et
no.Innocen.in capitu.cum P.de accusatio. probatur in capi.
tanta in fin.cum gloss.de simon.& not. etiam Nico.de Neap.
2 in l.Pantonius. ff.si quis à parente fuerit manumissus. ¶†Et
posito quòd in crimine læsæ maiestatis vel simoniæ specialiter
sit inductum quòd testes infames non repellantur à testimo-
nio vel accusatione. capitu.licèt.el primo capit.per tuas, de
simo.l.famosi.& l.2.ad l.Iuli.maiest. not. glo. in dicta l.3.§.
lege Iulia.tamen non dicuntur integri testes: vt in dicto ca.
per tuas.& ideo non sufficeret vnus testis ad torturam inferẽ-
dam in illum contra quem testificatur, per id quod habetur
in d.l.item.l.Cornelia.& in alijs allegatis cum vtrobique no-
ta.per Barto. ¶Quinimo in casibus, in quibus specialiter est
3 inductum, † quòd tales testes infames accipiantur ad testi-
monium contra accusatum vel inquisitum, non debent reci-
b pi tales testes sine tortura [b] secundum quod no.glo.Innocen.
& alii in c.cum P.de accusat.& glo.in d.c.per tuas. & clarum
est quod nullo modo ex dicta attestatione vnius solius non
est aliquis condemnandus.c.cum à nobis. de testibus.l.iure-
iurand. C.eodem titu. & si illa mulier fuerit accusatrix, non
poterit accusatrix esse & testis. l.licet. el primo. de simon.
4 ¶ Super secundò dubio, quo quæritur, † an si accusatus a
mu-

muliere prædicta fuerit torturam passus & repertus absque culpa: & de eius innocentia constiterit per plures testes, an pœna aliqua veniat d. mulieri irroganda. Respondeo q si mulier accusauit illum de crimine publico: vt de crimine læsæ maiestatis, vel de adulterio, vel alio ex delictis sim. vt in l. 1. de pub. iud. tunc debet imponi ea pœna qua venisset puniendus accusatus: & ea pœna debet puniri. l. fi. C. de collusio. le. fin. C. de accu. l. 1. in princip. cum ibi no. ff. ad Turpillianum. ¶Pro alijs verò casibus ipsa etiam punienda est extraordinariè iudicis officio. l. si priuatis. & ibi no. ad Turpill. posset etiã dicta mulier actione iniuriarum ciuiliter conueniri per dictũ accusatum. l. apud. §. si quis libello. de iniur. & l. iniuriarum actio. §. si quis per iniuriam. ff. eo. ti. in qua actione veniet omne damnum & interesse dicti accusati. l. iniuriarum æstimatio. & ibi no. de iniuriis. l. damnum. cum ibi no. C. eo. ti. ¶Posset etiam dicta mulier criminaliter accusari tãquam si falsum commisisset propter falsam attestationem, & accusationem & tenebitur. l. Corn. de fal. l. si quis obrepserit. & ibi no. Bart. in prin. ff. ad l. Cor. de fal. ¶Super tertio dubio quo quæritur, an dictus dominus denegare potuerit audientiam, & iustitiam fieri contra dictam mulierem pro dicta iniuria illata, Nam mandauit dictus d. præfato accusato ne vllam molestiam inferret dictæ mulieri vel per se, vel per alium in aliquo loco

5 sub pœna amputationis capitis. ¶ † Respon. q iniustè facit dictus dominus denegando audientiam & iustitiam ministrare super dicta iniuria: vt in auth. de defen. ciui. §. ius. in prin. & per totam illam constitutionem. & l. sed & si per prætorem. §. sed & si magistratib. & §. seq. vsque ad §. fi. ff. ex quibus cau. maio. cap. licet ex suscepto. & c. se de foro compe. & in auth. statuimus. C. de episcop. & cler. & ibi tractant Pe. Cy. & Bald. & quam pœnam pati debeat magistratus ille, qui iustitiam fa-

* cere denegauit.* Nam tex. in dicta authen. statuimus, dicit qđ ille qui ecclesiasticis personis denegat facere iustitiam, si ter requisitus in negligentia perseuerauerit, priuatur iurisdictione: sed si denegat facere iustitiam aliis scilicet laicis, tunc dicunt præfati doctoribi, quod non reperitur iure cautum, q priuetur iurisdictione, sed tantum incurrit in indignationem principis, & tenetur ad interesse ei cui iustitiam denegauit: vt in §. si tibi quem. in auth. de manda. prin. & in auth. de quæsti. §. super hoc. & secundum Bal. in d. auth. statuimus. puniri poterat extra ordinem arbitrio superioris, cum eius indignationem incurrit, per iura præalle. & ita dicit fuisse de facto in persona Comitis Standrensis denegantis facere iustitiam subditis suis. vnde subditi sui habuerunt recursum ad regem Fra

c corum. Nec etiam debuit dictus do. mandare dicto accusato, quod nullo modo molestaret c dictam do. occasione iniuriæ per eam sibi illatæ, quia per hoc videtur mandasse, quod de iure non debeat eam iudicialiter inquirere super dicta iniuria: vt probatur in auth. de fideiussoribus in princip. in verbo molestum sit. & in l. 1. & ibi ponderat Bald. C. de nundinis. &

* Bart. in l. Lucius.* §. tres hæredes. ff. ad Treb. & sic tale mandatum sine iusta causa prohibens dictum accusatũ vti iure suo fuit illicitum & iniustum d. l. sed & si per prætorem. §. ait prætor. cum seq. & d. l. iniuriarum actio. §. si quis prohibet. cum similibus. ¶Circa quartum dubium quo quæritur an si accusatus repertus est non culpabilis, possit petere accusantem tãquam calumniantem puniri similitudine supplicij, quo puniendus fuisset accusatus si conuictus fuisset. ¶Respondi su-

6 pra in secundo dubio. super eo etiam quæsito quo dubitatur † an mulier cuiuscunque famæ possit testificari in causa cri-

* minali vel capitali. Dico q Iacob. de Are. dicebat quod in causa capitali propter magnitudinem præiudicii* nõ poterat mulier esse testis, sicut nec in testamento. l. qui testamento. §. mulier de testam. vt refert Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de teste. §. j. super verbo quod est mulier. & Io. Fa. insti. de testa. §.

d testes. contrarium tamen magis communiter est de iure ciuili. d per l. ex eod. ff. de testib. & quia est speciale in testamento. d. §. mulier, ergo &c. Sed de iure cano. seruando in terris ecclesiæ regulariter mulier non posset esse testis in criminalib. in c. forus. ad fi. de ver. sig. 33. q. 6. mulierem. fallit in casibus exceptis in d. c. tanta. de sim. vt in crimine simoniæ, heresis, & in crimine læsæ maiestatis, & alijs enumeratis per glo. 2. q. 2. c. firmatum. maximè qñ non est bonæ famæ seu vitæ honestę; non est mulier idonea & integra persona pro testimonio. l. 2. in prin. ff. de test. & d. c. forus. in fi. & no in d. c. per tuas. vt dixi in primo dubio. ¶Circa quintum dubium quo quæritur,

7 † an pro vno & eod. delicto possit quis sæpius e sub eodem

e superiore torqueri & carcerari? Respondeo q si semel fuit absolutus, non debet iterum contra eum inquiri de eodem delicto. l. si cui. §. ijsdē. ff. de acc. l. 1. §. fi. cum ibi nota. ff. nau. cau. sta. c. de his. de acc. nisi primò accusaretur ab vno ille qui fuis

* set accusatus ab aliquo, & per præuaricationẽ* fuisset absolutus. l. 2. ff. de præuar. vel si ille qui primo accusauit prosequitur suam propriam vel suorum iniuriam, & tẽpore quo à primo fuit accusatus reus ignorauit iste qui primò accusat accusatum fuisse a primo accusatore accusationem institutã. d. §. ijsdem, cum ibi no. ¶Et illud quod dixi in eo qui fuit primò accusatus, procedit similiter in eo cõtra quẽ fuisset ꝓcessum per inquisitionem, quia illa succedit in locũ accusationis: Ita concludit Bar. in d. §. ijsdem. per id quod habetur in c. cũ dilectus. cum ibi no. per Inn. de elec. & similiter si fuisset condẽnatus & punitus non põt amplius accusari vel condemnari. l. sepulchra. ff. de sep. vio. & in regula bona fides de reg. iu. in 6. & no. doc. in d. c. de his. ¶Si aũt non fuisset condemnatus nec absolutus in primo iudicio in quo ipse reus comparuisset, obstaret exceptio pendentis litis, & sic impediretur secũdus processus. l. vbi cęp tũ & l. si quis postea quàm. ff. de iud. l. j. in fin. C. de asser. tol. l. qui de crimine. C. de accu. & l. Senatus. ff. eo. ti. cum ibi plenè no. p Bar. in d. l. sepulchra. & can. in c. proposuisti. de fo. comp. & in d. c. de his, cũ suis cõcor. &c. ¶Hic alia multa scribi possent, sed ea putaui superflua, attenta facili cõtrarietate secundum quod plenius supra expositũ est. ¶Circa

8 sextũ dubium, quo quæritur † an dictus dñs potuerit de iure extorquere pecunias à dicto accusato, vt ab eius manib. liberaretur: non obstante qđ de eius innocentia probatum esset? & constat qđ nõ, vt in l. 3. & 4. & in l. antep. ff. ad l. Iul. rep. & in aut. de iu. §. 1. & l. 2. in fi. de cond. ob tur. cau. c. 1. de reg. iu. in 6. ¶Circa septimum dubium quo quæritur, an dictus mercator per iniustitiã & iniuriã sibi illatam à dicto d. posset dictũ do. vel aliquem ex suis subditis in quacunq; prouincia incar-

9 cerare vel incarcerari facere. ¶† Rñdeo primò, q non est licitum dicto accusato sibi authoritate propria ius dicere contra aliquem ex subditis dicti do. nec ẽt contra dictum do. posito q de facto ad hoc potens esset. l. nullus. C. de Iudæis. l. extat. ff. quod me. causa. l. j. C. ne quis in sua cau. l. 1. C. de priui. carce. sed debet recurrere ad superiorem dicti do. & ibi corã eo vel delegato ab ipso principe instituere iudiciũ, quemadmodũ ipse elegerit aut ciuiliter, aut criminaliter. l. 2. & 3. C. vbi sen. vel cla. & in auth. vt diff. iud. circa mediũ. non aũt debent ex hoc conueniri subditi eius, quia nullam in hoc culpam cõmiserunt: in auth. vt non fiant pig. col. 6. & in l. 1. C. vt nullus ex vic. li. 11. & in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & in c. j. de iniur. & dã. da. lib. 6. Et hoc verum est si recursus haberi põt ad superiorẽ contra dñm, qui iustitiam facere neglexerit, vel qui iniuriam intulit, & dictas extorsiones fecit; sed vbi copia superioris haberi non possit, ẽt propria authoritate sibijpsi ius dicere põt iniuriam passus contra dictum do. l. si alius. §. bellissimè. & ibi no. gl. & Bar. ff. quod vi aut clam. & in d. l. nullus. cũ gl. Et no. Inn. in c. cum olim. el j. de rest. sp. & Bart. in l. hostes. ff. de captiuis. & in l. j. in 2. col. C. de ser. & aqua. & in l. si quis a se fundum. C. ad l. Iul. de vi. Item eodẽ in casu quo nõ potest haberi recursus ad superiorem dictus accusatus pro eo quod sibi fuerit per dictum dominum denegata iustitia potest in ciuitate sui domicilii impetrare represalias contra subditos dicti do. 23. q. 2. Dominus. & per id quod habet in aut. si non dñs imperialis. C. de hær. & per no. in l. pro hęrede. §. si quod ff. de acqui. hær. factis tamen & reseruatis prius per Potestatẽ seu rectorem loci, in quo petuntur represaliæ requisitionib. ad dictum do. super facienda iustitia & aliis requisitis, secundum quod plenè traditur per Bar. in trac. suo represa. & Ioan. And. in regula non debet. in mer. & Bal. in auth. & omnimodo. C. ne vx. pro mari. & l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. & in c. 1. de mil. va. q cõtumax est. ¶Circa vltimũ dubium, quo quærit, an post mortẽ dicti dñi successor possit iudicare in dicta causa curam eo tractata si nondum reperiatur diffinitiua per sententiã. & quia istud non videtur habere dubitationem, dico q idem potuit facere successor quod ipse dominus, si tunc viueret. l. mortuo. ff. de iu. l. pe. C. de ped. iu. cum sim. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Testis. Adde Hyp. de Mar. plenè in l. maritus. ff. de quæstio.
* Repelluntur à testimonio.] Nota ꝙ in criminalibus difficilius admit tuntur testes, ideo minor 20. annis repellitur. l. in testimonium. ff. de testibus. Item laici contra clericum. c. de cætero, de testibus & hoc propter magnitudinem præiudicij, vt per Alex. consi. 64. col. 2. infra eod. accedit Bal. ad l. fi. col. 2. de prob. dicens, ꝙ in crimiualibus requiruntur testes omni exceptione maiores. Ideo infert, ꝙ frater non admittitur tunc pro fratre. Amplia, etiam ꝙ crimen ciuiliter tangatur; vt patet ex eo, quod ponit Ant. Butrius & ibi Abb. in fi. de testib. vbi vult, famam nullum facere probationis gradum, etiam si ciuiliter, fuerit de crimine quæsitum. Adde etiam ꝙ in criminalibus, non creditur testibus rationem non assignantibus, & si non fuerint de ea interrogati. Sali. ad l. fi. C. de proba. versic. quæro quid in criminalib. Item probationes imperfectæ non coniunguntur ad plenam probationem faciendam; Bal. ad l. si quis ex argentarijs. §. j. ff de edendo. cũ sim. not. per Dec. ad c. cum causam. col. pen. de probat. Ad hæc in criminalibus non defertur iuramentum in defectum probationis semi plenæ; vt per glo. ad l. 3. in verbo, agatur. ff. de iureiu. Intellige tamen superiora quo ad probandum delictum, nam si oporteat probare defensionem, & se excusare, admittuntur probationes dubiæ, & a suspectis; vt per Ias. ad l. vt vim. col. 1. & seq. ff. de iust. & iure. Alex. col. 24. col. pe. li. 2. Et aliqua ex superioribus tradit Dec. quem postmodum vidi, consi. 429. col. fi. Natta.
b ¶Tortura. Adde Bal. Hyp. in l. diuus. ff. de quæst. Cęp. consi. 61. inter consi. criminalia. sed caue ne sine sale intelligas, sed demum quando testes huiusmodi sunt conuicti de mendacio in sua depositione vel de participatione eiusdem criminis. vt alibi dixi.
* Qui iustitiam facere denegauit.] De pœna Domini denegantis iustitiam, tangit etiam Iacob. in sua inuestitura, in verbo, Marchio. versi. Quæritur etiã, ponamus. & vide Bal. & Ang. ad l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iu. Gram. deci. 104. Natta.
c ¶Molestaret. adde infra consi. 52. lib. 2.
* Bar. in l. Lucius.] Adde eundem Alex. consi. 52. Viso testamento. lib. 2. Natta.
* Propter magnitudinem præiudicij.] Vide Dec. ad l. fęminæ. nu. 54. ff. de reg. iur. Natta.
d ¶Ciuili. ad hęc non sit integra. Cęp. consi. criminalium consi. 32. vide Step. Auf. in tract. de reprob. testi. versi. mulier. Alcia. tra. de præsum. re. 1. præsum. 47. adde in li. 2. consi. 24. nu. 11.
e ¶Sæpius. Adde Bal. consi. 292. & primò libro tertio. Albe. in 2. parte.
* sta. quæstio. 164. Pau. consi. 18. non video. lib. 1. * Vide Aret. in tra. malefi. in verbo, Et ad quærelam. versi. subsequenter fol. 21. Natta.
* Et per præuaricationem.] Pręsumitur præuaricatio ex nimia conuersatione accusatoris cum reo; Bart. ad l. j. §. præuaricatorem. ff. ad Turpillian. Abb. ad d. c. de his. de accus. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio non potest fieri inter absentes.*
2 *Testamentum non valet ad responsionem eius, qui non potest articulatè loqui.*
3 *Mutus non prohibetur donare, vel testari.*
4 *Iuramentum supplet insinuationem.*
5 *Insinuatio in donatione ob causam non requiritur.*
6 *Testamentum valet ad interrogationem alterius.*

EPITOME.

CONCLVDIT valere donationem, vel testamentum in extremis & ad interrogationem alterius, dummodò testator possit articulatè respondere, quòd sic, sed puto hoc valde periculosum, & bonum esse lege lata hos actus nullos declarare.

CONSILIVM. XII.

Viso instrumento donationis factæ anno 1450. die 10. mẽsis Augusti. per Bart. Achini de fereriis Bonucio quondam Iacobi de fererijs. ¶Videtur prima consideratione dicendum dictum actum non valere: quia dicti contrahentes videntur voluisse adinuicem contrahere per stipulationem vt sonant illa verba: videlicet donauit dicto Bonucio quondam Iacobi de fereriis deducta tertia eius affini præsenti pro se & pro suis hæredibus stipulanti & recipienti &c. ¶ Sed ad contractum stipulationis requiritur verborum expressio. l. j. in princi. ff. de verbo. obligationib. l. 1. §. mutum. & l. obligamur. §. verbis. ff. de ac. & ob. ideo cum non valente loqui non potest celebrari dictus contractus stipulationis, vt in dictis iuribus. Sed do. Bart. vt asserit in instrumento notarius, paucos sermones intelligibiles exprimere & proferre valebat, nisi affirmationem vel negationem hanc vulgarem; videlicet si & non.

1 ¶Secundò probatur: † quia stipulatio non potest confici per
nuncium seu per ministrum, ideo iura dicunt ꝙ inter absentes concipi non potest stipulatio, quamuis alii contractus qui consensu perficiuntur, possunt celebrari inter absentes, & possunt perfici per nuncium vel per epistolam. hæc probantur in d. l. in prin. & in l. inter absentes. de inuti. stipula. & §. item verborum. insti. de inuti. stipu. iuncta l. 4. & fi. cum ibi no. ff. de spon. & l. 1. §. fi. ff. de contrahen. empt. & l. consensu. ff. de act. & obli. Sed ad stipulationem requiritur verborũ expressio scilicet interrogatio & responsio. l. iurisgen. §. sed quòd ferè. ff. de pact. l. stipulationum aliæ. §. stipulatio. de verb. oblig. & de actio. & obli. d. l. obligamur. §. verbis. sed ita est quod dicta interrogatio non fuit facta per dictum Bonucium, sed per notarium, vt in instrumento dicitur igitur dicta stipulatio tã quam per nuncium vel alium organum aut instrumentum, sic confici de iure non potuit. ¶Tertiò probatur, quia ille qui articulatè loqui non potest mortuo similis est, & ideo testari
2 non potest. l. iubemus. C. de testamen. ¶Vnde dicunt doc. † ꝙ si notarius interrogauit testatorem an ipse instituat hæredem Titium, & respondeat ꝙ sic, non valebit institutio si talis testator non poterat loqui articulatè secundum Pet. & Cy. & Bar.
a in d. l. iubemus.[a] per illum tex. & Albe. Papien. vt refert Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de testa. §. j. super verbo, quod si is. sed dictus Bart. non poterat articulatè loqui, vt affirmare videtur notarius in d. instrumento: vt retuli supra ad interrogationẽ notarij interrogantis an donaret sibi Bonucio: respondit sic; ergo non debet valere talis donatio. ¶Sed præmissis non obstantibus; puto contrariam sententiam esse de iure veriorem: & sic ꝙ dictus contractus firmiter valeat, ex eo quia donata fuerunt bona præsentia tantum, quod fieri potest. l. si quis argentum. §. sed si quis. C. de don. l. omnes: §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. & plenè no. per glo. & doct. in l. fi. C. de pac. & doct.
3 in l. stipulatio hoc modo concepta. de verbo. obliga. ¶† Item, quia dato ꝙ fuisset mutus, non tamen prohibetur donare. l. qui id quod. §. mutus. ff. de don. cum ibi not. & facit. l. item quia. ff. de pac. & l. mutus. in prin. ff. de iur. dot. & l. mutus. in prin. ff. de procu. cap. cum apud. de spon. nec etiam ꝙ esset cæcus: nam cæcus potest testari. l. hac consultissima. C. qui testa. facere possunt. & actus testandi difficilius conceditur quàm actus contrahendi, in quo versatur maius periculum inst. qui ex cau. ma. non pos. §. cum ergo. & patet in l. qui in potestate. & l. cæcus. ff. de iud. & l. obligari. in princ. ff. de auth. tut. & l. tam his. §. filius. ff. de don. causa mor. & cum non reperiatur cæcum contrahere prohiberi, non intelligitur prohibitus donare. l. ab ea parte. ff. de prob. l. necnon ex qui. ca. ma. ¶ Facit in ratione sui. l. 1. §. casum. ff. de postu. nec in tali donatione requirebatur insinuatio, quia præsupponimus, quòd omnia bona illa non ascendebant ad communem estimationem quãtitatis, in qua requiritur insinuatio, quæ quantitas est hodie quingentorum aureorum, sed olim erat trecẽtorum. l. si quis pro redemptione. in fi. iuncta. l. sancimus. C. de don. quod seruaretur etiam quando vnus donaret totam substantiam suã, quia est attendendum an ascendat dictam quantitatem, vt est tex. secundum verum intellectum in l. si quis. argentum. §. sed & si quis co. ti. ibi dum tex. dicit obseruatione monumentorum, secundum ꝙ iã statuimus omnimodo quærenda &c. & sic habet ibi respectum litera ad id quod prouisum fuerat per d. l. sancimus, & ita intelligunt ibi Cy. Ray. Ang. Sal. ¶ Item d. donatio non fuit plena donatio omniũ bonorũ præsentium, qa donans reseruauit sibi oẽs fructus percipiendos ex illis bonis toto tempore vitæ ipsius donantis, & posito ꝙ in pura & propria donatione omniũ bonorũ requireretur insinuatio,
4 tamen ista donatio non fuit huiusmodi. ¶† Pręterea, etiam stã
b te iuramento[b] apposito in contractu, videt qd contractus in effectu firmetur, ét si non interuenerit insinuatio requisita a iure ciuili per ea quæ habentur in c. quamuis. de pac. eo. li. & hoc tenet Io. An. in ad. ad Spe. in ti. de inst. edi. §. porrò. in vl. addi. & Fe. de Sen. in cons. suo 281. inci. Casus talis est: Statuto cauetur quod si donatione &c. Et Imo. satis plenè firmat. in d. c. cũ contingat, in antep. car. ubi rñdet ad ea quæ adduci possent in contrariũ. Et idem tenet ibi do. Abb. Sic. in 22. col. idẽ tenet Ang. in l. sancimus. §. fi. C. de do. dum se remittit ad no. per Io. An. in d. §. porrò. & pro illa etiam parte consuluit
5 Ange. in consi. 93. quod incipit cum lis &c. † Insuper dicta
dona-

donatio non fuit simpliciter donatio, sed ob causam quia ecõtra promisit donatarius alere donantem expensis ipsius donatarij toto tempore ipsius Bart. Item q mitteret vnum ad visitandum limina Beati Ant. & solueret expensas funeris sui, & erogaret certos & certas quantitates pecuniẹ in pios vsus pro anima dicti donantis: prout asserit d. donatarius se impleuis-
c se; in qua donatione non requiritur insinuatio [c] sicut requiritur in simplici donatione: vt no. gl. & Bar. in l. Aquilius. ff. de do. bene facit l. fi. in prin. C. de iu. do. & l. fi. cum auth. ibi posita de donatione ante nup. & consuluit Old. in consi. 139. in cip. Ad habendam aliqualem &c. in nono quæsito, & Io. An. in addi. ad Spe. in d. §. porrò, in addi. magna, in versi. fuit etiã alia quæstio de facto. cum quo concordat etiam Alb. de Rosa. in l. fi. C. de pac. & Ange. in d. l. fi. in prin. & in d. l. cum multæ. in prin. C. de do. ante nup. & in d. l. fi. in prin. C. de iu. do. per illum tex. cum gl. sua. & sic dictus contractus tenet, & notarius diligenter in eo practicam seruauit traditam per Bart. & alios in d. l. nutu. ff. de leg. 3. & per Bal. in l. mutus. ff. de procu. & in l. discretis. C. qui test. fa. pos. & per Ange. in d. l. ex facto. in prin. & in l. item quia. ¶Non ob. ea quæ in contrarium adducebantur. Et primò dum dicebatur quod ad validitatem contractus stipulationis requirebatur verborũ expressio: quia respon. q in hoc casu interuenit verborum expressio saltem affirmando & respondendo vulgariter si. & illud sufficit: quia non requiritur q omnia verba prolata per interrogantem repetat promissor; sed satis est quod aliquo modo per verba affirmet: nam intelliguntur repetita omnia quæ expressa fuerunt per interrogantem & stipulantem. tex. est in §. prætereà. inst. de inut. stipul. ¶Nec etiam in stipulatione requiritur, quod quis debeat ita articulatè loqui: vnde gl. in l. mulier. ff. de verbo. obli. quam Ang. & Imo. ibi dicunt non esse alibi. vult q ẽt valere possit stipulatio facta ab eo, qui non poterat ita articulatè loqui: sed balbutiens erat. ¶ Hoc ẽt probatur in d. l. iubemus, cum ibi no. per gl. & do. C. de testam. vbi tenet q non re-
6 quiritur, † quod testator exprimat nomen hæredis: nam sufficit quod alio interrogante, an velit instituere Titium hæredẽ
d testator dicat, q sic, [d] quamuis non nominet alium expresè hæredem, ita expresè dicit ibi Cyn. & facit. l. asse toto. ff. de hære. instit. & l. si ita scripsero. cum ibi no. per Bart. ff. de condi. & demon. nisi testator esset ita oppressus morte, q nõ posset loqui articulatè: quoniam tũc habet locum quod dicitur in d. l. iubemus; scilicet quod sit mortuo similis. ¶ Et ideo licèt tunc responderet tantum sic; non valeret testamentum: quia si tunc quæreretur ab eo, interfecisti hominem, responderet sic; quia cum sit extra memoriam, nescit quid loquatur; sed vbi non esset ita oppressus morte, sed esset in bona memoria; tunc bene valebit: ita formaliter dicit Pe. & Cyn. in d. l. iubemus. maximè per l. Pamphilo. §. propositum. de leg. 3. ¶ Et q dictum testamentum valeat, tenet etiam Bald. in d. l. iubemus. & expressius Io. An. in addi. Spec. in tit. de testa. §. j. versi. quid si is. vbi hoc tenet in eo testatore qui bonam memoriam & intellectum haberet. & ita refert Io. An. plures antiquos ita tenuisse, maximè per d. §. propositum. & per l. nemo. in prin. ff. de hære. insti. & dicit istam opinionem sibi placere. ¶Subdit tamen q Albe. Papien. tenebat contrarium: videlicet institutionem non valere si erat facta ab infirmo & non morte oppresso. Sed non præsupponitur in casu nostro, q iste donans esset oppressus morte, & q per illud impediretur articulatè loqui, & careret propter hoc sano intellectu, prout requirit ad hoc vt impediatur testari, vt etiam proximè ostendetur. & sic opi. Petr. Cyn. & Io. An. videtur esse communis: vt patet p prædicta; & cum ea videtur concordare in effectu Bartol. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testib. & Ange. clarè in l. in fraudem. §. j. de testa. mili. ¶Pro ista opi. est optimus tex. in l. quoniam indignum. C. de test. ibi dum dicit momenta verborũ, quæ forte seminecis & balbutientis lingua profudit. & gl. ibi in verbo seminecis, quam Ang. dicit non esse alibi. & per illũ textum. cum gl. ibi dicit Ange. singulariter probari per semimortuum, sicut & ille qui haberet linguam grossam & balbutientem: quia cum in extremis laborat, non impeditur condere testamentum, dummodò habeat sanam mentem. pro quo etiam allegat dictam l. iubemus. Et ita dicit Angel. & Moder. in l. in aduersa. ff. de testamen. ¶ Et dictum Pet. habuisse sanã mentem satis indicat forma dictæ donationis, in qua prudenter se habuit, seruando sibi vsumfructum omnium bonorum, & obligando donatarium ad alimenta, & ad alias pias erogationes, ex quibus cum apparet consuluisse saluti corporis & animæ. Ex his enim apparet de sana mente disponentis: vt declarat Ang. & Moderni in l. furiosum. C. qui testam. face. poss. ¶Et ad adducta in contrarium respondetur, q dato q dictus contractus non esset validus ex defectu expressionis verborum, dicit Bart. q & si non potuisset valere in vim stipulationis, tamen valet in vim pacti & contractus innominati in quibus non requiruntur verba, sed sufficit quomodocunque appareat de consensu, quia etiam mutus potest tales conuentiones explicare d. l. item quia. & d. l. quicquid. §. mutus. cum si. ¶Et attento quod in contractu illo interuenit iuramentum, videntur partes voluisse, quod si actus ille non valeret in vim stipulationis, seu prout agebatur, valeret omni meliori modo quo valere posset, & sic in vim pacti nudi: vt l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. & no. Bart. & alij in dicta l. 2. §. si quis alij. de verbo. obli. & l. si quis pro eo. in 6. & 8. membro. ff. de fideius. & sic saltem in vim pacti & contractus innominati valebit, sed hoc sufficit dicto ser Bonucio, q res traditæ fuerant & apud eum sunt. ¶Secundò non ob. q stipulatio non possit confici nisi vtroque contrahentium loquente, & non per notarium vel ministrum &c. Et sic videtur q non potuerit fieri ad interrogationem dicti notarij dicta stipulatio, quia respondeo q etiam intercessit interrogatio ser Bonucii: vt ostendũt illa verba, videlicet ser Bonucio stipulanti. & sic in instrumento probatur interrogationem ser Bonucij intercessisse solemniter. l. sciendum. de verb. obli. & l. j. cum ibi no. C. de vsuris. & l. 1. C. de contrah. & commit. stip. & instit. de inuti. stip. §. si scriptum. & in §. fi. inst. de fideius. ¶Posset etiam aliter responderi, ut dixi in ultima responsione data ad pręcedens asgumẽtum. ¶Non ob. id quod ultimo dicebatur, scilicet eum qui nõ ualet articulatè loqui esse similem mortuo: & ideo non posse testari d. l. iubemus. Quia responsio patet ex prædictis. Nam illud intelligitur quando erat adeò oppressus morte, q non potuit propter hoc articulatè loqui, nec retinebat sanum intellectum: aliàs enim secus esset, ut patet in d. l. quoniam indignum. cum glo. & per no. per Cyn. in d. l. iubemus, cum alijs supra alle. aliàs sequeretur q mutus q nullo modo loqui põt, non posset testari nec contrahere cõtra. l. discre. C. q test. fa. & contra d. l. si id qđ. §. mutus. cũ si. ff. de donationib. Ale.

ADDITIONES.

a ¶Iubemus. & in l. quoniam indignum, eo. ti. vbi Alex. Ias. & omnes. Pan. Barb. in tract. de testa.

b ¶Iuramento. vide supra consi. 4. nu. 10.

c ¶Insinuatio. vide plenissimè do. An. Tiraquel. supremæ huius curiæ senatorem dignissimum in rep. l. si vnquam. ver. donatione largitus. nu. 44. C. de reuo. don.

d ¶Quod sic Idem Alex. & omnes. & in d. l. iubemus Alex. consi. 33. li. 3. consi. 105. & lib. 7. Roma consi. 306. Calde. consi. 40. sub fin. de te. Cor. consi. 73. consi. 103. in fi. consi. 233. consi. 319. col. lib. j. consi. 74. lib. 4. Gui. Papa. consi. 64. Dec. consi. 175. consi. 489. Im. c. cum tibi. colum. 2. nu. 3. ver. quid autem si testator. de testa. Socin. Iaso. Lancelo. Galia. Fran. Rip. Alcia. l. 1. §. si quis ita. de ver. obl. Ias. consi. 124. in fin. lib. j. Socinus consilio 229. lib. 2. limita vt procedat dummodo constet testatorem esse sanæ mentis & articularè loqui Limita secundo vt procedat quando apparet testamentum initio scriptum de voluntate & scientia testatoris, secus, si eo inscio scriptum collatum electum, & respondit q sic, quia non valet vt decidit Io. An. in ad. Spec. de test. §. j. Ro. d. consi. 306. in fi. Cor. consi. j. col. 2. lib. 4. consilio 319. col. 2. li. 4. Hyp. de Mar. nota. 449. Ias. in d. l. iubemus. in fine. & in con. 196. col. 3. li. 2. Matth. de Affl. in deci. Nea. 143. dixi in cõsue. Par. §. 93.

SVMMARIVM.

1 *Confessio probat in alia causa inter easdem partes.*
2 *Promissio vel confessio sine causa non valet.*
3 *Promissio sine causa facta in dubio præsumitur per errorem.*
4 *Promitto, verbum, non importat stipulationem, nisi in scriptura ad obligandum facta.*
5 *Confessio facta coram arbitro, non valet vt iudicialis. & nu. 7.*
6 *Confessio tanquam coram arbitratore in dubio videtur facta.*
8 *Scripturæ tabellionis non statur sine testibus. Idem de actis arbitrorum.*
9 *Arbitri si sint plures non valet factum coram vno.*
10 *Confessio facta coram iudice incõpetenti, nõ valet vt iudicialis.*
11 *Stipulatio alteri facta non valet, etiam pro dote, nisi pro dote restituenda.*

12 *Stipulari quis potest nomine alieno, vt valeat secuta ratificatione & cessione.*
13 *Cedens non est idoneus testis pro cessionario.*
14 *Proxenetæ non sunt testes nisi de consensu vtriusque partis.*
15 *Doctoribus grauioribus standum.*
16 *Cognati, affines, vel amici non sunt integri testes.*
17 *Probare tractatum non prodest: quia multa tractantur, quæ nõ perficiuntur.*
18 *Indicium quodlibet remotum, duobus testibus probandum est.*
19 *Indicia plura non iunguntur nisi vnumquodque per se sufficienter probatum sit.*
20 *Testes singulares multi tantum valent quantum vnus.*

CONSILIVM XIII.

Ex his quæ in themate narrata sunt difficultas reducitur ad duo principalia. ¶ Primum est: vtrum intentio actoris fundetur per dictam responsionem Oliuer. vt dicitur factam per dictum Ia. Cald. de Persico respondendo dictæ positioni coram arbitro. ¶ Secũdum est vtrum posito ꝙ non releuet agentem dicta confessio, an
1 saltem eum releuent probationes factæ per testes. ¶ † Circa primum, videtur prima consideratione dicẽdum ꝙ sic: quia
a nulla efficacior probatio quàm propria confessio. a l. cum te. C. transf. l. fi. C. de fideiuss. l. j. ad fin. ff. de inter. ac. & confessio
* facta * in vna causa vel instantia contra confitentem inducit in alia causa probationem inter easdem personas, saltem quãdo vtraque causa vel instantia tendebat ad eundem effectum vt in proposito nostro. l. iubemus. cum ibi no. de lib. causa. l. cum antea. §. fi. C. de ar. & ibi propriè loquitur de confessione facta coram arbitro: vt no. Cy. & alij in l. 2. C. de eden. & Inn. in c. cum dilectum, ad fi. de or. co. & do. in c. per inquisitionem, de elec. Io. An. in addi. Spe. in tit. de confe. §. nunc videndum. ver. quid de cõfessione facta in vno iudicio: vbi idẽ dicit in cõfessione facta in vno iudicio, quod probat in actione quò ad easdem personas. & no. Bart. in l. 2. ff. iud. sol. bene facit. l. generaliter. C. de non nu. pec. & c. per tuas. de proba. & hoc est verum, etiam si confessio sit facta in iudicio nõ plenario, vt colligitur ex no. per Inno. in locis præall. & reputat notandum Anto. de But. in ca. dilectus. in pen. col. de capel. mo. ¶ Tamen prædictis non obstantibus puto contrarium verius. & primò, quia Ioan. Thadæus respondendo positioni cõtinenti promissionem factam dicto magistro Pet. nomine dotis dictæ dominæ Annæ ducatos 400. de bono atque condecenti auro; si dictus magister Pe. contraheret matrimonium cum d. do. Anna de proprijs pecuniis & bonis dicti Io. Thadæi. ¶ Respondit per hæc verba, nõ credit prout ponitur, sed credit promisisse ducat. 400. auri in tot mobilibus & immobilibus, quæ dictus magister Petrus habuit in certa parte possessionis de zemula: cætera non credit: ergo non potest dici ꝙ Io. Thadæus confessus fuerit nisi promissionem 400. ducatorum sed causam promissionis insertam in positione scilicet pro dote d. dominæ Annæ negauit per illa verba: cætera non credit, quæ referuntur ad omnia alia in positione contenta. l. cæterorum, de verb. sign. l. cætera, in prin. ff. de leg. 1. l. nam quod §. si quis compulsus, ff. ad Tre. ¶ Vnde dato ꝙ illa respõsio facta positioni prædictę probet dictam promissionem, nõ
2 tñ dicitur probare promissionem efficacem: † quia promissio
b facta sine causa b etiam per stipulationem in dubio non valet tanquam indiscreta: nisi appareat ꝙ fuerit facta animo donãdi. l. 2. §. circa, de do. exce. l. si ita stipu. esses a me. ff. de fideiu. in l. cum de indebito. ff. de proba. c. si cautio. de fi. inst. firmat glo. in l. generaliter. in verbo casum. C. de non nu. pe. quæ gl. in hoc est clarior cæteris, & in hoc eam reputat sin. Io. de Im. in l. à Titio. ff. de verb. obliga. licèt idem videatur velle glo. in l. nunquam nuda. in prin. in gl. 6. ff. de acqui. re. do. & in l. 1. §. fi. ff. de inter. ac. & in d. §. circa. de doli exce. & in §. de constitu. inst. de ac. & Ia. de Are. in d. l. generaliter. in 14. q. ¶ Idẽ etiam tenet ibi Ia. Bu. dicens hoc probari. in l. 4. §. fi. ff. si quis
ditione. C. de cad. tol. ex quibus apparet multipliciter respõsum ad alleg. in contrarium. ¶ Circa secundum dubium, an dato quod dicta donatio facta dictæ Appolloniæ sit inter vivos, valeat attentis his quę contra voluntatem eius allegant? ¶ Videtur prima consideratione dicendum ꝙ non: quia ista bona donata fuerunt de bonis d. Branchæ qui reliquit in sua vltima voluntate dicta bona præfatæ dominæ Mariæ cũ hoc quòd posset dicta domina Maria vendere & donare dicta bona, & quocunque titulo transferre pro libito voluntatis suæ per anima ipsius testatoris & prædecessorum suorum etiam vltra quartam partem dictorum bonorum suæ hæreditatis, cum hoc quòd post mortem dictæ dominæ Mariæ illud qd superest de dicta donatione seu hæreditate remaneret & esset dictæ dominæ Marg. vnde cum dicta donatio facta dominæ Apolloniæ per dictam Mariam videatur collata post mortẽ dictæ dominæ Mariæ, fuit facta & collata in tempus quo fieri vel conferri non potuit; quia paria sunt aliquid fieri tempore non permisso & conferri in tempus prohibitum, & ecõtrà. l. in tempus. ff. de hær. insti. ¶ Secundò, quia dicta domina Maria semel donauit quartam partem bonorum suorum d. Branchæ; ergo ex forma dicti statuti incipientis: Si qua mulier &c. nõ debuit posse vlterius donare aliquid de bonis suis in præiudicium descendentium d. dominæ Mariæ. Sed præmissis non ob. contrarium puto de iure verius quòd dicta bona donata dominæ Apolloniæ non poterant dici bona subiecta restitutioni alicuius fideic. post mortem dictæ dominæ Mariæ donantis: & sic non posse per eum alienari: eo quia dico defecisse conditionem fideicommis. quia dicta domina Margareta quæ erat per fideicommis. vocata post mortẽ dominæ Mariæ decessit ante mortem dictæ dominæ Mariæ: & per consequens defecit fideicõmissum. l. hæres meus. in prin. ff. de condit. & de. l. si cum hæres. quæ est l. 3. ff. quando dies lega. ced. Nam in testamento Branchæ fuerat instituta hæres vniuersalis domina Maria: postea in codicillis Brancha dixit se instituere hæredem dominam Mariam & do. Marga. cum hac conditione: videlicet, quod domina Maria durante eius vita habeat omnes fructus & vsusfru. & redditus omnium bonorum & iurium dictæ hæreditatis, & de dictis bonis ipsa possit vendere, alienare, donare, & quocunque alio ti. transferre pro libito voluntatis pro anima dicti testatoris & suorum prædecessorum. ¶ Item quòd durante vita d. dominæ Mariæ, dicta domina Margareta de d. hæredtate se aliquomodo impedire nõ possit. Et post mortem dominæ Marię illud quod superfuerit de hæreditate ipsius testatoris remaneat & sit dictæ dominæ Marg. Vnde in dictis codicillis intelligitur relictum d. dominæ Marga. fideicommis. præstandum ab hæredib. scriptis in testamento: & sic à d. domina Maria. l. sęquo la. ff. ad tre. l. illud. §. tractari. & l. conficiuntur. ff. de iure codi. l. 2. C. de codi. & non fuit dictum fideicommissum purũ, sed conditionale: vt patet per illa verba, scilicet cum hac conditione. & per illa alia verba, sed ita tamen ꝙ durante vita d. dominæ Mariæ, d. domina Marga. se aliquo modo impedire non possit, & post mortem d. dominæ Mariæ illud quod superfuerit sit dictæ dominæ Marga. Cum ergo decesserit dicta domina Marga. ante mortem dictæ dominæ Mariæ remanet hæreditas pura absque fideicommisso ad prædictam dominam Mariã. Pręterea dicta donatio facta per dictam dñam Mariam fuit facta in vita eius, & dr̃ donatio inter viuos q̃uis dilatione temporis executio esset collata in tẽpus mortis vt probaui in præcedenti dubio. † Et omnis donatio inter viuos dicitur esse actus celebratus in vita, & donatio causa mortis dicitur esse actus vltimæ voluntatis, quia quò ad substantiam & executionem expectat & exigit mortem testatoris, & ante quandocunque reuocari potest, & non enumeratur inter actus & contractus alienationis explicandos in vita: * vt probat Bart. in cons. inci. Punctus talis est. pater filio suo emãcipato &c. ¶ Confirmo etiam quia posito quòd dicta donatio facta d. Appolloniæ quò ad substantiam haberet vires solum post mortem dominæ Mariæ: tamen quia testator voluit quod illud quod superfuerit de bonis & hæreditate sua post mortem dominæ Mariæ remanere & esse debet d. dominæ Margaretę, videtur quòd bona donata d. dominæ Apollonię non sunt de illis quæ dicuntur superfuisse post mortem dominæ Mariæ adeò quod venirent in fideicommisso prædicto: vt probatur per ea quæ decidit Bald. in auth. contra rogatos. C. ad treb. in vl. col. in versi. pone ꝙ non alienauit inter viuos &c. iuncto text. ille & eo quod habetur in l. Titius. ff. ad treb. nam vult Bald. † quod hæres grauatus restituere per fideicommissum id quod superesset ex hæreditate post mortem hæredis non intelligitur grauatus * restituere id quod legauit hæres in testamento suo alteri quasi illud non dicatur superesse post mortem hæredis qui legauit, cum legatum à tẽpore motis acquiratur, iuxta l. vnicam. §. cum igitur. C. de cadu. tol. l. a Titio. ff. de fur. cum si. per quę apparet responsum multipliciter ad primum argumentum adductum in contrarium. ¶ † Non ob. supradicta; quia respondeo quòd in hoc debet attendi tempus mortis [d] dictæ donatricis & quãtitas substantiæ quam tunc habebat: vnde si quispiam donasset in vita etiam dimidiam omnium bonorum, quę tũc habebat & postea acquisiuit tot bona quòd confusis illis bonis donatis vnà cũ bonis postea acquisitis, nõ reperitur quod illa quę donata fuerunt excedant quartam omnium bonorum, tunc donatio irreuocabiliter firma manebit. hoc apertè probatur per no. p gl o. in l. 1. C. de inof. dona. in glo. mag. & ibi Bal. in uersi. 8. q ro quid si ab initio donauit quis totum suum patrimonium &c. Et ibi in hac parte eum sequitur Cyn. in 4. q. & communiter alij scribentes per §. quia verò hactenus. in auth. de nu. ¶ Sed dato quod domina Maria donasset quartam partẽ omnium bonorum Branchæ, tamen plura reacquisiuit vltra illã quartam partem, & etiam vltra omnia bona dicti Branchæ; & sic satis est ꝙ habito respectu ad bona quæ erant tempore mortis in bonis dñæ Mariæ non requiratur ꝙ ipsa alteri donauit in præiudiciũ descendentium vltra quartã partem. Nã si reuersa sunt bona donata Branchæ ad dictam donatricem nullum ex dicta prima donatione facta Branchæ senserint p̃iudicium descendentes, cum ante mortem dñæ Mariæ nullũ ius habeant descendentes in bonis ascendentium. l. 1. §. si impuberi. ff. de coll. bo. l. fi. ff. de lib. agno. & ibi per Bar. l. si quãdo. §. fi. & ibi Bar. C. de inoff. test. Pręterea, dicta donatrix donando dictę Appollonię cum illo onere soluẽdo singulo anno pro tempore 20. annorũ florenos quinque fratribus sancti Domini pro celebrando vnum officium singulis annis p anima dicti Branchę & suorũ predecessorũ & dictę dñę Marię, non tñ donasse videtur q̃ exsoluisse legatum à dicto Brãcha relictum ad pias causas: quod quidẽ potuit cõferre in liberã uoluntatẽ heredis. s. dñæ Marię per c. cum tibi. cum ibi no. per glo. & doc. de testa. & no. Bar. in repetitione. l. 1. C. de sacrosan. eccle. & in uersic. 3. quæro in relictis ad pias causas ualeat uoluntas captatoria &c. & in l. captatoria. ff. de leg. 1. & ibi etiam Bal. & no. Bar. in l. 1. de leg. 2. & in l. Theopompus. ff. de dõ. preleg. in l. quidam. & in l. utrum. ff. de rebus dubi. & Bal. in repe. c. si pater. de testa. in 6. in materia compendiosæ substitutionis. & Ang. in l. captatorias. ff. de hæred. insti. & ita sum solitus semper tenere: † qa in dispositione ad pias [e] causas nõ attendimus prohibitionẽ iuris ciuilis, sed iuris diuini uel canonici ẽt in terris imperij, per eã quæ habentur in ç. cum esses. & in c. relatum. lo 1. de testa. & no. Bar. in repe. d. l. 1. in ul. q. iunctis no. per doc. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. & uidet̃ esse magis communis opi. licèt quidam aliter dixerint, de qua in dictis locis, quæ disputatio non uidet̃ tñ hic necessaria stantibus alijs quæ s. deducta sunt. ¶ Circa tertiũ dubiũ quo queritur, dato ꝙ ualuerit dicta donatio facta dñę Apollonię quis in dictis bonis donatis plus iuris habeat, an dicta dña Apollonia: an secundus donatarius? Et clarũ est ꝙ dicta prima donataria. s. dña Apollonia potior esse uideat̃, † quia prius traditio sibi facta fuit l. quoties. C. de rei uendi. & l. si aũt §. si duobus. ff. de publi. quod aũt prius fuerit facta traditio d. do. Apollonię, patet tã per dictam reseruationem ususfructus. d. l. quisquis. & l. si quis argentũ. §. sed & si quis. C. de dona. q̃ per constitutũ. l. qđ meo. in prin. cũ ibi not. per doc. ff. de acq. pos. & in c. cũ uenissent. de resti. spo. & ꝙ sufficiat ac preferatur in casu proposito tale consti. * donantis & possidentis actuali traditione primo facta secundo donatario, firmat Io. And. in addi. Spe. in ti. de empt. & uendi. §. sciẽdum. sup uersi. & no. quem cõiter alij sequuntur: & per canoni. in d. cap. cum uenissent. & per Bald. in rub. C. de contrah. emp. in 11. q. & fuit decisio. Guid. Suz. in d. l. fi. C. de sa. sanc. eccl. & in d. l. quoties. ¶ Alex. Paduæ iura ciuilia legens.

ADDI-

ADDITIONES.

* Circa primum.] Super hac eadem facti specie consultus respondit Soci. vt patet eius consil. 52. lib. 1. Et in materia vide Alexand. consil. 78. lib. 4. Ferrat. caut. 30. & Ruin. consil. 71. lib. 2. & not. consil. 51. per totum lib. 1. & ibidem consil. seq. Soc. consil. 232. lib. 2. Rui. consil. 125. lib. 1. Natta.

a ¶ Inter viuos. Adde Alex. consil. 78. col. 1. libro 4. Bald. l. 1. in fin. C. si quid in frau. pa. Steph. Ber. consi. 366. col. fi. lib. 2. consi. 9. Multa sunt. lib. 3. Franc. Aretinus consilio 74. col. 2. Soc. consil. 53. consilio 137. lib. 1. Ias. consil. 5. & 6. libr. 3. consi. 169. col. fi. lib. 4. vide de hac materia per Alexan. & Ias. in l. quæ dotis. ff. solu. matri. quòd si libet videre casus & consilia vbi deciditur esse donationem causa mortis, vi. Rom. consil. 229. pro declaratione consil. 513. in casu proposito. Alexan. in eo. li. consi. 81. Corn. consil. 124. consil. 259. col. 3. consilio 289. litera r. lib. 4. Franc. Ripa in tract. de peste, folio 31. versi. 16. plenè dixi super consue. Pari. §. 96.

* Volens vos remunerare.] Remuneratio conuenit etiam donationi causa mortis. l. nec adiecit. ff. pro socio. l. idemque. §. fi. ff. mandati. Et vbi actum est, quòd donatio non valeat, præmoriente donatario, est donatio causa mortis. l. Seia. in princ. ad quam Pau. Cast. ff. de don. cau. mor. Reseruatio autem vsusfructus operatur donationem inter viuos; Bal. consil. 107. lib. 2. quem vide. Natta.

b ¶ Simpliciter. imo quia bene merita non erant expressa nisi in genere, velut ex communi stylo ideo nihil operantur vt consul. Soc. consil. 295. lib. 2. licèt eum male reprehendant Deci. consil. 20. & in l. si donatione. C. de col. colum. 2.

* Quia adiectio talis videtur in dubio.] Sequitur in no. casu Dec. vbi confirmat, consil. 216. colum. pen. & Oldradum sequitur Alex. consi. 40. col. 3. lib. 4. & dicit Ias. col. 2. ff. de cond. ob caus. quòd donatio facta ob seruitia, valet etiam si de seruitijs non constet. Natta.

* Contra illam donationem.] Vide Areti. consil. 74. dub. 2. Ias. ad l. nõ omnis. ff. si certum peta. & notabiliter Dec. consil. 305. Alexan. consil. 7. dub. 2. lib. 6. Ias. plenè consi. 6. lib. 3. & consil. 5. eod. lib. Natta.

* Et potest intelligi.] Facit, quia tempus adiectum actui iam perfecto, in separata oratione, intelligitur appositum gratia differendi, non suspendendi actum Bald. ad l. ex his. C. quando dic. longa consuet. ad l. si cui legetur. circa finem. ff. de leg. 1. Natta.

c ¶ Vsusfructus. caue quia loquitur contra casum. l. in seia. in prin. l. ff. de donat. cau. mort. * Reseruatio vsusfructus, & rei traditio, conueniunt donationi causa mortis. l. non omnis. ff. si certum pet. l. Seia. in princ. ad eam Pau. Cast. ff de donat. causa mor. Petr. Anch. consi. 76. Per modum consilij col. 1. Natta.

* Pro dicta domina Apollonia.] Vide hac de re Decium latè consilio 470. Natta.

* Explicando in vita.] Hanc Bartoli sententiam refellit Iaso. consilio 130. lib. 4. Natta.

* Post mortem hæredis non intelligitur grauatus.] Hac de re vide affatim Soc. consi. 133. per totum, lib. 3. & plenè Iasonem idem tenentem consil. 130. col. 3. lib. 4. Natta.

d ¶ Mortis. not. pro consuetudinibus quæ vetant inter viuos dare vltra quartam partem hæreditariorum; vt dixi super consuetu. Parisien. §. 92.

e ¶ Pias. contra fa. no. in l. 2. consi. 210. dixi super consuet. Pari. §. 96.

* In casu proposito tale const.] Idem sequitur Dec. adducens alias auctoritates consil. 226. Magister Ioannes. col. 1. & consil. 247. col. 1. & consi. 432. col. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Plures si percusserint vnum, etiam si non constat cuius ex eis ictu perierit, omnes tenentur de homicidio. & num. 8.*

2 *Conatus sine effectu non punitur secundum statuta & consuetudines.*

3 *Sententia quæ fertur ex præsumptionibus temperari debet.*

4 *Plures quid si in rixa percusserint, aliquem & ignoratur a quo sit occisus.*

5 *Testis deponens per verbum, videtur, non probat.*

6 *Testes in criminalibus debent reddere rationem ẽt non rogati.*

7 *Quasi, dictio, notat impropriet atem, nec statuta intelliguntur de casu improprio.*

9 *Opinio Bart. reprobatur in l. si in rixa. ff. ad legem Cor. de sica.*

10 *Auxilians quis dici non potest, si non constat de principali delinquente.*

11 *Medici dicuntur etiam obstetrices, & cuiuscunque doloris curatores.*

12 *Bannum & publicatio bonorũ non extenditur ad post quæsita.*

EPITOME.

TENET istum inquisitum non posse condemnari de homicidio etiam si constet ꝙ animo occidendi venerit & cum alijs percusserit, ex quo non constat ꝙ vulnus illud mortale inflixerit stantibus statutis quæ non imponunt pœnam nisi occidenti. in quo (meo iudicio) malè dicit inquantùm loquitur quando cõstat de animo occidendi.

CONSILIVM XV.

Viso processu. inquisitionis formatæ per potestatem Parmæ contra & aduersus Ioãnem Mariam, a Io. de Col. de pluribus vulneribus illatis per dictum inquisitum, & nonnullos alios in personã b Mariani de Gasis quibus omnibus vnus alteri & alter alteri auxiliũ opem & fauorẽ inuicẽ præstiterunt super dicto maleficio assistendo ex quibus oĩbus vulnerib. d. Marianus mortuus fuit: prout plenius in dicta inquisitione continetur. & visis attestationibus testiũ per curiã receptorum. & visa specifica depositione duorũ medicorũ attestantiũ in effectu ꝙ excepto vno vulnere magno illato super capite d. Mariani & penetrato vsq; ad cerebrũ alia vulnera non erant letalia, & dicũt quod illud magnũ vulnus super capite illatũ tanq̃ letale fuit illud solũ, ex quo Marianus fuit mortuus, & q̃ dab alijs vulneribus bene & faciliter fuisset liberatus prout plenè continet̃ in scriptura dictarũ attestationum: & neq; ex forma inquisitionis neque ex attestationibus patet clarè quis fuerit ille qui dictũ mortale vulnus sup suũ caput intulerit. ¶ Vnde quæritur, posito ꝙ verè vel fictè d. Io. Maria. intulerit aliquod aliud vulnus ex vulneribus illatis in personã d. Mariani: & qđ præstiterit auxilium: vtrũ possit condemnari capitaliter tã quam homicida? & vr̃ prima cõsideratione dicendum ꝙ sic. Primò. per tex. in l. itẽ Mela. §. si plures. & l. ita vulneratus. §.

1 ideq; est. ff. ad le. aqui. † vbi si plures pcusserint hoĩem; adeò ꝙ mortuus est, si nõ constat cuius ictu perierit, oẽs tenent̃ de homicidio. simile habetis in l. 1. §. fi. cũ l. seq. ff. de his qui deiece. vel effu. hoc expressè vr̃ velle gl. ff. de sica. l. si rixa. hoc idẽ vr̃ esse de mente Bar. in d. l. si rixa. in distinctione sua inquantùm voluit quod qñ primò ab vno illatum fuit vulnus mortale & posito qđ constaret quis intulerit illud, si tñ post illud per aliũ illata sint alia vulnera quæ per se non fuissent letalia in hoĩe prius non vulnerato: tñ casu quo illata sunt post aliquod vulnus letale, teneãtur ẽt de occisione illi qui talia vulnera nõ letalia intulerunt. allegat. l. qua actione §. si quis seruum ęgrotũ. ff. ad l. aquil. & d. l. ita vulneratus, iuxta principiũ. sed vt ex inspectione inquisitionis apparet post illatũ vulnus per vnũ ex socijs dicti Io. Mariæ super capite d. Mariani cũ vna arma & maxima sanguinis effusio fuit adhuc vulneratus letaliter, & p ipsos oẽs multis percussionibus tã super capite quam super pectore & flanchis. & licèt dicti testes medici videantur deponere (vt dixi) excepto illo vulnere illato super capite cũ maxima sanguinis effusione, alia vulnera nõ fuerunt letalia: attamen secundũ Bar quamuis nõ essent letalia, si tñ illata fuissent ante dictum vulnus letale facerent vulnerantes teneri de occiso per iura præallegata. ¶ Fortius dicit quod & si vulnera non letalia prius fuerũt illata per aliquos, & postea per alium fuit vulnus letale illatum: quamuis teneatur solum de occiso ille, qui vulnus letale intulit per dictam. le. si in rixa. & per d. l. ita vulneratus. & per d. §. item si plures: tñ illi qui intulerunt vulnera non letalia potuerunt puniri tanquam præstantes auxilium homicidio, assistendo ad homicidium committendum per illum qui postea vulnus letale intulit. l. in actione. §. ope. ff. de fur. & Baldus in l. qui seruo. §. fi. ff. de furt. & Bal. in l. non ideo minus. in antepe. q. in versi. sed iuxta hoc venit quomodo &c. C. de acc. & p Ange. in l. reos. in prin. ff. de duo. re. & in d. l. si in rixa. & eadem videtur pœna præstantis auxilium tali delicto, quæ est ipsius principaliter delinquentis. l. nihil. ff. de sica. l. 1. & ibi Bal. C. de crimi. pecu. l. is cuius opẽ. de adul. & in cle. 1. & ibi not. de offi. delega. & no. Bar. Ang. in l. is qui opẽ. ff. de fur. & Cy. & clarè Bald. & Angel. in l. 1. C. de nili agge. non rum. & Ioan. Andr. in c. dilectus. ff. de pen. cum si. ergo cum formata sit inquisitio etiam de auxilio præstito maleficio assistendo debet posse Ioan. Maria puniri eadem pena qua veniret puniendus ille, qui intulit vulnus letale. ¶ Subdit etiam Bart. in d. l. in rixa, quòd etiam vbi non potest apparere quis intulerit illam percus-

percussionem letalem, tñ constat quod oẽs percusserunt; & non apparet quis primò percusserit, & quis post, & sic nõ apparet an vulnera non letalia illata fuerunt ante vel post pcussionem factã ab illo, qui letaliter vulnerauit, punientur oẽs vt homicidæ, quia præsumuntur oẽs simul vulnerasse: sicut alibi qñ non apparet quis primò decesserit, & quis postea, præsumuntur oẽs simul perijsse. l. cũ hic status. de dona. inter vi. & vxo. & in l. si fuerit. ff. de reb. dub. & ideo oẽs teneantur per d. l. itẽ Mela. §. sed si plures seruum. & §. si plures & Bart. Bal. & Ang. in d. l. ita vulneratus in fine. ¶ Facit quod no. Dy. in reg. in obscuris. in fi. de reg. iu. lib. 6. & qđ not. doc. in l. qm̃ multa. C. ad le. Iul. de vi. & bonus tex. 23. q. 8. si quatuor. & in ca. significasti. el 2. de homicidio. & bona glo. in ca. cupientes. §. cæterùm. in verbo culpabiles. de elec. in 6. & quod no. Spec. tit. de homici. §. 1. versic. sed pone 4. ex quibus oĩbus videtur ꝙ ex pluribus capitibus veniat concludendum, d. Io. Mariã esse puniendum vt homicidam capitaliter. ¶ Sed præmissis non obstantibus puto in casu nr̃o contrariam sñiam esse de iure veriorem. ad quod ostendẽdum præsuppono ꝙ licèt de iure cõi vulnerans cum gladio seu instrumento apto ad occidendum teneatur pro homicidio; quãuis vulneratus non moriatur. l. si quis cum telo. C. ad l. Corn. de sic. & l. 1. §. diuus

2 Adrianus. eo. tit. tamen attenta dispositione † statutorum, [b]

b quæ cõiter vigent per Italiam quæ solam pœnam capitalem imponunt ei qui occiderit, non intelligitur talis pœna imposita ei q vulnerauit, si effectualiter non sequatur homicidiũ: vt probat Bar. in præallegato. * §. diuus, & in d. l. si in rixa. & probatur in l. si certus sit percussor. §. fi. cũ l. seq. ff. ad Sylla. & illum text. ad hoc ibi ponderauit Bald. in l. 1. §. hæc verba. & ibi etiã no. Ang. ff. quod quisq; iur. no. Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. inf. & Bal. in l. si quis non dicã rapere. C. de episco. & cler. & in c. 1. §. iniuria. de pace iur. firman. & in l. datã. C. qui accu. & in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. & dicit Spec. in tit. de accu. §. 1. versi. sed quid si primò. &c. qđ de consuetudine non seruatur, vt puniatur pœna capitali homicida nisi effectualiter occiderit: nec sufficit vulnerasse animo occidendi. [c] Et ẽt ita refert tenuisse Cyn. in d. l. is qui cum telo. in 3. oppo. & Bar. in d. l. diuus. & Ang. in d. l. 1. hæc verba. ¶ Hoc præmisso, dico d. Io. Mariam non esse condemnandum vt homicidã pœna capitali: quia vbi agitur de pœna criminaliter imponenda & plures fuerunt percussores, ictus vnuscuiusque percutientis contemplari oportet: ita propriè habetis in d. l. si in rixa, quæ propriè loquitur qñ agitur de pœna criminali ter imponenda: vt patet ex titulo sub quo situata est. l. imperatores. ff. de in diem addi. l. fi. & ibi not. in princip. ff. de cõdi. indebi. & sic attendi debet qualitas ipsius percussionis: vt si ex illa percussione sit mortuus debet percutiens puniri pœna homicidij: Si verò non sit mortuus ex illa pcussione non letali, sed ex alia letali, non debeat de occiso puniri ille qui non lethaliter percussit. ¶ Secundò, quia vbi agitur de pœna criminali saltem capitali probationes debeant esse liquidissimæ. l. sciant. C. de proba. & l. qui sñiam. C. de pœnis. Vnde ex præsumptionibus non est damnandus, sed potius absoluẽdus si probatio est dubia. l. absentem. ff. de pœnis. vnde vbi ex attestationibus seu probationibus rei redditur dubia probatio accusatoris seu iudicis inquirẽtis, non dẽt reus damnari: vt no. declarat Bar. & alij in l. non solũ. §. sed vt probari. circa prin. ff. de noui ope. nun. & no. Bal. in l. j. C. an seruus ex suo facto. & Salic. in l. matrem. C. de probatio. circa 4. col. & in c. auditis, circa vltim. chartam de præsum. sed ita est ꝙ ex probationibus factis præsertim per dictos medicos non potest negari quin reddatur dubia intentio curiæ inquirentis, quia illi deponunt ꝙ solum vulnus illatum super capite cum vno rõchono, prout comprehendi poterat, fuerat letale, & alia vulnera non: & non apparet ẽt ex forma inquisitionis vel per aliquã probationem veram vel fictã quod dictum vulnus letale fuerit illatum ꝑ dictum Io. Mariam super capite. imò ex inquisitione videtur potius, comprehendi ꝙ illud vulnus fuit illatũ per vnũ ex socijs Io. Mariæ ergo condemnari non põt saltem capitaliter de homicidio Io. Maria. ¶ Tertiò per id quod dixit singulariter Inno. & Host. in c. quia verosimile. de presumptio. Bal. in l. fin. in vlti. col. de probatio. & doct. maximè dñs Abbas in c. 2. de præsumptio. & Anto. de Butr. in ca. quanto, de præsump. Ludo. de Roma. in l. 1. §. si quis in vil. ff. ad Syll.

3 vbi voluit † ꝙ qñ iudex procedit in criminalibus ex præsum-

d ptionib. [d] quamuis tales præsumptiones tanquam euidentes sufficerent ad condemnandum in causa ciuili; tñ in pœnis criminalibus dẽt se abstinere & non ita procedere ad condemnandum: & si condemnet dẽt modicè cõdemnare. hoc probatur in d. c. afferte. vbi iudex ex illa præsumptione violenta bene non condemnauit mulierem ad restitutionem filij matri suæ; tñ noluit illam mulierẽ condemnare ad mortem, ad quã iustissimè fuisset cõdemnanda si legitimè fuisset probatum ꝯ eam ꝙ filium alterius surripuisset, iuxta. l. qm̃ & l. fi. C. ad l. flau. de pla. & l. 1. & pe. ff. eo. tit. sed ita est quod neque ex forma inquisitionis neque ex forma probationis clarè comprehenditur quod d. Io. Maria letaliter vulnerauerit Marianum stante hoc qđ unum tm̃ uulnus fuit letale, scilicet illud quod fuit illatũ super capite, ut fuit probatum, & non apparet ꝙ tale uulnus fuerit illatum ꝑ Io. Mariam, imò potius per alium (ut dixi) ergo si aliquo modo dici potest qđ ex percussione uel percussionibus illatis per Io. Mariã decesserit Marianus. hoc resultare non potest nisi aliqua præsumptione iuris seu uiolentia, prout etiam loquitur tex. in d. ca. afferte. ubi ẽt loquitur in præsumptione uiolenta, i. quæ mouet iudicem ad condemnandũ, ut ibi no. glo. & doct. ¶ Quia præsuppono qđ uiolenta dr̃ esse præsumptio iuris: ut not. Cyn. in l. siue possidetis. C. de proba. & Specu. in titu. de præsump. §. species uersic. uiolenta. & doc. in c. is qui. de sponsal. & in d. c. qñ. de præsum. Quartò moueor, quia quæstio nostra deciditur per Alb. de Gandino in suo tractatu maleficiorum sub rubrica de homicidio: in rubrica quæ tractat † utrum si plures [e] percusse-

4

e rint aliquem qui inde moriatur, tñ ignoratur ex quo uulnere ille sit mortuus: ut quia non habebat nisi unum uulnus letale, an debeant oẽs mori, an solùm teneantur de uulnere: Et primò arguit ꝙ oẽs debeant mori, per dictam regulam. d. l. item Mela. §. sed si plures. & per dicta l. ita vulneratus. & l. si plures. ff. de admini. tu. & per not. per gloss. in dicta l. si in rixa, & quia in dubijs non debemus recedere à uerbis edicti. l. prospexit. ff. qui & à quibus. l. prima §. si is qui nauem. ff. de exercito. sed dicit qđ contrarium tenuit dñs Albertus Papiẽsis: & ita dicit tenere communiter oẽs doctores modernos, s. ꝙ nullo modo damnentur ad mortẽ: quia in maleficijs probationes debent esse luce clariores, ut dixi: & in criminalibus non debemus uti mendicatis suffragijs. l. singuli. C. de acc. Et quia pœna non debet egredi ultra quam reperiatur delictum esse commissum. l. sancimus. C. de pœnis. & principaliter per dictam, l. si in rixa. ubi dicitur ictus unuscuiusq; cõtemplari oportet, &c. Vnde si unus occidit titium cum forcato, alter cum paruo gladio, & non apparet cuius ictu perierit, si dicimus omnes ut homicidæ capitaliter teneri in tantũ puniretur ille qui modicum uulnus intulisset, quantum ille qui intulit uulnus lethale, quod esset iniquum & durum, & in tali dubio impossibile esset omnes insolidum occidisse, unde cũ deficiat probatio quòad hoc quis eorum occiderit, neuter de occiso debet ad mortem damnari. argu. l. scientiam. §. cum stramenta. ff. ad l. aquil. & l. duo sunt titij. ff de test. tute. & respondet ad no. per glo. in d. l. si in rixa. inquantùm dicit quod ubi non constat cuius ictu perierit, quod oẽs teneãtur: & quod quilibet præsumatur occidisse: quod istud non põt procedere in criminalibus pœnis quia neuter ex præsumptionibus damnandus est d. l. absentem. Fallit in duobus casibus ibi not. in glo. & cum non appareat cuius ictu perierit, pœna potius est mollienda. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pœn. & dum glo. in d. l. si in rixa. dicit quod oẽs tenentur subaudi secundum quod iudici uidebitur non aũt quod debeant mori. Respondet etiam ad d. l. item Mela. §. sed si plures. & ad d. l. ita uulneratus. quæ loquuntur quando agitur l. aquilia ciuiliter pro damno dato ex præsumptione habita contra eos qlibet insolidum damnetur. Sed aliud est vbi criminaliter agitur. Et differunt ciuile & criminale. insti. de pub. iud. in princ. ex quibus contra eos non debent ad mortẽ condemnari. tamen ne delicta remaneant impunita cum constat eos deliquisse, debent aliqua pœna puniri. d. l. ita uulneratus. & l. licitatio. §. quòd illicitè. ff. de pub. & l. si à reo. §. fi. ff. de fidei. & refert quod hæc quæstio fuit de facto Parmæ ubi in tali casu potestas condemnauit de consilio sapientum tales delinquentes in pœnam pecuniariam. dicit tamen quod ubi apparet eos habuis-

habuisse animum occidendi, &c.tunc uerùm est scilicet vbi
esset seruandum ius commune, quod quilibet ēt pro vulne-
re non letali teneretur ac si occidisset. d.l.is qui cum telo. &
in d.§. diuus. tamen hoc non debet attendi stante statuto &
consuetudine Italiæ vt dixi supra. Si ergo videmus esse cōclu
sum quod vbi non constat quis intulerit illud vulnus letale,
non debeat teneri de homicido, tantò magis in casu nostro in
quo ex inquisitionis inspectione dictorum attestantium po-
tius videat̃ apparere quod vnus ex socijs dicti Io. Mariæ fuit
qui intulit dictum vulnus super capite, quod (vt dicunt me-
dici) solum erat mortale, quo casu alij teneantur de vulnera-
to, non de homicidio, vt probatur in d.l.item Mela. §. sed si
plures. ibi dum text. dicit & sic quidem apparet cuius ictu
perierit, &c.& hoc etiam expresse no.Bal.ibi & Host. in sum
* ma in titulo de homicidio. * §. qua pœna. versi. sed quid si in
rixa, & Archi.in 23.q.vlt.ca.si quatuor. bene facit l. huic scri
pturæ.§.si seruus.cum se.ff.ad l.aquil.& est de mente glo. in
c.significasti.el 2.in versi.discerni.de homicidio.& not.Inn.
in c.si aliquis in glo.mag.ad fi.eo.tit. ¶ Quintò moueor quia
hoc præcise firmat Ol.in d.l.si in rixa. vt ibi dixi, ꝙ illud qđ
firmat glo.ꝙ omnes tenentur quando plures percussissent, &
non potest appare cuius ictu perierit percussus seu quis causa
occidendi percusserit, & quis non, attento ꝙ de iure commu
ni idem operatur illatio vulneris animo occidendi, qđ ope-
ratur occisio (vt dixi) debet intelligi secundum Oldr.ꝙ om-
nes teneantur. scilicet pecuniariter tm̃, & dicit quod ita dixe
runt omnes doc. Bononiæ legentes.& ꝙ non obstat.l.itē Me-
la.§.sed si plures. quoniam loquitur quando ciuiliter agitur.
¶ Et hæc verba refert & sequitur Pet.de Ancha.in consil.suo.
216.incip. Nos Bartholomæus de Sali. vbi approbat Petr.de
Ancha.& dicunt ꝙ hoc innuit tex.in d.l.si in rixa.quę loqui
tur quando plures percusserunt. & tunc non dicunt omnes.
l.Cornelia teneri, & frustra diceret text. vulnus cuiusque de-
bere contemplari si omnes vulnerantes eadem pœna. l. Cor-
neliæ tenerentur.& illud consilium Petr.de Anchar. pariter
comprobatur per Bar.de Sal.& Gasparem de Calde. ¶ Sextò
moueor, quia si curia inquirens dicit non plenè constare qđ
vulnus mortale de quo deponunt medici fuerit illatum ab
vno ex socijs d. Io.Mariæ attento quod medici deponunt qđ
vulnus mortale fuit illud magnum vulnus quòd illatum fuit
super capite cum fractura cranei vsque ad cerebrum & in in-
quisitione dicitur postquam Io.Maria vulnerauit Marianum
vna percussione in pectore cum magna sanguinis effusione
incontinenti vnus ex socij dicti Io. Mariæ percussit dictum
Marianum super capite cum vno ronchono vna percussione
cum sanguinis effusione: & demum per omnes ipsos percus-
sus fuit & vulneratus lethaliter multis alijs percussionibus
tam super capite q̃ in pectore & in flanchis cum sanguinis ef
fusione: & medici etiam deponunt ꝙ in capite habebat tria
vulnera: ergo cum plura fuerint illata vulnera in capite, de
quibus omnibus prædicti sunt inquisiti etiam: præterea vul-
nus de quo in inquisitiene dicitur specificè fuisse illatum ab
vno ex socijs dicti Io.Mariæ super capite cum magna sangui
nis effusione. Sequitur ꝙ dicta pluralitas vulnerum super ca-
pite pariat dictam incertitudinē: quomodo ergo potest dici
ꝙ vulnus qđ in inquisitione specificè dicitur fuisse illatū su-
per capite ab vno ex socijs prædictis Ioan. Mariæ fuerit prędi
ctum vulnus lethale, de quo deponunt medici ꝙ nullum a-
liud ex alijs vulneribus super capite illatis fuerit lethale vul
nus de quo deponūt medici. l.ita fideius.ff.de iure fisc.l.si fue
rit.ff.de reb.du.l.si quis seruum. §. si ita.ff.de le.2. ¶ Et non
sunt duo testes qui deponunt quòd illud vulnus letale fuit
illatū cum ronchono, sed vnus solus, scilicet frater S. Iacobis
de Bertholotis.& ille etiam non deponit hoc concludenter,
sed dicit simpliciter ꝙ videbatur illatum cum vno roncho-
5 no † quo casu testis in ciuilibus deponens per verbum vide-
tur, non probat: vt no.Bar.in l.quid tamen.§.si arbiter.ff.de
arb.& in suo tractatu de teste. circa 2.chartam.& Io.Andr.in
addi.Spe.in tit.de teste.§.nunc tractandum.in addi. inci. hic
ergo regulariter.& Bal.in l.de quibus.ff.de le.in 20.col.vers.
sed quid si testis.dicit videri & Ang. in repe.l.sciendum. de
6 verb. ob.in 2.col.præsertim † cum testibus in criminali non
credatur, qn̄ etiam non interrogati non reddunt sufficientē
causam dicti sui: vt signanter tradidit Sali.in l.fi. C.de prob.

& in inquisitionem etiam dicitur quod oēs inquisiti erant ēt
armati spatis lanceis & ronchonis, adhuc habet Io. Maria in-
tentionem suā fundatam ex isto capite, quia sumus in casu in
quo non constat quis intulerit illud vulnus letale: quo casu
Dy. consuluit ꝙ posito ꝙ de iure punirentur tn̄ per hoc non
habet locum in statutis, id est vbi tractatur de imponenda pę
na ex forma statutorum: quia tex.in d.l.item Mela. dicit ꝙ si
non apparet cuius ictu perierit, omnes quasi occiderint tene
7 ri. † Nā dictio quasi ibi posita notat improprietatem. l. si cū
dotem.§.fi.ff.sol.ma.& ibi no.in l.posthumorum. ff.de iniu.
test.& statuta non intelliguntur de casu improprio.l.1.§.si is
qui nauem.ff.de exerci.l.3.§.hæc uerba.ff.de neg.ge. c.in no-
stra.de iniu.& no.Bar.in l.1.& in l.liber homo. ff. de verbo.
obl.signāter.& in l.apud Iulianum. §.fi.ff.ex qui.cau.in poss.
ea.& Bal.& Ang.in l.more.ff.de acq.hær.cum multis suis cō
cor.& licet Bar.in d.l.si in rixa. non sit cum opi.Dyn. uolens
ꝙ illa dictio quasi, posita in d. § sed si plures. sit ueritatis ex-
pressiua, sicut stat in primo responso illius.§.dum ibi dixit, ꝙ
si quidē apparet ex cuius ictu perierit, illum quasi occiderit,
teneri. quæ responsio cū supportatione uidetur fuisse satis
fragilis quia dictio quasi, secundum subiectā & practicatam
materiam ponitur, modò tāquam ueritatis expressiua, & mo-
dò tanquam uerè denotans similitudinem. l.Lucius. la 1. Et
ibi glo.in uersi.inter esse.ff.de admi.tut.l.ait prætor. §. item
ei qui.ff.ex quibus cau. maio.l.si quis cum à fideicommis. &
ibi not, ff.de condi.indebi.c.parochianos.& ibi not.Io.And.
de deci.& 2.dist.in c.quædam ēt.& ibi no.Archi. quod idem
importat qđ dictio tanquam, quæ tn̄ est nota improprietatis.
l.pecuniam.ff.si cert.peta.l.iubemus.§.sanè.el 1.C.de sacro-
san.eccl.& not.Bart.in l.1. in fin.principij.ff.de offi.eius cui
man.est iu.& Bal.in l.apud antiquos.C.de fur.licet aliquādo
sit expressiua ueritatis. c.solitæ. & ibi glo. de maio.& obe.in
uersi. tanquam.c.1.& ibi no.Archi.de homi.lib.6.l.1. & ibi
no.in princ.ff.de hære. insti.& qđ dictio quasi, pōt in una &
eadē. l.uel. §. stare propriè & impropriè secūdum subiectam
materiam, est ēt tex.cū gl.in l.si pater.§.qui duos. ff.de adop.
quæ incipit hæc tria. Vnde licet iurisconsultus in d.§.sed si
plures, ratione subiectæ materiæ accipiat in prima parte di-
ctionē quasi, vt veritatis expressiuam: qa aliter accipi non pōt
cū verum sit vnum occidisse. &c. ibi, cuius ictu vulneratum
perijsse: tn̄ non est eadem ratio ꝙ in sequenti responso acci-
piatur pro dictione veritatis expressiua: quia si non apparet
cuius ictu perierit, non videtur dici posse ꝙ verè oēs occide-
runt, saltem in casu nostro quando apparet quod tm̃ vnum
erat vulnus letale per dictam. l.si in rixa. inducendo vt dixi:
& sic posito, ꝙ quando non constat ꝙ vnum vulnus tantùm
erat mortale, non posset stare ꝙ omnes viderentur occidisse;
& sic seruetur intellectus in d.§.sed si plures, & quòd ibi etiā
in 2. responso dictio quasi, sit veritatis expressiua. & sic ille
casus habet locum in casu nostro quando constat quod vnū
tantum erat vulnus letale: quia tunc omnes non dicerentur
verè occidisse per d. l. si in rixa. & hoc casu optimè procedit
decisio noua Dyn. ¶ Ex his ergo apparet ex sufficienti partiū
& casuum enumeratione dictum Ioan. Mariam nō posse ad
mortem condemnari, vt dixi. & quamuis ex his apparet re-
sponsio ad allegata in contrarium, tamen specialiter respon-
8 deo. & primò † non ob.d.l.item Mela. §. sed si plures. & di-
cta.l.ita vulneratus.cum concordantijs: quia respondeo pri-
mò quòd ille text. & similes loquuntur quando agitur ciui-
liter: quia aliud est quando criminaliter agitur vt in casu no-
stro, quia tunc requiruntur probationes luce meridiana cla-
riores, & saltem quia agitur de imponenda pœna capitis, vt
multis authoritatibus suprà comprobaui. & ita ad dictum
§.sed si plures.& ad dictam l.1.§.fi.cum se.ff.de his qui deie.
vel effu. respondet vltra doctores superius allegatos Albe. de
Ro. in tertia parte statutorum.q.62.incipien. Item quæritur
quando erant in domo vna, &c. ¶ Secundò respondeo quòd
aut tenemus quòd uulnus illud unicum mortale fuit illatū
à socio Ioannis Mariæ magis quàm à Ioan. Maria uel ab alio,
& tunc respondeo quod tex. in d.§. sed si plures. nō loquitur
quando constat unum tantum fuisse illatum uulnus morta-
le, quo casu nō teneantur capitaliter de occiso: ut firmat Old.
& multi alij quos suprà allegaui. ¶ Vel etiam respondeo
quod ille text. non militat in pœnis quę imponuntur uigore
statuto-

statutorum: quia posito quòd omnes videantur occidisse: il-
lud enim est impropriè, quæ in proprietates non habent lo-
cum in statutis, vt proximè dixi circa sextum fundamentum,
secundum Dyn. Et per hoc etiam fuit responsum ad not. per
glos. in d. l. si in rixa. ad quam etiam fuit responsum in quar-
to fundamento. ¶ Ex his modis patet esse responsum ad cap.
si quatuor. 23. quæstio. vlti. & ad cap. significasti, de homici-
dio. el 2. nam ibi non apparebat quòd vnius ictu perierit, id
est, non apparebat quòd vnum solum vulnus fuisset morta-
le prout hic. ¶ Item, ibi non agitur de pœna capitaliter impo-
nenda, sed de pœna irregularitatis: tamen tutior via est ibi eli
genda, scilicet quod tanquam irregularis non puniatur, aliàs
9 puniatur: vt ibi per do. ¶ † Non obst. notata per Barto. in d.
l. si in rixa. in quantum dicit quod si primò fuit ab vno illa-
tum vulnus mortale, & postea ab alijs illata fuerint alia vul-
nera, quòd quilibet tenetur de homicidio: per dictam l. qua
accusatione. §. si quis seruum ægrotum. & per d. l. ita vulne-
ratus, in princip. quia illi tex. loquuntur quò ad actionem l.
Aquil. & sic quando agitur ciuiliter: quo casu illud est & ex
præsumptionibus potest quis damnari vt dictum est. & opin.
Bart. confunditur per d. l. si in rixa. qui indistinctè vult ictus
cuiusque contemplandos. denique iura illa non dicunt quòd
vulnera secundo loco illata non essent letalia in illo homine:
tamen tutior est prima responsio. ¶ Potest etiam dici quòd
stantibus his quæ dixi in sexto fundamento, non apparet suf-
ficienter quòd vulnus mortale fuerit prius illatũ quàm alia
vulnera. ¶ Et si tunc dicatur quòd quando non apparet an
vulnus mortale præcesserit vel secutum fuerit; nihilominus
secundum Barto. in d. l. si in rixa, omnes tenentur sicut retu-
li suprà in primo responso; posito quòd Barto. dicat omnes
teneri, non tamen dicit de occiso teneri, & sic capitaliter. &
si etiam intentio & mens Bart. ita fuisset, contra eum faciunt
omnes decisiones & authoritates quas suprà allegaui in fun-
damentis deductis pro ista parte & in responsionibus suprà
traditis. Item est contra. d. l. si in rixa. & Bartol. profectò in
hoc casu videtur cum supportatione multum fragiliter lo-
cutus cum se fundet in iuribus loquentibus in præsumptio-
nibus in dicta materia vbi non agitur ad crimen seu ad pœ-
nam criminaliter seu capitaliter imponendam. l. si inter vi-
rum. & l. sed & in illo. ff. de rebus dub. non autem loquun-
tur in pœnis capitalibus, quo casu in dubio semper potius
fit interpretatio & præsumptio in mitiorem partem, vt est
dictum. ¶ Non obstat quòd saltem auxilij præstiti assistendo
debeant puniri esto quòd vulnus letale non intulerint, per
notata per Barto. in dicta l. si in rixa. cum concordantijs. quia
primò respondeo quòd non est formata inquisitio nisi con-
tra socios Ioan. Mariæ de eorum auxilio præstito de vulnere
illato per Ioan. Mariam in pectore dicti Mariani: non autem
de auxilio præstito per Ioan. Mariam alijs vulneribus illatis
per alios vt clarè ex inquisitione apparet. ¶ Secundò respon-
deo, quòd non apparet sufficienter quis fuerit ille qui vul-
nus illud intulit: stante quòd de iure verum est tanquam
principalem vnum solum teneri de homicidio quando con-
staret quis fuerit ille qui letale vulnus intulit, & alij non te-
nerentur de homicidio vt principales si vnum tantum est vul-
nus mortale per dictam l. si in rixa. vt probaui non potest isto
* casu puniri aliquis prædictorum de auxilio si non constat
quis fuerit principalis * scilicet ille qui occidit siue quis vul-
10 nus letale intulit. † quia incertitudo principalis vitiat in ac-
cessorio. Ita concludit Pet. de Ancha. in d. consil. 116. ad fin.
consilij in quo (vt dixi) interuenit assensus Barthol. de Sali.
& Gasparis de Cal de. allegat not. per Barto. in l. si is qui rem.
§. si tu Titium de furt. per illum textum. & ibidem apertè est
de mente Tancredi de Corne. in compendiosa sua in rubr. 9.
quæstio. incipiente quæritur hic duo vel tres accesserunt, &c.
Non obstant suprà not. per Specu. in titu. de homicidio. §. 1.
ver. sed pone. quia respondeo quòd illa decisio non potest
adaptari ad casum nostrum. ¶ Bene facit quod not. Salic. in l.
1. C. de raptu virg. in 10. colum. in ver. quæro successiuè. an si
quis opem præstans, &c. quia verba statuti punientis possunt
esse concepta adeò in personam quod non comprehendant
præstantes opem per notata per Barto. in l. nihil. ff. ad legem
Corn. de sicarijs. & in l. is qui opem. de furtis. sed quia ver-
ba statuti non habeo, non insistam circa hanc vltimam re-
sponsionem quòd capitaliter puniatur ex animo percutiens
occidendi non letaliter, quia de consuetudine & de iure mu-
h nicipali est quòd vulnerans animo occidendi si nõ occidat, h
non puniatur pœna capitali vt in primo proposito fuit osten
sum. & quia dictum est esse probatum per duos testes peri-
tos & iuratos vnum tantum fuisse vulnus letale, dico suffi-
ciẽter probationem illam factam fuisse per duos testes. §. quæ
autem, in authen. de non alie. l. comparationes. C. de fide in-
strum. capit. quoniam contra. de probat. not. Barto. & alij in
procemio Digestorum. & Bart. in l. quoties. C. de pondera. li-
bro 10. & in l. 1. §. fin. de verbo. oblig. & in l. 1. in princip. de
ven. inspi. & Bald. & Salic. in d. l. comparationes. & canonistæ
in c. proposuisti. de probat. & satis est quòd tales qui habent
super prædicta cognitione deponere quòd sint experti in pre
dictis, vt inquit text. in cap. fin. de frig. & malefi. vel quòd sint
medici. l. quoties. C. de re mili. lib. 12. & cap. significasti. el 2.
de homici. ¶ Et medici in proposito dicuntur illi qui eas egri
tudines de quibus in proposito curare & sanare solent. l. pri-
11 ma post princi. per Bart. ff. de var. & extraor. cog. † vnde me-
dicorum appellatione veniunt etiam obstetrices & qui non
vniuersaliter sed certam partem corporis curare solent, vt do
lores dentium seu auricularum nisi per incantationem cura-
rent, vt ibi dicit text. & no. Bald. in l. 1. C. mand. & sic apparet
non oportere quod sit doctoratus. quod patet etiam ex l. 1. §.
* ne autem. C. de communi ser. manu. vbi serui vtriusq; * sexus
possunt esse medici quod esse non potest si ad hoc vt quis di-
catur medicus requireretur doctoratus, quia cum doctora-
tus sit dignitas. cap. quanto. de magistris. ne aliquid exi. not.
Barto. in prima constitu. in l. ex eo. ff. de testi. & Bald. in l. 1. in
princ. ff. de iusti. & iure. cum simil. serui autem a dignitate re-
pelluntur. l. 1. & fin. C. qui mili. non pos. libro 12. ergo non
12 possunt esse medici. d. §. non autem. ¶ † Postremò à me quæ-
ritur an si dictus Ioan. Maria fuisset capitaliter bannitus cum
publicatione bonorum ob contumaciam & post dictum ban
num obuenerunt sibi denuo alia bona, comprehendantur il-
la in publicatione? & hæc dubitatio stantibus his quæ con-
clusa sunt supra non videtur necessaria: quia si Ioan. Maria
est infra tempus quòd possit post bannum audiri, apparet ꝙ
iudex debet reuocare prædictum bannum & ad pœnæ pecu-
niariæ impositionem procedere. ¶ Tamen dico vnum verbũ
* quòd non veniunt bona post bannum * vel publicationem
quæsita. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. l. is cui. §. 1. ff. de
testa. & pondera Bald. in l. 2. C. eo. tit. & Bar. in l. certa forma.
per illum textum. C. de iure fisci. lib. 10. & Bald. in l. fi. per ibi
not. per glo. C. quæ res pigno. ob. pos. & not. per Bart. in l. 1.
in 1. col. de hære. insti. ¶ Alexander.

ADDITIONES.

a ¶ Mariam. huic consilio subscripsit Aure. Mut. vt in libro 4. consi-
lio 46.

b ¶ Statutorum. aduerte quòd hæc statuta & consuetudines de non
puniendo conatu pœna mortis nisi secutus fuerit effectus, quicquid
hic innuat Alexan. non debent ita iudaicè & ineptè intelligi, vt opor
teat effectum esse secutum manu propria eius qui accusatur. Sed
debent ita intelligi vt oporteat delictum esse consummatum, puta
hominem occisum, quo facto si tres vel quatuor occidendi propo-
sito accesserint etiam si vnus solus gladium eduxerit & occiderit,
omnes pœna mortis tenentur, etiam stantibus dictis statutis & con-
suetudinibus; secus si aggressus euaserit, quia tunc nullus pœna
mortis sed aliter puniendi sunt. & ita obseruamus in hoc Regno.
& generaliter quòd non seruetur. l. is qui cum telo. C. ad legem
Corn. de sicarijs. not. Bald. Salic. ibi Barto. in l. j. §. diuus. ff. eo. Paul.
Alexan. Iaso. l. j. §. fin. in fine. ff. quod quisque iu. Cæpo. consi. crimi.
consilio vlti. Alexan. infra libro 2. consilio 140. numero 2. Cor. consil.
201. lib. j. Felin. trac. de cona. colum. penult. Thom. Gramma. voto. 8.
& consil. 36. quod tamen limitandum est ex circunstantijs agrauan-
tibus & atrocitate facti, vt cum insidiosus percussor non decessit
nisi quia putabat percussum esse mortuum, vel in veneficio, si quis
venenum datum euomuerit. Sed reijciendæ sunt ridiculæ illæ in-
terpretationes Italicorum, qui vsque adeò verbis statutorum suo-
rum hærent vt sensum peruertant, vt Francis. Aret. consilio 126. Vi-
sa consue. Et statutis. colum. fin. num. 9. decidit quòd non tenetur de
homicidio percutiens animo occidendi pugno armato si percussus
ex hoc cadens in terram capite lapidi illiso mortuus sit, quia inquit
non est mortuus ex percussione immediatè nec ex instrumento quo
percutiens occidere volebat, sed ex collisione capitis ad lapidem,
& sequitur Felin. in tracta. de cona. colum. fin. & in capit. de cætero,

de homicid. Hyp. de Marsil. in l. prima nume. 9. quæst. C. ad legem Cornel. de sica. & gloriantur multos hac via liberari posse à morte, quòd est absurdissimum. Sequeretur enim si quis volens occidere, de ponte deiecerit in flumen, etiam morte secuta, non deberet de homicidio damnari in terminis dictorum statutorum. frustrà autem adducunt sententiam Bal. in l. de pecoribus. C. ad legem Aquil. in l. ait prætor. §. quacunque. ff. de iureiuran. & in trac. statu. in versi. pax. quòd statutum vetans concordiam de percussionibus sanguinolentis, non habet locum si impulsus cadens caput illiserit lapidi cum sanguine sequitur Pau. in l. qui domum. ff. loca. quia Bald. ibi non loquitur in eo qui animo occidendi vel mutilandi impulit. & ibi etiã agitur de statuto odiosissimo, quodque nisi interpretatione iuuetur, esset contra legem Dei, nec valet excusatio Steph. Bertran. consi. 169. lib. 3. quòd prædicta procedunt quando agitur de pœna imponenda non secundum dispositionem iuris communis, sed secũdum dispositionem statuti, & in vim statuti tantum, quod non intelligitur nisi in casu vero; quia dico post Bal. in l. j. col. pen. in fi. ff. si cer. pet. ꝙ ratio & mens statuti essentialiter est ipsum statutum, non cortex verborum. Dy. c. fi. de reg. iur. in 6.

* Vt probat Bar. in præal.] Idem tenet Gram. decisi. 2. Natta.

c ¶Occidendi. quod deprehenditur ex genere armorum Bar. in l. j. §. diuus. ff. de sic. & in l. omne delictum. §. qui non militat. de re mil. no. gl. Fel. in c. significasti. de homic. Bal. Hypp. de Mar. l. j. C. ad leg. Cor. de sica. Tho. Gram. consi. 2. consi. 20. nu. 4.

d ¶Præsumptionibus. Adde Ioan. And. ad Spec. de proba. §. fin. ver. 3. Bald. l. sciant. C. de proba. Roma. in l. lege Cornelia. ff. ad Syllania. Dec. l. j. colum. 4. ff. de reb. credi. late Hypp. de Mar. l. j. num. 57. C. ad leg. Cor. de sica.

e ¶Si plures. Adde infrà consil. 14. lib. 3. consil. 46. lib. 3. Albe. in 4. par. stat. q. 61. Angel. in tract. malefic. versi. Andream auxiliatorem. Anch. consil. 216. Pau. consil. 335. Visa & ponderata. lib. 2. Felin. cap. significasti. 2. de homicidio. Ioan. Igne. l. j. §. si quis in villa. ff. ad Sillan. Hyp. de Mar. no. 216. & in l. si in rixa. ff. ad leg. Cor. de sica. Conclude quod si plures accesserunt animo occidendi siue æquè principaliter siue ad auxiliandum vni ex eis ad homicidium deliberatum, & hoc constat, tunc omnes nedum ciuiliter sed etiam criminaliter lege Cornelia tenentur, non distinguendo an omnes vel vnus percusserint, quod verum puto etiam in terminis statuti de quo hic per Alexan. quia satis dicitur occidere, qui per se solum vel simul cum pluribus eo animo vel per alium vel alios occidit vel occidentibus ad homicidium in ipsum perpetrandum auxiliatur, & inde sequitur homicidium, quicquid dicat Alexan. hic. respectu autem eorum de quibus non constat quòd accesserint animo deliberato occidendi, sequere sententiam & distinctionem Alex. hic.

* Et Hosti. in summa in tit. de homici.] Hostiensis eo in loco loquitur quo ad irregularitatem. Et quòd vbi omnes percusserunt, omnes teneantur de homicidio, vult glo. ad l. si rixa. ad quam Bart. & Angel. Idem etiam tenet Angel. ad l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. vn de vi. & Salyc. ibidem latè, vbi respondit Alber. Papi. qui dicebat grauiter in pecunia etiam puniendos. Et ad rationem quòd in dubio fit interpretatio in pœnalibus in mitiorem partem idem tenent Petr. Anch. Salyc. & Gaspar. Calde. in consilio communiter edito, quod est inter consilia Petri Anch. num. 216. qui dicunt, quòd vbi constat, omnes vulnerasse, quanquam nesciatur, quis lethale vulnus inflixerit, omnes homicidij reos esse. Idem censuit Alberi. Rosatæ in 3 parte quæstoi. 61. Idem existimauit Tancred. à Cor. vt colligo ex verbis Alexan. consil. 2. colum. 2. lib. 6. Felin. etiam ad c. significasti. il 2. de homicid. scriptum reliquit, omnes pœna mortis puniri, quando apparet, omnes vulnerasse, licet vnum duntaxat vulnus sit lethale. Et quòd opinio Bar. ad d. l. si in rixa. sit communis contra Alexan. hic, dicit Ange. Areti. in tract. malefic. in glo. in verbo, Et Andream auxiliatorem. in versi. Quid autem si vnus & ca. Idem voluit Archid. 23. q. vlti. quòd quando constat, omnes deliquisse, sed non æqualiter, puta quòd omnes percusserunt, sed vnus tantum occidit, & nescitur quis sit ille, qui occidit, tunc omnes de homicidio teneri, quia ex quo omnes deliquerunt, fit interpretatio contra omnes, nec isto casu locum habet. l. absentem. ff. de pœnis. Et istud fortius vult etiam procedere, etiam si appareret ex cuius ictu decesserit, ex quo voluntas ad actum occidendi processit. Ioan. ab Anania ad d. c. significasti. il 2. de homicid. refert dic. Bart. ad d. l. si in rixa. & ea sequi videtur. Eandem sententiam tenet Dy. ad c. in obscuris in fi. de regu. iur. in 6. & Inno. ad d. c. significasti. quem allegat Barto. ad d. l. si in rixa. Idem censuit Florian. ad d. l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad leg. Aquil. dicens, quòd pluribus simul percutientibus, contemplatur ictus vniuscuiusq; vt certum fieri possit, quis mortem intulerit. d. l. si in rixa. verum si hoc pacto minimè constare possit, in dubio tenentur omnes de homicidio. Facit ad rem quod est à Baldo literis consignatum in com. ad l. ob hæc verba. ff. de his, qui not. infam. qua de re per Alexand. infrà consil. 103. colum. 4. quòd præsumitur contra malè consulentem in dubio, quòd his, cui consuluit, aliàs non esset facturus, ex quo semel constat de actu illicito. Facit, quia si Chirurgi sunt in diuersis opinionibus, an vulneratus perierit ex vulnere, contra percussorem iudicatur; Bald. ad cap. j. quibus mod. feud. amit. Deci. ad cap. proposuit. colum. 5. de probat. opinionem autem Bartoli sequitur Roma. consi. 401. Cuma. consi. 134. colum. 2. sed cum opinione Alexan. hic concord. Dec. ad l. fauorabiliores. ff. de regulis iuris. vbi subdit, quòd in tali incertitudine ad eruendam veritatem poterit torqueri ille, qui est malæ famæ. Hyppol. ad rubri. C. de probat. num. 418. & in consi. 50. colum. 2. Gramma. consil. 4. Opinionem Alexandri hic sequitur Parisi. in suo consilio decisiuo 148. libro 4. & latè Afflict. ad constit. Regni, Terminum vitæ. Et opinionem Dyni approbat Bartholomæus Brixiensis qnæstio. 99. Illud minimè est silentio inuoluendum quòd si nullo modo constet à quibus quis fuerit vulneratus, tunc auctor rixæ vt principalis punitur; Hyppol. sing. 403. Superioribus. Postremò illud etiam est scitu dignum, quod est à Romano literis proditum ad l. j. §. si quis in villa. ad si. ff. ad Syllan. quod si quatuor sint in vno domicilio, de quo proiectus fuit lapis, cuius ictu aliquis sit occisus, omnes sunt torquendi. & si in contrariam sententiam discesserit Hyppo. sing. 217. Natta.

f ¶Quasi supra consi. 2. nu. 4.

g ¶Incertitudo. & hoc quando non apparet nisi de vno vulnere & vnius percussione, nec constat omnès venisse animo delinquendi & sic non apparet omnes deliquisse, sed vnum incertum ex certis, & tunc nullus capitaliter punietur, sed bene ciuiliter omnes, vt per Alber. Bar. in d. l. si in rixa. & in d. l. item Mela. §. j.

* Si non constat quis fuerit prrncipalis.] Vbi non apparet de principali delinquente, non potest quis de auxilio puniri. Contra quod facit, quia punitur furtum, etiam si non appareat cui sit factum; Alexand. consi. 23. lib. 6. Natta.

h ¶Occidat. intellige nec per se nec per eum cui mandat, vel cui ad hoc auxiliatur. vt supra dixi.

* Vbi serui vtriusque.] Seruus medicus. ex quo colligitur, medicina non adnumerari posse ingenuis artibus, & ideo Iuriconsultos præferendos esse medicis. Ex Plinio atque alijs satis notum est nullo in honore olim apud Romanos medendi artem fuisse, & Græcos homines, & seruos medendi artem profiteri solitos. Natta.

* Post bannum.] Hinc inquit Deci. ad l. 3. §. illud ff. quod quisque iuris. quòd ius adeundi competit ei, cuius bona sunt confiscata, nec transfertur in fiscum. & vide Alexand. ad l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulga. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statuta siue in rem siue in personam, non egrediuntur loca sua.*
2 *Mobilia censentur in loco vbi mansura sunt.*
3 *Domicilium incolatus attenditur, non originis.*
4 *Actio iudicatur secundum id, ad quod competit.*

CONSILIVM XVI.

Viso titulo quæstionis præmissæ in sententiam domini Ottonis primi consultoris concurrens paucis absoluam propter maximam nuncij celeritatem. Et primò circa primum dubium. An dictum statutum dictæ Lucanæ ciuitatis quatenus videtur excludere ab intestato filias defunctæ personæ superstitæ patre & fratribus defunctæ personæ extendatur ab bona posita extra territorium statuentium. Si rectè * consideretur videtur quòd quo ad terminos quæstionis nostræ magis communis opinio sit quòd non. vt tenet Iacob. de Ra. Guiliel. de Cun. Rayn. in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. & fide Catho. argum. l. pupillo. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & l. Titium. §. tutores. ff. de adminis. tuto. ¶Et quia statutum prædictum est contra ius commune, ergo restringendum est ne ad bona alterius loci trahatur secundum eos. argum. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. & l. constitutionib. ff. ad munici. ¶Pet. etiam istud idem tenebat. vt refert Cy. sed addebat vnum quòd istud procederet quando statutum loqueretur in rem, sed vbi loqueretur in personam tunc statutum illud non solum non traheretur ad bona alterius loci, sed etiam non trahetur ab bona loci statuentium, quando decedens persona non fuisset subiecta statuentibus. * argumen. l. rescripto. §. fin. de mune. & hono. & l. 1. C. de mulie. & in quo loco, libro 10. & opin. Iacob. de Ra. in l. cunctos populos. inclinat in ꝓposito nostro quòd debeant attendi statuta loci in quo decessit ille * de cuius hæreditate agitur. argum. l. 2. C. quemadmodum testa. ape. iuncta. l. conficiuntur. & l. si quis cum nullam. ff. de iure codic. & iste ciuis Lucanus decessit in ciuitate Romana in qua non præsumitur vigere statuta prædicta excludentia in casu nostro filias defuncti propter existentiam patris vel fratris defuncti. Et pro ista parte quòd statutum Lucanum non extendatur ad bona alibi posita est sententia Bart. in l. cunctos populos. in 6. quæstione dicentis ꝙ tale statutum est odiosum, & ꝙ tale statutum quando excludit filiam dicatur odiosum, tenet

tenet etiam Bald. in l. 2. C. qui ad libe. peru. non poss. & in l. certum. in prin. C. vnde cog. & in l. fi. in prin. C. de suis & leg. hæ. licet aliud sit in statuto disponente quod ad successionem fratris vocetur frater exclusa sorore: vt per Bald. in l. 2. per ibi no. C. qui ad lib. peru. non pos. & quod non extendatur dictum statutum ad bona alibi sita, probat latè Bar. per d. l. cunctos populos. in 7. q. ver. posset dubitari in tali q. cõsuetudo est in Anglia. &c. istam opi. sequitur Bal. in d. l. cunctos populos. 16. col. in ver. venio ad secundum. & in ver. sed hic quęro de effectu. &c. per aliam rationem & ibi tenet Bald. in l. 2. in 4. col. C. quæ sit longa consuet. idem tenet Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de consti. parum post medium. versi. sed remanet fortè dubium. & plenius in verbo quæro iuxta prædicta de quæstione tali: Cauetur statuto Tuderti, &c. ibi
1 dicitur quod magis † communis conclusio est quòd siue statutum loquatur in rem siue in personam habeat locum in bo
a nis positis in territorio statuentium & non in alijs, a & refert q ita consuluit Bal in consil. incip. In nomine domini, punctus talis est. istam opinionem etiam tenere videtur Bal. in l. si arrogator. in penul. col. ff. de adop. vbi dicit quod si vnus erat origine ciuis Regij & alio respectu erat ciuis Bononiæ, & in vtroque foro habebat bona: Regij erat statutum prohibens vxorem succedere marito suo ex testamento. certè talis vxor non impedietur succedere in bonis existentibus in territorio Bononiensi sed solum in bonis existentibus in territorio regino. & ita dicit se consuluisse per aliquas rationes quas ibi ponit, quas breuitatis causa omitto. ¶ In eadem sententia quò ad casum nostrum concurrit Sal. in d. l. cunctos populos. in ver. ex prædictis in fero ad decisionem, &c. & etiam in ver. præcedenti dum vult quòd quãdo statutum puta ciuitatis Lucanæ præfert aliquem ad successionem contra ius commune, non extenditur ad bona alibi sita si ciuis origine Lucanus decedẽs legi alterius loci per domicillum vel incolatum ante mortẽ se subiecit. l. 1. ff. ad muni. sed ita est quod iste ciuis Lucanus se subiecit alij legi propter incolatum quem contraxit in ciuitate Romana per decennium. vt l. 2. & 3. & vtrobique not. C. de incolis. lib. 10. & etiam per maiorem partem fortunarũ suarum quam habebat in ciuitate Romana. l. ciuis. & ibi plenè no. C. de incol. lib. 10. ergo non potest statutum Lucanum extendi ad bona sita in ciuitate Romana. & per hoc apparet non obstare id quod dicit Io. Cal. in consi. 34. posito sub rub. de testamentis. vbi vult quod si statutum Ferrariæ excludit filias fœminas ab intestato existentibus filijs masculis. & contingat quod totum patrimonium vel maior pars patrimonij ipsius defuncti sit extra territorium Ferrariæ, quòd tale statutum priuans filias hæreditate seu successione excludit eas etiã à patrimonio existenti extra territorium statuentium si tales filiæ erant subiectæ statuentibus, quia statutum priuando eas eo iure intellectuali scilicet hæreditate aliàs intellectuali, operatur quòd illæ filiæ aliqua bona consequi non possunt nec intra territorium nec extra. quia filiæ nulla bona capere possunt nisi vt hæredes, sed si priuantur potentia consequendi vniuersale sub quo particularia continentur, videntur etiam priuari potentia consequendi omnia particularia inclusa sub vno vniuersali. l. si quis totum, in princi. §. fi. de exce. rei iudi. & in hoc etiam satis inclinat Bal. in repetitione magna. l. cunctos populos. in 30. q. in ver. quintò quæritur statutum, &c. quia respondeo vt patet ex proximè dictis quòd cõclusio sua fortasse procedere possit quando filia non esset subiecta legi alterius loci ratione propriç originis vel incolatus prout contingit in proposito nostro, tunc debent in bonis alterius illius loci, idest ciuitatis Romanæ seruari leges ipsius ciuitatis Romanæ vt expressim dicit Salv. in d. l. cunctos populos. arg. d. l. incola. ¶ Præterea contra dictam conclusionem Ioannes Cald. expresse tenet Bart. in d. l. cunctos. in 6. & 7. quæst. cuius opinio. est magis communis vt supra retuli. & ad rationes Barto. & aliorum non est responsum per Ioan. Calde. in loco
2 præallegato. ¶ † Venio ad secundum dubium, videlicet an illa quæ in ciuitate Romana habebat scilicet in mercantijs, pecunia actionibus & alijs mobilibus rebus ibi existentibus de-
* beat iudicari bona * sita in territorio ciuitatis Romanæ adeò quod statutum ciuitatis Lucanæ in eis sibi locum non vendicet prout fuit conclusum suprà? & in hoc breuiter concludo quòd sic, per l. si ita legatum. ff. de lega. 3. & l. debitor. de pignoribus. l. & ex facto proponebatur. §. rerum. ff. de hæredi. instituen. cum multis si. vbi mobilia quæ sunt in loco ad tempus ibi mansura, non censentur esse res illius loci, sed ea quæ sunt ibi perpetuò mansura censentur esse res illius loci vt pecunia & alia bona quæ essent extra ciuitatem Romanam, reuersura tamen ad ciuitatem Romanam censentur esse de bonis ciuitatis Romanæ. cum ergo hic ciuis Lucanus per decennium & vltra domicilium haberet in ciuitate Romana & ibi haberet maiorem partem fortunarum suarũ præsumitur ibi habuisse animum perpetuò manendi cum eadem parte fortunarum suarum quas ibi sciebat habere ita not. Salyc. in l. 2. in fine. C. de iurisdictio. omnium iudicum. per l. incol. C. de incolis. lib. 10. & in l. 2. eod. titu. ¶ Ad hoc bene facit quod no. Pet. & Cyn. & Angel. in d. l. ex facto, vbi dicunt quòd res quas quis secum habet vt vtatur in certo loco censentur esse illius loci. & ideo dicunt quod si scholaris forensis infirmus existens in ciuitate Bononiæ relinquat Titio bona quæ habebat Bononiæ videtur reliquisse libros quos ibi habebat causa studendi in loco illo. argum. d. l. si debitor. & id quod habetur in d. l. si non inducta. C. in quibus cau. pigno. taci. contra ha. & licet Innocent. ibi dubitet de hoc quando constabat quod bona non debebant ibi manere, sed debebant ad alium locum transferri vt ibi perpetuò essent; tamen quia non est casus noster ideo non insisto. & ita in terminis nostris firmat Salyc. in d. l. cunctos populos. in penult. colum. pro hoc etiam tex. in cap. 1. in princip. de pace tenen. quem text. Bald. ibi in secunda colum. dicit esse singularem ad hoc quod mobilia cen-
b seatur esse de territorio loci b vbi reperiuntur, & ideo fisco illius loci confiscantur. & illud videtur verius quam illud
* quod ponit Bald. in l. mercatores. * C. de commer. & merca. & dato quòd etiam teneremus decisionem Bald. ibi; tamen non obst. quò ad propositum nostrum: quia Bald. in d. l. mercatores, vult quod mobilia personam concernant & non locum vbi sita sunt. Nam si velimus attendere locum vbi erat persona dicti defuncti adhuc habemus intentum nostrum. & idem dico de actionibus seu nominibus debitorum: quia in ciuitate Romana sunt celebrati contractus ex quibus creata sunt illa nomina debitorum: & tunc dicendum est quod censentur esse de bonis illius loci, vt est casus, in l. Titium & Menium. §. tutores. ff. de admini. tuto. illud idem est si alibi celebratus esset contractus, tamen solutio esset collata in ciuitate Romana. l. quæro. ff. de solutio. ¶ Pro confirmatione prædictorum facit quia actiones dicuntur cohærere personæ creditoris, & illam comittantur. l. quis ergo casus. ff. de pecul. l. 3. & ibi no. ff. pro socio. & in notabili quæstione declarat Bal.
3 in l. 2. ff. de statu hominum. † vbi si quis habeat duo domicilia vnum ratione originis, aliud ratione incolatus, semper consideremus potius locum incolatus in his in quibus persona est in consideratione. patet ex glo. valde notabili in cap. statutum, in versi. vnam dietam. & ibi no. docto. de rescrip. in
4 6. Fortificantur prædicta, † quia quando actiones c dantur ad
c quid mobile, iudicatur de eis prout in re mobili, vt not. glos. in authen. de non alienan. §. illo. & ibi clarius declarat. Ang. & no. Dy. & Bar. in l. potest. ff. de autho. tuto. & glos. in l. 1. & ibi no. Bar. C. si aduersus transa. & Bart. in l. mouentium ff. de verbo. signi. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de fruct. & interesse. §. 1. super verbo. sed quid si debeo. & Angel. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. ergo sicut diximus res mobiles censentur esse de territorio illius loci in quo sitæ sunt, ita esset etiam dicendum de actionibus quæ dantur ad res mobiles. ¶ Idem etiam firmat Lapus allegatione. c. incip. In nomine Domini amen. casus est talis videlicet quidam Nicolaus. &c. in fin. de qua facit mentionem. Ludo. de Roma. in l. si constante. §. fin. ff. sol. matri. Nam concludit Lapus quòd si in varijs locis defunctus habet bona, & in quolibet dictorum locorum varia sit consuetudo, & quæratur de quo loco iudicentur esse nomina debitorum, debet dici quòd ad illum locum pertinent vbi exactio de iure & facto fieri potest: Nam intelligentur esse de loco vbi est collata solutio si ibi reperiatur debitor. allegat dictam. l. ex facto. §. reum. & dicta l. quæro. Nec obstat secundum eum quòd nomina debitorum non sint in loco, sed videantur esse vbique. ff. de iudi. l. si fideicommissum. §. tractatur. l. fin. C. de præscript. long. temporis. l. Caius in princip. de legat. 2. Quia respondet lapus quod illud est ve-

rum circunscriptè sed per effectum exactionis sunt in loco. vnde secundum eum debitum mercatorum Florentinorum Italia contractum & soluendum in Italia. annumeratur bonis Italicis: contractum verò & soluendum in Anglia, annumeratur bonis Anglicis. Alexander.

ADDITIONES.

Si recte.] Io.ab Anania consi. 4. Visis statutis. 13. dub. tenet quod attendatur statutum loci, in quo est maior pars bonorum. per l. si fideicō. in prin. & ad eam Pau.Cast.ff. de iudi. Vide Dec. consil. 276. col. pen. & consi. 314. dub. 2. Cur. Iuni. consi. 13. Georg. Nattam ad c. quanuis. col. 60. Rui. consi. 48. lib. 3. & Alex. consi. 141. col. 4. lib. 7. Natta.

Quando decedens persona non fuisset subiecta statuentibus.] Contrarium censuit Alex. consi. 111. col. 3. lib. 7. Albe. q. 46. Item quæro, aliquis mercator. j. parte. tenet quod attenditur magis persona, de cuius hęreditate agitur, quàm locus, vbi sunt sita bona. Natta.

In quo decessit ille.] Hanc opinionem tenet Sali. ad d. l. cunctos populos. Maria. consi. 36. col. 2. & 3. inter consil. Soci. Signor. consil. 252. super dubijs. col. 3. Ias. consi. 80. col. fi. lib. 3. Natta.

a ¶Non in alijs. hæc vera reiecta verbali distinctione Bar. an loquatur. l. in rem vel in personam, licet eam sequatur Mart. Lauden. in tract. de primogeniti. cha. 5. Alex. consil. 44. lib. 5. Sed teneas indistinctè quod statuta vel consuetudines tanquam reales non extendūtur extra sua territoria. l. fi. ff. de iuris. om. iud. & ita practicamus. Et ita tenet Bal. in l. j. col. 12. ver. subsequēter quæro C. de sum. tri. Bal. l. 2. C. quæ sit lon. consue. Pet. de Anch. in rep. d. c. j. col. j. cum seq. de consti. Lap. alleg. 91. in primis. videndum Car. Flo. consil. 2. Soc. consil. 292. Visis statutis. lib. 2. 288. col. pen. lib. 2. cor. consil. 115. lib. 2. consil. 202. col. 4. lib. 2. consi. 162. constat. lib. 3. Alex. consil 128. supra eo. lib. consil. 19. lib. 6. Alber. Bru. in tracta. de statu. exclu. fęmi. q. 25. Ludo. de Gozadi. consilio 49.

Debeant iudicari bona.] Vide de his optimè per Soc. consi. 101. lib. j. Et no. quòd Alex hoc dicit de mercantijs, vt sit de loco vbi sunt sita, contra quod adducebatur tex. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. leg. Bal. ad l. certi iuris. q. 7. C. locati. Sed dic, quòd non sunt de certo loco particulari circunscriptiuè; non tamen sequitur, quin sint de territorio certo vbi proponuntur venalia, sicut nec nomina debitorum circunscribuntur loco. l. Caius. in prin. ff. de leg. 2. sunt tamen de territorio, vbi contractū est debitum, vel destinata solutio, vt per Alex. hic. & pater, quia sunt mansura perpetuò, idest donec inuenerint emptorem, quia a perpetuum est, & dicitur aliquid quousque destinatum finem acceperit. l. j. ff. pro socio. ibi, perpetuò idest donec viuūt. Et eo magis, quia venditis prioribus, substituuntur aliæ merces, quæ tenent locum priorum. vt in terminis Bald. in l. vbi adhuc. col. 6. C. de iure dot. Et qui subrogatum possidet, dicitur ipsum principale possidere; Afflic. no. deci. 395. per l. j. §. seminarios. ff. de vsufr. Nat.

b ¶Loci. hanc tenet Alex. hic. & est verior. sed infra eo. lib. consi. 31. col. 2. tenet opin. Bal. quòd sequantur personam. dicendum vt plenè dixi super consue. Parisi. §. 145. vide etiam Soc. consi. 36. consi. 101. lib. j.

Quod ponit Bal. in l. mercatores.] Sed Bal. ad l. mercatores. sequutus est Alex. consi. 31. col. 3. infra eo. lib. Natta.

c ¶Actiones. Adde infra eo. lib. consi. 31. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Creditores habentes nomen hypothecatum possunt impedire executionem sententiæ latæ in fauorem cessionarij debitoris.*

2 *Statuti verba si non conueniunt, nec eius dispositio.*

3 *Solutione eius quod debetur. omnis tollitur obligatio. & nu. 5.*

4 *Creditores habentes nomen hypothecatum vtilem personalem habent contra debitorem debitoris.*

5 *Hypothecaria auocat res hypothecatas.*

6 *Exceptio, quando aliter periculum reparari non potest, admittitur aliàs non admittenda.*

7 *Carcer dicitur præiudicium irreparabile.*

CONSILIVM XVIII.

Requisitus in causa vertente inter nonnullos creditores cuiusdam habētes obligatum nomen creditoris, & quendam habentem ab ipso debitore iura cessa contra dictum nomen debitoris, & prosequitur tamē nomen prędicti qui erat obligatus dictis creditoribus. in quo
* consului * † quòd non obstante dicta cessione & sententia la-
1 ta contra dictos creditores in fauorem dicti cessionarij, posse per dictos creditores denunciari & inhiberi dicto debitori ne soluat dicto cessionario. & hoc modo posset de iure communi impedire executionem sententiæ latæ in fauorem dicti cessionarij contra dictum debitorem. nūc verò dicitur quòd dictus cessionarius confugit ad quoddam statutum disponēs de executione sententiarum. in quo inter cætera cauetur, quòd nulla persona extranea quæ non fuerit in litigio possit impedire executionem alicuius sententiæ nisi fuerit in vera possessione non ficta constitutio rei in qua fit executio saluo tamen omni iure ipsi extraneo, quod habebat in dicta re in qua facta fuit dicta executio nisi ille extraneus primitus obtinuisset aliquam sententiam diffinitiuam contra illum contra quem fieret executio, quo casu dictus extraneus audiatur ad ius quod habet vigore dictæ sententiæ, &c. Sed non obstante statuto prædicto puto nos esse in terminis iuris communis secundum quod militabant ea quæ in superiori consilio dixi.
2 quòd autem dictum statutum non obstet, patet † quia cui nō conueniunt verba dicti statuti, nec conuenire intelligitur di-
a spositio [a] eiusdem. l. ita autem. in princi. de administra. tuto. l. 3. §. prætor. ver. toties. & ibi not. Bart. ff. de damno infec. c. ad nostram. el 3. de iureiuran. cap. indemnitatibus. §. penult. de electio. in 6. sed verba dicti statuti non conueniunt casui nostro: ergo, &c. ¶Quod autem verba non conueniant, patet, quia verba dicti statuti loquuntur in casu in quo facta executione potest manere saluum ius extraneo, quod haberet in re aliqua. sed hæc verba non possunt conuenire casui nostro:
* quia dicti creditores * habent ius in nomine debitoris sibi obligati. iuxta. l. nomen. C. quæ res pigno. & l. si conuenerit. ff. de pigno. actio. & facta executione sententiæ latæ pro ipso cessionario contra debitorem condemnatum erit extinctum nomen debitoris: quia illud extinguitur quàm primum satisfactum est obligationi qua tenebatur creditori. & sic erit extinctum quod erat obligatum dictis creditoribus: vt dicit
3 text. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. † Nam solutione eius quod debetur, omnis tollitur obliga. l. nulla. l. obsignatur C. de sol. insti. quibus mod. tollitur obligatio. in prin. & nō est dubium quòd si verum est illud quod asserit dictus cessionarius; scilicet quòd dictus debitor iure permittente possit soluere ipsi cessionario, non posset amplius per dictos creditores conueniri dictus debitor, vt probatur in d. l. nomen. & rationem proximè allegatam scilicet quòd solutione eius quod debetur, facta creditori vel representanti omnis tollitur obligatio, & sic debitor soluens liberatur, vt in l. vero procuratori. ff. de sol. l. solutum. §. soluto. ff. de pign. actio. nec etiam agere possent creditores prædicti aduersus prædictum cessionarium aliquo remedio. Nam actione personali
4 non possent: † quia creditores prædicti habentes prædictum nomen debitoris obligatum habent vtilem actionem personalem contra ipsum debitorem creditoris sui l. postquam. C. de hæredi. vel actio. vend. & d. l. nomen. & ibi not. & hoc nemo negat. sed constat quòd illa personalis actio non potest dari dictis creditoribus cōtra dictum cessionarium facta executione dictæ sententiæ: quia nullus contractus vel quasi est gestus inter dictos creditores & dictum cessionarium cuius occasione posset dari vel nasci aliqua actio personalis contra dictum nomen, iuxta l. si in area. ff. de condi. in d. l. Paulus. ff. de doli. except. & personalis actio non sequitur rem sed possessorem rei. l. 1. §. si hæres. ad Treb. l. non aduersus. C. si cert. peta. l. penult. de obli. & acti. vnde liceat ad dictum cessionarium peruenerit pecunia vel res debitori data insolidum dicto cessionario, tamen per hoc non posset dictis creditoribus dari actio personalis contra dictum nomen vt in iuribus proximè allegatis. ¶Nec etiam posset dari dictis creditoribus vtilis actio hypothecaria contra dictum cessionarium facta executione dictæ sententiæ duplici ratione. Primò, quia vt tenuit Iaco. de Aret. Cyn. Ray. in d. l. nomen. non competit vtilis hypothecaria creditori habenti obligatum nomen debitoris, quia hypothecaria solet solam possessionem rei hypothecariæ aduocare. l. si cum venditor. in princi. ff. de euic. sed hic erit hypothecatum nomen debitoris dictis creditoribus,
* quia nomen debitoris possideri nō potest. * l. seruus. §. incor-
5 porales. de acqui. re. do. † Item quia per hypothecariam consequitur res obligatas. l. si fundus. §. si domus. & §. in vēditore ff. de pig. sed pecuniæ vel res debitorum quæ perueniunt ad dictum cessionarium non sunt ipsum nomen quod est quid incorporale, ergo per hypothecariam non petetur ipsum nomen obligatum, sed peteretur id quod in nomine debetur, quod aliud est. l. si sponsalibus. §. fin. in fi. ff. de iure dot. & ita etiam tenet Gofre. vt refert Cy. & Ray. ibi. & idem tenet Ang. in l.

in l.grege.§.cum pignori.ff.de pign. in d.l.nomen. ¶Secundo ratione tutiori & quæ magis placet: quia dato quod vtilis hypothecaria de iure possit competere creditori in rebus ipsius debitoris cuius nomen est sibi creditori ab alio suo debitore obligatum, vt quædam glo.& nonnulli scribentes tenuerunt, tamen facta executione dictæ sententiæ in fauorem dicti cessionarij contra dictum debitorem non possit competere dictis creditoribus vtilis hypothecaria in rebus prædictis. Ratio est euidens, quia si verum est quod dictus debitor debet soluere dicto cessionario sequitur quod facta solutione extinguitur omnis actio personalis quæ poterat competere contra dictum debitorem tam dicto primo creditori quàm etiã dictis creditoribus causam & nomen prædictum obligatum habentibus: vt insti.quibus mod. tol.obl. in princ.prout iam dixi:& extincta personali actione per solutionem seu satisfactionem necesse est vt dicamus quòd omnis hypothecaria actió sit etiam extincta.l.etiam liberatur,in princ.ff.quib.mo. pign. vel hypo. sol.& l.nouatione. ff.de noua. extincta enim in ipso iure principali obligatione extinguitur accessoria, vt dicunt iura vulgaria.apparet ergo ex præmissis quòd facta executione prædicta non remanet saluum ius in dictis creditoribus contra dictum nomen debitorem & eius bona. hoc ergo cessante cessant & verba & mens statuti pro hoc optime facere † quod dicit Bal.in l.1.circa vlti.col.qui accu.non pos-
6 sunt. † vbi dicit quod quando aliter periculum reparari non potest, exceptio admittitur vbi aliàs non admitteretur & no. per Cy.in simili in l.fin.9.q.C.de compensa.& facit id quod habetur in l.2.& 3.ff.de fer.& l.senat.ff.de offic.præsi. ¶Propterea videmus quòd ibi aliàs non admitteretur exceptio nul-
b litatis ad impediendum executioné,tamen admittitur quando esset irriparabilis. [b] vt no.Pau.de Leaza.in clem.1.de iudi. quem etiam ibi tenet & sequitur Pet.de Anch.& alij.& idem Bal.in l.ab executione.l.circa.2. col.post Cy. C.quorum appel.non reci.& Bal.in l.eum qui duas. C.de adulte.& Bal.in l.si Feriatis.in lec.antiqua.ff.de ferijs.& no.Imo.in l.qui à latronibus.ff.de testa.& in l.3.§.Sempronius. ff.de acqui.poss. & in l.non solum.§.morte.ff.de nou.ope.nun.& similiter videmus quòd etiam in casibus in quibus petitio restitutionis in integrum non impediret executionem sententiæ tamen si executio irreparabilis est,suspédetur executio; ita inquit Bal. in l.1.C.de in integr.restit. in ver.propterea ne quid fiat. vbi dixit quod pendente petitione restitutionis in integrum non
c poterit fieri executio sententiæ per capturam [c] seu carcerationem personæ vt ibi per eum allegat quod in simili no.in l. 2.ff.de appel.reci.& etiam ita tenet Paul.de Castr.in l.4.§.de condemn.ff.de re iudi.cum ergo executione dictæ sententiæ ius quod habent dicti creditores aduersus dictum nomé debitoris & eius bona sit irrepabile & omnino extinctum,sequitur quòd debet per talem exceptioné impediri executio eius quòd aliàs impediri non potuisset. Et si diceretur quòd salté possint dicti creditores agere contra hæredes dicti principalis debitoris contra quem & eius bona non est facta executio, respondeo multipliciter: Primo quia (vt fertur) notorium est principalem debitorem non esse soluendo: Vnde perinde est ac si contra eum facta esset excussio & repertum esset eum non esse soluendo, vt no.per gl.& doc. in l.decem.ff.de verb. oblig.& in l.fin.ff.si cer.pet.& in l.2.princ.ff.qui satis.cogan. ¶Denique excussio hoc casu non est necessaria vt possint creditores exercere ius suum contra nomen debitoris ei obligatum,& ita se habet communis opin. vt inquit Bal.in l.grege. §.cum pignore.ff. de pign. & alij, quos plenius retuli in alio consilio super hac causa reddito. Vel etiam potest respondenti quòd dato quod non esset notorium, debitorem principalem non esse soluendo; tamen cum nostra interest plures habere obligatos,vt l.4.§.fi.de libe.leg.ab hoc commodo habete plures obligatos excluderentur irreparabiliter dicti credi-
7 tores per dictam executionem.† ¶Nam etiam Bal.in d.l.1.C. de in integ restit.postulan.appellat carcerem præiudicium irreparabile; adeò quòd illo casu per petitionem restitutionis in integ.possit impediri tunc executio sententiæ quæ aliàs impediri non posset: & tamen quamuis sit carceratus potest excarcerari & etiam potest agere actione iniuriarum, per quam consequitur etiam damnum & iniuriam si iniuste fuit carceratus.l.1.C.qui bo.ce.pos.l.si creditor.in fi.ff.de priui.cred. & l.si verò §.1.qui satisd.cog.& no. Bal.in l.fi.§.si præfatam. C.de iure delibe.& not. Ange.in l.nemo carcerem.C.de exa. trib.lib.10.tamen quia ille actus carcerationis ex toto est irreparabilis propter incommodum & aliqualem infamiæ notã, debet impediri seu suspendi eius executio. ita in proposito quia facta executione extinguitur nomen debitoris, vt est dictum, nec potest reuiuiscere. vt l. qui res.§. aream.ff.de sol. meritò debet impediri dicta executio. ¶Ex prædictis ergo apparet nõ obstare statutum in terminis iuris communis secundum quod dixi. & dicti creditores habentes vtiles actiones præferuntur dicto cessionario,quia ex cessione non potuit habere nisi exercitium directarum, etiam si lata esset sententia pro dicto cessionario contra dictum debitorem, vt oportunè probaui in cõsi.1.per l.3.cum gl.in ver.eo.modo.C.de nou. iunct.not. per doct.in l.non quocunque.§. qui Caium.ff.de leg.1.cum alijs allegatis in prædicto consi.& etiam ex doctrina Bar.& aliorum in l.à diuo Pio.§.si super.ff.de re iu.cui do-
* ctrinæ quò ad casum nostrum non obstat quod no.per Inn.* in c.cum inhibitio.de clande.despon.& per An. in l.pe.ff.de pe.hæ.vbi limitat.d.l.pe.& l.is à quo. ff.de rei ven. vt illæ leges locum habeant quando tractaretur de præiudicio irreparabili,quia omnino tunc suspenditur executio,secus de præiudicio non irreparabili, quia tunc habet locum id quod habetur in d.l.pe.quia responden.quòd sumus in casu d.l.3. cũ gl.& non sumus in casu.d.l.pen.scilicet,quòd vnus habet vtiles prout habent dicti creditores, & alij habent directas seu exercitium earum vt habet dictus cessionarius. ¶Patet etiam alia ratione, quia text. in d.l. penult. loquitur quando facta executione sententiæ remanebat saluum ius contra ipsum obtinentem executionem ipsi tertio volenti impedire ipsam executionem vt ibi dicit tex. in fi. sed in casu nostro facta executione nõ potest remanere saluum ius dictis creditoribus, nec contra eum contra quem fit executio, nec contra illum pro quo fit executio:quia vtilis actio personalis vel hypothecaria erit extincta, vt supra probaui: vnde potius sumus in casu nostro per Inno.in d.c.cum inhibitio.& per Ang. in l.pe.volentes quòd quando præiudicium est irreparabile, tunc impediatur executio. Nec etiam habet obstare quod non probauerint dicti creditores agentes de graui eorũ prçiudicio si dicta executio sententiæ fiat, vt videtur requiri, si volunt dictam executionem impedire per id quod habetur in c.cum super, de re iud.quia eodem modo respondi supra ad d.l.pen. Quinimò in casu dicti c.cum super.si voluisset Titius ostendere dé magno præiudicio,non potuisset impedire executionem sententiæ à qua appellasset: vt in d.l.pen. Nec contrarium dicitur in d.c.cum super.solum enim differt decisio posita in d.l.penu. quia in casu posito in d.l. pe. tertius comparuerat ante latam sententiam in fauorem primi agentis: secus in casu d.c. cum super, vt ibi per gl. Præterea de euidenti præiudicio etiam irreparabili dictorum creditorũ videtur constare, vt supra probaui. ¶Non curo respõdere ad vnum quod audio allegari per partem aduersam.s.q illud nomen debitoris obligati occasione tutelæ non venit in obligatione facta dictis creditoribus eo quia obligatus obligatione tutelę potius videtur obligatus ex delicto vel quasi, quàm ex contractu vel quasi: & sic nõ potest dici debitor: qa ad hoc est plus quàm opportunè responsum per clarissimum domi. aduocatum dictorum creditorũ in allegationibus suis. & certè hoc fundamentum pro honore partis aduersæ potuisset prætermitti. ¶Ex quibus conclu-
d do dictam sententiam non esse exequendam [d] in fauorem dicti cessionarij. ¶Alexand.

ADDITIONES.

* In quo consului.] Habes hoc Alexandri consi.lib.6.consi.15.Natta.

a ¶Dispositio. vide quæ dixi in consue.Paris.§.13.gl.3.nu.5.

* Quia dicti creditores.] Istud consi. Alex.refert,& sequitur Felin.ad c.nonnulli.col.36.de rescrip. Natta.

* Quia nomen debitoris possideri non potest.] Ideò per constitutum non transfertur in nominibus possessio; sed cessio requiritur, quæ habetur loco traditionis.l.fi.& ibi Bar.ff.de dona.& Bart.ad l.j.col. pen.versi.quæro quæ sit differentia.C.de acti.& obli. Natta.

b ¶Irreparabilis adde Rot.384.inci.licèt in nouis Alex.l.4.§.condemnatum.col.3.& ibi Ia.colum.4. & ff.de re iudi. consil. 60. Iasl.3.§.si seruus quem.ff.de acqui.vel amit.pos.& in consi.60.col.3 lib.j.Hipp. de Marsi.no.686.Bar.consi.43.etiam si.lib.j.

c ¶ Capturam non practicamus in ciuilibus: quia per prouiſionem
ſoluendo cautione accepta poteſt euitari captura.
* Non obſt. quod no. per Innoc.] Alias reſponſiones tradit in d. conſi-
lio 15. Natta.
d ¶ Exequendam. verum eſt abſolutè. Sed niſi creditor opponés prom
ptè vel breui termino doceat de iure ſuo exequetur ſentētia ad com
modum ceſsionarij, dando per eum cautionem de reſtituendo ſi di
catur in fine litis. & ita practicamus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vel teſtes de venditione ſub certo pretio probāt venditionem contra venditorem.*
2 *Tractatum probare non prodeſt.*
3 *Summæ maiori non ineſt minor in cauſa oneroſa.*
4 *Affinis non eſt teſtis integer.*
5 *Teſtificari qui non coguntur, an volentes admittantur.*
4 *Teſtis quis ſit maior omni exceptione.*
7 *Teſtes contradicentes ſe ſe infringunt.*

CONSILIVM. XVIII.

Viſo proceſſu cauſæ vertētis inter Antonium
quondā Ioannis Betini de Lau-
rano ex vna parte agentem, & egregium virum ſer Ioannem
Antonium de Abbatis de Ceſena ex altera ſe defendentem.
¶ Videtur mihi partes domini iudicantis eſſe debere in abſol-
uendo præfatum ſer Ioannem à petitione dicti actoris, maxi-
mè ex infraſcriptis. Nam ſi bene inſpiciatur, non videtur pro
parte actoris opportunè probatum id quod erat fundamen-
tum intentionis ſuæ: & ſic ſumus in regula, quòd actore non
probante reus debet abſolui. l. qui accuſare. C. de eden. c. vno.
extra vt eccle. bene. Nam ad probandum allegatam venditio-
nem pratorum de quibus in libello actor produxit duos te-
ſtes videlicet, Eximium iuris doc. d. Aegidium quondam Mat
thæi de Ceſena & do. Maſium de Cuſano, quorum atteſtatio-
nes non videtur aliquo modo intentionem dicti actoris pro-
bare. & in primis capio depoſitionem domini Aegidij: ipſe
enim dixit & depoſuit quòd audiuit dictos Anto. & domi. Io.
And. adinuicem alloquentes de quadam venditione quam fa
ciebant eidem do. Ant. de certis pratis ad rationem libra decē
& ſolidorum 15. ſiue librarum 11. iudicio ipſius teſtis, de quo
pretio dicit ſe preciſè non recordari, niſi quòd iudicio ſuo
fuit vt ſupra dictum eſt per eum: & quòd tamen inter dictas
partes erat tunc aliqualis differentia de dicto pretio, eo quia
vt dixit, Antonius dicebat velle ſolidos quinque vltra dictum
pretium, quod dare nolebat dictus Antonius. & quòd dictus
Antonius numerauit & ſoluit eidem ſer Ioanni Antonio au-
reos decem vel circa cum pacto de ſoluendo aliam quantita-
tem in hebdomada tunc proximè ventura. & quòd dictus ſer
Ioan. Antonius dixit ſtatim hæc verba videlicet, Antonio ſel
te pare d'hauer fatto male, innanti che tu me daghi i li danari
che tu me hai promeſſo de pagare queſta altra ſettimana io ſo
no contento che non ne ſia fatta coſa alcuna ſina damo. hoc
eſt in effectu quòd deponit, quod ipſemet poſtea repetitus ad
declarationem dicti ſui etiam illud aſſerit ſe affirmādo quòd
partes in effectu remanſerunt in differentia circa dictum pre
tium in quinque ſolidis. conſtat autem quòd ad hoc vt perfe-
cta dicatur emptio, adeò quòd inter emptorem & vendito-
rem dari poſſit actio ex empto & ex vendito, requiritur quòd
conuentio facta ſit de pretio tunc certo vel alias poſtea ſecun
dum ordinem cōtrahentium legitimè certificato, vt in §. pre-
tium. inſtit. de empt. & vendi. l. ſi voluntate. C. de reſcin. ven.
l. fin. C. de contrahen. emp. l. quod ſæpe. §. 1. ff. eo. tit. & etiam
oportet emptorem antequam cum effectu agere poſſit actio-
ne ex empto, quòd offerat pretium debitum & conuentum.
l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. l. ædiles. §. fin. ff. de
ædil. edic. ¶ Ergo cum non conſtet de depoſitione dicti teſtis
quòd pretium fuit lib. 10. & ſoli. 15. pro qualibet tornatura,
an verò libra. 11. ſequitur quòd non poteſt dici per eum eſſe
probatum de perfecta venditione. & etiam cum non ſoluerit
aut obtulerit ſe ſoluere emptor venditori ad rationem libra-
rum vndecim non poteſt dixi quòd ex parte ſua adimpleue-
rit emptor. Bene facit quod dicit Ioan. de Ra. & Rayn. in l. 1.
1 C. de contrahen. & commit. ſtipu. vbi dixit † quòd ſi produ-
catur inſtrumentum emptionis factæ per Titium à tali præla
to de tali re, ſi in tali inſtrumento non continetur certum pre
* tium, * quòd tale inſtrumentum non probabit. [a] ¶ Nec etiam
a præſumetur venditionem factam fuiſſe pro iuſto pretio ſeu
pro aliquo determinato pretio: nam non præſumitur ſolenni
tas formalis cum non ſit vniformis. d. §. pretium. & ſic nō eſt
illud quod eſt de ſolennitate formali. vt no. Bar. in l. ſciendū.
ff. de verb. oblig. in prin. ¶ Et dato quòd vbi tale inſtrumentū
vel ſimilis probatio facta per teſtes deponentes de venditio-
ne ſed non de pretio certo produceretur non contra vendito
* rem ſed contra tertium poſſeſſorem, * eſſet dubium an ſtan-
dum eſſet tali probationi per not. per Bart. in l. 1. C. de rebus
alien. & per Cyn. in d. l. 1. de contrahen. ſtip. quaſi non poſſet
iſte contra quem producitur opponere de iure tertij, tamen
quando producitur contra venditorem qui non confitetur
ſibi eſſe ſatisfactum de pretio, tūc nemo negat quòd oporteat
eſſe probatum de pretio certo vt ipſe poſſit cum effectu age-
re, vt etiam ſpecificè & in terminis decidit Rapha. Cu. in d. l.
ſciendum. & etiam Fulg. & Pau. de Caſt. in l. ſi duo patroni. §.
ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. & eſt de mente Ray. in l. j. C. de
contrahen. & commit. ſtip. & patet ex alleg. ſupra. ¶ Quinimò
& fortius in caſu noſtro ſi bene inſpiciatur depoſitio dicti te-
ſtis, ipſe neſcit teſtificari niſi de tractatu emptionis & vendi-
tionis, non autem de aliqua certa concluſione celebrati con-
2 tractus. † Vnde probare tractatum [b] non releuat cū quis agit
b ex contractu niſi probat formatum fuiſſe certo modo contra
ctum: quia multa tractantur quæ non perficiuntur. l. ſi ex cau
ſa. §. nunc videndum in fi. ff. de mino. d. l. ſi voluntatem. & l.
ſciendum. §. deinde. ff. de ædil. edic. & c. dudum. de reb. eccl.
non alienan. in 6. & his verbis per præallegata iura vtitur Bal.
in l. multum. in 2. col. C. ſi quis alte. vel ſibi & in l. cum alle-
gas. in 3. col. C. de vſu. & in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. ob.
& dato ꝙ dominus Aegidius deponat ꝙ dictus Antonius ſol-
uit ducatos decem vel circa cum pacto de ſoluendo aliā quan
titatem in hebdomada ſequenti, non poteſt dici ꝙ arguat con
tractum fuiſſe firmatum pro pretio librarum decem & ſoli-
dorum quindecim vt aſſerit Antonius in libello, quia in pro-
poſito non ſufficit ꝙ apparet in genere ꝙ fuerit cōtractus fir-
matus niſi appareat quod fuerit certum limitatum pretium
& de illo ſatisfiat per emptorem, vel illud offerendo vt dictū
eſt, quia aliter non poteſt obtinere emptor agens ex empto.
3 d. §. offerri. † nec iſto caſu iuuat dicere quòd in maiori ſum-
ma ineſt minor. & ꝙ cenſeantur fuiſſe concordes in minori
ſumma. l. diem proferre. §. ſi plures. de arbi. l. ſi ſtipulanti. ff.
* de verb. obli. c. j. de arbi. in 6. quia illud non vendicat * ſibi lo
cum in contractu facto ex cauſa oneroſa vt in propoſito no-
ſtro. l. ſi. 10. ff. locati. & no. in d. l. ſi ſtipulanti. & ſic apparet ꝙ
dictus Aegidius non probat legitimè de empt. & vendi. vt re-
quiritur: dominus Maſius verò etiam non probat ſaltem tan-
quam integer teſtis: quia eſt coniunctus affinitate cum dicto
4 Ant. eo. quia vxor dicti Ant. eſt amita ipſius teſtis. ¶ † Conſtat
* autem ꝙ affinis * quamuis non reperiatur prohibitus teſtifica
ri, & ſic non repellatur à teſtimonio, tamen minus ei credi-
tur quàm teſti, qui eſt omni exceptione maior vt vidimus in
multis: vt fratre & ſimilibus, quia licet nō intelligatur prohi-
bitus teſtificari in cauſa ciuili pro fratre, vt no. gl. & doc. in l.
parentes. C. de teſtib. & no. Inno. in c. inſinuante. de offi. dele.
& Spe. in tit. de teſt. §. j. in verſi. ſed nunquid frater. argu. l. 1.
ff. de teſtib. tamen ei minus creditur quàm extraneo teſti. vt
inquit Spe. in tit. prox. alleg. & Pet. & Cyn. in d. l. parentes. &
Bart. in l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſt. per no. in l. etiam ma-
tris. ff. de probat. iſtud etiam vult Bart. in l. admonendi. in 9.
colum. ff. de iureiu. in verbo venio ad tertium. vbi dicit quòd
teſtis conſanguineus vel multum amicus parti non dicitur
omni exceptione maior: ideo ſecundum eum non facit ſe-
miplenam probationem. & ſequitur Anto. de But. in c. fin. de
iureiur. bene facit licet non alleget gl. in auth. de mon. §. cogi
tandum. in ver. teſtes. hoc idem voluit Guili. de Cu. in l. cui
eorum. §. affinitatis. de poſtul. vbi melius quò ad propoſitum
noſtrum dixit quòd non ſolum fratris teſtimonium eſt ſuſpe-
ctum quādo deponit pro fratre, verum etiam illud idem erit
in vxore fratris tui teſtificante pro te. arg. l. j. §. fi. eo. tit. & ſic
apparet ipſum velle ꝙ vxor fratris tui quæ affinis eſt quò ad
teſtimoniū pro te ferendū ſit ſuſpecta. ita etiā expreſsè tenet
Bar. in l. affinitatē. ff. de procu. & Bald. in c. in literis, de teſt. &
vbicunque

vbicunque testimonium alicuius est suspectum, tunc non facit semiplenam probationem nec eius testimonium dicitur esse integrum.l.3.in princ.ff.de testib.ibi, nam si careat suspicione &c.glo.in versi.admittendus est. & quòd testimonium affinis non sit integrum pro affine etiam est de mente gl.in l.4.ff.de testi.iuncto tex.& licèt illa gl.iuncto tex.videatur contradicere glo. quæ est in d.l.parentes.quia glo.quæ est in d.l.4.videtur velle ꝙ personæ ibi enumeratæ repelluntur à testimonio glo.verò in d.l.parentes.vult contrarium:tamen reducuntur ad concordiam per Iaco. But.quem refert & sequitur
5 Bar.in d.l.qui testamento.§.1.† ꝙ quando personæ quæ non possunt cogi de iure ad testificandum contra quosdam sicut personæ quæ non coguntur testificari ratione coniunctionis scilicet contra coniunctum & non ratione reuerentiæ quam habent illi personæ: & sic si sponte volunt testificari pro illo non repelluntur, vt not.in d.l.parentes.argu.l.quod fauore.C.de legi. tamen minus sufficienter probant per not. in d.l.etiam matris.& in d.§.cogitandum.& in d.l.3. in princ.cum si aut ratione reuerentiæ prohibeantur testificari contra eum cui reuerentiam debent.& sic si sponte pro eo velint testifica-
c ri non sunt admittendi;ita procedit quod not.glo.in d.l.4. exemplum est in filio emancipato testificante pro patre vel genero testificante pro socero.l.testis idoneus.cum glos.ff.de test. ¶Nec prædictis aliquo modo obstat statutum sub rubrica de testi, quia quantum ad hoc vt admittantur vel non admittantur testes voluntariè testificantes istud statutum nō discrepat à iure communi & dato (vt dixi) ꝙ dictus affinis non repellatur à testificando, non sequitur ergo est testimonium integrum non obstante coniunctione vel affinitate vt probaui supra & sic nihil habet obstare ꝙ affinis non repellatur à testimonio: vt no.per glo.in c.accedens. el 1.in ver.subesse vt lite contesta. ¶Nec etiam obstat statutum sub rubrica de iure &c. quia respondeo, quod statutum in casu nostro ita demum vult vt actori deferatur iuramentum in supplemētum probationis si ipse actor habuerit pro se vnum testem omni exceptione maiorem & alia indicia & præsumptiones vrgentes: sed ita est ꝙ actor non habet per se ista requisita vt ostendam, ergo non potest ei ad supplendam probationem sacramentum deferri. ¶Quod autem actor non habeat prædicta requisita patet, quia nullum habet testem omni exceptione
6 maiorem. † Nam ille testis dicitur omni exceptione maior contra quem nulla exceptio potest opponi.vt no.glo.insti.de inuti.stip.§.item verborum.in verbo idoneos. no.glo.in c.1. de consang.& affi.& no.Bart.in d.l.admonendi.in colum.allegata in verbo venio ad tertium, &c.vbi intelligit hoc etiam si exceptio quæ opponitur non repellit testem à testimonio, sed diminuat de fide, prout est quando esset consanguineus: vt supra dixi.& eam sequitur Ant. de But.in præalleg.c.fi.de iureiuran.vnde eodem casu dicit Bar.& Anto.de But.in locis proximè allegatis quòd ex probatione vnius talis testis nunquam defertur sacramentum in defectum semiplenæ probationis:quia non facit semiplenam probationem per no.in d.l.etiam matris.& no.etiam Bal.in c.sacramentum.de consue.rec.feudi. ¶Sicut etiam Bal.in l.optimam.C.de contrahen.& cōmit.stipu. quòd ille testis dicitur omni exceptione maior, quando qualitas testis vincit qualitatem exceptionis.sed clarum est quòd si consideremus attestationem domini Aegidij, non est omni exceptione maior, quia non deponit quòd contractus fuerit firmatus concorditer per partes & nescit testificari de certo pretio conuento: posito adhuc quod depositio eius non tenet vt supra probaui, si etiam testationem consideremus domini Masij non est omni exceptione maior quia est affinis per ea quæ suprà proximè dixi. ¶Præterea vltra vnū testem omni exceptione maiorem statutum prædictum requirit alia indicia & præsumptiones vrgentia quæ non concurrunt hic, quia dato quod dominus Masius prædictus fuisset omni exceptione maior cum non sit, attamen non potest dici quod ex depositione prædicti Aegidij resultant illa alia indicia & præsumptiones vrgentia prout statutum exigit. qđ patet, quia primum statutum exigit plura indicia vel præsumptiones cum in plurali loquatur.l.vbi numerus. ff. de testi.l.fin.ad treb.c.pluralis locutio.de regu.iur.lib.6. ¶Secundò & fortius & melius quia si volumus dicere quòd ex his quæ deponit dominus Aegidius præsumatur contractum fuisse firmatum & celebratum dum dicit quod Anto. soluit circa decem duca.&c.tamen dominus Aegidius non asserit quòd fuerit concorditer firmatus contractus:imò dicit potius contrarium quod partes erant discordes. vnde si volumus quòd ex his quæ deponit, possit resultare indicium quòd contractus fuerit per ambos contrahentes concorditer firmatus & approbatus oportet tale indicium probari per duos testes. vt no.glo.& docto.in l.fin.C.famil.erciscun.& Inno.in c.sicut. el 1.de symo.& Bart. in l.fin.ff.de quæstio. & Angel.in l.fin. ff.quod met.causa. in authen.de testibus.in princip.vbi ponderat esse aliam glo.ibi & not.Bartho.in l.cum circa.C.de iure dot.& Salyc.in l.fin.C.de quæstio.attento quòd dominus Aegidius (vt dixi) non attestatur directè contractum fuisse firmiter & concorditer celebratum. & dato quòd dominus Masius alius testis hoc dicat, & sic sint duo testes, tamen statutum exigit quòd vltra vnum testem omni exceptione maiorem concurrant alia, vt dixi. ¶Prætereà posito quòd dictum domini Aegidij faciat indicium quòd contractus fuerit celebratus inter dictos contrahentes, non tamen facit indicium quod fuerit celebrata venditio pro pretio librarum decem & solidorum quindecim vt asserit actor vel de alio pretio certo. nec precisè deponit dominus Aegidius prout requiritur ad hoc vt agi possit actione emptionis: & possit fieri instrumentum venditionis dicto emptori prout ipse petijt in libello, non potest instrumentum validum fieri sine expressione dicti pretij.vt no.Petrus.in dicta l.1.C.de contrahen.& commit.stipu.vt etiam refert Cy.ibi & refert Pau. de Cast. in l.1. ff.loca. & sequitur ibi etiam Rayn. qui etiam dicit ita tenuisse Pet. ¶Fortificantur prædicta quia statutum sub rubrica de testib. dicit quòd si testes reperiantur variare vel discordare inter se in puncto de quo deponunt, in nullo credatur eis, sed ita est quòd huiusmodi videtur esse testes actoris, quia dominus Masius attestatur quod dicti cōtrasentes fuerunt concordes; sed dominus Aegidius dicit quod erant discordes: & in sua repetitione dicitur quòd remanserunt in differentia pretij.bene faciunt not.per Ioan. And.& alios in c.in nostra. de testi. vbi dicunt † quòd si vnus testis contradicit vni alteri
7 neuter debet valere, nisi alter testis fortè in tantum esset dignior quòd prouocet iudicem ad deferendum iusiurandum secundum formam.l. in bonæ fidei. C.de reb.credi.& c.fi.de iureiur.& in proposito nostro potius attendendum est dictū domini Aegidij tanquam dignioris cum sit constitutus in dignitate doctoratus.c.quanto.de magistris. & habetur in prima constit.Codicis cum suis concordan.Alia possunt adduci ad ostendendum ꝙ dictus actor non potest obtinere, sed præmissa putaui bene sufficere. ¶Alexan.

ADDITIONES.

Certum pretium.] Sequitur Alex.ad l.suus.C.de repud.hæred.& vide infrà eundem in fi.consilij. & Ias.ad l. admonendi.in repet. col. 77.ff.de iureiur. Natta.

2 ¶Non probabit. Idem Alex.consi.39.lis & quæstio.lib.5.& in l.si duo patroni.§.Marcellus.ff.de iureiur. Ludo.Roma.singu.742.Hyppo.de Marsi.singu.38.fam.Alex.consi.28.colum.2 lib.2.consi.57.nu.5.Sed hoc intellige quando agitur ad traditionem contra ipsum venditorem vel eius hæredem negantem venditionem, prout etiam loquitur Alex.hac.& in d. consi.39.lib.5. Secus si ageretur contra tertiū, vt quando est quæstio de probando titulo ad finem præscriptionis, quia tunc probant testes venditionem etiam si non recordetur quanta fuerit pretij quantitas ex quo de pretio non disputatur, vt decidit Bald.in l.j.& ibi Pau.C.de rebus alie.non alienan. Rapha.Cu.Alex.in l.sciendum colum.3.ff.de verbo.oblig. Fulg.Pau. Ia.l.si duo patroni.§.Marcellus.ff.de iureiur. Roma.consi.91. Visis.colum.4.Pau.l.j.ff.loc.Ia.rep.l.admonendi.colum.54.ff.de iureiur. Franc.Bald.in tract.de præscrip.in 2.par.tertiæ par.princip.q.9.in fin. Ru.de Mota in rep.l traditionibus.num.49.C.de pact.verum est quòd Alexan.in addi.ad Bald.d.l.j.C.de reb.alie.non alienan.& in d.l.sciendum.col.3.in probat. Bald.quia inquit, hi testes non concludunt cum posit venditio esse facta vno numo, & sic esset nulla.l.si quis autem.ff.de acquir.poss.nec potest Alex.aliter se hinc extricare quam restringendo dictum Bal. vt procedat dummodo testes deponant de certo pretio saltem vltra vnum numum. Sed hæc dubitatio Alexan.futilis est in proposito:quia licet vbi partes remanserunt in terminis simplicis contractus dubitari posit an valeat tanquam donatio vel contractus innominatus, de quo per Bart. Alexan.& alios.in l.si quis ante. ff.de acquir.pos. Tamen postquam secuta est traditio & agitur contra tertium, vt in hac limitatione, non est dubitandum quin titulus

 validus

validus sit sufficienter probatus siue sit venditio vel donatio vel contractus innominatus, quia de specie non curatur. Inuenio etiā quòd Alexan. in addi. ad Bar. in l. quòd sæpe. §. illud. ff. de contrahen. empt. & vendi. mouet circa hæc aliam dubitationem, si testes deponentes de pretio vnus de minori alius de maiori summa deponat, & dicit quòd non probant nec sunt concordes etiam in minori summa quæ non est in maiori in causa onerosa. l. si decem. ff. loc. quod est intelligendum quando agitur contra debitorem negantem venditionem & est indubitatum quando actor vult offerre solum minus pretium, sed si offerat etiam illud maius pretium potest dubitari. Sed adhuc veram puto decisionem. Alexan. si non sint aliæ probationes nec aliæ coniecturæ quàm illorum duorum testium qui non probant, ex quo discordant in vno substantiali. Item limito prædicta si testes deponerent pretium conuentum fuisse solutum & venditorem in eorum præsentia recepisse & contentum fuisse, quia tunc licèt non possint præcisè deponere de quantitate pretij, puto quod probant etiam cū agitur contra venditorem vel eius hæredem negantem venditionē. Idem si probetur pretium fuisse donatum vel remissum, quia cum non amplius agatur de eo soluendo & offerendo, non est necessaria probatio ipsius quantitatis, sed sufficit probare certitudinem in genere & in residuo de quo agitur.

a Contra tertium possessorem.] Vide Roma. tangentem consilio 91. colum. 2. vbi sequitur Bald. ad d. l. j. C. de rebus alien. Et vide Roma. sing. 742. Natta.

b ¶ Tractatum. s. consi. 13. nu. 17.

* Quia illud non vendicat.] Sequitur Afflic. deci. 72. Natta.

* Constat autem ꝙ affinis.] Licet affinis non reperiatur prohibitus testificari, tamen ei minus creditur, quàm testi, qui est omni exceptione maior. Hac de re latè scribit Iaso. ad l. admonendi. in repet. ff. de iureiur. Natta.

c ¶ L. 4. Sed d. l. 4. non habet locum in subsidium & causa cognita vt no. Host. Ioan. An. Panor. c. j. de test. cogen. Ro. sing. 343. Matthæsi. no. 159. deci. tho. 3.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iure canonico non est idonea testis in criminalibus.*

2 *Offendens ex superueniente causa noua, non rumpit pacem.*

3 *Appellationem introducere volenti, non sufficit semel adire, & requirere superiorem.*

4 *Statutum etiam impropriando intelligi debet, vt iuri communi conformetur.*

5 *Appellatus an possit præuenire appellantem in causa committenda.*

CONSILIVM XIX.

Viso processu causę vertentis inter procuratorem cameræ magnifici ac potentis domini d. Cesenæ ex parte vna agentis, & Iacobū Bartholi Quinsoni ex alia se defendentem. ¶ Omisso superuacuo argumentorum apparatu adhærens his paucis fundamētis in quibus rei veritas consistere mihi visa est: dico stipulationem pœnalem de qua in instrumento dictæ pacis non fuisse nec esse commissam: & per consequens dictum Iacobum a pœnis absoluendum esse. & maximè principaliter moueor, quia posito ꝙ esset probatum ꝙ Paulus Cesenus coniunctus dicto Iac. intra quartum gradum percusserit Catherinam filiam dicti Marci cum stocho, quod non pono tamen pro constanti esse probatum, maximè quia agitur de pœna applicanda fisco oc-
1 casione delicti. † quo casu de iure cano. quod etiam est seruandum in terris ecclesiæ, mulieres non sunt testes idonei. vt Innoc. no. in c. forus de verb. sign. §. 1. & Spe. in tit. de teste. §. 1. ver. item ꝙ si mulier &c. & ver. seq. & ibi Io. And. & no. Mod. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testi. & omnis substātialis probatio delicti in casu nostro facta est p mulieres testificantes. tamen omissa ipsa disputatione quam non puto in proposito esse necessariam capio principale fundamentum ex eo ꝙ
2 facta est ibi pax inter aliquos offendentes † & ex postfacto vnus ex eis ex noua causa superueniente offendat alium non
a intelligitur pacem [a] esse ruptam, vt probat Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. per l. si de certa. C. de trans. & l. cum quæritur. ff. de exce. rei iud. & sentit. Bart. in l. verum. ff. de feu. & Bal. expresse in c. 1. in princ. de pace te. in vsib. feu. in 1. vel 2. col. & Ant. de But. & Io. de Imo. in d. c. cum inter. de renun. p illum tex. cum ibi no. Pau. de Cast. in l. qui seruum. ff. de ver. oblig. faciunt no. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. q. de verbo. oblig. sed ita est ꝙ probatur per aliam causam superuenientem ꝙ dictus Paulus percussit dictam Catherinā, quia probatur ꝙ percussit eam, eo quia ipsa expulerat seu percusserat quendam bouem dicti Pau. igitur non committitur stipulatio pœnalis. ¶ Quod autem sit probatur ꝙ Paulus percusserit ex dicta causa, patet, quia apparet primo esse probatū per vnum testē. s. peregrinum ꝙ ipse in die in qua fuit verberata d. Catherina ipse viderat eam percutientem & expellentem dictum bouem dicti Pauli, & constat quod illud fuit antequam Paulus eam percussisset vt apparet ex attestationib. dictæ Diamantis & Mariæ quæ deponunt ꝙ tempore quo Paulus percussit Catherinam cōquestus est ꝙ ipsa percusserat bouem suum: non. n. potuisset vaticinari Pau. de futura percussione bouis facienda per Catherinam. l. si putator. in fin. ff. ad l. aqui. l. iubemus. ad fi. C. de test. quod ex hoc ergo apparet ꝙ iste testis, s. Peregrinus probat de visu superueniente. d. Cath. & sic facit semiplenam probationem. l. vbi casus. ff. de test. c. in omni. extra de test. & plene no. in l. admonendi. ff. de iureiur. cum vulgari. ¶ Subsequenter probatum est per tres testes ꝙ publica vox & fama est ꝙ dictus Paulus percussit dictam Catheri. eò quia ipsa expulerat & percusserat bouem d. Pauli seu eius patris. & fama facit aliam semiplenam probationem quæ iungitur cum superiori semiplena probatione. vt not. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. & in c. veniens. de testi. & in cap. 1. de appel. & in d. l. admonendi. & plenè per Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. & per alios in l. 4. C. de proba. cum concor. accedit quia in his quæ dependent ab animo alicuius, statur dicto eius. vt no. gl. 1. §. aliæ. Inst. de act. & plenè no. Bar. in l. gerit. ff. de acq. hære. & declarauit d. Pau. quando d. Catherinam percussit, quia causa propter quam mouebatur ad eam percutiendam erat quia ipsa percusserat suum bouem. ¶ Non ob. si diceretur ꝙ illa percussio bouis non erat iusta causa propter quam debuisset moueri Paulus ad percutiendum & offendendum eam, sed solum ad offendendum, iuxta l. 1. cum ibi no. C. vnde vi. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. c. olim. el 1. de restit. spol. vnde dicit Bal. in d. c. 1. in prin. de pa. tenen. ꝙ illa promissio de non offendendo facta in contractu pacis, non comprehendit offensam factam ex superuenienti iusta causa: & tamen certum est ꝙ superueniens discordia nō est iusta causa offendendi: vt dixi. hoc etiam verum est, vt patet ex ratione qua mouebatur Bar. in d. l. aut facta. §. causa. & ista quò ad veritatem & mentem iuris (iudicio meo) debent faciliter sedere in animo cuiuslibet rectè iudicantis inspectis dictis probationibus. & vbi esset causa dubia pronunciādum esset pro reo, maximè in pœnis. c. ex literis. de probat. l. si præ-
3 ses. ff. de pœnis. & in regula cum sint partium. lib. 6. ¶ † Circa secundum dubium principale puto esse verum quòd dictus appellās per illam solam introductionem appellationis cum requisitione præsentiæ domini semel facta non dicitur diligens quantum ad hoc quòd non currat tempus appellationis si postea est reuersus d. dominus & amplius non fuerit requisitus. quia iterum debuit requiri quando redijt, vt probatur in d. l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. cum ibi not. per Bart. de no. ope. nun. in 4. oppo. faciunt no. per gl. fi. in c. 1. de consuetu. rec. feu. quæ dixit quòd si magistratus abest, debet expe-
* ctari * & tunc actus geri debet: & sola absentia non excusat. hoc etiam expresse decidit Anto. de But. in c. ex ratione. circa medium. de appel. in versic. ex his deciditur. &c. vnde dicit ꝙ si appellantes accedunt ad sedem Apostolicam & nō possunt habere copiam Papæ oportet ꝙ protestentur de impedimento, vt no. gl. in c. cupientes. §. quod si per 20. de elect. lib. 6. & dicit quòd non sufficit quòd iste qui appellauit, fuerit tātum semel impeditus, sed oportet quòd duret impedimentum & constet illud durare. nam si non potuit hodie habere copiam Papæ poterit cras. secundum eum facit quod not. Ang. in authen. sed lis. C. de temp. appel. vbi dicit quod illud quod dicitur in text. secundum quòd causa appellationis quæ speratur in Consistorio principis inferri, manet intacta absq; damno moræ donec præses faciat causam introduci quod à proceribus secundum morem dirimi &c. debent intelligi secundum eum, si appellans fuit solicitus in introducendo causam sed non potuit quia non habuit aditum ad Imperatorem. ¶ Pro hoc facit, quia appellans in prosecutione suæ appellationis debet summa ope niti: vt dixit text. in l. fin. §. illud C. de tempo. appella. per quem text. in proposito dicit Bald. in authen. item si appellatione. eod. titu. & Salyc. in d. §. illud. quod licèt aliàs vnica interpellatio sufficiat regulariter, vt l. Titia.

Titia.§.Seia.cum ibi no.per Barto. de leg.2.& in l.mora, in princ.cum ibi no.per Barto.de vsur.¶Tamen in causa appellationis non sufficeret vnica interpellatio & requisitio facta iudici, quia non esset ista summa ope niti. vnde secundũ eos debet interpellatio fieri cum ea instantia & diligentia cũ qua debent apostoli peti illud videtur velle Ange. in consil. 126. in ordine meo incipien. Quidam Mathæus, &c. Vbi concludit quòd si fuit appellatum ad dominos Priores qui ex forma statutorum debent committere dictam causam appellationis infra tres dies vni iudici neutri parti suspecto: & quod iudex ex forma statuti debeat causam intra decem dies a die commissionis terminare: & contigerit quod domini Priores nunquam commiserunt causam dictæ appellationis eo quia non fuerunt sollicitati, & etiam transiuerunt decem dies, ꝙ talis appellatio intelligitur deserta eò quia dictum statutum disponens quòd Priores teneantur causam committere infra tres dies, debet intelligi si postulatum fuerit a parti-

* bus.*l.3.§.hæc autem.ff.de magistra.conue.¶Vnde debuerũt Priores requiri per appellantem quòd causam committerẽt, & debuit dicta requisitio fieri cum importunitate: sicut dicimus quando requiritur iudex vt det apostolos.l. 1.ff.de libe. dimis.c.ab eo.de appel.lib.6.Et propterea concludit Ange.quod dicta appellatio intelligitur deserta eò quòd nõ fuit terminata in fine decem dierum. ¶Vnde puto verba dicti statuti quò ad casum propositum licèt videantur aliquantulum ambigua, quòd intentio statuti prædicti non fuit, quòd sufficiat appellantem appellare. & quod non habeat necesse instare & sollicitere causam committi: & eo non sollicitante quòd non possit præueniri ab appellato in faciendo causam committi. Nam si ita est, sequeretur ꝙ de facili tempora finiendæ appellationis esse possent longiora quàm essent de iure communi:& tamen intentio statuti fuit prouidere ꝙ causę appellationis non protraherentur in longum: vt patet ex præfationibus dicti statuti, ex quibus cognoscitur intentio finalis statuti.l.fi.ff.de hære.insti. & l.cum hi in prin. cum ibi no.per Barto. ff.de transa. plenè no. Barto. in l.ambitiosa.ff. de decre.ab or.faci.& Bal.in §.quibus.in prima constit.C.&

4 do.in c.pen.in fi.de cler.coniu.¶†Vnde cum statutum debet semper interpretari vt conformitatem habeat cum iure communi magis quàm fieri possit, etiã si verba statuti impropriè acciperentur: vt probat tex.in c.cum dilectus. vbi hoc ponderat Anto.de But.de consue.& per cõsequens videtur quòd statutum interpretari debeat secundum id quod habetur. in

5 c.Abb.de app.vbi habet† ꝙ appellatus potest præuenire appellantem in faciendo causam committi dummodò nimium non præcurrat ad hoc ꝙ appellantem in commissione impetrãda supplantet. ¶Et secundum Io.And.& alios si quæratur qñ appellatus dicatur nimium præcurrere in impetranda cõmissione causæ, hoc est arbitrarium inspecta qualitate personæ & loci distantia & qualitate causæ.arg.c.cum sit Romana. de appel. ¶Et in proposito satis mihi placet maximè inspecta mente dictorum statuentium, ꝙ si quàm primum potuit appellans impetrare commissionem causæ inspecta qualitate personæ & distantia loci,& non impetrauit, dicatur esse ne-

* gligens,iuxta not.per gl.* no.in l.1.C.de his qui.vt ind. cum ibi no.per Bar.in verb.quęro dicitur, &c. & per Bart. in l.in cognitione.ff. ad Sil.& ideo possit appellatus pręuenire eum in impetranda commissione causę. nec dicatur nimiũ pręcurrere nec statutum hoc prohibet appellato si bene inspiciatur. & si nullus institit vt committeretur causa & sic causa nõ fuit commissa, tunc putarẽ ꝙ elapso anno & ex causa impedimenti biennio causa appellationis sit deserta iuxta auth.ei qui.C. de temp.app.& c.ex ratione.de app.tamquam casus sit omissus a statuto & sic remanet in dispositione iuris cõis; vt not. Bar.in l.omnes pop.in 6.q.prin.de iusti.& iu.cum concord. ¶Et ista videtur mihi in proposito probabilior & humanior conclusio q̃ illa quàm facit Ang.in d.consi. vbi videtur velle quod si pars fuerit diligens in faciendo cãm appellationis cõmitti, & causa non fuerit terminata intra tempus intra qđ a

* die cõmissionis* debebat terminari, dicatur esse deserta. Nam certè statutum in casu suo nec in casu nostro disponebat, ꝙ si quis fuerit negligens in faciendo causam committi quòd tunc elapso termino 10.dierum vel vnius mensis à die cõmissionis causa sit deserta, vnde concludendum videtur, vt dixi, ꝙ iste casus tanquam omissus a statuto remaneat in dispositionis iuris cõis, & constat de iure cõi quod negligẽtia aliqua in faciendo causam committi non inducit per se desertionẽ appellationis, sed solum inhibet potestatem appellato pręueniendi in impetrando causam committi: vt d.ca.Abbatè. & dixi supra. Differt enim aliqualiter casus super quo cõsuluit Ang.a casu nostro, quia in casu suo statutum limitabat tẽpus intra quod causa debebat committi, secus in casu nostro. Et ad omne dubium tollendum in futurum videtur ꝙ consultè & laudibiliter ageret iustissimus ille superior si per statutum præfigeret certum terminum appellanti ad faciendum causam committi intra quem si negligens fuerit appellans causa haberetur pro deserta. Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Pacem.Adde Bal.& Alex.l.semel mora.col.1.ff.solu.mat.Alex.consi.115.lib.4.Alc.l.cum proponas.C.de pact.Rom.consil.158. In casu proposito.

* Si magistratus abest,debet expectari.] Fallit, si expectatio frustrà esset, quia tunc non debet expectari; Alex. ad l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.in 16.quæst.Bar.in apost.de no.ope.nun.& vide Alex.infrà consi.164.col.fi.lib.2. Natta.

* Si postulatus fuerit a partibus.] Vide Felyn.ad c.si autem.in verbo, negligentia.de rescr.& ad c.venerabilis.col.7.de iud.Et de hoc Angeli dicto meminit Ias.ad l.vniuersa.C.de preci.imp. offe. Natta.

* Iuxta nota.per glo.] Vide Alex.latissimè ad l.ita stipulatus. col.3.de verb.ob. Natta.

* A die commissionis.] Istud dictum Angeli sequitur Alex.cons.167. col.2.infrà lib.2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non adita transmittitur ex potentia suitatis.*

2 *Statutum excludens fœminas propter masculos, intelligitur si illi volunt esse hæredes.*

3 *Nepos succedit ex propria non patris persona.*

4 *Ius transmissionis habet locum etiam in portione quæ ex statuto vel speciali iure defertur.*

5 *Fœminæ exclusæ per statutum habentur pro mortuis, & desinunt esse suæ.nu.6.*

7 *Ius substitutionis iunctum cum iure accrescendi transmittitur.*

8 *Mortis tempus attenditur ad exclusionem vel admissionem successionis.*

9 *Statutum quando venit derogando ad ius commune, non interpretatur secundum ius commune.*

10 *Hæres hæredis restituitur ad adeundum.*

11 *Testamenti & delatæ successionis ignorantia præsumitur propter absentiam.*

12 *Decessisse sine liberis quis præsumitur.*

EPITOME.

SVB Statuto. quòd stantibus masculis filiæ non succedant sed sint dote contentę. Quidam. Io.de Quistello decessit relicto Bartholomęo filio & vna filia, filius autem dum esset absens non adita hęreditate paterna decessit sine liberis relicto Raymundo fratre patruele, de quo nõ dubitatur quin excludit sororem defuncti in bonis defuncti. Sed dubitatur an excludat in omnibus bonis dicti Io.hoc est nedum in dimidia iure communi delata Bartholomæo sed etiam in altera dimidia & parte dictæ filiæ speciali iure statuti salua dote delata Bartholomæo licet non constet ꝙ Bartholomæus adierit hęreditatem & vti voluerit statuto, Respon. Alexan.ꝙ sic.

CONSILIVM XX.

Viso processu causæ vertentis inter Raymundũ quondam Antonij ser Ioannis ex parte vna, & dominã

a Margaritam & Ioannam. filias[a] quondam Ioann.de Quistello ex alia se, defendentes mediantibus eorum intercessoribus. & viso puncto mihi transmisso vna cum allegationibus Clarissimi Aduocati dicti Raymundi. ¶ Videtur quod fuerunt deducta, & liquidata pro parte dicti actoris omnia quæ

quæ fuerunt neceſſaria ad firmandam & roborandam intentionem ſuam in petitione hæreditatis Bartholomæi quondã filij & heredis dicti Io. de Quiſtello. ſed ex his quę in puncto continentur. ¶ Videtur ꝙ dictus iudex qui ſnĩam tulit exiſtimauerit ꝙ attento ꝙ non reperitur probatum ꝙ Bartholomæus filius dicti quondam Io. ſe immiſcuerit hæreditati paternæ, non potuerit ad Raymundum hæredem ſuum tranſmittere totam hęreditatem. Io. non aditam, ſed ſolùm tertiam partem hæreditatis ad quam de iure communi vocabatur ex potentia ſuitatis retenta magis communi & approbata opin.
1 quæ habet † ꝙ hæreditas non adita tranſmittatur ex potentia ſuitatis, iuxta. l. ſi fratris. C. de iure deli. & l. ventre. & ibi plene doc. ff. de acq. hær. l. ex militari. §. fi. cum l. ſeq. §. de mili. teſta. cum vul. ¶ Et hoc maximè attẽto & dato quòd Io. inſtituerit hæredem vniuerſalem Bartholomęum: tñ dę iure communi nõ deferebatur recta via tota hęreditas Io. ad Bartholomęũ attẽta pręteritione filiarum Io. quę reddebant teſtm̃ nullum: iuxta. l. filio præterito. ff. de iniuſt. rup. teſt. & in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq;. ¶ Et poſito ꝙ eſſet ibi clauſula codicillaris, quæ operatur ꝙ hæreditas veniat in fideicommiſſum reſtituenda hæredi ſcripto, iuxta not. in l. ex ea. ff. de teſt. & in auth. ex cauſa. C. de li. præ. & in l. 1. ff. de iu. cod. per docto. in infinitis concordantijs, & Bar. in l. quanquàm. C. ad l. fal. tñ conſiderato ꝙ nulla facta nec petita fuit reſtitutio fideicom. a dicto Bartholomæo vel eius hæredibus re vel verbo, prout requiritur, iuxta. l. facta. in prin. & l. reſtituta. ff. ad Trebel. non põt dici etiam ꝙ de iure communi plus quàm tertia pars hæreditatis. Ioã. Delata eſſet Bartholomæo. ¶ Eſt ergo videndum an ſit verum ꝙ dict. Bartholomæus ſolum tranſmiſerit ex potentia ſuitatis ad Raymundum tertiã partem hæreditatis Io. quæ ſibi de iure communi deferebatur ex ſtatuto repellente fœminas ẽt ab inteſtato extantibus maſculis, prout latius in dicto ſtatuto cõtinetur. ¶ Et videtur prima conſide-
* ratione * dicendum ꝙ non tranſmittat totã ex potentia ſuitatis, quia priuilegium conceſſum à ſtatuto ipſi Bartholomæo deſcendenti ad excludendũ fęminas, ita demũ habet effectum ſi acceptatum & agnitum fuiſſet per ipſum Bartholomæum dum viuebat. l. emancipata. C. qui admi. & l. 1. §. ibidem. ff. de col. bon. ſed per dictum Barthol. non fuit acceptatũ quia non fuit agnita hęreditas ipſius Io. ſibi inſolidum delata virtute dicti ſtatuti: ergo nihil operari poteſt priuilegium a dicto ſtatuto conceſſum. ¶ Secundò quia priuilegium conceſſum à lege filijs in poteſtate de tranſmittendo hereditatẽ aſcendentium conceditur, ſolum in portione eis debita a lege 12. tabularum ſeu debita de iure naturæ quia fraudari nõ debet, vt patet ex. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. iuncta. l. cum ratio. ff. de bon. dam. in prin. ſed non reperitur quòd in portione quę vltra diſpoſitionem iuris cõis conceditur in effectu filio excludenti filias, habeat filius priuilegium tranſmittendi abſque aditione, ergo ſumus in regula quæ habet ꝙ hæreditas non adita nõ tranſmittatur. l. qm̃ ſororem. C. de iu. delib. l. 1. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. ¶ Tertiò quia in caſibus in quibus hæreditas non adita tranſmittitur, fit tranſmiſſio talis hęreditatis nõ tanquàm aditæ ſed tanquam ad eum delatæ. l. ſi quis filium. in prin. ff. de acq. hær. & in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. ſed ita eſt ꝙ dictus Raymundus non debet per ſuam aditionem poſſe excludere filias dicti Io. quia iſtud priuilegium excludendi filias à ſucceſſione patris conceditur ſolũ perſonis deſcendentium maſculorũ prout erat Bartholomæus, ergo non tranſit ad tranſuerſales hæredes Bartholomæi prout eſt Raymundus. arg. l. quia tale. ff. ſol. ma. & in c. priuilegium perſonale. de reg. iu. in 6. l. Titia Seio. §. vſuras. de leg. 2. & per iſtas rationes iſtam partẽ videtur tenere Sal. in l. 1. in fi. C. ad leg. Iul. de adult. Quartò quia videntur præferri vocari dicti deſcendentes non tanquàm ſui hæredes, ſed ſolum per hoc nomen naturæ. l. tutelas. cum ibi no. per Bart. ff. de ca. dimi. ſed ita de iure beneficium tranſmiſſionis hæreditatis non aditæ ad quoſcunq; ſolum conceditur illis qui ſunt ſui hæredes. d. l. ſi fratris. & l. quoniã ſororem. C. de iu. delib. & d. l. 1. de his qui ante aper. tab. ergo non videtur ꝙ iſte Bartholomæus trãſmittat ad Raymũdum ſuum fratrem patruelem illud quod ipſi Bartholomæo a ſtatuto defertur vltra ius cõe. ¶ Quintò
2 † quia ſtatutũ pręd ictũ excludens fœminas propter maſculos intelligitur ſi maſculi volunt eſſe hæredes. l. 2. §. ſed ſi ſine. & ibi no. Bar. ff. ad Tert. & l. 1. §. ꝙ ſi filium. & ibi Bar. ff. de contra tab. & no. Bal. in l. maximum vitium. in 6. col. C. de libe. prete. in ver. item quęro enim ꝙ ſtatutum &c. ſed dictus Bartholomæus non agnouit hæreditatem patris: ergo non habet locum ſtatutum: per quas duas vltimas rationes Ludo. de Roma. in l. ventre. ff. de acquir. hæredi. reliquit ſuper hoc paſſu cogitandum. ¶ Sextò quia ceſſante ratione legis ceſſare debet ipſius diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum ceſſante. de appell. ſed ratio dicti ſtatuti vt apparet ex dictis pręfationibus ipſius ſtatuti iuxta. l. fi. ff. de hæred. inſtitu. fuit vt conſeruaretur dignitas, & nomen familiarum, quæ per maſculos, & agnatos conſeruatur. l. pronunciatio. §. 1. ff. de ver. ſig. inſtitu. de legi. agnat. ſuc. per totũ. ſed ſi diceremus ꝙ dicta portio delata filio maſculo à ſtatuto tranſmitteretur ẽt non adita, ſequeretur ꝙ etiam quando eſſet extraneus hæres dicti filij, puta ex teſtamento, excluderet ſorores dicti filij ab hæreditate aſcendantis quamuis per illum extraneum non veniret ſeruandum nomen & dignitas ipſius familiæ primi defuncti: de cuius ſucceſſione tractaretur quod nõ eſt dicendum. ¶ Septimò, quotieſcunque defertur aliqua portio de iure ſpeciali non habent in ea locum beneficia iuris cõmunis: vnde videmus ꝙ in portione delata filio maſculo de iure ſpeciali ipſius ſtatuti, non habet locum tranſmiſſio ſi nõ fuit adita. ¶ Octauò probatur per l. 1. §. ſi ſit. in 2. reſponſo. & quod ibi not. Bart. ff. de col. dotis. & Bar. in l. 1. §. ſi filius. ff. de
3 coniugen. cum emanci. libe. † vbi licet nepos regulariter ſubintret gradum & locum patris ſui, tamen non ſuccedit nepos ex perſona patris ſui, ſed ex perſona propria: & attenduntur qualitates quæ ſunt in perſona nepotis: & non illæ quæ erãt in perſona patris. Ita in propoſito, quamuis Raymundus ſuccedit in locum Bartholomæi tanquàm eius ſucceſſor, tamen debet in hac ſucceſſione conſiderari qualitates perſonæ Raymundi & etiam Bartholomęi: ergo cum Raymundus non ſit de deſcendentibus Io. non debet excludere fœminas Io. quæ ſolùm excluduntur per deſcendentes in dicto ſtatuto. ¶ Nonò, quia ſtatutum debet interpretari vt minus lædat ius commune quàm poſſit. c. cùm dilectus. de conſue. l. 2. C. de noxali. ſed cum ſtatutum prædictum non diſponat aliquid de trãſmiſſione, debet intelligi ꝙ deſcendentes maſculi excludãt fœminas. ſ. ſi ipſi maſculi ſuccedant per ſeipſos, non autem ſi ante aditam hæreditatem decedant: quia tunc non excludũtur fœminæ, Nam hoc modo intelligendo minus læditur ius cõmune volens per maſculos nõ excludi fœminas. l. fi. C. de libe. præterit. l. lege duodecim tabularum. C. de legi. hære. & ẽt uolens hæreditatem non aditam regulariter non tranſmitti. ¶ Quibus non obſt. ſententiam contrariã de iure probabiliorem eſſe puto ex infraſcriptis. ¶ Et primò ſecundum veras cõcluſiones ius commune vult ꝙ portio quæ in bonis patris defertur filio in poteſtate tranſmittatur ad quoſcunque: vt dixi
4 in princ. † ergo talis diſpoſitio iuris communis locũ habere debet in portione quæ ex forma ſtatuti in bonis patris defert filio: quia iſta appellatur extenſio paſſiua quæ habet locũ in ſtatutis. l. 1. §. lex falcid. & ibi no. Bart. ff. ad leg. fal. l. 1. §. illo. de mune. & hon. Bar. & alij in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de iuſti. & iu. & in l. 2. de leg. 1. cum ſim. ſicut enim videmus ꝙ ius commune diſponens ꝙ de legatis relictis in teſtamento poſſit detrahi falcidia, habet locum etiam in teſtamentis quæ nõ valebant de iure communi; ſed ſolum ex diſpoſitione ſtatuti: vt in d. §. lex falcidia. & ibi Bar. ita in propoſito dicamus, iura communia volentia quod portio delata filio in poteſtate in bonis patris tranſmittatur ex potentia ſuitatis debent habere locum qñ filius in poteſtate ſuccederet in aliqua portione ſibi delata a ſtatuto in bonis patris. & iſtud tenet Cy. poſt antiquos in d. l. fi. C. de adul. licèt non adducat rationem prædictam. Nã vult ipſe ꝙ diſpoſitio. l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. quæ vult ꝙ deſcendentes qui non ſunt ſui hæredes tranſmittant ad deſcendẽtes ſuos hęreditatem aſcendentium aditam. & conſimilia iura loquentia de tranſmiſſione hęreditatis non aditæ habeant locum etiam quando talis portio hæreditatis deferebatur a ſtatuto ipſi deſcendẽti in bonis aſcendentis. & refert ipſe tenuiſſe Vgolinum de Fontana Parmenſem. ¶ Secundò probatur, quia portio accreſcens ſapere debet naturam eius rei cui accreſcit. l. ſi ex toto. in prin. ff. de lega. 1. l. inter ſocerum. §. cum inter. in fi. ff. de pac. do. l. etiam. C. de

C.de iu.dot.cum ſimi.ergo portio filiarum quæ accreſcit por
tioni ipſius filij maſculi debet ſapere naturam portionis ip-
ſius filij, quæ ſine dubio tranſmittebatur ex potentia ſuita-
tis.¶Tertiò, quia abſurdum eſſet dicere prædictum Bartho-
lomæum in hæreditate ſui patris eſſe pro parte ſuum hæredẽ
& pro parte hæredem non ſuum: id eſt non tranſmittentem
& ex potentia ſuitatis.arg.l.Titiæ ſi non nupſerit.de cond.&
demõ.& l.ſi priuatus.in fi.ff.de lib.cau. & l.cum qui ædes.ff.
de vſuc.c.per venerabilem, qui filij ſint legit.& quod not. in
c.cum inhibitio.de cland. deſponſ. & per iſtas rationes con-
ſuluit Bal.in conſi.incipiente. In Chriſti nomine factũ præ-
ponitur ſub hac forma; Quidam nomine &c. vt etiam refert
5 Ludo.Rom.in d.l.ventre. ¶† Quartò, quia dictum ſtatutum
excludens fœminas ab hæreditate facit eas haberi pro mor-
tuis.l.1.§.ſi pater emancipatus.ff.de coniungen. cum eman.
lib.l.1.§.pen.in fi.ff.de bo.poſſ.contra tab.& ſic tota hæredi-
tas defertur iure ſuitatis filio maſculo ac ſi fœmina non eſſet
in rerum natura per d.l.pen.§.ſi de bo.poſſ.cõtra tab.& ideo
maſculus debet ex potentia ſuitatis tranſmittere etiam por-
tionem ipſius fœminæ non aditam. & per iſtam rationẽ Pau.
de Caſt.in l.fi.ff.de acq.hær.affirmat in terminis huius ſtatu-
ti diſponentis quòd extantibus maſculis fœmina non ſucce-
dat. Et dicit ipſe ꝙ etiam Bal. ita conſuluit non per iſtam ra-
tionem, ſed per aliam, videlicet quia quod iuris eſt de prin-
cipali, idem debet eſſe de augmento.p d.§.cum inter.¶Quin-
tò, fortificatur per id quod dicit Bart.in l.1.§.ſciendum.&
per illum text.ff.de ſuis & legi.& Bal.in l.maximum vitium.
6 circa fi.C.de lib. præt. vbi dicunt † ꝙ ſi ſtatutum dicat ꝙ ex-
tantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, ꝙ talis fœmina
b deſinit eſſe ſua [b] hæres.Sicut ergo ſi duo eſſent filij, quorum
vnus tantum eſſet in patria poteſtate & alius eſſet emancipa-
tus, ſuccedebat olim ſuus in totum ac ſi emancipatus fuiſſet
mortuus.inſtit.de hær.quæ ab inteſt.in §.emancipati.l.ſed cũ
patrono.§.1.ff.de bon.poſſ.Ita ergo in propoſito cum per di-
ctum ſtatutum filiæ deſinant eſſe ſuæ filius maſculus ſolus re
manet ſuus, & per conſequens totam tranſmittere debet ex
potentia ſuitatis, cùm prima cauſa ſit ſuorum.inſtit.de hære.
quæ ab inteſt.in prin.l.1.§.poſt ſuos.ff.de ſuis & legit. ſimile
videmus quando vnus filius eſt in totum inſtitutus, & alius
eſt exheredatus.l.ſi filius qui patre.de vulg.& pu.¶Sextò pro-
batur, pone quòd pater habet tres filios in poteſtate: ſcilicet
Titium, Sempronium & Gaium, & inſtituit Titium in vna
dimidia, reliquos duos in alia dimidia; dicemus ne ꝙ Titius
decedens traſmittat ſuam integram dimidiam ex potẽtia ſui-
tatis ad quoſcunque etiam ſi deceſſerit antequam hæreditatẽ
adierit? certè ſic, vt videtur probari in l.3.in verſi.ſiue ex par-
te.C.de iure delib.non reſtringendo illum tex. generaliter &
indiſtinctè loquentem; tamen clarum eſt quòd de iure natu-
ræ & de iure communi nõ erat debita Titio integra dimidia,
ſed ſolùm legitima vel ad plus portio virilis: ergo eadem ra-
tione ſi portio filij augeatur ex diſpoſitione. l. municipalis.
cum diſpoſitio legis & diſpoſitio teſtatoris à pari procedant.
l.fi.C.de rebus alie. non alien.& in auth.de nup.§.diſponat.
¶Septimò pro hac parte videtur bonus text. in ratione ſui in
7 illa ſingulari.l.qui patri.ff.de acq. hær. † vbi licèt regulariter
ius ſubſtitutionis non tranſmittatur ad hæredes.l.toties. eo.
titu.l. qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.Tamen fallit
quando ius ſubſtitutionis pupillaris eſſet connexum cum iu-
c re accedendi vel cũ iure accreſcendi, [c] quia tunc trahit à iure
accreſcendi qđ tranſmittatur ad heredes ſuos ſicut tranſmitti
tur ad ipſum in ius accreſcendi.l. qui ex duabus.ff.de acq.he-
re.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit.Item hoc propter coniun
ctionem & connexitatem quam habet portio quę aufertur fi
liæ cùm ea quę iure proprio defertur, debet filio induci tran-
ſmiſſio partis filiæ per partem filij quæ iure ſuitatis tranſmit-
titur.ſimile videmus in caſu.l.qui ex duabus, in prin.ff.de ac-
qui. hęr. vbi ſecundum vnum intellectum quem ponit Bart.
ibi licèt inſtitutio conditionalis non tranſmittatur ad hære-
des.l.liber homo.§.ſi ita.ff.de hęr. inſti.l.fi.in prin.ff.de vul.
& pupil.tñ fallit quando inſtitutio conditionalis eſſet iuncta
cum iure accreſcendi: quia tunc trahit à loco vt tranſmitta-
tur ad hęredes.¶Octauò, quia poſito ꝙ non tranſmiſiſſet Bar
tholomæus ad hęredes ſuos ex portione ſuitatis portionem
ꝙ ſtatutum aufert filiabus, quam tñ de neceſſitate oportet di-
cere ꝙ cum Bartholomæus ex potentia ſuitatis tranſmittat
ſaltem ſuam propriam portionem ad Raymundum, tñ pro-
pter ius accreſcendi Raymundus conſequitur etiam portio-
nem quam ſtatutum aufert filiabus, quia aliàs ſequeretur ꝙ il
le cui delatę eſſent plures partes huius hæreditatis prout erat
Bartholomæus poſſet pro vna parte eſſe hæres & pro alia nõ,
quod eſt contra.l.2.ff.de acq.hęre.& dicit Ang.in l.1.ff.eo.ti.
ꝙ iſtud nedum procedit quando certæ partes, & certa com-
moda eſſent delata a teſtatore, ſed etiam a l.allegat caſum quẽ
dicit eſſe ſingularem in l.4.C.de omni agro deſerto.lib.11.vn
de ſiue dicamus iſtas portiones hæreditatis eſſe delatas a teſta
tore ſiue a ſtatuto idem iuris eſt. Itẽ ſequeretur ꝙ teſtator dẽ-
cederet pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus contra regu-
las iuris.¶Nonò & vltimò per hoc adduco tex.in c.1.§.in om
ni.in tit.Epiſcopum vel Abb.in vſi.feu.& quod ibi per illum
tex. inquit Bal.vbi dixit ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ extantibus
maſculis filia fœmina non ſuccedat operatur ꝙ quàm primũ
extitit maſculus poſt mortẽ patris filia intelligitur perpetuò
excluſa, adeò ꝙ licèt decedat poſtea maſculus ſuperſtite filia,
tamen non admittetur filia prædicta.& ita etiam dicit Bal. in
auth.ſed & ſi quis.in 6.col.& in l.in quibus.C.de ſecũ.nupt.
vnde in propoſito quàm primũ mortuo Io. viuus extitit Bar-
tholomæus ſunt excluſæ dictæ filiæ adeò ꝙ etiam mortuo po
ſtea dicto Bartholomæo non poſſunt ipſæ ad ſucceſſionẽ ve-
nire.¶Et per iſta apparet de facili reſponſum ad allegata in cõ
trarium.¶Quibus tamen ſpecialiter reſpondeo. Et primò ad
primum argumentum dum dicit, ꝙ priuilegium non habet
effectum niſi fuerit acceptatum: Reſpondeo, ꝙ iſta tranſmiſ-
ſio dicitur fieri ex potẽtia ſuitatis de iure communi, quod ha
bet locum in caſu noſtro propter extenſionem paſſiuam.& ẽt
quia dictæ filiæ quòad ſuccedendum in hæreditate haberen-
tur pro mortuis, vt ꝓbaui, ſupra & ſic iſta portio videtur quo
ad tranſmiſſionẽ agnita, & acceptata ex potentia ſuitatis.l.1.
§.qui in poteſtate.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta.l. ſi poſt mortẽ.
in prin.de leg.1.præterea etiam priuilegium ſi non ſit accepta
tum tranſmittitur ad hæredes, patet in l.non ſolum.ff.de in
integ.reſt.& in l.hæredes.C.ad Velleianum.¶Ratio autẽ qua-
re in caſu d.l.emancipata. non tranſmittebatur hereditas nõ
adita, erat, quia illo tempore non tranſmittebat emãcipatus
hæreditatem non aditam: vnde glo.in d.l.emancipata.& cla-
rius.ibi Iac.But.Bal.Ful.& Pau.de Caſt.& Gy.in l.1.in 2.qõ.
C.de his qui ante aper.tab. tenet ꝙ etiam bonorum poſſeſſio
non agnita per deſcendentes in bonis aſcendentium trãſmit-
tatur ad deſcendentes ſicut hæreditas de iure ciuili in tali ca
ſu tranſmittitur per d.l.1.de his qui ante aper.tab. In alijs au
tem caſibus bonorum poſſeſſio non agnita regulariter nõ trã-
ſmittebatur. vt d.l.emancipata.& in l.5.§.acquirere.ff.de bo.
poſſ.ſic nec hæreditas non adita vel non habita pro adita non
tranſmittebatur. Ad ſecundum arg. ſcilicet quòd non reperi
tur ꝙ filius tranſmittat niſi portionem quæ ſibi de iure natu-
ræ debita eſt.vnde patet reſponſo ex his quæ ſupra dixi, maxi-
mè in 2.4.5.6.7.& 8.ar.¶Ad tertium arg. dum dicitur quòd
iſtud priuilegium excludendi filias eſt conceſſum deſcenden
tibus: vnde non debet tranſmitti ad alios &c. reſpondeo ꝙ
non tranſmittitur priuilegium excludendi; ſed tranſmittitur
ipſa hæreditas, quia attento quòd Bartholomęus erat in pote
ſtate Io.& ſuus hæres etiam ante aliquam expreſſam immix-
tionem hereditatis perinde eſt ac ſi fuiſſet hæres & ſe immi-
ſcuiſſet quò ad ea quæ ſunt ipſi filio fauorabilia prout eſt ius
tranſmiſſionis.l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pup. & in l.1.
§.qui in poteſtate.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſt.iuncta.l. & quia
in prin.ff.de interro.act.hoc patet de iure communi in hęre-
ditate paterna quæ a lege delata eſt filio in poteſtate in qua fi-
lius habet priuilegium ꝙ ſit ſuus. Nã licet iſtud priuilegium
non tranſmittatur ad hæredes filij quia nõ erunt ſui hęredes,
ſcilicet patris, ſed hęredes ipſius filij; tamen bene tranſmittit
filius ipſam hæreditatem etiam non aditam ad extraneos hæ-
redes ſuos & excludit quoſcunque alios ad agnatione patris
ipſius.d.l.ſi fratris.cum ſi.¶Præterea reſpondeo ꝙ cum Bar-
tholomæus ſine dubio tranſmittat de iure cõmuni ex poten-
tia ſuitatis portionem ſibi delatam de iure communi, neceſſe
eſt etiam ꝙ alia portio filiarum quę a ſtatuto deferebatur fi-
lio, etiam accreſcat Raymundo per rationes quas adduxi. ſu-
prà maximè in 7.& 8.arg.& per eaſdẽ rationes patet reſpõſio
ad

ad quartum arg. dum dicebatur ꝙ statutum vocat istos filios
tanquam descendentes non tanquam eo ipso quo ad statutũ
excludit filias: & sic eas facit haberi pro mortuis quò ad suc-
cedẽdum in hæreditate: & succedit dispositio iuris cõis, quæ
facit filios esse suos hæredes in totum: vt probaui, supra in
4.5.& 6. arg. & in 1. arg. vlt. partis. ¶ Non ob. arg. videlicet. ꝙ
dictum statutum sic excludens fœminas propter masculos
intelligitur si masculi voluerunt esse hæredes, aliter non. l. 2.
§. sed si sint sui. ff. ad Tert. & ibi Bart. quia respondeo ꝙ illud
c procederet quando filij masculi repudiassent hæreditatem *
vel alio modo essent incapaces. ita loquitur Dyn. in d. §. sed si
sint sui. cum alijs iuribus ibi ad hoc allegatis per Bar. sed in ca
su nostro Bartholomæus non abstinuit. imò lex fecit eum in-
continenti suum heredem. d. §. qui in potestate. cum similib.
¶ Non obst. sextum arg. scilicet, ꝙ cessante ratione statuti &c.
quia respon. primò ꝙ cum Raymundus sit masculus de agni-
tione, vendicat in eo locum ratio statuti. Item secundo respõ-
deo ꝙ satis est vt satisfactum sit statuto ꝙ tempore mortis Io-
an. extiterit viuus Bartholomæus & capax successionis & hæ-
reditatem non repudiauerit ad hoc vt filiæ intelligantur ex-
8 clusæ: quia † ad videndum quis præferatur & excludatur in
successione attẽditur solum tempus mortis illius de cuius hæ-
reditate agitur. §. proximus insti. de legit. agna. succ. l. 2. §. in-
terdum. ff. de suis & legi. maximè cum eo tempore filius ma-
sculus censeatur esse suus heres vt sic testamentum sit confir-
matum. d. l. si filius qui patri. & sufficit filiam semel esse exclu
sam per existentiam masculi ad hoc vt perpetuò videatur esse
exclusa etiam deficiente postea masculo: vt in d. c. 1. §. quan-
do etiam. & ibi Bald. in tit. Episcopum vel Abb. vt dixi supra
in vlt. arg. ¶ Præterea satis est quòd filius masculus in sua prin-
cipali parte fuerit suus heres ex dispositione legis, ad hoc vt
postea ratione augmenti totum accrescere oporteret illi por
tioni, aliàs sequerentur absurditates de quibus dixi maximè
in 7.& 8. arg. ¶ Non ob. 7. ar. fundatum per d. l. mulieri. quia
respondeo quòd illud quod ibi habetur procedit quando il-
le qui succedit de iure speciali succedit contra voluntatẽ de-
functi, secus si non esset contra voluntatem defuncti vt in ca-
su nostro per l. filium. §. fi. ff. de leg. præstan. secundum doc. in
d. l. mulieri. ¶ Præterea dispositio illius legis non habet locũ
nisi in legatis & non in hæreditatibus, vt in terminis nostris
statuti firmant. Bar. & doct. in l. re coniuncti. de lega. 3. & alij
in l. 1. C. quando non pet. partes. ¶ Non obst. octauum arg. de
leg. 1. §. si sic. de colla. dot. quia respondeo, quòd ibi non fuit
delata heredit as patris in cuius locũ succedebat nepos: ideo
consideratur nepos ex persona patris secus si delata fuisset pa
tri sicut hic delata fuisset Bartholomæo, quia tunc considera-
ri debet succedens nõ ex persona propria sed ex persona eius
in cuius locum succedit: vt est text. in l. si quis filium. C. de
inoffic. testa. ¶ Ad vlti. argu. dum dicebatur ꝙ statutum debet
interpretari vt quàtominus sit possibile, ledat ius commune.
respondeo ꝙ minus leditur ius commune si totum deueniat
ad Raymũdum, quia non decedit testator pro parte testatus:
Nec erit quis pro parte tantum suus vt augmentum imitetur
naturam eius cui accrescit, & satisfiat legibus volẽtibus ꝙ hæ
reditas quę obuenit filijs in potestate transmittatur ad quos-
cunque saltem vigore extensionis passiuæ prout hæc omnia
clarè liquent ex argumentis pro secunda parte adductis.
9 ¶ † Præterea expressè quando statutum venit derogando ad
ius commune vt in casu nostro, etiam statutum non interpre-
tatur secundum ius commune, vt egregiè voluit Bal. in l. ma
ximum. in 5. q. C. de libe. prete. & Pau. de Cast. in l. fi. §. in cõ-
putatione. C. de iu. delib. ¶ Ex quibus concludo veram & ma-
gis communem esse istam opi. quòd totum transmittatur ad
Raymundum & dato etiam ꝙ vellemus dicere quod opi. Sa-
ly. esset vera. s. ꝙ ex iure transmissionis seu ex potentia suitatis
non transmitteretur portio quam statutum aufert filiabus, ta
men negari non potest ꝙ saltem ius accrescendi non vadat ad
Raymundum, ne incidamus in absurdum & in inconueniẽs
de quo in l. 2. ff. de acq. hęr. & l. ius nostrum. ff. de regu. iur. &
plures possent esse effectus & diuersitates inter acquisitionẽ
quę fieret per ius transmissionis ex potentia suitatis, & acqui
sitionem quæ fieret ex iure accrescendi. & sufficit vnam exem
pli gratia adducere: quia si portio filiarum delata per statu-
tum masculo non fuit transmissa Bartholomæo ex potentia
suitatis, potuisset Raymundus incipere adire portionem fœ
minarum delatam Bartholomæo a statuto: & licèt deberet
adire, tamen non efficeretur hæres nec in illa portione, nec
in illa quæ de iure communi deferebatur Barto. sed si portio
filiarum fuisset ad eum transmissa ex potentia suitatis posset
incipere aditionem ab illa portione, & illam agnoscendo ha-
beret reliqua ex iure accrescendi per l. 2. cum ibi no. ff. de ac-
qui. her. ¶ Non omitto etiam quòd dato ꝙ dicta portio filia-
rum non esset transmissa vel acquisita dicto Raymun. prout
10 in veritate est acquisita, † tamen incidenter potest peti p Ray
mun. in integrum restitutio ex clausula generali, si qua mihi
iusta causa, pręsupposito quòd dictus Bart. hęres institutus tẽ
pore mortis patris nec post vnquam fuit in ciuitate, sed ste-
tit absens a ciuitate vsque in tempus mortis suę ut in thema-
d te pręsupponitur pro [d] casu & si fuit absens etiam ex causa vo
luntaria & non ex delicto debet hæredi suo concedi restitu-
tio in integrum aduersus læsionem causatam non aditione,
& morte ipsius Bartholomæi: vt firmat Bar. in l. Panthonius.
ff. de acq. her. & Ange. in repe. l. ventre. ff. de acq. her. & Imo.
& Pau. de Ca. in d. l. Panthonius. & Imo. in l. si filius heres. ff.
de lib. & posth. in 5. col. & Pau. de Cast. in d. l. ventre. & saltem
procedat hoc in hęreditate delata filio, i. Barth. prout fuit in
casu nostro, quo casu Imo. in d. l. ventre. in 16. col. transit cũ
opi. Bar. per d. l. Panthonius. versi. cum filius. &c. quæ loqui-
tur in hęreditate delata filio, in hęreditate verò delata extra-
neo tenet contra Bar. sed illa disputatio de extraneo non est
necessaria in casu nostro. & dicit Pau. de Cast. in d. l. Pantho-
nius. quod vidit opi. Bart. vbique seruari. ¶ Et hæc procedit
11 attento † quod propter absentiam [e] habuit præsumptã cau-
e sam ignorandi testamentum Ioan. & successionis sibi delatæ.
c. cum in tua. qui ma. accu. poss. & declarat Bar. in l. 1. circa 6.
col. ff. de acqui. here. ergo &c. Et prædicta procedunt quãdo
bona petita fuissent in hęreditate Io. sed quò ad ea quæ pars
aduersa respondeo petitionib. actoris confitetur fuisse in bo-
nis & hęreditate Bartho. prędictę disputationes essent super-
uacuæ: quia nemo dubitat quòd ex forma dicti statuti ad
ea quę erant in hereditate dicti Barth. admittatur Raymun-
dus. ¶ Nec faciat dubium iudex ꝙ non videatur prima facie
probatum dictum Bartholomæum decessisse sine liberis. &
sic Raymũdum esse proximiorem agnatum masculum: quia
12 dico ꝙ hoc non obstat dicto Raymundo, † qui allegat aliquẽ
f decessisse sine liberis [f] habet intentionem suam fundatam
* ex præsumptione iuris communis, vt probatur in l. ex facto.
§. pen. & ibi no. hoc Bart. & Ang. ff. ad Treb. & Barto. in l. qui
duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. non nego ꝙ tutius esset
ꝙ peteretur committi per iudicem nuncijs publicis & explo
ratoribus vt vadant & inquirant per vicinam seu apud notos
scilicet an Bartholomæus decesserit cum filijs aut alijs proxi-
mioribus dicto Raymundo, quo casu sufficeret ꝙ nuncij re-
ferrent se non potuisset inuenire quòd decesserit cum filijs
ac proximioribus dicto Raymundo: vt satis sentit Bart. in l.
in illo. ff. de ver. ob. ad fi. dum alleg. d. l. ex facto. §. penul. ¶ Ex
quibus concluditur pro victoria Raymundi. ¶ Alex. de Imo.
Iur. Vtriusq. Doct. excellentissimus consuluit.

ADDITIONES.

a ¶ Filias. hæc famigerata quæstio in fortioribus terminis tractatur per
Cy. & alios in l. 1. in fi. C. de adul. quando stante hoc statuto decessit
aliquis relicta filia & filio qui nulla immixtione facta mox decessit.
Relicta filia seu nepte, q̃ omnia bona vendicat ex statuto contra ami
tam, quæ solum vult habere dimidium ex iure communi tanquam
cessante statuto, hinc quod succedant æqualiter, tenuit Iac. de Are.
& Vber. de bon. contrarium pro nepte tenuit quidem Ego. de Fon-
tanell. Parmensis quem secutus est Cy. d. l. in fi. Sal. autem ibi distin-
xit, aut per filium fuit adita hęreditas patris, & tunc procedat opin.
Cy. aut verò nullo modo adiuit nec se immiscuit, & tunc locus sit
opi. Iac. de Are. & tribus rationibus mouetur, quis breuitatis causa
non refero in hac quæstio. Ias. in l. emancipata. in 2. col. C. qui admit
ti, non audet decidere sed remittit ad l. si arrogato. ff. de adop. vbi in
col. 8. relinquit sub dubio. Sed postea in consi. 201. lib. 2. vbi tantum
ferè transcribit quæ scripsit in d. l. emancipata. sequitur opinionem
Sal. consulendo pro amita. Gui. autem Benedi. in repe. c. Raynut. in
verb. mortuo itaque testatore. 2. nu. 118. 120. volens concordare di-
stinguit. An statutum purè, simpliciter & absolutè stantibus masculis
excludat fœminas in totum, vt tunc procedat opin. Cy. an verò non
excludat in totum, sed iubeat eas dotari, tunc procedat distinctio Sa
li.

li. sed dicendum indistinctè ueram esse opinionem Cyn. per ea quæ hic tradit Alex. quem etiam secuti sunt Bal. in auth. sed & si quis. l. in quibus. C. de secun. nup. in c. 1. episcopum vel Abbatem. in vsi. feu. Albe. Ang. in d. l. 1. C. de adu. Alb. 2. statu. q. 102. Lu. Rom. in l. ventre. in fi. ff. de acq. hær. Pau. in l. fi. eo. ti. Fran. Aret. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de lib. & posth. in consi. 50. copiosè. nu. 5. Soci. in repe. l. mulie rì in fi. ff. de condi. & dem. in consi. 153. lib. 2.

a Et videtur prima consideratione.] Hanc quæstionem, nunquid filius ex potentia suitatis transmittat partem sibi delatam ex beneficio statuti excludentis filias fœminas, non agnitam, ad suum hæredem, tãgit etiam plenè Soci. consi. 153. dub. 2. lib. 2. vbi in effectu concludit cum Alex. hic pro parte affirmatiua. Et de hoc suo consilio meminit Alex. ad l. si filius, qui patri. in fi. ff. de vulg. & pup. Et de hac quęst. vide Aret. ad l. ventre. col. 14. ver. item adde in quantum d. Mæus. ff. de acq. hær. & ad l. si quis posthumos §. si filium. ff. de lib. & posthu. col. pen. Vide latissimè per Rui. tenentem contrariam opinionem, & respondentem fundamentis hic per Alexandrum constitutis, ad l. si ex toto. in prin. col. 2. cum pluribus seq. ff. de leg. 1. Et plura per Brunum in tractatu de statutis excludentibus fœminas. art. 13. princ. q. 6. Ias. etiam plura ponit ad l. si arrogator. col. 8. & seq. ff. de adop. Et opinio Alex. hic est communior, vt testatur Ias. consi. 201. lib. 2. vbi tamẽ nõ vult, ꝙ procedat in portione hæreditatis maternæ non aditæ, delatæ beneficio statuti. Et vide etiam aliquid per Dec. consi. 296. col. fin. & latè consi. 331. col. pe. & seq. & consi. 607. dub. vlt. Vide etiam latè de præd. q. Soc. consi. 67. lib. 4. per totum, vbi vult idem esse in hæreditate matris non adita. Et vide Gram. deci. 63. vbi vult, filium non transmittere portionem sororis non aditam, ad neptem ex se natam, secus ad nepotem. Natta.

b ¶Sua contrarium decidit infra eo. lib. consi. 131.

Repudiassent hereditatem.] Quando aliquid acquiritur ipso iure, licet requiratur declaratio voluntatis, tamen acquiritur ignoranti, sed reuocabiliter, ideò requiritur expressè repudiatio, Pau. Cast. ad l. senatus. §. legatum. & ad l. si legatarius. §. 1. ff. de leg. 1. Natta.

c ¶Accrescendi. adde. Alex. Ias. l. si Titius. ff. de vul. & pup.

d ¶Integrum. in li. 2. consi. 163. nu. 3. consi. 169. nu. 14. & lib. 3. consil. 86. nume. 2.

e ¶Absentiam. no. illud quod tollit ne Alex. sit sibi contrarius. infrà li. 2. consi. 184. nu. 2. vt ibi dixi. adde Benedi. Rep. c. Raynu. ver. mortuo itaque testatore. 2. nu. 182.

f ¶Liberis. vide infra eo. lib. consi. 39.

Habet intentionem suam fundatam.] Hanc opinionem latè tuetur, Alex. ad l. is potest. col. antep. ff. de acq. hære. Soc. ad l. si inter. col. 2. ff. de reb. dub. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Minor quis non probatur ex eo quòd datus fuit sibi curator cum alio.*

2 *Acta inter alios alij præiudicantia requiritur quòd sint gesta cum legitimo contradictore.*

3 *Restitui si quis petat tanquam minor, non tamen debet ei statim dari curator.*

4 *Enunciatiua plenè probant inter easdem partes ad effectum principalis dispositionis, non autem si de ipso enunciato seorsum disputatur.*

5 *Testes ad probandum minorem ętatem debent reddere rationẽ,*

6 *Minor vt restituatur ab aditione hæreditatis oportet etiã probare hæreditatem damnosam.*

7 *Satisdare interpellatus manet in mora nisi actu satisdet.*

CONSILIVM XXI.

Viso processu satis longo & inuoluto inter Alex. & magistrum Io. Baptistam ac Petrum Venturam filios quondam Benedicti Venturæ de Bura agentes. & do. Meldinam quondam vxorem dicti Benedicti se defendentem ac ex diuerso petentem & literis Spectabilis dom. Potestatis Mediolani quibus me requisiuit vt consulerem quę futuræ sunt partes iudicis in iudicando. ¶Omissis superfluis dicam in primis quæ debent esse partes iudicis circa petitionem restitutionis in integrum petitam per dictos filios Benedicti aduersus immistionem hæreditatis paternæ. ¶Secundò quod super petitione librarum, 300. facta pro parte d. do. Meldi. Circa primum dico partes iudicis esse in pronunciando. d. restitutionẽ in integrum non esse concedendam. ¶Et primò, quia non est probatum legitimè quòd dicta immistio fuerit facta tempore quo ipsi essent minores 25. ann. prout requiritur. l. si maior. & l. minoribus. C. de in integ. restit. & per totum titu. C. si vt se ab hære. abstine. & c. constitutus. de restit. in integ. nec sufficeret si se immiscuissent post 25. ann. intra quadriẽnium quia pro læsione eueniente in tali tempore non datur restitutio in integ. l. doli, ibi, diuersum est si iam excessit &c. ff. de nouat. & l. ea quæ. de temp. in integ. rest. pe. licet in vno casu reperiatur priuilegium vltra dictum quadriennium. s. qñ filius abstinuit ab hæreditate paterna, potest intra triennium si bona non sint distracta reuocare abstinentiam suam & adire, & dictum tempus triennij non currit nisi elapso tempore ætatis 25. ann. & elapso quadriennio post perfectam ętatem 25. ann. vt est casus in l. fi. C. de repu. hære. qui nõ est casus noster. Sed de ista minore ætate tempore immistionis non reperio probatum legitimè. Nec ad hoc obst. si dicatur † ꝙ satis probatur eo ipso ꝙ dicto Alex. & magistro Ioann. Baptistæ datus fuit curator, * & d. Petro Venturæ datus fuit tutor. & sic prima facie videtur illud sufficere ad fundandam intentionem dictorũ minorum per ea quæ no. Bal. & Ang. * in c. cum te. C. de probat. quia respondeo primò: vt inquit Sali. in d. l. si maior. in vlti. col. vbi quærit, quidam petijt sibi curatorem dari vt authoretur in quodam contractu, & ita cum illius authoritate & iudicis decreto mediante contraxit cum Titio: vult postea probare se fuisse minorem tempore illius contractus per instrumentum dictæ curæ & contractus: quæritur an possit? & respondet ꝙ sic, contra dictum Titium cum quo cõtraxit vt minor, sed non contra alios per regulam. C. res inter alios acta. Item quia ille actus non dicitur factus in iudicio cum contradictore, & tunc constat quod in casibus in quibus † acta facta inter alios præiudicat alijs, requiritur ꝙ gesta fuerint cũ contradictore legitimo: vt l. cum non iusto. ff. de col. detegen. & no. Iac. But. Bal. & Ang. in l. ingenuum. ff. de stat. ho. & Iac. But. in l. papin. §. ex causa. ff. de inoff. test. & in l. 2. C. quib. res iudi. non no. & dicit etiam Sali. in d. l. si maior. quod hoc etiã suadet ratio fraudis euitandæ. ¶Ad idem tendunt verba Bald. in l. 3. §. quod obseruari. C. de iura. cal. circa quartam colum. vbi per illam glo. ibi positam dicit ꝙ quis debet esse cautus vt non litiget cũ curatore * eius quem putat maiorem, quia aperit sibi viam ad restitutionem in integrum. & sic sentit ꝙ sola datio curatoris non sufficiat nisi cum eo litigetur, vt cum curatore minoris, vnde in processu procurator d. Meldi nunquam confessus est istum esse legitimum curatorem prædictorum agentium: imò sæpenumero negauit. accedit ꝙ not. Bar. ff. de iureiu. in l. admonendi, circa vlt. char. in ver. quæro quòd si dictus testis &c. vbi voluit quòd facta vel acta & attestationes factæ inter alias personas non noceant [a] alij quò ad aliam probationem, posito quod quò ad aliquã præsumptionem nocerent iuxta. l. à sententia. in princi. de appel. ¶Confirmo per id quod no. Bal. in l. idem fiet. ff. de test. tut. vbi per illum text. colligit † ꝙ si dubitatur an aliquis sit restituendus quòd dicit se minorem, iudex ex hoc non debet sibi dare curatorẽ interim ne quasi inducatur præsumptio quòd sit minor, & paretur principali liti preiudicium. & sic posito ꝙ aliquis vbi non tractaretur de dando curatorem ei vellet tunc cum illo curatore tãquam cum minore restitui, potest aliquo modo procedere illud quod dicit Bald. & Ang. in d. l. cum te. tamen quando ad hunc effectum petitur dari curator. s. vt cum eo tanquam minor restituatur, non procederet illud quod dicit. & ita fuit in casu proposito & minus cautè prouidit ꝙ fecit dictus dominus iudex qui eo modo dictum curatorẽ dedit. ¶De errore etiam dicti interponentis decretum apparet ꝙ eodem die etiam dedit dictos Alex. & magistrum Ioã. Bapt. tutores d. Petro Venturæ: hoc autem arguitur ꝙ essent maiores 25. ann. quia aliter dari non potuerunt. l. fi. C. de legi. hær. ¶Potest etiam responderi ad no. per Bal. & Angel. in d. l. cum te. quod loquuntur quò ad sustinendum tantùm validitatem illius actus in quo interuenit decretum. Sed quò ad alium effectum principaliter deductum in iudicio per actorem se defendentem in minori ætate quod per dictum decretũ in alio actu interpositũ probetur minor ætas, vt in casu nostro, hoc non dicunt præfati doc. ¶Pro hoc ẽt bene facit quod habetur in c. illud. de presump. & quod ibi per alium tex. no. Anto. de But. in 4. notabili. vnde dixit per illum tex. probari † ꝙ enunciatum propter se in instrumento si conferatur ad validitatẽ eius quod principaliter agitur in instrumẽto probat inter partes: sed non probabitur si de illo enunciato [b] contingat principaliter disceptari: inter partes in iudicio. & ita dicit limitari quod habetur in l. optimam. C. de contrah. & comm. stipu.

pu. vnde in casu dicti c. illud. enũciatio matrimonij in instrumento dotali confert ad validitatem dotis, quia non est sine matrimonio. l. fi. C. de dona. ante nup. & hoc si principaliter de dote agatur quæ erat principalis in dicto instrumento: sed si contingeret principaliter tractari in iudicio de illo enunciato, idest matrimonio, illud instrumentum non plenè probaret. & ita est in proposito, posito ꝙ non principaliter disputaretur de validitate curæ, illa renunciatio minoris ætatis sufficeret in casu in quo loquitur Bal. & Ang. in d. l. cum te. tamẽ si postea contingat principaliter tractari in iudicio de ipsa minori ætate illud solum habet sufficere. & hoc est quod sentit Sali. in d. l. cum te. in fi. dum dicit ꝙ illud decretum operabitur vt facilius probetur minor ætas in causa restitutiouis in integ. ¶Non ob. attestationes quorundam testium productorum pro parte dictorum agentium quibus dicti agentes nec videntur velle vti, quia dicunt fuisse examinatos post compromissum; & sic vigore clausulæ adiectæ in compromisso, scilicet ꝙ nisi p arbitros causa fuerit terminata, quælibet partium remaneret in eo statu quo prius erat compromissum. & posito quòd essent legitimè recepti dicti testes, adeò quod eis standum esset, attamen si bene inspiciatur, non probatur ꝙ eo tempore quo se immiscuerũt dicti fratres hæreditati paternę essent minores. & ꝙ nunc sunt minores 28. ann. imò potius probant contrarium saltem de dicto Alex.
5 † quia non assignant aliquam concludentem rationem dicti sui prout tenẽtur assignare testes ad probandum minorem ętatem iuxta no. per Bar. in l. de ætate, maximè in 7. q. ff. de min. & Bal. in l. solam. circa vlt. col. C. de testib. & notabiliter per Bar. in consi. suo inci. In questione vertẽte inter dominum Simonem Iac. & Sali. in d. l. si maior. nec ad probandum ætatem Petri Venturę attenditur tempus confectionis instrumenti dotis dominæ Meldinæ vxoris dicti Benedicti: quia illud instrumentũ fuit confectum post cõtractum matrimonium, vt ex eius inspectione apparet & per hoc non oportet insistere super virtute attestationũ d. do. Meld. quę per plures testes conata est probare de maiori ætate dictorum fratrum. ¶Alia ratione videtur ẽt ꝙ non possunt circa restitutionem in integrum obtinere dicti agentes, quia requirebatur ꝙ probarent de læsione. d. l. minoribus. & l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. & d. c. constitutus.
6 † & quòd non sufficit pro obtinenda restitutione in integrum aduersus immixtionem probare duntaxat aditionem hæreditatis siue mixtionem & minorem ætatem nisi aliter probetur de læsione seu hæreditate damnosa, apparet per l. verum. §. si locuples. ff. de mino. ita post multa firmant Io. de Are. Cy. & Ray. in auth. si omnes. C. si vt se ab hęre. absti. Et ibi respondet ad ea quæ possent in contrarium allegari. Et plus dicit Imo. ĩ l. necessarijs. ff. de acq. hær. quòd licèt Bal. post Iac. But. in l. 1. C. si vt se ab hęr. absti. velit ꝙ satis dicatur probatum de læsione si minor probauit debita esse in hæreditate nisi ex aduerso probetur quòd facultas sufficiat ad soluendum, non videtur esse verum secundum Imo. quia potest esse quòd debita sint in hæreditate, & tamen hæreditas sit soluendo locupletior, idest locuples &c. l. non ab hoc. C. vnde cog. c. in præsentia. de proba. nisi secundum eum seruaretur practica tradita per gl. in l. cum de lege. ff. de probat. quæ tamen nõ videtur seruata in proposito. s. quòd hæres allegauerit tanta bona extare in hæreditate Benedicti quæ valent vsque ad tantam quantitatem non sufficientem æri alieno. & qui vult dicere quòd essent plura probet. ¶Illud quod tamen me principaliter mouet, est effectus probationis ætatis: ex quibus apparet quantum ad hoc non esse opus insistere super satisdatione petita pro parte dictorum agentium, quia licèt pro parte dictæ dominæ Meldinæ non fuerit præstita, sed verbo tãtum oblata ab eo qui eius nomine comparuit, tamẽ talis defectus non facit quòd actor qui non probauit de iure suo debeat obtinere. c. fi. de iureiu. l. qui accusare. C. de eden. & in dicta prima causa debebit victus victori in expensis legitimis condemnari: vt in iurib. vulgaribus & in statuto sub rubri. ꝙ victus victori &c. ¶Nec videndum est quid sit pronunciandum circa petitionem dictæ dominæ Meldinæ dum petit sibi assignari de bonis dicti Benedicti pro quantitate librarũ 300. ex causa dotis secundum formam statuti sub rubrica quòd mulier possit defendere bona viri &c. ¶Et licet circa hoc plura dici possent, attamen attento quòd fuit pro parte dicti Alex. & fratrum petitum præstari satisdationem a procuratore d. dominæ Meldinæ secundum formam statut. de satisdatione præstanda, & procurator respondit quòd quia negare hoc non poterat secũdum formam statutorum offerebat se paratum illam pręstare præsente ser Io. quondam de nomine dicti Alexan. & fratrum & acceptante in parte & partibus &c. & tamen d. satisdatio actu nunquam fuit præstita: vnde succedit dispositio dicti statuti quòd contra recusantem præstare d. satisdationem iudex in sua petitione non audeat &c. ¶Non obst. si diceretur ꝙ statutum loquitur contra denegantem seu recusantem præstari satisdationem, sed procurator dictæ dominæ Meldinę non recusauit imò obtulit se paratum illam pręstare: ergo non sumus in casu statuti.
7 † Et respondeo quòd vbi est opus facto verba nõ sufficiunt, satis enim recusat pręstare satisdationem ille qui interpellatur cùm eam re & actu non præstet vt præstare tenetur l. seruus si hæred. §. fi. ff. de statu lib. & l. cum decem. ff. de sol. c. 1. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. c. pastoralis. in fi. cũ glo. fi. de off. deleg. no. Bart. & alij in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de no. oper. nun. & in l. creditor. in vlt. col. ff. de distra. pig. cum sim. Aliàs facilè esset semper deludere dispositionẽ dicti statuti, & facere quòd dispositio intelligeretur imposita verbis & non rebus, contra. l. 2. C. communia de leg. & c. commissa. de elec. in 6. Non obst. etiam si diceretur quòd filij dicti Benedicti nolebant se impedire de ista causa dotis, ergo quò ad hoc non debet intelligi petita satisdatio: quia respondeo quòd imò non fuerunt confessi ipsam dominam Meldinam esse audiendam ea parte qua dixit sibi assignanda bona pro dictis libris 300. in causam dotis secundum formam dicti statuti, imò expressè negauerat talem ius sibi competere: vt patet maximè in comparitione facta per ser Ioan. die. 20. Februar. de mane. Ex quibus concludo in hac secunda parte partes iudicis esse in pronunciando dic. do. Meldinam & eius intercessorem nõ fuisse nec esse audiendam circa dictam consignationem bonorum pro causa assertæ dotis propter dic. satisdationem non præstitam. & dic. domi. Meldinam & eius procuratorem tanquam in hac parte succumbentes in expensis legitimis condemnari debere parti aduersæ. Alexan.

ADDITIONES.

* Datus fuit curator.] Nunquid datio curatoris faciat quem haberi pro minore, vide etiam Alex. consil. 147. col. 4. lib. 7. Et vide Deci. loquentem in curatore, qui fuit datus prodigo, consil. 274. col. 2. Et in curatore, dato mente capto vide Dec. consi. 86. col. 5. Adde ꝙ sententia iudicis condemnantis aliquem vt tutorem non probat tutelam; Alex. consil. 94. col. 2. lib. 7. Et pater dans tutorem filio tanquam pupillo, facit vt ille pupillus intelligi debeat; Deci. consilio 526. colum. 2. Natta.

* Quæ not. Bal. & Ang.] Cum hac opinione tenet Alex. consi. 92. col. 3. lib. 5. Contrarium censet verum Rui. consi. 99. lib. 4. Natta.

a Non noceant. nisi ad aliquale præiudicium: vt tenet idem do. Alex. in l. cum lite. ff. iud. solu. elegans gl. in l. si duo de iureiu. de quo vide do. Ias. in l. is apud quem, col. 13. in ver. secundus casus. C. de eden. Bar. & doc. in l. 1. C. quo. bon. minus tamẽ quàm semiplena probatio. Cur. sen. consi. 72. col. 2. cuius duos effectus vide super consue. Pari. §. 5. nu. 39. vbi plenius diximus.

* Vt non litiget cum curatore.] Nota, quòd qui acceptat personã alicuius vt talem, non potest amplius improbare: Ad quod faciũt pulchrè deducta per Feli. ad c. cum inter. col. 7. de excep. vbi inter cætera adducit dictum Bal. ad d. §. quod obseruari. Natta.

b ¶Enunciatio tunc enim etiam inter easdem partes verba enunciatiua non plenè probant sed tantum semiplenè vel præsumptiuè. Pan. Feli. d. c. illud Fe. in c. per tuas. col. 3. & ibi Deci. col. 4. de prob. Lud. Rom. no. 446. nunquid. Matthæ. no. 80. nota quod quotiescunq; Alex. consi. 136. col. fi. infra eo. consi 202. col. 2. lib. 2. consi. 132. col. 5. lib. 5. Bal. in l. ad probationem. C. de loc. Aegid. Bellam. deci. 125. si appellatus. Rimin. l. si certis annis. col. 4. C. de pac. Franc. Are. in auth. si quis in aliquo documento. in prin. & ibi Ias. Lancel. Dec. in fi. Phil. Deci. co. 7. C. de edẽ. Cur. in l. 2. §. ꝙ obseruari. col. 7. C. de iureiu. pro. cal. Deci. c. licet causam. col. 2. de prob. c. cum venerabilis. col. 13. de exce. consi. 119. consi. 178. consi. 310. consi. 348. in fi. Limi. primò quando illud enunciatum importat dispositionem & profertur ab eo vel ab his qui disponere possunt vt cum quis contrahit tanquam hæres, per not. per Bar. & alios. in l. gerit. ff. de acqu. hær. limito secundò concurrentibus alijs præsumptionibus & verisimilitudine vt ad probandum confines in facto antiquo Matth. de Affli. decis. Neapol. 83. nu. 2. limito tertiò nisi sint enunciatiua & assertiua de eo quod potuit tunc esse vel fieri, quia tunc plenè probant etiam inter alios, vt

per

per Bar.& doct.in l.prædia.ff.de acq.poss.malè ergo consuluit Rom. consi.156.Honorande.col.2. vbi dixit ꝙ verba tabellionis in fine instrumenti attestantis præsentiam & consensum mariti non probant illam præsentiam & consensum inter extraneos & malè.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationes omnes et clausulæ similes positæ in compromisso, habent tacitam conditionem si arbitri sententiam tulerint.*

2 *Compromissum non valet post rem iudicatam, nisi sententiæ renuncietur.*

3 *Compromissum est quædam transactio.*

4 *Liti & instantiæ renunciatio exponitur, id est instantiæ.*

5 *Coniunctio vna accipitur pro alia quoties menti expedit.*

6 *Renunciari instantiæ soli potest, parte volente.*

7 *Renunciatio iuris etiam non liquidi, donatio est.*

8 *Donatio cum libera, non venit in mandato quantuncunque generali.*

9 *Syndici sicut tutores possunt ea quæ requirunt speciale mandatum.*

10 *Procurator non potest renunciare appellationi per se interpositæ.*

CONSILIVM XXII.

a Viso instrumento syndicatus communis a Scandiani, & instrumento compromissi facti per syndicos dicti communis ex parte vna, & syndicos communis Arceti ex altera cum renunciatione facta per syndicos dicti cōmunis terræ Scandiani litis & instantiæ, litis vertentis inter dicta communia occasione confinium & nonnullorum terrenorum in territorio existentium inter dicta loca & communia: visisq; consilijs præstantissimorum doctorum, scilicet tam primi q̃ secundi consultoris, omissis non necessarijs, videtur mihi de iure concludendum dictam renunciationem nō obesse dicto communi, adeò quòd non intelligitur cum effectu renunciatum per dictos syndicos causæ dicti communis Scandiani. ¶Moueor primò, quia verbo fertur ꝙ nullam sententiam vel arbitramentum tulerunt arbitri seu arbitratores: & compro-
1 missum tempore expirauit. † Vnde clausulæ appositæ in cōpromisso tendentes ad renunciandum vel derogandum alicui iuri partium habent in se tacitam conditionem si arbitri
* sententiam tulerint.* ita no. Bal. in l. si diuersa, in ver. ex prædictis, &c. C. de transac. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. & in l. si super possessione. C. de transact. Idem tenet Ra-
2 pha. Ful. d. l. si diuersa. vbi dixit † ꝙ licèt non valeat compromissum post latam sententiam quæ transiuit in rem iudicatā: vt l. si causa. & ibi no. doct. C. trans. & l. damnum. in princ. & ibi no. Bart. & alij. ff. de condi. inde. & l. post rem. ff. de transa. & l. 1. cum ibi no. per Bar. & Ang. ff. de transac. & in c. exposita, de arbit. tamen fallit nisi in compromisso sit renunciatum
* sententiæ quæ in rem iudicatam * transiuerat: vt no. Bald. in l. iuris gentium. §. si paciscar. el 1. per illum tex. ff. de pac. & in l. eleganter. in princ. & in d. l. si diuersa. ¶Vnde si tantum in compromisso adijciatur clausula non obstante sententia ante lata, cum tunc videatur per illam clausulam renunciatum sententiæ valet compromissum, tamen illa clausula importās renunciationem prioris sententiæ solū operabitur in casu quo sententia arbitratoris sequetur, non aliter: ita dicit Ful. arg. d. l. pac. §. 1. & c. dilectus. de arb. & sic vult idem ꝙ Bald. licèt. Ful. adhuc clarius & expressius loquatur q̃ Bal. de ipsa renunciatione sententiæ. & istud per se sufficeret pro victoria dicti communis Scandiani. Fortificatur, quia si videretur renunciatum iuri & causæ competenti dicto communi Scandiani compromissum ipsum factum esset super re non dubia & non valeret. d. l. 1. de transactio. & d. l. post rem cum alijs §. alle. iunctis ibi notatis per doct. Et iuncto eo quod no. in authen. vt diffe. iud. §. 1. & per Inno. in c. quintavallis. de iureiu.
3 cum multis concor. vbi habetur † quòd tale compromissum
b censetur quædam transac. b quæ super re non dubia fieri non potest. & sic viderentur dicti compromittentes per dictam renunciationem elegisse viam ad impugnandum dispositionem ipsorum compromittentium quod iura non admittunt. l. si miles qui destinauerat. ff. de test. mil. l. Mæuius. in prin. de leg. 2. facit. l. quoties. in stip. de ver. ob. & c. abbate. de verb. ad idē quia renunciatio fuit facta syndico communis Aretij in eodē instrumento compromiserunt de eisdem litibus & causis inter ipsas partes vertentibus & versis occasione prædictorum confinium, &c. Et sic apparet euidenter ꝙ syndici cōis Aretij in eodem instrumento videantur recessisse in dicta renunciatione facta eis per syndicos Scandiani: & per consequens renunciatio eis facta per syndicos communis Scandiani pro nō facta habetur, vt l. qui sic. ff. de sol. facit. l. plerique. cum si. ff. de ritu nup. & l. diuortium. ff. de diuor. & quod no. Bart. in l. Titia quæ, in verbo. ꝙ si in veritate, &c. ff. de ver. obli. & l. singularia. ff. si cer. pe. & Ant. de But. in c. gemma. de spon. ¶Cōprobantur prædicta: quia cum hoc nomen & liti, possit acci-
4 pi varijs modis, † & quandoque accipiatur lis * pro instantia
* tantum. l. cum lite. ff. iudic. sol. & ibi not. l. properandum. in princ. & §. 1. & ibi gl. C. de iudi. & l. nulla. C. de procu. l. mo. C. de rei ven. Potest etiā accipi pro iure deducto in iudicio, vt l. postquam liti. C. de pac. & l. litis nomen. ff. de ver. sign. & & in l. litis. C. de procu. & no. gl. in d. l. properandum. §. fi. & gl. in c. 1. in verbo liti. de procur. in 6. & licet in dicto instrumento dicatur ꝙ renunciauerunt liti & instantiæ ipsius litis, illa copula &, stabit expositiuè pro, idest, put alibi exponitur in l. decernimus. C. de epis. aud. ibi in glossella parua. pro hoc facit etiam ꝙ no. Bart. & alij in l. vbi pactum. C. de transa. circa. prin. vbi dixit ꝙ licèt propriè dictio vel, quando ponatur disiunctiuè seu alternatiuè inter genus & speciem significat proferentem voluisse illam speciem super illo genere cōprehendi. vt l. 1. ff. de reb. dub. tamen vt deseruiat menti disponētis accipitur dictio alternatiua, vel, pro id est, vt in d. l. vbi pactum. in l. 1. ff. ad l. aqui. ¶Bene facit quod no. glo. in eas cau-
5 sas. ff. de condi. & demō. † quæ vult ꝙ quoties expedit ꝙ vna
c coniunctio c accipitur pro alia vt deseruiat menti, verba impropriantur. l. insulam. ff. de præscript. verb. l. si vno. ff. locat. & l. si stipula. de vsur. cap. constitutus, de religio. dot. cum ibi no. ergo cum ibi appareat de mente contrahentium & dictorum syndicorū cōis Scandiani ꝙ non intendebant renunciare causæ & iuri principali ipsius, imò super eo voluerunt cognosci & examinari per arbitros vt indicat cōpromissum, debent accipi illa verba renuncianti liti & instantiæ ipsius litis, vt importent idem ac si dictum fuisset renunciantes liti & instantiæ ipsius litis, & sic dictio &, stabit pro, idest. ¶Et licèt
6 Bar. in d. l. post lit. C. de pac. fuerit solus in vna opi. † ꝙ renūciando instantiæ videatur renunciatum iuri & causæ: quia soli instantiæ renunciare non poterat: vt in Auth. qui semel C. quom. & qñ iud. & not. in l. edita. C. de eden. & sic renunciando instantiæ vt valeat renunciatio, videtur ēt renunciatū fuisse iuri & causæ. arg. l. illud. ff. de acqui. hęre. Sed communiter doc. in d. l. postquam. tenent contrariū: vt Franc. Tigri. Bal. Sal. Fran. de Ram. Ful. & Pau. de Ca. post Iac. But. quia renunciari potest solum instantiæ vtraq; parte volente, prout fuit in casu nostro. vt no. per gl. in l. 1. C. de præscri. lon. tempo. licet secus sit parte inuita & contradicente: & ita loquuntur allegata in contrarium. ¶Ex alio insup capite videtur posse infringi dicta renunciatio, quia posito (sed non concesso) ꝙ verba renunciationis essent talia quòd importarent omnimodam renunciationem, etiam posito ꝙ nihil fuisset arbitratum per arbitratores, tñ videtur ꝙ dicti syndici nō habuerint potestatem faciendi dictam renunciationem per quam dictū commune excludatur a iure suo in dictis terrenis seu territo-
7 rijs: probatur, † quia renunciatio iuris principalis est donatio. l. hoc iure. §. 1. ff. de don. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. & per doct. in l. Modestinus. cum simi. ff. de dona. ¶Et dato etiam ꝙ ius non sit liqui-
* dum * vel liquidatum, tamen gratis remittendo donare videtur, adeo ꝙ ille qui non potest donare, nō pōt gratis facere remissionem talis debiti non liquidi. ita voluit Bal. in l. 1. in 4. col. C. de pac. alleg. l. præses. cum ibi no. & l. de fideicom. C. de transac. ¶Et idem videtur tenere Sal. licet alleget in cōtrarium tex. cum gl. in l. contra iura. §. si. in gl. fi. ff. de pac. & non respondet: tamen respondeo dupliciter. Primò, quia illa gl. secundum Ang. in l. 1. ff. de duob. reis. debet intelligi quando remissio illius debiti non liquidi non poterat damnum afferre, vt quia fortasse plus expendisset q̃ potuit consequi. facit. l. mediterraneæ. & quod ibi Bar. C. de ann. & trib. lib. 10. vel secundum

cundum Imo. in l. ex duobus. la 2. in 8. col. ff. de duob. reis. Illa gl. nõ bene dicit nec allegat aliquid qd probet dictũ suum: & pro hoc, facit secundum Imo. in d. l. ex duob. quia melius videtur dimittere rem sic in suspenso donec fortasse postea prospera fortuna succedet, quæ ipsum ius pacto gratuito extingueret, licèt non sit ius liquidum. Attento ergo ꝙ talis remissio non potest fieri nisi ab eo qui potest donare, dico ꝙ di-
8 cti syndici non potuerunt donare: † quia in mandato quan-
* tumcunque generali * cum libera & plena potestate æquipollente speciali mandato iuxta. l. procurator cui libera, cum gl. & melius in l. mandato. cum gl. & ibi. Bar. ff. de proc. & c. qui ad agendum. de procu. in 6. l. nam & nocere. & ibi Bald. ff. de pac. & no. Bal. in l. illud. ff. de mino. non venit ꝙ mandatarius possit remittere & donare. d. l. contra iura. §. fi. & l. filiusfa. ff. de don. ¶ Et expresse firmat Fed. de Sen. in consi. 2. i ci. Quidam habet potestatem transigendi. vbi decidit, habens mandatum ad transigendum & componendũ cum generali potestate non põt debitum gratis remittere per d. l. contra iur. §. si filius. & d. l. nam & nocere. ff. de pac. hoc ẽt clarè voluit Bald. post Iac. But. in d. l. si procurator. C. de procu. vbi vult ꝙ procurator habens liberã quę dicitur æquipollere speciali mandato, vt no. Bal. in l. illud. ff. de min. cum concor. suprà alleg.
* tñ non põt donare nec dilapidare * nec debitum remittere p l. creditor. §. Lucius. ff. man. & d. l. filiusf. & l. si pater. ff. quæ in frau. cred. ¶ Vnde videmus ꝙ isti administratores etiam legitimi vt tutores & consimiles donare non possunt. l. 1. post prin. ff. de tute. & rationibus distra. l. perhi. §. clarum. ff. quod vi aut clam. quamuis habeant liberam administrationẽ cũ generali potestate: vt no. gl. & doc. in l. mandato generali. ff. de
9 procu. † quibus tutoribus æquiparatur syndicus ab vniuersitate constitutus, vt probant Barto. & alij in l. iusiurandum. §. defensor. per glo. ibi. ff. de iureiu. quia dicuntur legitimi ad-
* ministratores * habentes liberam administrationẽ. l. 1. in princi. & l. munerum. ff. de mun. & hon. l. præses, cum ibi. not. de transac. no. Cyn. clarè & expressius Bal. in l. 1. C. etiã per procu. causam in integ. rest. & sic possunt ea quæ speciale mandatum requirunt, vt ibi per eos & patet in d. l. præses. & tamen donare non possunt. vt suprà dictum est. ¶ Vnde dicit Io. Andre. & alij. in c. 2. de don. vbi per illum text. dicunt ꝙ prælati
* ecclesiastici * & similes administratores non possunt remittere exceptionẽ peremptoriam. Et idem no. Inn. in c. 1. de deposi. & in c. cum olim. el 1. de off. deleg. vbi etiam idem dicit in procuratore. ¶ Et idem etiam no. Bar. & Ang. in l. fi. in prin. ff. de fer. & in l. procurator cui generaliter. ff. de procu. & Ang.
10 in l. ab executore. §. fi. ff. de app. vbi etiam concludit † ꝙ procurator non potest renunciare appellationi per se interposi-
* tæ * per id quod habetur in l. rescriptum. §. fin. cum l. seq. & l. contra iuris. §. fi. ff. de pact. & l. apud Celsum. §. mandaui. ff. de doli exce. ¶ Et not. etiam ipsemet Ang. in l. bonorum. ff. rẽ rat. hab. & in l. 1. §. 1. ff. a quibus appel. non licet. & Bald. in l. fi. §. 1. C. de tempo. app. & per hoc confirmatur id quod dixi suprà, videlicet ille qui non potest donare, non potest gratis debitum liquidum remittere. ¶ Et licèt sit adiecta clausula in dicto syndicatu, ꝙ possit facere circa prædicta & quodlibet prædictorum ac connexa & dependentia ab eisdem, etiam si talia forent quæ mandatum exigerent speciale &c. tamẽ hoc non potest obstare duplici ratione. Prima, quia dicta clausula non operatur nisi quò ad casus similes expressis, non quò ad
* maiores: * vt in terminis no. doc. in c. qui ad agendum. §. 1. de proc. in 6. quos ibi refert & sequitur do. Dominicus de Sancto Gem. arg. c. sedes. de rescr. & cle. non potest. de proc. & eorum quæ no. gl. in d. c. qui ad agendum. in verbo non expressos. sed nullus casus erat expressus in mãdato qui saperet omnimodam donationem seu renunciationem totalis iuris, imò verba dicti instrumenti in multis partibus ipsius instrumenti sonant contrarium, ergo ad talem casum non extenduntur. ¶ Secunda ratio est, quia dicta clausula refert se ad præcedentia & connexa, non ad alia: patet ex verbis. s. in prædictis, & circa prædicta. vnde non extenduntur nisi ad ea quæ concernerent casus ibi specificatos non alios: ita loquitur Barto. in l. qui Romæ. §. Callimachus, ad finem. ff. de ver. obli. Ex quibus concludo dictam renunciationem non preiudicare dicto communi. præcedens tamen responsio tutior est. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Communis. syndicus castri habens mandatum generale cum libera in compromisso renunciauit instantiæ liti, & compromissum expirauit lapsu temporis. An illa renunciatio noceat, & an virtute dicti mandati potuerit renunciare decidit Alex. ꝙ non nocet.

* Si arbitri sententiam tulerint.] Sequitur Felin. ad c. ex tenore. colũ. 4. de rescri. & ad c. cùm olim. in fi. de prescri. Soci. ad l. si quis arbitratu. 5. no. ff. de verb. obli. Natta.

* Sententiæ, quæ in rem iudicatam.] Vide Dec. consi. 39. vol. 1. & consi. 375. vol. 1. Natta.

b ¶ Transa. Alex. consi. 82. in fi. infra eo. consi. 119. col. 2. lib. 2. Lanc. deci. l. legatum ciuitati ff. de vsufr. leg. not. in l. 3. §. si seruus. ff. de pecu. Deci. consi. 630. col. 1. sed propriè & strictè non est transactio, vt no. Bal. l. fi. §. 1. col. 1. C. communia de leg. Lanfran. tracta. de arbi. col. 1. Pau. consil. 49. In quæst. lib. 1. consil. 122. Viso puncto lib. 2. Deci. ca. si quando. col. 2. de off. deleg. c. quanto col. 2. de iudi. Alcia. in l. cùm te transegisse. C. de transac.

* Et quandoque accipiatur lis.] Vide Alex. ad d. l. postquam liti. & ad l. causas. C. de transa. Natta.

c ¶ Coniunctio. ad hoc. Bal. l. 3. in fi. C. de ac. emp. Alber. auth. hoc ius. C. de procu. Rom. consi. 386. quæstio est. col. 4. Ias. l. si mater. col. 2. C. de instit. & substi. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 4. lect. 1. ff. de lib. & posthum.

* Et dato etiam quòd ius non sit liquidum.] Remissio debiti non liquidi dicitur donatio; qnod intellige de debito facilè liquidabili; aliàs remittere debitum dubium, & intricatum, non est dare, sed facere; Dec. ad l. pactum curatoris. C. de pac. Et quòd debitum non liquidum Syndicus possit remittere transigendo, tenet Dec. cõsi. 297. dub. 2. Preterea Dec. ad l. pactum. dicit, ꝙ remittens debet de suo soluere. l. omnes. C. de ann. non. & tribus. lib. 10. Natta.

* Quia in mandato quantumcunque generali.] Adde fortius, ꝙ nec ordo totus Decurionũ donare potest, licèt populus totus istud possit, Bar. ad l. ambitiosa. col. 2. & 3. ff. de decreta. ab ordi. fac. Et dictum Alex. hic in syndicis amplectitur Dec. consi. 199. col. 2. & Alex. consi. 7. in fi. lib. 7. Natta.

* Nec dilapidare.] Idem tradit Alex. ad d. l. si procurator. col. 1. C. de procur. Natta.

* Quia dicuntur legitimi administratores.] Syndicos ciuitatum, & villarum habere liberam, tradit Alex. reputans notabile ad d. l. preses C. de transact. Natta.

* Quòd Prælati ecclesiastici.] Sequitur Alex. ad l. pactũ. la. 2. C. de pac. & Abb. latè consi. 45. lib. 1. Natta.

* Non potest renunciare appellationi per se interpositæ.] Istud de appellatione firmat Alex. consi. 115. lib. 5. Natta.

* Non quo ad maiores.] Vide Fel. in vtranq; partem ad d. c. Sedes. col. 9. de rescrip. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso bona subiecta an confiscari possint.*
2 *Confiscationi non veniunt postea requisita.*
3 *Alienari prohibita, & in extraneos hæredes non transmissibilia non confiscantur.*
4 *Emphyteusis ecclesiæ non transit in fiscum.*
5 *Emphyteusis priuati, vel feudum si ad extraneos hæredes non transeant, non confiscantur.*
6 *Alienare prohibitus an possit confiscare.*
7 *Missio an fieri possit in rebus alienari prohibitis.*
8 *Vsusfructus non publicatur, etiam viuo fructuario. & numero 13.*
9 *Bannitus cum publicatione bonorum habetur pro mortuo.*
10 *Bannitus perpetuò non potest hæres institui.*
11 *Continuò verbum, non admittit interpellationem.*
12 *Alienandi prohibitio tacita, differt ab expressa.*
13 *Alienari non possunt res subiectæ restitutioni in redemptionẽ delinquentis.*

EPITOME.

TESTATOR instituit filios hæredes & statuit quòd certæ domus starent continuò vsque in infinitum pro suis heredibus & eorum filijs. Vnus hæredum ob delictum bannitus est bonis confiscatis, fiscus vult habere partem eius, in dicto domibus saltem ad ratam banniti respon. Alex. quòd nõ debet habere, sed quòd statim spectat ad filios banniti, quia est res perpetuò prohibita transferri in extraneum hæredem. h. d.

CON-

CONSILIVM XXIII.

Opportunæ consideratis his quæ in themate referuntur. ¶Prima consideratione videbatur dicendum dictam domum pro iure spectante ad dictum bannitum seu condennatum sub dicta confiscatione comprehendi, * &apud fiscum residere posse durante vita banniti. ¶Quod primò probari videtur. † Nam bona subiecta restitutioni fideicommissariç de iure alienari nequeunt. l.fi.§.sed & quia. & in auth.res quæ.C.communia de leg. & tamen si contingat confiscari bona illius qui post mortem de restituendo per fideicommissum grauatus erat. confiscabuntur bona illa restitutioni fideicommissariæ subiecta, cum sua tamen causa scilicet quod adueniente conditione fideicómissi intra tempora mortis illius qui post mortem grauatus erat restituere per fideicommissum fiat per fiscum restitutio fideicommissaria: ita in specie decidit Auge. in l.Pap.§.meminisse.ff.de inoff.testa.pro quo alle.l.ex facto.ff.ad Treb.cum ibi no.& l.nam ad ea.ff.de condi.& demon.l.viam constitui.§.si fundum.ff.de serui.rust.pred.& intelligit ipse tex.in d.§.meminisse.vbi dicit ꝙ quando bona hæredis grauati de restituẽdo confiscantur, non debet fieri confiscatio cum iniuria illius cui fideicommissum restituendum erat.& idem est de mente Bald.in d.§.meminisse.ergo dato quod Sempronius testator in proposito prohibuerit dictam domum alienari: tamen durante vita dicti filij banniti debet domus occasione dictæ cófiscationis residere apud fiscum pro iure quod ad ipsum bannitum pertinebat. ¶Secũdò pro hoc videtur text.in l.Statius Florus.§.Cornelio Feli.& quod ibi not.glo.ff.de iu.fis.& l.cũ pater.§.hæreditatem.de leg.2. vbi si hæres institutus fuit grauatus restituere hereditatem suam post mortem Cornelio Felici.si bona omnia damnati seu deportati hæredis ante mortem sunt confiscata transibit in fiscum etiam illud quod erat subiectum fideic.& per fideicommissarium a fisco vendicabitur fideicommissum eueniente tempore mortis naturalis ipsius hæredis. ¶Tertiò per hoc videtur tex. in l.si constante.§. fi.ff.so.mat. vbi so.ma. dos mulieris ob delictum eius confiscatur: vt ibi.& l.quinq; cũ l.seq.de bonis dam. & tñ dos alienari non potest etiam sol.mat. vt l.etiam directo, de fun.dot. ergo licèt ista domus sit prohibita alienari debet posse confiscari. ¶Quartò per hoc facit, quia si diceremus ꝙ ista domus non confiscatur, sequeretur quod domus ipsa deberet remanere apud filios dicti banniti qui subintrant locum dicti banniti.l.si qua pœna.& ibi hoc no. Guliel. de Cu.Bart.& alij.ff. qui sunt sui vel alien.iur.l.1.§.qui filium.ff de bon.pos.contra tab.l.si necem.§.si deportatus. de bo.li. & per consequẽs si dicta domus quò ad proprietatem acquireretur filijs dicti banniti sequeretur ꝙ ex ista acquisitione vsusfructus reuertetur ad patrem, & sic ad dictum bannitum per l.cùm oportet. C.de bonis quæ liberis. & ista esset noua acquisitio quò ad istum vsumfructum acquirendum bannito ex persona filiorum.& ideo confiscatio non comprehendit istam vltimam ac-
2 quisitionem † quia confiscatio [a] non comprehendit nisi iura
a quæ ante confiscationem erant ipsius damnati.l. si mandauero.§.is cuius.ff.mand.glo.Bar.in l.1.ff.de bo.damn. & Cy.& alij.in l.1.C.de bo.proscrip.& Bart.in l.certa forma.C.de iure fisci.lib.10.& Bal.in l.fi.in fi.C.quæ res pign.obl. pos.facit quod no.in l.non ad ea.ff.de cond.& demon.& in l.ex facto. §.fi.cum ibi no.per Bal.ff.de vulga. & pupil. sed ita est quòd delictum patris debet nocere filio vbicunque si non noceret
* filio ad patrem reuerteretur commodum:* vt no.gl.in l.diui fratres.ff.de iure patro.per l.quæritur. ff.de bonis lib. & no. Bar.in l.1.in fi. ff. de interdi.& relega. ergo in proposito nostro: quia commodum vsusfructus reuerteretur ad patrem banniti, dicendum est quòd delictum patris noceat filijs: & sic quòd interim excludantur donec pater eorum vixerit. ¶Fortificatur ex his quæ no.Bald.in l.antiquitas. in fin.C.de vsufruc.vbi quæritur, quid si legatus est vsusfructus Titio & hæredibus suis, & postea sit capite diminutus: nũquid vsusfructus finiatur quò ad eum & quò ad hæredes eius: & finaliter concludit ꝙ Titius excluditur ab vsufructu: & eo viuente consolidatur proprietati: sed eo mortuo reuertetur ad hæredem suum, allegat in argum.ea quæ no.in d.l.diui. de iure patro. ¶Sextò per hoc videtur casus.in l.peto.§.prædium. & in l.vnum ex familia.§.quòd si talia verba.de leg.2. vbi testator disposuit fundũ remanere debere in familia. & ex aliqua causa necessaria causata facto hæredis fundus ille fuerit alienatus in extraneum, tunc ille in quem alienatio facta est retinere poterit fundum quãdiu fundus ille fuisset apud alienantem mansurus si alienatio facta non fuisset: ergo dato quod ista publicatio bonorum fuerit causata a facto banniti: tamẽ apud fiscum domus debet remanere quandiu remãsura fuisset apud bannitum si confiscatio facta non fuisset. bene facit quod not.gl.in auth.ingressi.ad si.C.de sac.san.ecc. ¶Sed pręmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure proba-
3 biliorẽ esse puto, videlicet † quod nullo modo dicta domus apud fiscum residere debeat occasione dictæ confiscationis. hoc primò probatur.in l.Imperator. in prin. ff.de fideic.lib. & illum tex.ibi ad hoc ponderat Barto.qui ex illo text.not.ꝙ res prohibita alienari non potest deuenire in fiscum per publicationem bonorum,& loquitur ille tex. propriè in prohibitione testatoris,de qua etiam nos tractamus. ¶Secũdò probatur: quia iura quæ non possunt in extraneum hæredem transire non possunt etiam transire in fiscum,qui habetur loco extranei successoris.l.iura libertorum. quæ est lex.4.& ibi no.Bar.ff.de iu.pat.& in l.eorum.ff.ad leg.Iul.l.1. C.de bon. lib.& in d.l.eum qui.ff.de interdi.& releg.sed ita est quod dicta domus non poterat ad extraneos hæredes transire extantibus filijs dicti testatoris & filijs filiorum pro quibus voluit testator dictas domos in familia remanere debere, cum huiusmodi prohibitio a testatore fieri potuerit.d.l.peto.§. sicut.& l.filiusfam.§.diui.de leg.1.ergo dicta prohibitio prohibet dictam rem posse fisco queri saltem efficaciter. ¶Tertiò per hoc facit tex.in auth.de alien.& emphy.§.illo.& c.felici.§. si qua
4 vero.de pœnis.in 6.† Vbi emphyteusis ecclesiastica non tran-
b sit efficaciter in fiscum [b] confiscatis bonis emphyteutæ: quia talis emphyteusis non poterit transire ad extraneos hæredes: vt in §.emphyteusim.& §.alienationis.& §. si vero perpetuã. in auth.de nõ alien. aut perm. secundum magis communem opin.quam approbant gl.& doc.in l.etiam.sol.mat.& Spe.in in tit.de locato.§.nunc aliqua.versi.ex ius.Io.And. in c.præsentia.de prob.& Bart.in l.vt iurisiurãdi.§.si liberi.ff.de ope. lib.& in l. si patroni.in prin. ff.ad Treb.& in l.si tibi. 10. §.si pactum.ff.de pact.& in l.Gallus.§. quidam rectè.ff.de lib. & posth.& in l.quod dicitur.de ver.ob.& Bal.in l.cum virum. in fi.C.de fideicom.c.& in l.vsufruct.ff.sol. ma. vbi refert ita consuluisse Bar.& idem Bald.in l.2.C.de suis & legit. & in l.
5 assiduis.C.qui pot.in pig.habeantur.† Idem etiam communiter concluditur emphyteusi concessa a priuato quando est cõcessa ea conditione & lege quod ad extraneum hæredem nõ transeat.nam tunc non confiscatur dato ꝙ confiscata sunt bona emphyteutæ: vt concludit Bar. & communiter alij in l.si finita.§.si de vectigalib.ff.de dam.infect.& not. Guliel.& alij in l.si quis presbyter.C.de epis.& cle.& Bal.in l.1.C.de libe. & posth.& in l.si ita.§. fi.ff.de lib.& posth.& in l.insulam. in prin.ff.so.ma.& Old.in consi.17.incip. Thema tale est, quidã clericus,&c.Imo.c.ex parte.de feu.& Pet.de Anc.in rep.c. postulasti.in 10.qõ.de fo.competen. ¶Idem videmus in feudo quod quidem non transit ad hæredes extraneos: vt in c. 1.§.si clientulus.de alie.feu.c.fi.si de feu.fue.contro.inter domi. & agnat. nam si vasallus delinquat & bona publicentur, non confiscatur feudum. ca.1.si vasallus feu.priue. & in ca. si vasallus,in tit.si de feu.fue.controu.inter dom.& agnat.& in c.1.an ille qui interfecit fratrem.do.sui.& in c.Imperialis.§. istud quoq;,de prohi.feu.alie.per Fede.& c.felicis. & in c.in quibus.§.fi.Et ibi not.doc.de pœn.& per doc.in d.§.de vectigalibus. in d.l.1.C.de bonis quæ liber.& in d.§.in insulam. ¶Quartò pro hoc facit doctrina Bar.in l.si quis in tantam;circa mediũ, in verb. quæro. an dominus teneatur de facto ser-
6 ui &c.C. vnde vi. † vbi concludit quod aut res est prohibita
c alienari fauore [c] personæ alienantis: & tunc alienatio quæ fit delinquendo non est prohibita, ratio, quia propter suum delictum perdit fauorem seu priuilegium suum per id quod not.glo.in d.l.si quis in tantam. quæ tenet quòd pœna illius legis habet locum in minore. quandoq; alienatio est prohibita fauore alterius quàm delinquentis,& tunc per delictum talis res non potest alienari. hoc probat ipse per plura, maximè per id quod habetur.in l.quinq;.ll.cum duabus seq.ff.de bo.

E damn.

damn. vbi si mulier delinquit cõstante matrimonio dos non
d publicatur nisi in casibus [d] certis ibi expressis: quia quod mulier non possit alienare dotem cõstante matrimonio fuit inductum non solùm fauore mulieris, sed etiam viri. Cùm ergo in proposito dicta domus fuerit prohibita alienari non solùm fauore dicti filij banniti, sed etiam fauore & contemplatione aliorum descendentium vt patet in dicto testamẽto: ergo delinquendo non potuit aliquo modo alienari. ¶ Quintò
e moueor per ea quæ no. Bal. [e] in auth. ei qui. in 16. col. in ver. quæro. nunquid in rebus prohibitis per testa. &c. C. de bon.
7 auth. iud. poss. † vbi quærit nunquid in rebus prohibitis per testatorem alienari, possit fieri missio in possessionem. & respondet ꝙ aut oportet ea bona in corpore patrimoniali retinere. & non potest fieri missio. alleg. l. 2. C. de vsuc. & pro empto. quę lex propriè loquitur in rebus prohibitis alienari per testatorem: ex causa autem dicta bona subiacebant restitutioni statuti cum quis se alienum facere intendit in rei dominio, & tunc istud idem fit: aut sunt bona subiecta restitutioni sub alia conditione: & tunc ante conditionis euentum potest fieri in eis missio. alleg. l. fi. §. si autem. C. communia de leg. ecce ergo Bal. apertè vult quòd vbi bona debent continuò remanere in corpore & patrimonio hæreditatis: quia indistinctè sit facta prohibitio alienationis prout in casu nostro, tunc non potest fieri missio in possessionem in talibus bonis: quamuis
8 talis missio non sit alienatio voluntaria. ¶ † Sextò per hoc facit, quia secundum opin. quam tenet Bal. & Sali. in l. 1. C. de
* bon. lib. si publicantur bona vsufructuaria * non confiscatur ius vsusfructus etiam naturaliter viuẽte vsufructuario. alle. l. corruptionem. in fi. C. de vsufruct. quamuis vsusfructus alienari non potest. l. si vsusfructus. ff. de iu. dot. & instit. de vsuf. §. item finitur. ¶ Septimò probatur, quia illa quę per mortem alicuius transeunt ad filios eius non vt ad hæredes sed vt ad filios, transibunt ad eosdem etiam si pater non sit naturaliter mortuus, sed ciuiliter tantum: vt probatur in l. in insulam, in prin. ff. sol. mat. vbi actio de dote quæ mortuo patre deportato & sic ciuiliter mortuo consolidatur in filiam. vt d. l. in insulam. sed ita est quod post mortem dicti bãniti dicta domus pro rata spectante ad bannitum prædictum peruentura esset ad filios bãniti nõ vt ad heredes dicti banniti: sed ad eius descendentes vt patet ex verbis dicti testamenti & no. per Bar. in l. vt iureiu. §. si liberi. circa prin. ff. de ope. libe. cum concord. ¶ Octauò probatur, quia bannito dicto filio debent descẽdẽ-
9 tes sui admitti ac si naturaliter ipse mortuus esset † quia talis bannitus cum publicatione bonorum. & qui fortè ex forma statutorum quæ communiter sunt per Italiam potest impune offendi habetur pro mutuo sicut deportatus: vt no. glo. in §. relegati. insti. quib. mo. ius pa. pos. sol. & gl. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex. & no. Spec. & Io. And. in ti. de instr. edi. in §. compendiosè. ver. quid de bannito. & in tit. de acto. §. 1. in ver. Item quod est bannitus & no. Io. And. in addi. Specu. in tit. de actore. in 3. parte. in §. sequitur in addi. inter quæ incipit Odo. Spe. in tit. de arbi. §. differt. ver. quid de bannito. & refert Ioan. de Imo. idem tenuisse Guil. de Suz. in l. Pedius ff. de arbit. & in l. actione. §. publicatur. ff. pro socio. & l. 1. ff. de bon. poss. contra tab. ¶ Refert etiam Ioan. And. in d. §. com
10 pendiosè. † perpetuò bannitum non posse hæredem institui, sicut nec deportatum nec damnatum in metallum. alleg. l. 3. C. de his quæ pro non scrip. hab. & d. §. publicatio. ita etiam in effectu tenuit Dy. in l. si quæramus. ff. de test. & Iac. de Bel. in dispu. sua inci. Sempronius & Titius inimici capitales &c. & Bart. in l. seruum. quoque. §. publicè. in 4. col. ff. de proc. & in l. 3. in vlt. col. C. si penden. app. mors interue. & in d. l. corruptionem. in vlt. col. Ang. latius cæteris in sua disput. incip. Duo adinuicem litigantes &c. ¶ Et hoc verum est quò ad beneficium iuris communis si tractatur de bonis & rebus existẽ-
* tibus in territorio illius ciuitatis * in qua bannitus est, vt probat Ray. in l. 1. C. de hæredi. instit. & ibi Pau. de Cast. dicit se ita consuluisse pluries Florentiæ cum multis alijs: & ita etiã dicit vidisse consultum per Rapha. Fulgo. & ita limitauit conclusionem Barto. in disputatione quæ incipit. Lucanæ ciuitatis statuto &c. & sequentium. ita etiam tenet Ioan. de Imo. in l. ex facto. ff. ad Treb. & est de mẽte Bald. in l. si qua pœna. post Guilel. de Cu. & Bart. ibi. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. &
* Io. And. in d. §. compendiosè, & istis diebus ita consului * per

plures rationes apud Mutinam: & illi consilio plures solennes viri se subscripserunt. ¶ Nonò manifestè comprehenditur ex istis verbis testatoris. vbi dicitur disposuit quòd dictæ domus stare debeant continuo vsque in infinitum pro dictis
11 eius hæredibus & eorum filijs &c. ¶ † Nam illud verbũ continuò denotat quod possessio dictæ domus nunquam ad aliũ perueniat. c. cũ venisset. in verbo perpetua possessio. de instit. & in l. 1. in verb. per continuum triennium. C. de vsuc. transfor. cum si. & sic euideter colligitur de mente testatoris fuisse quod eo ipso alter ex hæredibus faceret se alienum. ¶ Ad hoc facit tex. in l. cum auus, in ratione sui. de conditio. & demon. & in c. 1. de duobus fratribus a capitaneo inuestit. quia aliter non possent verificari illa verba continuò, &c. & sic sumus in terminis quæstionis formatæ per Bald. in d. authen. ei qui. in 11. coll. vbi voluit. quòd vbi bona subiacebant restitutioni scilicet in casu in quo quis se alienũ facere intenderet ab istis bonis, quòd tunc in illis non potest fieri immissio in possessionẽ quãuis talis missio nõ sit alienatio voluntaria. ¶ Et pro hoc optimè facit. l. Imperator. in princ. in narratione sui. ff. de fideicommiss. liber. vbi testator disposuit quòd serui sui nulli alij quàm Titio seruiant cui eos legauerat, ac voluit eos in seruitio Titij continuò: ita quòd alijs non seruiant. & propter hoc in effectu ad fiscum non transeunt confiscatis bonis Titij: & sic non remanent apud fiscum durante naturali vita ipsius legatarij. ¶ Non obst. allegata in contrarium. & primum id quod nota. Angel. in d. l. Papinian. §. meminisse. quia respondeo ex his quæ not. glos. reputata singularis. in l. pater. §. duobus libertis. ff. de lega. 3. quæ per illum tex. facit
12 † differentiam inter illum casum quando bona sunt subiecta simpliciter restitutioni in euentum certæ conditionis; & sic tacitè sunt prohibitæ alienari: vt d. authen. res quæ. & inter casum quãdo expresè est prohibita alienatio a testatore: quia primo casu alienatio facta ante euẽtum conditionis valet interim. l. seruo legato. §. si seruum. ff. de lega. 1. & ibi not. doct. & l. fina. §. quia cum sequen. C. communia de leg. & not. glos. in authen. de restit. & ea quæ par. in princ. ¶ Secundò verò casu qui est casus noster nullo modo tenet alienatio: vt d. glos. in d. §. duobus libertis. & tunc non possant talia transire in fiscum. l. Imperator. & ibi Bart. de fideicommis. liber. ¶ Vel secundò respondeo quòd in contrario illa non erant reseruata filijs & descendentibus tantum, sed erant etiam trãsitoria ad hæredes extraneo successores minorum; ideo poterant confiscari: sed in casu nostro ipsa bona extantibus dictis descendentibus non poterant ad hæredes transire propter prohibitionem testatoris, nimirũ si ad fiscum nõ transeunt. ita no. in l. j. in princi. ff. de interdi. & relega. vt dixi in secundo & tertio argumento contra fiscum adductis. ¶ Tertiò respondeo quod illud verbum continuò appositum in testamento operatur quod nullo tempore dicta domus esse possit apud aliũ, vt in vlti. argum. fuit ostensum. & eisdem modis respondeo formaliter ad secundum argumentum. ¶ Ad tertium autẽ videlicet ad d. l. si constante. §. j. sol. ma. respondeo primò quod dos solu. mat. est prohibita alienari principaliter fauore mulieris, non mirum ergo si ex delicto mulieris potest alienari, secus vbi esset prohibita alienari, & sic fauore alterius, vt in casu nostro: quia delinquendo non posset alienari: vt probatur per doctrinam Barto. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. vt deduxi. in 4. argumen. suprà. ¶ Prætereà dos potest alienari a testatore. Item res dotalis transire poterat semper in extraneum hæredem, nimirum si potest confiscari: secus in re quæ non poterat transire ad extraneum, vt proximè dixi. ¶ Non obstat quartum argumentum de his quæ not. in d. l. diui fratres. ff. de iure patrona. quia respondeo quòd ad bannitum isto casu non potest reuerti commodum vsufructus di-
13 ctæ domus nec reuolueretur ad filios banniti † quoniã bannitus cuius bona confiscata sunt, non est capax ipsius vsusfructus, vt decidit Mart. Silim. & Bar. in l. corruptionem. de vsufruct. per illum text. faciunt quæ dixi suprà in 7. argumento. ¶ Non obstat quintum argumentum de eo quod not. Bald. in l. cum antiquitas. C. de vsufruc. quia respondeo ꝙ in quæstione ibi formata per Bal. vsusfructus non transit ad fiscum: sed reuertitur ad proprietarium durante vita vsufructuarij, qui fuerat capite minutus. & ideo vsusfructus ibi non transit ad hæredem vsufructuarium viuente vsufructuario: quia impossibile

possibile erat viuentem habere hæredem.l.1. ff.de hæred.vel act.vend.l.qui superstitis.ff.de acqui.hære.sed in casu nostro non oportet expectare mortem banniti : quia illa domus nō transit ad eius filios vt hæredes eius vt dixi 7.argumento.¶Et similiter respondeo ad 6. argu. videlicet quod in c.fi.de capi. conra.non erat alia persona ad quam transiret possessio & feudum a prælato qui culpam commisit, ideo oportet expectare aduentum successoris : sed hic extant filij eius banniti qui ex dispositione testatoris sunt vocati eò ipso quòd pater eorum ad alienandum mediante delicto & confiscatione cogebatur. Postremò,non ob.l.peto.§.prædium. & l. vnum ex familia.ver.quod si talia verba.ff.de lega.2.quia respondeo primò quod ibi loquitur in alienatione expresse facta ab homi-
* ne : sed in alienatione quæ fit à lege ob delictum *alicuius dicendum est quod similis alienatio est prohibita etiam fauore alterius quàm delinquentis pront est in casu nostro: quia talis alienatio fieri non potest: vt no.Bart.in d.l.si quis in tantū & dixi, in 4.argumen. Et pro hoc optimè facit.l.Imperator, & in prin.de fideic. libe.vbi etiam viuente legatario cuius bona confiscata sunt, non remanent apud fiscum serui prohibiti alienari.& pro hoc facit, quia mitius agitur cum lege idest cum alienatione quàm cum homine seu quam cum ministro legis, l.Celsus,in princ.ff,de arb. not. Bart.in l.amplius.cum
* fi.ff.rem rat.hab.¶Præterea tex.in d.§.* prædium. cum si. loquitur in alienatione necessaria secus in voluntaria: vt ibi di-
14 citur † vnde alienatio quę fit propter delictum non est digna habere illos fauores & priuilegia quæ habet alia alienatio necessaria facta absque delicto: arg.l. sed si ex parte. §. quanquam.ff.quod cum eo.& l. etiam.§.1.so.mat. vnde videmus ꝙ licèt bona subiecta restitutioni possint alienari per hæredē vt se in captiuitate detentum redimat, tamen hoc non posset facere si esset carceratus ex delicto suo vt:no.Ang.& Mod.
g in auth.res quæ.g C.ad Treb.licèt Bart.hoc reliquerit indecisum in auth.res quæ.in fi.C.communia de lega.& presertim procedunt ista in casu nostro propter illud verbum cōtinuò: ex quo declaratur ita fuisse de mēte testatoris. & pro hoc eodem modo est responsum ad gl.& ad ibi no.in auth.ingressi. C.de sac.san.ecc.¶Præterea illa gl. dum loquitur de emphytheusi communiter reprehenditur per doc.per text. in auth. de alie.& emphy.§.1. dum autem loquitur de vsufruct. non habet etiam obstare quia magis communiter per doct. tenetur in ca.præsentia.de proba.& Cy.& Ioan.de Imo. in l.cum filio.ff.de leg.j.& quamuis vsusfructus in totum extinguatur vel quòd duret tunc durabit ius vsusfructus in monacho ad commodum monasterij : vt ibi probatur sed in casu nostro nullum ius durat in bannito post confiscationem bonorum d.l.Imperator,de fideic.liber.& d.l.actione.§. publicatus.ff. pro socio. Ex quibus concludo fiscum à dictis domibus exclusum esse &c. Alex.

ADDITIONES.

* Sub dicta cōfiscatione comprehendi.] De hac q. vide Ias.ad l.filiusfam.§ Diui.6.no.2.lectura.ff de leg.2.& ibi Rui. & alios recentiores. Quòd bona subiecta fideicommisso, & iura conditionalia non transeant in fiscum, scribit Deci.consi.235.dub.2.Et publicatis bonis, nō debetur fisco legitima in bonis patris postea mortui,item nec fideicom.vt no.per Dec.consi.438.dub.2.& 3.& plenè in materia. consi.442.per totum.Ad hæc delatam hæreditatem bannito,sed nondum aditam fiscus non accipit ; Dec.consi.445.col.antepe.Item in bonis condemnati fiscus legitimam debet filio ; Dec.consi.235.dub.4. Picus ad §. Titia.q.7.Et illud de hæreditate delata bannito comprobat Deci.ad l fi.ff.quod quisq.iur. De fideicommisso conditionali, & de bonis prohibitis alienari, & emphyteoticis Rui.consi.25.& 26.lib.5. Et de legitima,seu eius supplemento & Cur.Iun.consi.110.dub.2.& consi.182.Vide Rui.ad d.§.Diui.4.not. & latissimè car.5.vbi contra Alexandrum hic tenet,bona transire in fiscum donec viuit prohibitus.Sed opinio Alexandri videtur communis. Crotus, & Opizo ibi nihil scribunt.Præterea adde,ꝙ publicatis bonis fiscus tenetur dotare filiam ; Bal.ad l.fi.col.3.vers. & idem dico.C.de dot.promis.& in materia vide Ruin.consil.129.lib.2. Item adde,ꝙ vbi delata est successio,sed non adita,publicatio non operatur.Item vbi est prohibita diuisio bonorum,& iussa cum alio communicatio. Item vbi substitutio facta est de filiis ; Rui.consi.23. dub.1.lib.5. Nec illud est silentio inuoluendum,quod debet ali filius a fisco, & filia dotari ; vt tradit Ripa ad l.ex facto.§ ex facto.ff.ad Trebel.Postremò sciendum est,communi doctorum sententia ratū haberi,quòd probibita alienationi, intelligitur prohibita alienatio per delictum ; Gramm.de-cisi.105.nume.32.quod tamen egregiè limitat ibidem num.38.cum sequen. Natta.

* Ad patrem reuerteretur commodum.] Vide Deci.consi.318.colū. fi.& cautela est,vt renunciet. vsufru.Angel.ad l. adoptiuum.§.fi.ff.de in ius vocan. Natta.

a ¶Confiscatio.supra consi.15.in fi.Cur.Sen.consi 59.col.7.Dec.l.3.in fi.ff.quod quisque iur.& consi.445.col.pen.

b ¶In fiscum.vide latè infra lib.4.consi.89.

c ¶Fauore. Adde no.in consue.Par.§.30.q.14.nu.65.

d ¶Certis.Adde Ludo.de Ro.in l.de die.§.qui mulierem.col.2.ff.qui sat.cog.qui discutit per omnes casus.Bal.& doc.in l.1.C.de bo. quæ lib.Alb.in.2.par.statu.q.60.

e ¶Bal.idem expressius Sali.ibi col.12.ver.2.quid in prohibitis.

* Si publicantur bona vsufructuarij.] Istud dictum habet pro notabili,Picus,vbi confirmat ad §.Titia.q.66. Natta.

* Et hoc verum.ibi,In territorio illius ciuis.] Sequitur Alex.ad l.ex facto.post Imol.Sed contra tenet ad l.1.C.de hęr.insti. Natta.

* Ita consului.] Hoc consilium habes infra consilio 75.infra eodem libro. Natta.

f ¶Bannitus.vide infra.consi.116.lib.2.

* In alienatione,quę fit a lege ob delictum.] Vtrum si alienatio interdicta sit fauore prohibiti, publicatio operetur ; Ruin. consil.23. col.23.col.4.lib.5. Natta.

* Præterea tex.in d.§.] Ad hunc.§.prædium. aliter respondet Ruin.in præal.consi.23. dub.2.col.15.lib.5. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Alleganti incumbit onus probandi quòd filius vel filia acquisiuit ex bonis patris.*
2 *Mulierem ex bonis viri quæsisse non semper præsumitur.*
3 *Dos matris an computetur nepti in legitimā in successione aui.*
4 *Dos acquiritur filiæfa. quando pater stipulatur ei reddi.*
5 *Societas ex cohabitatione non præsumitur, nisi quò ad redditus, & impensam victus.*

CONSILIVM XXIIII.

Visis dubijs probabiliter elicitis per clarissimū dominum iudicantem in causa do. Catharinæ quod de iure sentio,dicam. Et in primis super primo dubio quo quæritur an dos quondam dominæ Antoninę matris Catharinę debeat computari in legitimam petitam per Catharinam in bonis ser Io. quondam aui materni ipsius Catharinæ.& iste est notabilis articulus qui mihi de facto sæpe numero accidit & circa ipsum consului ; & semper mihi visum fuit, & nūc videtur istam esse meram veritatem quam infrà subijciam, non attingam tamen vltra quam pertinet ad casum nostrum,in quo dicendum mihi primò videtur,quòd quò ad dimidiam dictæ dotis nos non sumus in casu in quo est consultum inter doctores : animaduerto enim quod magister Ant. quondam maritus dictæ Antoninæ confessus fuit habuisse & recepisse a ser Ioanne & dicta domina Antonina libras septuaginta pro dote eiusdem dominæ Antoninæ : per quæ verba probatur quòd habuit a dicto ser Io.dimidiam dictæ quantitatis, & a dicta domina Antonina aliam dimidiā. l.reos.§. cum in tabulis.ff.de duob. reis.l.si mihi & Titio.de
1 ver.obli.¶†Et onus probandi quòd dicta dimidia habita a dicta domina Antonina fuit de bonis patris incumbit aduersario dictæ dominæ Catharinæ opponenti compensationem de dicta dote in legitimam computari : quia Catharina illam dotem habens & opponens compensationem dicitur petere agere & requirere.l.amplius non peti.ff.rem rat. habe. & ibi no.Bart,in l.si neque.C.de compens.no.gl.& doct.in c.cum inter.de except.& quod petenti incumbat onus probandi.& quod illud quod habet filius acquisiuerit ex bonis patris firmat Ioan.And.in addit.Spec.in titu.de actore.§.1.super verbo.sed quid si dubitetur,cum versi.sequen.& Bal. in authen. ex testamento.C.de colla. in 7.colum.in ver.11.membrum. bene facit quod voluit glo. not.12.quæst.1.in c.sint manifestæ.& ead.causa.quæst.5.nulli.& quod not. Bart.in l.inter.ff. de reb.dub. ¶Et attento quòd in eodem contractu maritus confitetur recepisse a patre & a filia, videtur pater confiteri illam pecuniam, scilicet pro dimidia pertinere ad filiam : & sic tunc cessabit illa præsumptio quòd in dubio præsumatur acquisiuisse de bonis patris per ea quę notabiliter tradidit Sa
2. lice. in l.mater.C. de contrahen. empt. vbi hoc vult † quòd
* quando maritus interuenit * in eo contractu in quo con-

venit pecuniam proceſſiſſe a muliere: quia tunc non poterit
allegari poſtea quàm illa pecunia p̃ſumatur acquiſita ab vxo-
re ex bonis viri: licèt aliàs regulariter preſumatur habuiſſe de
bonis viri.l. Quintus.ff.de do.inter vi.& vxo.l.etiam eo.titu.
Quantum verò ad aliam dimidiam quæ a patre dominæ An-
toninę profecta eſt, dubiũ facit : quia Bar.in l.in quartã.ff.ad
3 l.fal.& in conſi.ſuo inci. Gilbertus, tenuit† ꝙ dos matris com
putaretur filiæ in legitimam quando agitur de legitima debi
ta nepoti in bonis aui materni, vt quia mater prędeceſſiſſet ſu
perſtite ipſa nepte & auo. ¶Et mouetur per l.illam.C.de col-
la.& per l.omnimodo. in fi.& l.quoniã nouella.C.de inoffi.
teſta. ¶Et quia dicta neptis non habet vt hæres matris, ſed tan
quam de bonis aui, cui refert dictam dotem de conſuetudine
de qua loquitur gl.in l.dos a patre.C.ſo.ma.ſed quia morien
te filia in matrimonio cum liberis ſuperſtite patre a quo dos
perfecta eſt, remanet dos apud liberos filiæ contra ius com-
mune, & ideo conſuetudo aufert ex bonis aui. in d.l.quoniã
nouella.& iſta eſt principalis ratio in qua ſe fundat. ¶Sed cir-
ca hoc eſt aduertendum quòd Bar.in d.l.in quartam. dicit ꝙ
iſta conſuetudo procedit quando liberi non habent iure hæ-
reditario a matre d.dotem filiæ, ſed ab ipſo patre: aut ſimpli-
citer : quo caſu eſt communis actio de dote patris & filiæ &
filia prædecedente conſolidatur de matre in patrem.d.l.dos
a patre. ¶Sed vbi patet expreſsè vel tacitè in caſu exiſtentium
liberorum eſſet ſtipulatus filiæ quo caſu liberi habẽtur vt hę-
redes matris: tunc an debeat computari in d.l.legitima, dixit
ſe dubitare : & ibi relinquit indiſcuſſum ſed ipſemet Bart. in
l.poſt dotem, circa pen. vel vlti.colum.in verſi. Ita prodeſt ad
aliud, an filij filiæ &c.ff.ſol. mat.rectè intuenti decidit iſtum
caſum iunctis no.per eum in l.ſi cum dotem, in prin. ff.ſolu.
ma. & in d.l.poſt dotem.in 4.q. ¶Nam Bar. vult in d.l.ſi cum
4 dotem.& in l.poſt dotem.in 4.q.quod† quando pater ſtipu-
latur expreſsè vel tacitè dotẽ reddi filiæ ꝙ filia mortua in ma-
trimonio cũ liberis dos ſpectat ad liberos vt hæredes matris.
per l.poſt dotem.ſecundum 6.lectu.Dy.& per l.inter ſocerũ.
§.cum inter patrem.ff.de pact.dotalibus.& per d.l.ſi cum do
tem. in prin. & ita tenebant antiqui quos ipſe refert & ſequi-
tur Bal.in l.ſi extraneus.ff.de condit.ob cauſ.& in l.quoniam
nouella.in 8.col.C.de inoffi.teſta.& in l.quod ſcitis.C.de bo-
nis quę lib.& in auth.ſed & ſi quis.in 8.col.C.de ſecun.nup.
& in l.auus.ff.de iure do.& in l.2.C.de hær.act. & in d.l.dos
a patre.Pau.de Caſt.in d.l.filiæ.ff.ſol.mat.& in d.l.ſi cum do
tem. ¶Sed in caſu in quo liberi habent dotem: vt hæredes ma
tris: tunc Barto.in d.l.poſt dotem.circa vlti.colum.in d.ver.
Item prodeſt ad aliud in dicti filij, &c.ponit pro conſtanti qđ.
tunc non computatur liberis in legitimam, ergo ibi habemus
deciſum caſum noſtrum.quoniam ſi ſumus in caſu in quo ſer.
Ioan.videatur fuiſſe ſtipulatus expreſsè vel tacitè dictæ domi-
næ Antoninæ dotem reddi in caſu exiſtentium liberorum,
prout nos ſumus, quòd tunc non debeat computari in legiti-
mam prædictam in qua nõ debet computari niſi illud quod
habet : neptis habet immediatè titulo hæreditario : vt proba
tur in l.ſancimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſta.per no.per
Bar.in l.cum oportet, in prin.C.de bon.quæ lib.in ver. quę-
ro ergo qualiter intelligitur, &c.dum alleg.d.§.repletionem.
Et pro iſta opi.conſuluit Iac.de Belu. in caſu iſto quem ſequi
tur Bald.in d.l.illam. ſcilicet quando liberi habent vt hære-
des ; & ſic deciſio Bald.ibi ſcilicet quod filij habent vt hære-
des matris, non cõtradicit deciſioni Bar.nam iſto caſu ceſſant
a omnes rationes allegatæ per Bar.[a] in d.l.in quartam. ¶Et non
eſt verum quod omnia quæ conferuntur debent in legitimã
computari, licèt econtrà ſit.vt l.illud.C.de colla. ¶Et per hoc
apparet quòd non ob.tex.d.l. illam, iſtam opin. in caſu ſequi
tur Iac.But.in l.ſcimus.in prin.C.de inoffi. teſta. & Bal.in d.
l.quoniam nouella.& Angel.in l.illud. C.de coll.in d.l.& in
quartam. & Pet.de Anch.in conſil. 50.incip.Viſis diligenter
verbis teſtamenti.& in conſi.215.incip.domi.Bar. & Pau.de
Caſt.in conſil. 258.incipi. Viſis & ponderatis omnibus, &c.
& ſequuntur hoc moderni vbicunque. ¶Quod autem dictus
Ioan.videatur ſtipulatus dotem reddi filiæ in caſu exiſtentiæ
liberorum ex filia, patet ex inſtrumento dotis in verbo in ca-
ſu, quo prædecederet filia ſine liberis ſtipulatus eſt reddi di-
midiam eius quibus de iure reddẽda erat ſeu quibus ipſa An-
tonina legauerit in teſtamento: per quę verba alternatiua in-
telligitur ſtipulatum fuiſſe in caſu illo ſecundum quòd ius
commune diſponit, ſ.quod ſi filia decederet ſui iuris actio de
dote integra eſſet ſua.l. vnica.§.videamus.C.de rei vxo.act.ea
verò decedente in paterna poteſtate dos integra ſpectaret ad
patrem iuxta. d.l. dos a patre.ita ſingulariter decidit Bart. &
melius quàm alibi quantum ad hęc in l.vxore.§.teſtamento.
el 1.de leg.3.& Bal.in l.fi.C.communia vtriuſ.iud.& no.alij
in l.Caius.ff.ſol.matr.& in l.poſt dotem. vbi loquitur quan-
do matrimonium ſolueretur per mortem mariti prædecedẽ-
tis ſiue extarent liberi ſiue non fuit actum quòd integra dos
perueniret ad dictam Antoninam.& ſi iſte caſus euenit, res eſt
expedita . Si autem cõtingeret caſus quod domina Antonina
deceſſit ſine liberis conſtante matrimonio, & iſte eſſet caſus
omiſſus, in quo dicimus quod pater videtur voluiſſe quod
dos reuerteretur ad liberos filiæ tanquam ad hæredes filiæ:
vt d.l.ſi cum dotem. in prin.ſecundum magis communẽ in-
tellectum approbatum ibi per Bar.& alios.& not. apertè Bal.
in d.auth.ſed & ſi quis.circa vlt. col. ¶Plus voluerunt docto.
quos ſtatim referam quod etiam caſu in quo pater non eſſet
ſtipulatus tacitè vel expreſsè reddi dotẽ filiæ ſiue hæredibus
eius, vt hæredibus matris, tamen adhuc non computetur
dos in legitima nepoti ſeu nepti niſi quando nepos ſeu ne-
ptis concurrerent ad ſucceſſionem cum auunculis ſuis. Nam
quando cum auunculis concurreret, oportet quod neptis ſuc
cedat ex perſona matris ſuæ ne excludatur ab auunculis tan-
quam proximioribus in gradu . vnde ſicut ſi mater ſua ſucce-
deret, computaretur dos in legitima : vt d.l.quoniam nouel-
la : ita debet computari nepti ſuccedenti ex perſona matris
ne melioris ſit conditionis quàm mater.l.ſi viua matre. C.de
bonis matern.& iſtam opi.amplectitur Bal.in d.l.illam.con-
firmat eam Sal.in d.§.repletionem. & Imo. in d.l.in quartã.
& in l.poſt dotem.ſed veriorem puto opinionem præceden-
tem quæ eſt magis communiter approbata . ¶Super alio vero
principali dubio quo quæritur, an per acceſſum Io. Lẽti eius
fratris ad cohabitandum in domo dicti ſer Ioan. cum ipſo ſer
Ioannę qui iam duxerat matrem dicti Ioan. Lenti & fratrum
in domo dicti ſer Io. vt ſecum ſimul viuerent in victu & veſti
tu, ipſo tamen ſer Ioan.omnia gubernante, vt tam bona ſua ip
ſius ſer Ioan. quàm etiam Io. Lenti & fratrum videatur inter
dictum ſer Io. & fratres re ipſa contracta aliqua ſocietas, &
quomodo & qualiter ſiue de quibus rebus, an omnium bo-
norum vel quorum, vt verbo fertur quod de hoc quæritur
vt intelligantur communia ſeu communicanda. & iſte articu
lus quò ad id quod quæritur, videtur abſque difficultate pro
5 cedere.† Nam ex præmiſſis in facto non poteſt plus intelligi
contracta ſocietas quàm quò ad expenſam victus & commu-
nicationem reddituum dictarum terrarum per l. 1.§. ſi quis
hoc interdicto.cum gl.in ver.quo ad vſque.ff.de iti.act.priu.
quam in argumentum ad hoc inducit Barto.ibi.Et expreſſius
habetur in c.ſi duo fratres.in communi cauſa.in tit.de fratri-
bus de nouo benefi.inue.& ibi tex. probat quod emptum vel
acquiſitum ab vno non pertinet ad aliud.& no.Bal.& Ange.
in l.fi.C.de col.& Ang.in l.ſi duobus.ff.de neg.geſt.& Bal.in
c.1.de benefi.fratris.hoc etiam patet ex doctrina Bar.in l.Ti-
tium & Meuium.§.altero.ff.de admi.tut.& in l.cum duob.§.
Papi.ff.pro ſocio.& in l.ſi patruus.C.commu.vtriuſq. iud.&
ibi tradunt omnes.& Bal.in addi. quas fecit ad tractatũ Bart.
de duob.fratrib.vbi concluditur quòd ſi nemo eorum nego-
tiatur vel vnus tantum non inducitur tacita ſocietas.ſi autem
omnes negotiabantur, & tunc quatenus communicauerunt,
inducatur tacita ſocietas vltra illã vt ibi per plura probatur.
¶Ex quo ad propoſitũ infert Bart. in d.§.altero. quòd ſi vnus
* fortè emiſſet fundum, ꝙ ſi emiſſet ex pecunia * acquiſita ex ea
negotiatione in qua tacitam ſocietatem contraxiſſet, tenere-
tur illam poſſeſſionem communicare, aliter non.l.ſi vnus.ff.
pro ſocio.& clarè Sali.in d.l.ſi patruus, circa vlti.col.probat
quòd ſi omnes fructus & redditus adinuicem communicaue
runt inter cohabitantes, tamen non inducitur tacita ſocietas
omnium bonorum : adeò ꝙ ſi fundum acquireret nomine
proprio veniat in communione. Alia plura poſſunt ad huius
concluſionis confirmationem adduci ; ſed arbitror iſta quò
ad propoſitum ſufficere : præcipuè, quia res agitur coram vi
ro doctiſſimo & integerrimo, qui cętera ſuppleat, & iuſtitiam
pro ſuo optimo more miniſtret. Alex.

ADDI-

ADDITIONES.

* Quando maritus interuenit.] Idem tradit Sal. ad l.cùm propria. in fi verbis. C.si quis alteri vel sibi. Natta.

a ¶Per Bar.certè explicauit Alex. sententiam Bar.& concordiam Bal. cum Bar.quam Bal.in lect.sequitur & approbat,licèt dum non bene percipit dicta Bar. verbis tantum ab eo discordare visus sit in d.l.illam.col.2.quòd Pau.d.l.illam.in fi.& d.l.in quartam.in fi. & passim in consilijs suis prius iudicauit. quam etiam Bart. sententiam sequitur Alexan.hic & semper secutus fuit consulendo & legendo, vt in d.l.illam.col.pen.d.l.in quartam.col.14. & in effectu vult ꝙ dos prę mortuæ matris non imputetur nepotibus eius hæredibus in legitimam in successione auj materni. & hoc quando dos erat acquisita filiæ & suis ex stipulatione expressa vel tacita dotantis. & mouetur, quia tunc illa dos non reperitur esse de substantia aui,vnde computatio legitimæ fieri debet : sed spectant ad nepotes tanquam hæredes matris,nec habent eam immediatè ab auo ; secus si illam caperent immediatè ab auo. Idem volunt Petr.de Ancha.consil.50.Visis. consi.315 Dominus Bart.Raph.Cu.cons.10.consi.86.& plures quos allegat Deci.qui hoc sequitur , in d.l illam.col fi.& vltra adductos per eum.idem tenet Steph.Bert.consi.138.Thema consi.col.3.consil. 142.Viso puncto.consi.177.statuta per Ro. lib.1.& omnes fere vbique ita decidunt.Sed multum decipiuntur. quod enim dicunt non imputari in legitimam nisi illud quod est de substantia relicta per defunctum vel ab eo immediatè acquisitum non est verum,vt patet in l.omnimodo.§.imputari.ibi,quæ occasione.C. de inoffi.testa.prætereà per personam hęredis eius qui tenetur imputare in legitimam non debet conditio imputationis mutari. Sed hoc esset absurdum : quid enim absurdius quam filiam ipsam si superuiuat teneri imputare dotem suam in legitimam, & hunc nepotem ex ea prædefuncta hæredem matris & eandem dotem habentem non teneri eā imputare ; sequeretur enim quòd melioris esset conditionis nepos remotior in successione aui materni, quàm ipsa filia in successione patris sui.quod est contra æquitatem & rationem naturalem & ciuilem.l.si viua.C.de bon.mat. quare dicta communis sentētia semper mihi displicuit.Sed quòd nō possit sustineri & de iure falsa sit, probo : quia licèt si quid conferendum sit,non continuò sequatur in legitimam imputandum nisi iure caueatur, tamē hic manifestè iure cauetur per tex.in l.quoniam nouella.C.de inoff. testam. vbi eodem modo & eodem casu quo dos & donatio propter nuptias conferuntur,eodem modo eisdemq; casibus in legitimam imputantur,siue à filijs siue à nepotibus vel pronepotibus. & omnino quātum ad dotem & donationem propter nuptias collatio & imputatio in legitimam æquiparantur & exequantur per illum tex.Sed sic est quòd per l.vt liberis.& clarius.per l.illam.C.de colla.non solum filia quæ dotem accepit, sed etiam ea prædefuncta nepos eius & hæres tenetur dotem quam immediatè habuit tanquam hæres matris conferre in successione aui materni a quo data fuit, ergo respectu successionis eiusdem aui tenetur imputare in legitimam. istud argumentum est clarum & ineluctabile. non enim euitari potest dicendo vt Rapha. Cu.d.consi.10.in prin.ꝙ d.l.quoniam.vbi loquitur de nepotibus loquitur de dote eisdem data ab auo, non autem inquantum sunt hæredes prædefunctæ matris cui dos data fuerat. quia hæc mera cauillatio est & verborum captatio contra mētem & seriem.d.l.quoniā. & omninò satis est ꝙ ibi manifestè collatio & imputatio in legitimā quantū ad dotē & donationem propter nuptias æquiparantur, vt ex hoc per interpretationem passiuā.d.l.illam. habeat locum ēt in nepotibus dotē maternam tanquā hæredes matris habentibus. & ita deinceps consulendum & iudicādum est.confirmo per tex.in l.vnic. §.videamus. §. cum seq. C.de rei vxo.actio.vbi dicitur ꝙ si filia viuo patre per emancipationem fiat sui iuris,actio de dote in eam consolidatur & hinc infert tex.indistinctè quod ęqualiter cadit in collationē & imputationē in legitimam, & sic siue pręmoriatur patri relictis nepotibus siue super viuat semper idē iuris eē debet. Et inuenio quod ita tenuit Pau.naturali ratione motus.in d.l.illā in fi.licèt in d. l.quoniā. & in consilijs sequatur cōem errorē. plenius scripsi super consue.Pari.§.125. vbi dixi quid si dos casu vel culpa filię vel nepotis consumpta sit,& quid si nepotes nō cū patruis sed cū alijs nepotibus ex eis succedant ; & quid in patria consuetudinaria dicendum.

* Quòd si emisset ex pec.]Vide Pau.Ca.consi.349 Ex die.lib.1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vsus loquendi communis, facit vt legitimatus non excludat substitutum.*

2 *Legitimatio per subsequens matrimonium non mutat ius primogenituræ.*

3 *Filij dicuntur propriè nati ex legitimo matrimonio.*

4 *Nobilitas deturpatur per illegitimos.*

5 *Legitimatio limitatè, est dispensatio.*

6 *Papa non potest legitimare in præiudicium tertij.*

7 *Pater in legitimatione debet etiam facere mentionem de alijs liberis & agnatis.*

8 *Legata & prælegata veniunt in substitutione.*

CONSILIVM XXV.

Circa primum dubium quo quæritur,an per existentiam dicti Iuliani ita legitimati excludatur substitutus per fideicommissum patris dicti Iul. quia copiosè allegatum est per excellentes dominos cōsultores Florentinos breuiter me expediam.& licèt iste articulus sit in iure satis tritus & disputabilis : & plures rationes pro vtraq; parte adduci possent ; tn̄ quò ad casum nostrum magis insistendo ad illud quod in themate præsupponitur, scilicet quod tempore testamēti do.Lucię in loco ipso cōis vsus loquendi esset quod appellatione filiorum legitimorū & naturalium non comprehendantur legitimati: vnde secundum talem vsum loquendi regulariter restringitur dispositio testatoris.l.librorum.§.qđ tamē Cassius.& quod ibi no.ff.de leg.3.l.Labeo.ff.de supell. leg.l.cum delanionis.§.asinam molendinariam.de fun. instr. ¶ Et ideo vbi est talis communis vsus loquendi fatentur doc.

1 †ꝙ propter existentiam filij legitimati non excluditur substitutus.vt firmat Imo.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb. & in l.si ita quis.§.is cuius.ff.de leg.2.& Pau.de Ca. in l.fi.de ijs qui veniam æta.impe.& in l.cum acutissimi.C.de fideicō. * ¶Quinimò quando etiam nō esset talis vsus loquendi tenuerunt q̄ plures doctores quod non excludatur substitutus: tenuit Bal.in l.Lucius.la 2.ff.de hęre.insti. & in l. si ita quis.§. is cuius.ff.de leg.2.& in l.si quis posthumos. in prin.de libe. & posth.& Sal.in l.generaliter.§.cum autem.de insti.& substit.& in l.adoptio.ff.de adop.& Io.de Imo.in d.l.ex facto.in prin.de vulga.& pupi.& in d.§.si quis rogatus. & in d.l.si ita quis.& Io.Cal.Cōsulendo sub.ti.qui filij sint legi.cons.1.ita tenuit Pet.de Anch.in consi.241.Ex tenore. ¶Et ibi inter cætera adducit vnum quod in casu nostro est summè notandū. Nam dicit qđ substitutus in casu suæ consultationis non excludebatur per filium legitimatū ex ipsius legitimationis natura,quæ ad ius succedendi nō extenditur ad alium quàm ad patrem qui preces obtulit, nō ad bona aliorum de cognatione : vt in auth.qui.mo.na.eff.sui.§.filium. sed ita est in casu nostro ꝙ tenore dictæ legitimationis expressa videtur rescripta ad succedendū ipsi patri scilicet Ioā.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vul.& pu. ¶Adducit etiam Pet.de Anc.in d. consi.ꝙ tēpore legitimationis testator auus illius spurij erat mortuus, & sic in bonis eius erat ius acquisitum fideicommissario substituto saltem in spe,scilicet si substitutus decederet sine filijs legitimis & naturalibus : ergo non potuit ius fideicommissi tolli per legitimationē, quæ videtur esse species alienationis rerum fideicommisso suppositarum, cū per ipsam legitimationem deuoluentur ad aliam personam q̄ testator disposuerit, contra.l.fi.& §.quia.& auth.res quæ.C.commu.de leg.& c.quamuis.de rescr.in 6.& l.2.§.si quis a principe.ff.ne quid in loco.pub.per hoc specialiter adducit id quod no.Io.And. in regula sine culpa.de reg. iur.& in mercu.dum determinat

2 † quod legitimatus etiam per consequens matrimonium nō aufert spē successionis,quam, quis habet in bonis nondū de-

a functi ratione primogenituræ. [a] multò minus in bonis tunc defuncti si legitimatio superuenit : pro hoc etiam adducit id quod vult Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantū.ff.de lib.& posthu.& Iac.de Are.in l.fi.aliàs pe.ff.de in integ.resti.vbi secundum eum tenet ꝙ ad hoc vt legitimatus succedat, requiritur

* citatio,& consensus agnatorum * quibus ius successionis adimitur per dictam legitimationem præter q̄ quò ad bona ipsius patris porrigentis preces ipsius legitimationis.& ita intelligitur secundum opi.Fede.de Senis. & ꝙ requiratur hoc casu citatio tenuit etiam Bal.in l.j.in vlt.col.C.de inoff. dona. & Ang.in consi.17.inci.Comes Brandelisius.& Bal.in 1.cōsti.C.in 5.col.& in l.nam ita diuus.ff.de adop.& Io. de Imo. in c.nisi cum pridem,de renun.& dicit Petr. de Ancha. in d. consi.quod reperit ita etiam consuluisse præceptorem suum Bal. ¶Ad prędictam conclusionē bene facit.l.fideicommis.ff. de condi.& demon.& in d.l.si ita quis.§.is cui.ff.de leg.2.& & institu.de excusa.tuto.circa principi.iuncta.l.5.quæ est lex legitimos.§.legitimis.ff.de legi. tut. & l.fin.C. de his qui ve. æta.impe.& in l.ex ea.§.insulam.ff.de verbo. oblig. & in l.fi-

3 lium diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.† vbi appellatione filiorum intelligitur de his qui sunt nati ex legitimo matrimonio. ¶Et præsertim quando de eis est facta mentio

per modum conditionis vt in casu nostro: quia debet conditio impleri in forma specifica & magis propria, l. qui hæredi, in prin. ff. de condi. & dem. & l. fideicommiss. filius enim legitimus dicitur quasi secundum legem natus: sed legitimatus non est secundum legem natus 20. q. 4. monachos, cũ si. ¶ Facit & ad hoc cap. naturales, in tit. si de feu. fue. controuer. inter dom. & agnatum. ideo ibi non comprehenditur filius legitimatus appellatione liberorum: quia ex hoc posset contingere fieri præiudicium domino feudi. ¶ Et tantò magis hoc procederet vbi persona de cuius successione tractatur, fuisset nobilis seu in dignitate. Nam tunc quemadmodum filius naturalis non excludit substitutum, d. §. si quis rogatus, cum ibi no. quia nõ præsumitur testatorem de illis sensisse vt ibi quia sunt magis dedecori quàm esset in viroi gnobili, l. si qua illu-
4 stris. C. ad orfic. † per tales enim filios nobilitas patris vel aui prædefuncti non seruatur. l. lex naturæ. ff. de sta. homi. & ta-
b les illegitimè nati censentur infames [b] infamia facti: vt not. Azo in sum. C. de infa. circa prin. quem doct. vbique sequuntur. ¶ Et cuiuscunque interest hæreditatem suam non deuenire ad infamatam prolem, vt dignitas & fama eius conserue-
* tur illæsa. ¶ Propter quæ concludit Ang. * in sua disputatione incipiente. Nobilis quidam. in secundo dubio. & sequitur Anto. de Bu. in c. per venerabilem qui filij sint legitimi, quòd talis filius legitimatus non excludat substitutum quando testator erat nobilis genere. & hanc dicit esse rationem dictæ l. naturalis, quia non est verosimile nobilem feudum concedentem de tali prole sensisse. & etiam sufficeret quòd Ioan. institutus & grauatus per fideicommissum fuisset nobilis & in dignitate: quia illud quod dicitur in d. §. si quis rogatus, scilicet quòd naturalis non excludit substitutum vendicat sibi locum hoc casu, vt est de mente gl. ibi & hoc ibi tenuit Angel. & Ioan. de Imo. & etiam Gulie. & Sali. in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substi. sub condi. factis. ¶ Et plus etiam dicunt docto. & Barto. & clarius. Ioan. de Imol. in d. §. si quis rogatus, circa 1. col. ꝙ idem etiam esset si non esset nobilis, si tamen esset talis conditionis quòd verecundia esset sibi habere tales spurios hæredes attenta eius vita honesta: quia tunc habet locum id quod dicitur in d. §. si quis rogatus. ¶ Per quã l. in ratione sui infert Ang. postea in dicta disputatione quòd illud etiam militabit in legitimato. ¶ Et licèt non ponam pro constanti quãdo facta esset plenaria legitimatio, & cessaret dictus communis vsus loquendi, & testator & hæres grauati essent ignobiles, legitimatus nõ excluderet substitutum: quando tamen vel testator vel hæres grauatus fuisset nobilis, vel quando adisset vt in proposito communis vsus loquendi, vel quando legitimatio esset limitata prout est ista, puto posse optimè concludi quòd non excluditur substitutus. ¶ Accedit
5 ad prædictorum confirmationem: † quia pater potest impetrare legitimationem pro filio quòd certo modo succedat: vt not. Barto. in l. quæsitum, in suis antiquis recollectis. ff. de adopt. per text. in cap. primo. de filijs natis ex matrimonio ad morga. contracto, quod dictum secutus est Anton. de Butr. in d. cap. per venerabilem, post medium. in versicu. sed an pater possit, vt patet per not. per Ioann. Andr. in addit. ad Specula. in titu. de successio. ab intesta. §. primo. in addit. quæ incipit vbi hoc dixit Goffred. & illud dictum Bartol. in dicta l. quæsitum, sequitur Roma. in l. qui superstitis. ff. de acquiren. hæredit. & in l. pactum. C. de colla. & idem in effectu dicit Pau. de Cast. referens se ita vidisse consultum per Ray. del Forl. in ciuitate Pisarum. ¶ Et facit, quoniam tunc non propriè legi-
c timatio fit, sed dispensatio, [c] cum non efficaciter est legitimatus quò ad omnia. l. 2. cum gl. C. de iure aureorum annullo. & l. cum ex oratione. ff. de excusat. tutorum. & sic talis etiam legitimatio limitata vt etiam fuit præsens legitimatio parit limitatum effectum. ¶ Ad prædictorum confirmationem bene facit singulariter decisio quam ponit Ioann. de Imo. & Dom. de Sancto Geminiano in capitu. grandi. in prin. de supp. neg.
6 prælat. in 6. vbi quærunt † an Papa potest legitimare filium Regis Aragonum qui non recognoscit superiorem. & primò affirmauit quòd sic, per dictum capitu. per venerabilem. tamen ad illud respondent, quòd illud procedit vbi fieret sine præiudicio tertij, sed vbi consuetudo defert alteri consanguineo Regnum Rege decedẽte sine filio legitimo non posset secũdum eum legitimare filium Regis ad præiudicium illius consanguinei sine causa legitima priuando ipsum Regno, etiã si fiat legitimatio de voluntate Regis. ¶ Nec obst. secundum eos id quod not. Barto. in d. §. & quid si tantum. quia respondent, quòd illud procedit in patrimonialibus bonis quę possent per testatorem auferri consanguineo: sed in regno secus, vt d. cap. grandi. & subdunt quòd si ipse legitimet aliquem, quòd in dubio præsumitur legitimare sine præiudicio tertij. cap. quamuis. de rescrip. in 6. ergo ad propositum cum ius euertendi fideicommissum prædictum non pendeat a volunluntate dicti Ioan. testatoris non debuit posse dictam legitimationem facere in præiudicium substituti sicut in casu prædicto non potest Rex. etiam per legitimationem quam impetrat præiudicare consanguineo in Regno. tutiora etiam sunt fundamenta superius adducta. ¶ Fortificantur etiam prædicta
7 per id quod volunt doc. † quòd in legitimatione quæ fit etiã
d viuo patre a principe debet fieri mentio [d] ꝙ pater alios * libe-
* ros vel agnatos habebat successores: aliàs si hoc non fuisset expressum principi non valet legitimatio ad tertij preiudiciũ: vt firmat Iac. de Bel. in §. & quoniam. in auth. quibus mo. na. effi. sui. & firmat Ant. de But. in d. c. per venerabilem. post medium dũ tractat ꝙ citatio requiratur. & refert ita sentire Vbertum de Bobio. & recitat Io. And. in addi. Spec. in tit. de succe. ab intest. §. 1. in addit. de qua feci mentionem suprà. & idem
e dicit Pau. [e] de Cast. in consi. 221. incipien. Super eo solo &c. multòmagis debuit in dicta impetratione legitimationis fieri mentio de dictis substitutis quibus præiudicare non pendet
8 a potestate hæredis grauati. ¶ † Quantum autem ad secũdum dubium quò quæritur vtrum dicta duo prædia relicta Gregorio mente capto, & post eius mortem Ioan. prædicto hære-
* di veniant in restitutionem * fideicommissi vniuersalis. iuncto d. Ioan. puto veram esse conclusionem factam per dictos dominos consulentes. s. quod veniant, quia particulare fideicommissum relictum d. Ioan. pręcessit grauamen substitutionis fideicommissariæ simpliciter factæ per indefinitam d. Io. quo casu communiter concluditur quòd illud quod obuenit hæredi ex causa legati vel fideicommissi venit in substitutione fideicommissaria facta ipsi hæredi. l. Marcellus. §. quidam liberis. cum ibi not. per Guil. & doc. ff. ad Treb. & in l. hæres meus. cum ibi no. per Guil. eo. tit. l. si Titius. cum glo. ff. de lega. 3. & firmat latè Io. de Imo. in l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad Treb. & no. doct. in l. cum virum. C. de fideicommissis. ¶ Et maximè Salic. ibi, dum dicit se vidisse dubitari an legata prius facta veniant in restitutionem fideicommissi si testator est vsus his verbis, quandocunque aliquis hæredum decesserit sine filijs eidem substituo Titium, ita concernit tantum personas & non res. tamen ipse contrarium tenet: quia si ibi testator dicit portionem tuam restituas vel portiones tales, veniunt prælegata: vt d. §. quidam liberis. fortius in casu nostro vbi in substitutione est verbum substituo: quia verbum substituo est etiam aptum comprehendere singularia legata: vt probatur in l. 1. C. communia de lega. & in l. ab eo. C. de fi-
9 deicommiss. † & hoc etiam dicit probari per d. l. cum virum. Et secundum eum in casu prædicto venient non solum prælegata sua sed etiam a cohærede recepta. inducit d. l. si Titius. a ratione cessante. ¶ Cum ergo post relictum prædiorum factorum filio mente capto & post mortem dicti Ioan. testator instituerit vniuersaliter. tex. d. Io. & compẽdiosè substituerit simpliciter pro dimidia hospitale & pro alia dimidia dictum Ber. nepotem suum. sequitur ꝙ veniunt dicta prædia. Nõ ob.
* ꝙ testator in substitutione dixerit in omnibus aũt suis bonis mobilibus & immobilibus, & in omnibus iuribus & in omnibus actionibus instituit d. do. Ioan. & post eius mortem substituit &c. quasi per illa verba: In omnibus autem bonis, debet intelligere quod in illa dispositione voluerit comprehendi illa duo prædia de quibus in præcedenti dispositione prouiderat: quia respondeo quod istud nihil obstat: quia expressio eius quod tacitè inest, nihil operatur. l. 3. de lega. 1. & l. non rectè. C. de fideiussoribus. l. si arrogator. ff. de adoptio. ¶ Sed quando testator facit primò aliquid particulariter relictum alicui & postea aliquem instituat hæredem simpliciter vel indefinitè, non intelligit instituere hæredem illum in quo erat prius specialiter dispositum. l. vxorem. §. fœlicissimo. ff. de legatis tertio. l. alimenta. §. basilicæ. ff. de alimentis & cibar. legat. l. quod in rerum. §. si quia post, ad

ad fi.de leg.1. ergo sicut quādo instituit simpliciter hæredem vniuersalem & simpliciter substituit per fideicommissum veniunt prælegata, & fideicommissa particularia.& in hac substitutione fideicommissaria vniuersali vt in iuribus & locis supra allegatis. ¶Ita etiam debet venire quando exposuit illud quod tacitè inerat: scilicet in alijs bonis instituit hæredem &c. ¶Secundò respondeo quod illa verba in omnibus autem alijs &c.fuerunt solum adiecta in institutione; substitutio autem fuit postea in fine apposita simpliciter: vnde fatetur quod illa substitutio refertur ad institutionem etiam vltra institutionem. dico ꝙ refertur ad prælegata & fideicommissa particularia præcedentia.l.talis scriptura. in fi.de lega.1.& d.§.quidam liberis.cum alijs suprà allegatis.& substitutio dicitur esse caput per se diuersum a capite institutionis.l.3.§.filius.& ibi declarat Bar.ff.de lib.& posthu.ita quod non repugnat ꝙ ipsa substitutio simpliciter comprehendat quod in institutione sit deductum. ¶Nec etiam prædictis obstat si diceretur quod dicta prædia obuenirent dicto Ioan. ex substitutione exemplari facta mente capto: quia exemplaris est ad instar pupillaris.l.humanitatis.C.de impu. & alijs substit. & §.qua ratione.Insti.de pup.& substi.sed illud quod obuenit: ex substitutione pupillari est ipsius grauati per fideicommis-
* sum vt tenuerunt * nonnulli quos refert Bal. in l.ex tribus in vlti.col.C.de inoffi.testa.& Bal.in d.l.cum virum. Ang.in d.§.qui suspectam.& aliàs in d.§. quidam liberis. quia respondeo ꝙ posito ꝙ aliqui hoc tenuerunt, tamen istud non potest adduci ad propositum nostrum, eo quia substitutio facta dicto mente capto fuit compendiosa & fuit facta in re certa & non per verba directa ciuilia, quo casu nō potest comprehen-
* dere pupillarem * nec pari ratione exemplariam sed puram fideicommissariam.vt firmat Bar.ff.de vulg. & pup.l.Centurio.in ver.quid si testator instituat aliquem compendiose directè in certa portione aut in certa re: an valeat in tempore pupillaris ætatis.& in versi.quæro vlterius, quid si substitutio compendiosa sit in re certa per verbum commune. & Azo & Bal.& Sali.in l.precibus.in vlti.col.C.de impu. & alijs subst. & Bal. in d.l.humanitatis.in antepe.col.in versi.4. quæritur principaliter in quibus rebus.vbi hoc expresè dicit de exemplari substitutione: ergo substitutio facta dicto mente capto compendiosè habuit effectum fideicommissariæ.& sic sequitur ꝙ illa duo prędia veniunt in substitutione vniuersali per fideicommissum in d.l.Scæuola.ad Treb.& quod ibi Bar. & firmat Barto.& alij.in d.§.quidam liberis.cum alijs allegatis. Et ita vt supra dictum est puto iuris esse. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Geniture. Adde quæ dixi super consuetu. Parisi. titu. 1.§.8. glo. 1. quæstio. 7.

* Requiritur citatio,& consensus agnatorum.] Ad hoc vt legitimatio valeat, requiritur citatio agnatorum; Sequitur Deci.consi.557. dubio.1. Natta.

b ¶Infames. Adde supra.consi.2.nu.5.

* Propter quæ cōcludit Ang.] Istud sequitur Soci.ad l.Gallus.§.si eius ff.de libe.& posth.Deci.consi.284.col.5.Ripa ad l. ex facto.§.si quis rogatus.nu.44.Bal.etiam hoc voluit consi.466.Quidam instituit.libro 3.Contra Ange.tenet Rui.consi.76.col.6. lib.3.& consi.104.col.8.eo.li.Et Pau.de Ca.ad d.§.si quis rogatus.intelligit de nobili,qui habeat iurisdictionem,& castra; aliàs secus.Et dicitur nobilis,qui habet merum,& mixtū Imperium; Bal.consi.129. nu.4. lib. 2. Natta.

c ¶Dispensatio. Adde no.consi.189.lib.5.

d ¶Mentio dicam consi.195.lib.2. * In legitimatione etiam viuo patre facta, requiritur citatio aliorum liberorum, vel agnatorum: quod valde no.sequitur Ias.consi.184.col.3.lib.2.Et vide etiam Ias. consi.21.lib.3.& latissimè consi.68.per totum,eo.lib.3.& consi 110.per totum,lib.4.Et cum Alex.tenet Deci.consil.52. circa fi. & cum distinctione not.consi.307.col.2.& consi.288.col.2. Natta.

* Quod pater alios.] Idem tenet Deci.consi.85.col.pen.Crot. ad §. & quid si tantum car.10.& Dec.consi.393.col.2. Et de liberis idem tenet, licèt non de agnatis, consi.698. Natta.

e ¶Pau.consi.107 lib.2.

* Veniant in restitutionem.] Istud secundum dubium est insertum de verbo ad verbum consil.252.lib.6.versi. Quantum autem ad secundum. Natta.

* In omnibus autem alijs bo.] Quod verba ista, In aliis bonis. operentur, vide Bar.ad l.si quis seruum.§.fi.in fi.ff.de leg 2.& sentit Bar. ad l.Marcellus.§.quidam liberis.pen.q.dicens, ꝙ vbi testator dixit, Residuum bonorum meorum veniat ad talem, non veniunt prælegata. Sed ꝙ sint superfluè posita ex imperitia notarij, vult Pau.Cast.vt deci.refert consi.653.col.2.ibi, Ipse in oppositum tenet præcipuè circa finem consilij. Et vide Alex.ad l.nam quod.§.non omnis.ff.ad Trebell.col.fi.quem.§.legit cum l.apud Iulianū.præcedente: vbi vult, ꝙ licèt testator instituat in alijs bonis, intelligitur ēt instituisse in legatis, quia debent pręstari per hæredem,& eius aditione confirmātur. Et idem Alex.tradit consil.202.col.2.lib 6. vbi inquit, ꝙ tunc hæres habet titulum in legatis, etiam ꝙ sit dictum, In alijs bonis. Et sequitur Rui.consi.32.col.pe.lib.2.Ful.consi.100.quidam A.veniens.vult, ꝙ propter illud verbum, Alijs. prælegata non veniant in substitutione. Sed est animaduertendum, quia in casu Fulgosij illud verbum, Alijs fuerat non solum in institutione appositum, Sed etiam in substitutione. Vide Oldr.consil.158.in fi. Factum tale est, testatrix quædam. Cur.Iun.consi. 13. vbi sequitur Alex. hic contra Fulgosium in præallegato consi.& cum Alex.hic tenet etiam Rui.consil.152. dub.2.lib.3.& consi.38. col.10.lib.5.Et quando in institutione, & substitutione fuit appositum verbum, Alijs. non venire prælegata, tenet Pau.Cast.cōsi.399.Et circa primū.li.2.Et ꝙ illa dictio, Alijs, apposita in institutione, excludat pręlegatum, tenet Ias.consil.vlti.circa fi.lib.4.Paris.consi.79.nu.21.lib.2.& consi.73.circa fi. lib.3. Natta.

* Grauati per fideic.vt tenuerūt.] De hoc articulo vide latissimè Alexan.ad l.ita tamen.§.qui suspectam.ff.ad Treb. Natta.

* Non potest comprehendere pupillarem.] Substitutio in re certa pupillarem non continet; & idem vult Bald.consi.140.Viso teste Henrici.lib.1.& consi.170.Pater instituit.eo.lib.& consi.121.Proponitur quidam Laur.lib.5. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus cum publicatione bonorum deportato similis est, & in successibilis in ciuitate a qua est bannitus, extra quam iura communia retinet,*

2 *Reprobatus a certo collegio, non amittit nisi iura dicti collegij.*

3 *Filius non tenetur conferre dotem nepti datam a patre.*

4 *Testamentum matris annullat præteritio neptis, licèt non habeat in potestate.*

5 *Clausulæ codicillaris virtute valet testamentum iure fideicommissi, inquantum scripto hæredi erat relictum, & non plus. numero 6.*

7 *Filij solam detrahunt legitimam quando non sunt conditionaliter grauati.*

8 *Couiunctorum plurium proximior præfertur.*

CONSILIVM XXVI.

Circa primum dubium scilicet an succedere possit dictus Iac.bannitus etiam in quarta parte. ¶ Videtur primò quod in aliquo effectualiter succedere non pos-
1 sit. quod probatur sic: † deportatus cui ex testamento vel ab intestato delata esset hæreditas, est incapax & perinde succeditur defuncto per alios institutos vel venientes ab intestato ac si deportatus institutus non esset, secundum magis communem & veram sententiam.l. 1.cum ibi no.C.de hęr. insti.l.j.§.pen.ff.de bon.pos.cōtra tab.l.in metallum.ff.de his quę pro nō scriptis.sed bannitus cuius bona publicata sunt, pro-
2 ut dicitur fuisse in banno Iacobi, æquiparatur deportato [a] & non relegato, vt not.gl.in §.relegati. insti.quib.mo.ius patri.po.solu.& gl.in c.domino guerram, in titu. hic finitur lex. & Spe.& Io.And.de instr.edi.§.compendiosè. ver.quod bannito.& in ti.de ar.§.differt.vers.quid de bānito.& ibi refert Io.An.idem tenuisse Gui.de Suz.in l.Pedius.ff.de ar.per l.actione.§.publicatione.ff.de pro soc.& in l.1.§.fi.ff.de bo.pos.cōtra tab.& Io.And.in addi.Spec.in tit.de accu.in 3.parte.§.sequitur.in addi.magna.quæ incipit Odofre.& Dy. in l. si quęramus.ff.de test.& Iac.de Bel.in disputa.incipiente, Sempronius & Titius inimici capitales.quam ponit in l.2.C.vt intra certum tempus.& Bal.in l.seruum.§.publicè.ff.de proc.in 4.col.& in l.2.in vlt.col.C.si pen. app.mors interuenit.& in l.corruptionē. C.de vsufr.& idem tenet ibi Mar. Silim.& Hu.de Fontana in disputatione sua incipiente. Quidam nomine Sempronius: vt refert Ang.in sua disputatione incipiēte Duo adinuicem litigantes. ¶Et probatur ratione: Nam ex propria natura relegationis non venit bonorum publicatio nisi iudex ex causa pœnam augere possit.l.relegati. & l.relegatorum.§.hæc est differentia.ff.de inter.& releg.& l.bona.ff.de iure fis.secus est in deportatione: quia eòipso quod quis per sentētiā deportatur, venit ex natura condemnationis bonorum confiscatio.l.3.C.si pend.app. mors inter.l.1.ff. de bonis dam.vnde cùm talis bannitus magis participet de natura deportatio-

nis quàm relegationis ſapiet deportationis naturam.l.legatis
ſeruis.§.ſi vnus.ff.de leg.3.l.quæritur. de ſtatu ho.ergo à ſuc-
ceſſione debet Ia.repelli. ¶Sed præmiſſis non obſtantibus cõ-
trariam ſententiam probabiliorem conſultoris eſſe puto, ꝙ
b non obſtante banno [b] poſſit Iac. petere tertiam partem ab in-
teſtato in hæreditate dictæ teſtantis ſecundum quod dicã in-
frà in tertio dub. ¶Nec ei habet obſtare bannum niſi cum con
fiſcatione bonorum, quia tale bannum cũ publicatione non
poteſt operari quòd bannitus perdat beneficia iuris commu-
nis ſeu facultatẽ ſuccedendi de iure cõmuni ad inſtar depor-
tati. probatur, quia Præſes prouinciæ, & per conſequens Po
teſtas dictæ ciuitatis Ferrariæ vt alij ſimiles magiſtratus non
poſſunt deportare.l.inter pœnas. in prin.ff.de inter.& releg.
& in l.1.§.deportatos.ff.de leg.3.ergo bannitus ab eis nõ po-
teſt amittere ea quæ amittebant deportati, qui perdebant om
nia beneficia ciuium Romanorum & ſic iura ciuilia.l. quidã
ſunt ſerui.ff.de pœnis.ſicut & transfugæ qui velut hoſtes ci-
uium Romanorum habentur.& ideo perdunt ciuitatem Ro
manam & iuris ciuilis beneficia.l.amiſſione.§. qui deficiunt.
cum gl.ff.de cap.di. ¶Non autem perdunt tales deportati vel
hoſtes populi Romani ea quæ introducta eſſent de iure gen-
tium: & ſic ea quæ non erant beneficia Romanæ ciuitatis:
d.l.quidam.Ita ergo dicendum in dicto bannito: cum enim
ipſe cẽſeatur eſſe transfuga & hoſtis ciuitatis in qua bannitus
eſt, poſito quod ex forma ſtatuti poſſit impune offendi prout
communiter ſunt ſtatuta per Italiam, non tamen per hoc de
bet amittere niſi beneficia dictæ ciuitatis, cuius banno ſup
poſitus eſt: alia autem beneficia ſicut de iure communi de-
portati a principe & transfugæ, & hoſtes populi Romani nõ
amittebant niſi beneficia populi Romani & nõ alia. d.l.qui-
dam.cum enim iſte non ſit bannitus vel transfuga totius im-
perij,& ſic iura communia non perdit; ſed tantum beneficia
inducta a legibus illius ciuitatis: vt ſit idẽ iuris de parte quò
ad partem quod de toto quò ad totũ. ¶Sicut etiam videmus
2 †quòd reprobatus ab vno collegio amittit iura propria illius
collegij, in reliquis remanet ſub protectione iuris communis
l.1.C.de tab.li.10.l.miles.C.de quęſt.& firmauit Iac.de Are.
Bar.& Ang.in d.l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.& Cy.& Bar
to.in l.1.C.de hære. inſtit. referentes ita diſputando publicè
fuiſſe determinatum per Fed.de Senis.in quæſtione incipien
te. Quæſtio talis eſt, Titius filiusfa. &c.& latè concludit hoc
Bart.in ſua diſputatione incipiente Lucanæ ciuitatis ſtatuto
cauetur.& Bar.& Bal.in d.l.amiſſione.§. qui deficiũt. in qui-
bus locis concludunt ꝙ tales banniti nõ ſunt capaces earum
ſucceſſionum quæ etiam loco in quo banniti nõ ſunt eis de-
ferebantur ex forma ſtatutorum illius ciuitatis a qua banniti
ſunt: ſecus ſi defertur ex teſtamento valido de iure commu-
ni: vel ex alia ſucceſſione data de iure cõmuni. ¶Et pro hoc
eſt optimus tex.per quem ita ibi decidit Bar.in l.certa forma.
C.de iu. fiſ.lib.10. inducendo vt ibi per eum & loquitur illa
lex de ſucceſſione delata etiam in loco a quo quis translatus
ſeu bannitus erat vt ibi per gl. ¶Et omnes tenent iſtam opi.&
ſequitur Ang. in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſthu.& in
diſputatione ſua incipiente. Duo adinuicem.& Bar.& Bal.in
l.eius qui.§.1.ff.de teſt.& ibi hoc ſequitur Ioã.de Imo.& Bal.
in l.Gallus.§.quid ſi tantum.ff.de libe. & poſthu. idem vide-
tur ipſe velle in repe.l.1.in 11.col.C.de ſac.ſan.eccl.& Ang.
in l.ſi cum dotem.§.ſi pater.ff.ſol.mat. ¶Et per hoc patet eſſe
communem opi.a qua in iudicãdo diſcedere non licet, vt in
locis vulgaribus habetur. & per prædicta patet reſponſio ad
allegata in contrarium, quia dato quòd bannitus æquipare-
tur deportato vel transfugæ aut hoſti ciuitatis: tamen non
3 perdit beneficia iuris communis vt probaui. ¶†Circa ſecun-
dum dubium a præcedenti dependens: ſcilicet an Iac.tenea-
tur conferre dotem relictam, & datam filiæ ipſius Iacobi de
bonis ipſius teſtatricis.& hoc eſt indubitatum ſcilicet ꝙ non:
quia illud eſt patrimonium ipſius filiæ.in quo nullum ius ha
bet pater.l.Pomponius Philadelphus.ff.fam. erciſ.& conſtan
te matrimonio eſt in dominio mariti pro oneribus matrimo
nij ſupportandis.l.pro oneribus.C.de iu.dot.l.dote.C.de rei
vendica.& filia Iacobi ſucceſſionem aliquam non petit; ergo
conferre non tenetur: quia ius demum cogitur ad collatio-
nem faciendam qui ſe admitti petit ad vniuerſum ius hære-
ditatis in quota vel in tota hæreditate.l.non eſt. & ibi hoc col
ligit Bal.in l.ea quæ. C.fam.erc.l.fin.C.de colla.dotis.in au
then.vnde & ſi parens.C.de inoffi. teſtam. ¶Præterea de hoc
eſt glo. in terminis quam ibi ſequitur Bart. & doct.in l.dedit
dotem.ff.de coll.bono.quæ vult quòd ſi viuit neptis tempo-
re mortis aui non teneatur pater ipſius neptis dotem datam
4 ab auo nepti contemplatione filij conferre. ¶†Circa tertium
quæſitum an præteritione dictæ neptis*ex Iac. prædecedentis
in vita dictæ teſtatricis reddatur teſtamentum nullum: & per
conſequens qualiter poſtea ſucceſſio diuidatur inter prædi-
ctos ſtante clauſula codicillari. omiſſis argumentis ad partes,
concludo quod teſtamentum redditur nullum præteritione
dictæ neptis.l.poſthumorum.l.ſi quis filio exhæredato.verſ.
ſed & ſi pater.ff.de iniuſto teſta.& l.Gallus. §.nunc de leg. &
§.ſeq.de lib.& poſthu. ¶Et hoc procedit etiam hodie in præ-
teritione ſine cauſa facta a matre vel ab auia, vel ab alio qui ta
lem præteritum deſcendentem in poteſtate non haberet, in
auth.vt cum de appel. cog.§.aliud quoq;. & §.ſin autem hæc
obſeruata non fuerint.& firmat gl.in auth.de hære.& falc.in
§.exhæredatos.& ſequuntur omnes in auth. ex cauſa. de lib.
præte.& in l.filio præterito. ff. de iniuſto teſta.no.Dy.in d.l.
Gallus.in ſua diſputatione magna.& Bar.in preallegata.l.Gal
lus.§.in omnibus.& §.& quid ſi tantum.& ibi ſequitur Bald.
& Ang.& plenè Bal.in repet.l.in ſuis.& in 5.col.ff.de libe.&
5 poſthum. ¶†Vnde nunc eſt videndum de virtutibus clauſulę
codicillaris, quæ operatur quòd hæredes ſuccedentes ab inte
ſtato reſtituant ſcriptis hæredibus.l.ex teſtamento. & ibi no.
C.de fideicom.l.quia autem in prin.& ibi no.ff.ſi quis omiſ.
cauſa teſta.l.ex ea ſcriptura.§.1.ff.de teſta. ¶Etiam quando te
ſtamentum deficeret ex cauſa præteritionis: vt eſt tex. ſing.in
lect. ita Vgolini.in l.ſi patroni.§.fi.ff.ad Trebel. & ibi hoc ſe-
quitur Ang.& eſt tex.reputatus ad hoc ſingu.in l.generaliter.
§.ex teſtamento.ff.de fideicom.liber.& glo.& Bar.no. & Bal.
in l.2.ff.de leg.3.& Dy.in l.codicillis.§.fi.ff.de leg.2. & Cyn.
Bar.& Bal.& alij communiter in d.auth.ex cauſa. C. de libe.
præte.& Iac.de Bel.in dicta diſputatione incipiente. Quæri-
tur, pater vel mater condidit teſtamentum &c. quam ponit
poſt l.3.C.de lib.præte.& Spec.& Io.And.in tit. de inſtrum.
edi.§.compendioſe. verſicu.item vide Bartol.& Bal.& Ange.
in l.1.ff.de iure codicil.& Bald.in l.fina.C.de codic.& Bald.
in l.Titia.ff.de inoffic.teſtam. & Angel. in dicta l.ex ea. & au-
then.vt cum de appella.cog.§.fin.in fin. Nec ad hoc ob. glo.
in dicta authen.ex cauſa.quæ contrarium tenuit mota per d.
l.Titia.ff.de inoffi.teſtamen. & vide Bal.in d.l. Titia. vbi te-
ſtamentum inofficioſum & quærelatum non valet quò ad le
gata tanquam factum a demente etiam ſi teſtamento ſint re-
petita legata ab inteſtato: quia reſpondeo quòd communiter
c doct.in locis præallegatis damnant [c] opin. d.glo. & rectè per
ſuperius allegata. ¶Nec obſt.d.l.Titia.quia eſt correcta per d.
authen.ex cauſa.Nam hodie teſtamentũ in quo filius eſt præ-
teritus vel exhæredatus non irritatur tanquam factum a de-
mente: quia ſi hoc eſſet verum eadem ratione ẽt leg. irritaren
tur ſicut irritatur hæredis inſtitutio ꝯ dictam auth. ex cauſa.
iuncta.l.Titia.quæ authen.ex cauſa, habet locum etiam quan
do filius eſt præteritus vel exhæredatus nulla cauſa prout in
propoſito noſtro & excepto Dyn. firmant omnes in d.l.filio
præterito.& in d.authen.ex cauſa. & in corpore. per text. in
dicto §.ſi verò obſeruata.iunctis pręcedentibus. Vel aliter re
ſponderi poteſt prout dicebat Oldrad. & ſequitur Bald. in
dicta l. Titia. quòd licèt teſtamentum in quo præteritus eſt
filius iam natus qui de neceſſitate teſtamenti inſtitui de-
bet, cenſeatur factum a demente, & ea ratione clauſula co-
dicillaris nihil operatur; tamen ſecus eſt quando aliquis eſt
præteritus qui de neceſſitate tempore teſtamenti inſtitui non
debeat in caſu introducto per legem Velleia. in d.§. nunc de
lege: quia aliud eſt erga liberos charitatem non habere, aliud
eſt non perpendere de cõſilio legis Velleia. vt in caſu noſtro.
¶Vel poteſt reſponderi ſecundum Bald.in d. authen. ex cau-
ſa.in 7. quæſt.ꝙ aliud eſt in præteritione in qua non habet lo
cum id quod dicitur in d.l.Titia.quæ loquitur in exhæreda-
tione. & rationem diuerſitatis aſſignat ibi clarè Bal.ad quem
me refero. Et operaretur etiam virtutem ſuam dicta clau-
ſula codicillaris dato, quòd teſtatrix ignoret ſibi eſſe natos
poſt teſtamentum dictos nepotes ſecundum magis commu-
d nem [d] ſententiam de qua non diſputo ad præſens: quia pu-
to

to quod verum sit: quia testatrix habuerat seu habuisse præsumatur scientiam dictorum nepotum. ¶Dico igitur quòd ab intestato succedet Iac. in 3. parte. & apud Ia. remanebit alia tertia pars, & apud filios Catharinæ alia tertia pars cum succedant in locum matris. l. 2. C. de suis & leg. §. cum filius. insti. de hæredi. quæ ab intest. tenebuntur tamen dicti Iacob. ex parte vna, & dicti filij Catharinæ ex altera parte restituere dicto Iacobo tantum de portionibus suis quod vltra tertiá partem quæ apud ipsum Iacob. remansit, ipsa habeat dimidiam hæreditatis, in qua dimidia fuerat scripta hæres: quia clausula codicillaris operatur vt venientes ab intestato videatur rogati de restituendo id quod fuit relictum hæredibus scriptis testamento. l. quærebatur. ff. de test. mili. l. posthumus. §. fi. de iniusto testamento. & dixi supra. ergo cum Iacobo fuerit vniuersaliter instituta in dimidia, illa sibi debet restitui, computato eo quod apud eam ex hæreditate ab intestato esse reperiretur: & illa decem. quæ fuerunt relicta Iacobo conseruantur etiam rupto testamento per dictam auth. ex causa. & per dictam clausulam codicillarem: tamen postquam testatrix voluit eam compésare debere dicta decem in legitimam portionem quam petere possit, sequitur quod ex expressa prouisione testantis prouisum fuit quod vltra legitimam portionem non habet illa decem, ergo non poterat consequi ista præcipua vel vltra portionem sibi ab intestato venientem. Attento, quod quando locus est clausulæ codicillari, quátum fieri potest seruari debet mens testantis. d. l. quærebatur. cum similibus. ¶Nec prædictis obstat decisio Bar. in l. 1. ff. de iure codi-
6 cil. in ver. 11. quæro quid si testamentum rumpatur &c. † vbi quærit quid si testator instituat tres filios æqualiter, vnus decessit viuo testatore remanentibus ex eo nepotibus qui repetiuntur præteriti: an tunc operabitur clausula codicillaris. & putat quòd sic quò ad legata inquantum non seruantur per auth. ex causa. non tamen ꝙ nepotes debeant patruis institutis restituere portionem eorum patris, quia illa clausula codicillaris operatur quod iure fideicómissi restituatur id quod fuit directè relictum hæredibus scriptis. d. l. querebatur, versicu. vtrum si portio filij præcedens nullo modo relicta fratribus: ergo non debet eis restitui &c. Item, cum dicti hæredes non teneantur ad fideicommissum restituendum quoniá sunt æqualiter instituti in quota & æqualiter grauati: quia tantum debet vnus alteri quantum alter alteri: & sic esset derisorium ꝙ vnus restitueret alteri & alter alteri l. ab omnib. §. si Titio. in fi. cum gl. de leg. 1. quia respondeo & dico quod casus videtur esse longè diuersus: quia in casu quæstionis formatæ per Bart. omnes fuerunt instituti æqualiter. hic autem secus: quia Iaco. non fuit institutus æqualiter. vnde in parte quæ sibi defertur ab intestato cessat illa ratio ꝙ non sit vtile ꝙ fiat restitutio Iacobæ pro parte in qua fuerit instituta: quia nihil ipsa econtra restituere haberet Iacobo cum fuerat æqualiter institutus. Item in casu nostro non debet restitui hæreditas filijs Catharinæ pro parte in qua Catharina fuerat instituta: quia portio Catharinæ fuit effecta caduca ipsa decedente in vita testatoris: iuxta l. 1. §. 1. C. de caduc. tollen. nec etiam potest dici ꝙ debeat restitui filijs Catharinæ: quia ipsi non fuerunt instituti. d. l. post mortem. ¶Item non potest dici ꝙ portio Catharinæ accreuerit Iacobæ per ius accrescendi ne testator decederet pro parte testatus & pro parte intestatus: quia dico ꝙ incontinenti decedente Catharina extantibus nepotibus præteritis testamentum fuit nullum vt fuit probatum suprà. & sic decedente testatore incontinenti habuit locum successio ab intestato per clausulam codicillarem, quæ operatur solum quòd debeat restitui hæredi scripto quantum sibi fuit relictum vt dictis. ll. sed Iacobæ non fuit relictum nisi dimidia; ergo vltra habere non debet. hoc etiam patet in quæstione formata per Bar. in l. 1. in 11. q. de iure codicillorum. Nam in casu suo clarè aperit ꝙ portio deficiens non accrescit cohæredibus institutis: sed defertur venientibus ab intestato.
7 ¶ † Nec poterunt dici Iacobus & filij Catharinæ de eo quod habent restituere Iacob. aliquam trebellia. detrahere, quia cú restitutio non fuerit conditionalis nec suspensiua non possunt prædicti vltra legitimam portionem quam habent detrahere trebellia. secundum magis communem sententiam, quæ probatur in l. Pap. §. meminisse. versicu. eo autem. ibi, id ꝙ iure falcidiæ potuit habere solum perdere. ff. de inoffic. testamen. & ibi hoc firmat glo. Bar. Cy. Bal. ad idem. l. quanquá. C. ad l. falci. & ibi firmat gl. Iaco. But. & Bart. & communiter alij. & in §. quamobrem. in authen. de restitu. & ea quæ parit. ibi hoc tenet Iacob. de Bel. in 2. q. & in l. iubemus. C. ad treb. & ibi Bar. & no. glo. in c. Ray. de testam. & etiam Iacob. Butr. & Bal. in authen. res quæ. C. communia de leg. & Dy. & Bart. in l. j. §. idem. ff. si cui plusquam per l. fal. & Odofr. Pet. & Bal. in l. filium. & in l. filij. C. famil. ercifcun. & Bal. in l. sancimus, in prin. C. de inoffic. testam. & Angel. in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad l. falci. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupil. vbi dicit hanc opinio. esse approbatam in iudicijs & in scholis: & in terminis nostris sequitur Angel. in l. j. ff. de iure codi. & Angel. in consi. 205. ¶Prætereà quotiescunque ex voluntate & dispositione defuncti aliquid maneret apud hæredem grauatum de restituendo illud quod apud eum remaneret computatur in trebellianicam. l. in quartam. & ibi plenè no. ff. ad l. falci. sed ita est quod apud Iacobum & filios Catharinæ remaneret dicta pars hæreditatis quæ restituenda nó venit Iacobæ: & sic remanet apud eos ex dispositione defuncti per dictam clausulam codicillarem. d. l. si quis cum nullum. quę est lex tertia. & l. conficiuntur. ff. de iure codicil. ergo sibi debent illud computare in trebellianicam & sic saluo iure calculi. Iacobus habebat dimidiam hæreditatis & Iacoba habebit quartam partem dictis libris ducentis computatis & filij Catharinæ reliquam partem. ¶Postremò capio quartum &
* vltimum dubium: scilicet apud quem pars Iacobi * esse debeat dum ipse supersedit in petitione partis suæ an apud Iacobam sororem, an apud filios Catharinæ sororis prædefunctę? & hoc in paucis decido in his quæ no. Cy. in l. exigendi. in 3.
e & in 5. q. C. de procura. e & cum eo transit ibi Sal. Quærunt
8 enim ipsi † pone ꝙ plures sunt personæ coniunctæ volentes agere pro coniuncto, nunquid omnes admitterentur: certè non. ff. de procu. l. non tamen. sed admittetur proximior. ff. de his qui deiece. l. si verò. §. hæc actio. Item quærit ibi Cyn. pone quòd tres sunt fratres, primus, secundus & tertius. primus abest, secundus tenet totum patrimonium, tertius nihil tenet: & ideo vult agere contra secundum fratrem nomine fratris primi, an potest: refert quod Iac. de Are. & Pet. tenent ꝙ non: quia in pari causa melior est conditio possidentis. ff. de procura. l. qui proprie. §. vlti. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obli. & dicit Cy. esse verum quando par est coniunctio: aliàs magis coniunctus præfertur. d. l. si vero. Idem tenuit Io. And. in addi. Spe. in tit. de coniuncta persona. in addi. quę incipit & si plures. allegat in ar. c. dilectus. §. fi. de procur. idem sentit Bal. in l. sed & hæ. in prin. ff. de proc. licet non ita clarè. cum ergo Iacoba sit magis coniuncta: quia est in secundo grado quàm filij Catharinæ qui sunt in tertio. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. cum seq. ff. de gra. ergo ipsa præfertur. quod sanè intelligendum est nisi tanta esset virtus statutorum quòd eorum authoritate denegaretur audientia bannito: & similiter comparenti nomine eius. si autem ipsa Iacoba possideret, res esset expedita: quia non esset opus agere & potior esset quàm filij Catharinæ. Alex.

ADDITIONES.

a ¶Deportato. adde ĵ. consi. 115. lib. .

b ¶Banno. scilicet extra ciuitatem vnde est bannitus. vt hic secus in eadem ciuitate. vt infra eo. lib. consi. 75. col. j. & 2.

* An præteritione dictæ neptis.] Sic enim est legendum non ex Iacoba. Iacoba, & Catharina sorores institutæ vtraq; pro dimidia. Iacobo fratri bannito quædam fuerunt legata pro eius legitima; decessit Catharina viuo testatore, relictis filijs. Natta.

c ¶Damnant. omnes præsertim Alex. in d. auth. ex causa. Bal. consi. 395. lib. j. dec. Thol. 455. Dec. consi. 142. Alex. in eo. lib. consi. 37. nu. 4. Nat.

d ¶Communem. sed hodie communis est in contrarium, & veritas, vt tenent Bar. Pau. Ias. d. auth. ex causa. Fran. Are. consi. vlt. Alex. infra eo. lib. consi. 41. in fi. & lib. 2. consi. 47. Guil. Benedi. in repe. c. Raynuversi. in eo. testam. relinquens. j. nu. 232. Bar. consil. 235. Lapus. & ipse Alex. ĵ lib. 2. consi. 41. col. fin. ego tamen non approbo opi. Bar. hodie communem quantum limitat si diu sciens superuixit testator, quia teneo ex hoc non confirmari, vt dixi contra Alex. ĵ. consi. 2. lib. 30.

* Apud quem pars Iacobi.] Nota quòd vbi agitur de dando curatore bonis absentis, videtur quod omnes fratres, ad quos pariter spectat successio, admittantur. §. fi. Insti. de capiti. dimi. licèt in l. j. §. eligitur. ff. de ventre in possess. mit. aliud dicatur. Et de his vide Alex. consilio 211. col. pen. lib. 6. Vide prætereà text. in l. cum cognatos. C. de capti.

Et

Et adde quòd affectans curam, tanquã suspectus debet repelli; Ang.
ad l. quæ omnia. per illum tex. ff. de procur. Cy. & Salyc. ad l. fin. C. de
legit. tut. & est text. in l. scire oportet. §. fi. ff. de tutorib. & cura. da. ab
his. Et licet glo. ibi dicat, Nisi sint idonei, tamen talis approbatio nõ
debet fieri eo petente, & instante. Sed alijs, vt coniunctis, prout vide
tur esse de mente Bald. ad d. l. cum cognatos. C. de captiu. Et de istis
vide Dec. consi. 575. vbi plura in materia de curatore bonis absen-
tis dando. Natta.

c ¶ Procura. & ibi Alex. Ias. adde Pan. Fel. c. coram. j. de offi. deleg. in c.
nonnulli. §. sunt & alij. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Precarium habet vim traditionis, quæ etiam pendente iudicio fieri potest.*
2 *Iuramentum obseruandum si non nocet æternæ saluti.*
3 *Iuramentum facit non opus esse certioratione beneficij.*
4 *Iurando non venire contra, videtur cogitatum de omni iure & remedio.*
5 *Statutum etiam prohibitorium non censetur loqui de actu iurato.*
6 *Legem fauore sui latam transgrediens, non peccat.*
7 *Statuta laicorum non possunt disponere super iuramento.*
8 *Statuta iuramento firmata non intelliguntur cassari.*
9 *Opinio fauorabilis animæ præfertur.*

CONSILIVM XXVII.

a Viso libello producto[a] per procuratorem Petri de vil
la Buchaleonis, exceptionibus super inde opposi
tis per Dominicum de Rastis reum conuentum, nec non in
strumento venditionis molendini statutoq; loci sub rubrica
de minoribus cum alio contrahere volentibus &c. super his
omnibus diligẽti animaduersione posthabita, videtur prima
consideratione dicendum stantibus exceptionibus pro parte
rei conuenti dominum iudicantem procedere non posse ad
condemnationem ex pluribus. Et primò, quia agenti ad pre-
tium rei venditæ obstat exceptio rei non traditæ. l. ædiles. &
§. sed sunt. ff. de ædil. edi. l. Iulianus. §. offerri. de acti. emp. er-
go cum non constet de traditione rei venditæ nõ poterit ven
1 ditor pretium consequi. ¶ † Secundò, quia stante ꝙ deceptus
& lesus fuerit Dominicus (vt asserit) etiam si deceptio sit intra
dimidiam potest per viam exceptionis obtinere restitutionẽ
in integrum aduersus cõtractum emptionis. l. nam & postea.
§. si minor. cum ibi no. ff. de iureiu. l. 2. C. si aduer. vendi. l. ait
prætor. in prin. ff. de min. nec ipsi reo debet obstare iuramen-
tum per ipsum præstitum in contractu venditionis: quia cũ
renunciauerit beneficio restitutionis in integrum nec de illo
fuerit certioratus tale iuramentum non videtur sibi auferre
beneficium restitutionis in integrum, vt consuluit Dy. consi.
5. incip. quæstio talis est, quidã nomine Iofredus &c. & cano.
in c. penu. de emp. & vendi. & Cyn. in l. 2. C. de rescin. vendi.
quia minor præsumitur ignorare beneficium sibi à iure con-
cessum. l. regula. in prin. ff. de iure & facti ignoran. Et quis nõ
videtur renunciare iuri quod ignorat sibi competere. l. ma-
ter. ff. de inoffi. test. l. lege. man. ff. de peti. hære. c. 2. de renun.
¶ Nec dicendum est debere præsumi certioratus minor de be
neficio restitutionis, & factam fuisse certiorationem à nota-
rio tempore contractus vel ab alio: quia illud esset præsume-
re solennitatem extrinsecam, quæ non præsumitur l. quæcun
que. §. fi. ff. de publi. & l. eum qui. ff. de proba. & plenè no. in
l. sciendum. ff. de verb. oblig. ¶ Tertiò, quia oppositum est per
Dominicum quod est deceptus vltra dimidiam, quo casu ne-
dum minor, sed etiam maior potest contractum rescindere. l.
2. C. de rescin. ven. c. cum dilecti. & c. cum causam. de empt.
& vend. quæ iura licèt loquantur in venditore decepto, tamẽ
extenduntur ex identitate rationis etiam ad emptorem vltra
dimidiam deceptum. vt no. glo. & doc. in d. l. 2. & in d. c. cum
causam. & Spe. in tit. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. el 2.
versi. etiam eo modo: nec impeditur dictam restitutionẽ con-
tractus petere propter iuramentum: quia cum iurauit simpli
citer non venire contra aliqua ratione vel causa, præsumitur
in dubio iurasse non venire contra aliqua ratione minoris eta
tis tantum: vt no. gl. & doc. in d. c. cũ causam. & doc. in preall.
l. 2. maximè cum in forma iuramenti dictum fuerit, ꝙ dictæ
partes quia minores, 25. annis iurauerunt &c. faciendo men-
tionem de minori ætate viderentur contrahentes reitringere
voluisse iuramentũ ad contrauentionem quæ fieri potuit ra-
tione minoris ætatis tantum, vt dixit Sali. in auth. sacramen-
ta. C. si aduer. ven. arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. & l.
Titia. §. idem respondit. ff. de verb. obli. & idem tenuit. Io. de
Imo. in repeti. c. cum contingat. 25. char. de iureiur. & in d. c.
cum causam. ¶ Quarto videtur dictum contractum esse nullũ
stante prohibitione statuti sub rubrica de minoribus &c. di-
sponentis ꝙ nullus qui sit minor 25. anno. contrahere possit
nisi in præsentia vice comitis vel alterius fungentis vice eius
seu eius iudicis & cum eorum siue alterius eorum voluntate
& authoritate, & contractus aliter celebratus redditur ipso iu
re nullus ex forma dicti statuti. Et aduertendum est quod sta-
tutum dirigit prohibitionem in personam minoris, non autẽ
simpliciter annullat contractum vel prohibet cõtractum fie-
ri: vnde cum statutum præcipiat minores non contrahere, nõ
validabitur contractus gestus à minore sine dicta solennitate
etiam interueniente iuramento minoris: quia quilibet qui fa
cit contra legem vel preceptum statuti conditi ab habente au
thoritatem peccat mortaliter. c. 2. de maior. & obe. vbi habe-
tur quod qui non obedierit principi morte æternali morie-
tur: ergo Dominicus contrahendo non seruata dicta solenni-
tate peccauit mortaliter: & per consequens iuramentũ ab eis
2 præstitum non ligat: † iuramentum ita demum seruandũ est
si seruari potest absq; dispendio salutis æternæ. c. si verò. & c.
cum contingat. de iureiu. & per hanc rationem ita concludit
Bart. in l. si quis pro eo, in tertio membro principali. ff. de fi-
deius. & in auth. sacramenta. & in l. 2. in fin. C. ne fideius. do.
den. & ita tenuit Ang. d. l. si quis ꝓ eo. & in d. auth. sacramen-
ta. ¶ Sed præmissis non obstantibus. contrariam sentẽtiam de
iure probabiliorem ex pluribus etiam puto primò: quia res
vendita tradita esse censetur per venditorem emptori stante
precario de quo in instrumento. l. Iul. §. ex vendito. ff. de act.
emp. no. gl. in l. ab emp. & ibi doc. ff. de pac. & not. per Bal. in
l. 1. C. quando liceat ab emptione dis. & in l. 1. C. pro donat.
¶ Peterea obstat Dominico: quia petit quod intus habet: q̃m
vt verbo fertur, iam possessionem sciente & patiente vendito-
re adeptus est emptor. & ex re vendita percepit fructus: quæ
fructus perceptio est actus possessionis apprehensæ. l. quãuis.
§. 1. & l. qui vniuersas. §. quod per colonum. & ibi not. ff. de
acquir. posses. l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. l. Titia. ff. de
sol. l. 2. C. de acqui. poss. Consulo tamen ꝙ ad maiorem caute
lam Petrus offerat Dominico se paratũ rem sibi tradere eam-
que tradat vt se releuet ab onere probandi traditionem, & suf
ficeret traditionem fieri pendente iudicio, adeò ꝙ reconua-
lescit iudicium intentatum per petitorem. l. si rem mihi dede
rit. §. fi. de pig. act. l. si mandauero tibi. ff. man. & plenè not. in
l. non potest. ff. de iudi. ¶ Nec prædictis ob. id quod no. glo. in
l. Iul. §. ex vendito. de act. emp. ff. vbi voluit gl. venditorẽ non
b esse liberatum[b] ab actione ex vendito licèt interuenerit preca
rium: quia respondeo, quod aut venditor constituit se preca-
rio nomine emptoris possidere; & tũc liberabitur venditor:
ita loquitur gl. in d. l. ab emptione. & ibi clarè Bart. & ita fuit
in casu nostro, aut venditor tradidit rem emptori & emptor
cõstituit se precario nomine possidere à vẽditore, puta quous
que venditori pretium solueretur: tũc non habetur pro per-
fecta tradita emptori cum venditor reuocare possit precariũ
& rem auocare: & ita loquitur gl. in d. l. Iulianus. §. ex vendi-
to. ¶ Secundò quia de nulla læsione seu de exceptione Domi-
* nici constat, quinimò nec sufficeret probare * de modica læ-
sione iudicis arbitrio æstimanda. l. scio. de in integ. restit. l. res
bona fide. ff. de contrah. empt. vbi propter minimam læsionẽ
non restituitur minor. & dato quod constaret etiam de læsio-
ne non modica, tamen dico quod restitutio in integrũ ei de-
negaretur propter iuramentum ab eo præstitum in cõtractu.
d. auth. sacramenta puberum. & quia vbi iuramentum serua-
c ri potest sine interitu salutis[c] æternæ debent iudices etiam se
culares illud seruare. c. licèt mulieres. de iureiur. lib. 6. c. j. de
3 pœnis, eod. lib. † nec vlla necessaria fuit certioratio beneficij
restitutionis in integrum. nec etiam alia specialis renunciatio
ad hoc vt minor iurãs excludatur à beneficio restitutio. in in-
tegrum, vt determinauit Bar. in d. l. sciendum. ff. de verb. obl.
& idem tenet ibi Ang. in repeti. idem etiam tenet Bar. & Ang.
Pau. de Cast. in d. auth. sacramẽta. & Bar. in l. 2. de rescin. ven.
& Bar. Raph. Fulg. & Pau. de Cast. in l. si duo patroni. §. idem
Iulianus.

Iulianus.ff.de iureiur.& Arch.& Io. And.c.2.per illum text. ff.de pac.in 6.& Bal. in l.1.C.de reb. credi.in l.1. C.si aduer. vendi.facit tex.& Ang.in l.qui iure militari.ff.de test.mili.& Raph.Cu.& Lud.Ro.in d.l.sciendum. quia iuramentum repræsentat ipsum esse maiorē: vt no.gl.in l.2.C.de rescin.ven. per dictam aut.sacramenta. ¶Pro hoc facit ille tex.quia indistinctè.vult iuramenta super contractib præstita seruāda esse. & expressius probetur in l.1.eo. tit. vbi lex loquitur quando minor iurauit & volebat venire contra contractum per beneficium restitutionis in integrū.vt patet ex rubrica iunctis no. per gl.in rub.C.de resti.in integ.& iura debēt intelligi secundum subiectam materiam. d.l.Imperatoris.ff.de in diē adiec. & l.fi.& ibi no.ff.de condi.inde.& patet ex prædictis istā esse magis communem opi. ergo in iudicando seruanda est.l.j.in ver.crebrior.C.de offi.quæsto. & ponderat Bart.in rub. ff.de pena.& no.Inn.& Io.And.in c.ne innitaris.de consti.& Bart. in l.fi.C.de pœ.iudi.qui malè iudica.& præsertim cum vt dicunt doctores in dictis locis & maximè Io.de Imol.in c.cum causam de emp.& vendi.& in d.l.sciendum,& in d.c.cū contingat, Practica & consuetudo videtur approbasse istam opi. cum nunquam in instrumentis sit consuetū apponi istas certiorationes beneficij restitutionis in integ.minoris,ergo à cōi obseruantia discedendum non est.l.cum de consue.ff.de legi. l.fi.C.de iureiur.c.quam graui.de crimine falsi.¶Non ob.qđ minor præsumatur ignorare beneficiū sibi a iure concessum:
3 & ꝙ iuramentum non trahatur ad incognita, † quia respondeo, ꝙ iuramentum operatur ꝙ illa certioratio non est necessaria.text.est in c.ex rescripto de iureiur. vbi mulier intercedens pro alio cum iuramento obligatur absq; alia certioratio
d ne [d] de beneficio senatusc.velleia.& ibi hoc sequūtur omnes: licet aliàs vbi non interuenit iuramentum,requiratur certioratio:vt no.gl.in l.fi.§.pe.ff.ad velleia.& in d.l.sciendū.¶Vbi enim interuenit iuramentum præsumitur quis accedere deliberatus:& cum interuenit re videatur duplex consensus propter iuramentum actus:ideo est efficacior: vt not.in d.c.cum contingat.arg.authenticę siue à me.C.ad velleia.ideo nimirū si muliere intercedente pro alio cum iuramento non requiratur certioratio.ita inquit Ant.de But.in c.si diligenti.de foro compet.vbi etiam pro hoc allegat id quod habetur in l.cū pater.§.filius matrem.ff.de leg.2. & ita dicit Archi.tenere in c.2.de pœ.in 6.& idem not.Pau.de Cast.in d.l.fi.§.pen.ff.ad velleia.¶Vel vt ibi respondet Bar.& alij in d.l.2.C.de rescin.
4 vendi.& in d.l.sciendum.cum cōcordantijs supra alleg. † ad hoc vt quis sibi præiudicet per iuramentum non requiritur ꝙ sciat particulariter & in specie omne ius dependens à facto super quo iurat; sed satis est ꝙ iuret super facto:quia videtur
e iurare super [e] omni iure descendente ex illo facto,l.si duo patroni.§. idem Iulia.& l. duob.§. si quis iurauerit. cum seq.ff. de iureiur.vnde iurando non venire contra contractum videtur in genere cogitare de omni remedio per ꝙ venire potest contra contractum. vnde esto ꝙ specialiter nō habuerit scientiam de omni iure ꝙ sibi competere posset ad rescindendum contractum,& sic de beneficio restitutionis in integrum; tamen satis est ꝙ in genere cogitauerit de omni remedio quod sibi competere posset.l.qui iure militari.ff.de testa.militis:& eò ipso ꝙ generaliter iurat non venire contra, videtur in genere cogitasse ꝙ per aliquod remedium non intēdit venire contra, vt d.l.duobus.secundum Bar.& doc.in dictis locis.& per consequens non ob.ꝙ certioratio tanquam solennitas extrinseca non præsumitur:quia propter dictum iuramentū in genere præstitum patet ꝙ de tali beneficio restitutionis cogitauit in genere,& per consequens alia certioratio necessaria nō fuit.l.j.in fi.ff.de act.empt.& per prædicta patet esse responsum duobus articulis primo loco in contrarium allegatis.

¶Non ob.ꝙ tertiò dicebatur ꝙ si deceptus esset vltra dimidiā sibi deberet succurri etiam si maior esset, non obstante dicto iuramento præstito ab eo tanquam minore: quia dico quòd si constaret de tanta læsione.s.vltra dimidiam,putarem posse contractum rescindi per allegata in contrarium nisi per Petrum probaretur, ꝙ Dominicus habuit scientiam valoris dicti molendini: quia tūnc non audiretur dictus Dominicus, vt no.gl.& doc.in d.l.2.de rescin.vendi.quia scienti & volenti dolus non infertur.l. cum donationis. C. de transactio.& in d.l.j.in fi.C.de actionib.empt. ¶Non obstat id quod vltimò dicebatur.s.ꝙ statutum prohibet minores contrahere sine solennitate quæ non interuenit:quia respondeo ꝙ statuto non obstante propter iuramentum validatur contractus, eo maximè quia statutum non facit mentionem de iuramento.
5 † Nam statutū disponens super prohibitione certi actus nunquam habet locum si in tali actu iuramentum interuenit.patet in d.c.cum contingat. & hoc tenent canonistæ reprehendentes opi.Bar.in d.l.si quis pro eo. cum simi.nam contra eū tenet Ant.de But.Io.de Lig.Io.de Imo.& do.Abb.in d.c.cum contingat. & Sali.in d.auth.sacramenta. idem tenet ibi Fulg. idem tenet etiam Raph.Cum.in d.l. si quis pro eo.vbi refert & ita dicit audiuisse do.Vincen.idem tenet Pau.de Cast.in d. l.si quis pro eo.vbi refert se in hoc pluries consuluisse contra opi.Bar.& sic videmus quod ferè omnes doc.canonistæ & legistæ tenent hanc opi.concludentes non debere fieri differentiam an lex vel statutum loquatur in personam prohibendo personam contrahere, vel loquatur in rem prohibendo vel irritando contractum:mouentur,quia etiam si verba dirigātur in rem, tamen contrafaciens videtur dici transgressor.l.vel statuti.l.non dubium.C.de legi. & sic videtur debere incurrere peccatum inobedientię per id quod habetur in c.generali.de elec.in 6.tamen Bar.isto casu fatetur firmari contractum iuramento. ¶Secundò quia talis dispositio statuti non videtur habere perpetuam causam prohibitionis,ex quo potest cū certa solennitate fieri contractus. & per consequens debet posse iuramento firmari: vt no.glo.in d.c.cum contingat.¶Tertiò quia dispositio facta super effectu intelligitur facta super causa inducente effectum:quia qui vult consequens videtur velle antecedens.l.ad rem mobilem.l.ad legatum.ff.de procu.l. illud.ff.de acqui.hære.Et ideo ex quo statutum annullat contractum videtur prohibere contractū, & per consequens causam efficientem.i.ipsos contrahentes tanquam antecedens: & tamen quando statutum nō prohibet personam Bar.& alij fatentur ꝙ iuramentum firmat contractum: ergo eodem mo
6 do si statutum prohibet personam. ¶† Quartò vbi lex vel statutum emanat per viam præcepti fauore personæ cui fit præceptum, tunc transgressio talis præcepti non obligat ad peccatum: quia tale præceptum habet vim consilij.l.cum pater.§. manda.ff.de leg.2.l.Titio centum:in prin.ff.de condi.& demon.l.2.in fi.ff.manda.& plenè not.doc.& maximè do.Ant. in c.nam concupiscentiam. de consti.& per hoc arg.patet responsio ad rationem allegatam per Bar. quia cum isto casu tale statutum emanauerit fauore minoris præceptū statim non habet vim præcepti,sed consilij, vt est dictum. ¶Quintò per tex.insti.quibus aliena.non licet.in prin.& l.lex iuli.in prin. de fundo dotali, vbi dirigitur prohibitio alienationis fundi dotalis in personam mariti, & tamen si alienet consentiente muliere cum iuramento obligat iuramentum.d.c.licet.¶Sextò probatur in d.auth.sacramenta. iuncta.l.fi.ff.de rebus eo. vbi prohibitio dirigitur ad personam tutoris & curatoris: & tamen si alienet cū consensu & iuramento minoris tenet contractus: quia fiebat ista prohibitio alienationis fundi dotalis fauore ipsius minoris & mulieris. idem probatur expressius in l.non solum.C.de præ.minorum. vbi expressè prohibitio dirigebatur in personam minoris, & tamen si iurat obligatur in d.autheu.sacramenta.¶Septimò probatur in capitulo.& si Christus.de iureiur.vbi patet ꝙ licet quis peccet iurando per demones,tamen tenetur seruare iuramentum, vt ibi.& 22.q. 1.c.mouet. vnde non sequitur contrahens non seruata solennitate iurans peccat: ergo non tenetur seruare iuramentum. ¶Octauò probatur per legem.j.& 2.ff.ad velleia. vbi lex dirigit prohibitionem in personam mulieris ne intercederet pro alio, & tamen si intercederet cum iuramento obligatur. c.ex rescripto.de iureiur.¶Nonò confirmatur per ea quæ not.Io. And.in addi.Spe.in tit.de sententia.§.vt autem.in addi.incipien.ad hæc &c. vbi sequutus Iacq.de Bel.in disputatione incipiente lege Perusina, concludit quòd si statuto prohibetur fieri contractus per minorem sine curatore,& contingat minorem iurare super contractu facto per eum sine curatore, quamuis talis contractus non valeat de iure ciuili per l. non dubium. C. de legi.tamen de iure canonico valebit per dictū c. cum contingat. sed ita est ꝙ vbi agitur de contractu iurato iudices seculares vbiq; seruare tenentur ius canonicum propter peccatum periurij euitandum,& est casus in d.c.licet.& ibi

ibi Io. And. ponit rationem: ergo patet ꝙ etiam Iac. de Bel. & Io. And. vltra alios ſupradictos concordant in hac ſententia
7 contra Bart. ¶ Decimò probatur † quia ſtatutum ſimpliciter diſponens in prohibitione alicuius actus non poteſt vel ſaltem in dubio nō intelligitur diſponere in caſu in quo in actu interueniſſet iuramentum: quia ſtatutum laicorum non poteſt diſponere ſuper iuramēto velut ſuper re ſpirituali; vt clarè firmat. Rav. & Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. in 3. q. princi. & Bar. in conſi. inci. Quæro dicit ſtatutum &c. quia de iure diuino ſcriptum eſt, Reddite iuramenta veſtra Deo. c. debitores. & c. ſi Chriſtus. de iureiur. ¶ Et ꝙ non poſſit lex ciuilis & pari ratione ſtatutum diſponere ſuper actu iurato, tenuit Hoſt. in c. quemadmodum. eo. tit. & Io. And. in c. tua. el 1. de decimis. pro quo bene facit ille text. & quia iuramētum ſpectat ad eccleſiam. c. venerabilem. de elec. c. nouit. de iudi. 96. diſt. ſi Imperator. idem tenet Ang. in d. l. de quibus. in vlt. col. ff. de legi. aliàs eſt in l. j. ff. de conſti. prin. & d. Ant. & Imo. & Abb. in d. c. cum conting. pro hoc facit: quia ſtatutum debet interpretari ſecundum ius commune. l. 2. C. de noxa. c. cū dilecti. de conſue. ſed de iure cōmuni ſemper potentius operatur actus iuratus, qui etiam non dicitur ſubiacere iuri poſitiuo: vt probatur in d. c. cum contingat. iuncta. l. 1. §. & cum l. C. de rei vxo. act. & in c. quanuis. de pœnis. in 6. iuncta. l. pa
8 ctum. C. de ſol. ¶ † Confirmo per no. per gl. in c. cum non deceat. in gl. fi. de elec. in 6. per quā dicit Ang. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. actio non datur: ꝙ licèt Papa vel Imperator caſſat conſuetudines vel ſtatuta, non intelligitur caſſare ſtatu
f ta iuramento firmata: [f] & ſequitur hoc Lapus Ab. & Io. And. in nouella. in d. c. cum nō deceat. pro quo alleg. c. 1. de conſt. in 6. & c. quia ſæpe. de elec. in 6. & c. cum aliquib. de reſcrip. eo. lib. & idem not. Io. And. in c. 1. de filijs presby. in 6. in nouel. idem not. Io. de Imo. in c. dilecto. de præb. & in clem. dudum. de ſepul. & in d. c. cum non deceat. & do. Abb. in c. 1. de his, quæ fiunt à maio. parte c. vbi inquit illam glo. c. cum non deceat, eſſe ad hoc ſingularem, pro qua etiam alleg. text. in c. conſtitutus. de reſcrip. & no. Inn. in c. cum inter. de renun. & Cy. & Sali. in l. fi. C. ſi contra ius. ¶ Dignum eſt ergo ꝙ ſtatutū loquens ſimpliciter de contractibus & obligationibus minorum non debet intelligi de contractibus iuramento vallatis. & dico ꝙ in 3. ar. diceret quiſpiam eſſe aliquam dubitationē,
9 quæ tamen non eſt, † quia in re dubia magis attendenda eſt illa opi. per quam fauetur animæ contrahentiū: & ſic obſeruantiæ iuramenti. c. iuuenis. de ſponſ. & patet reſponſum eſſe ad rationem allegatam. per Bar. in d. l. ſi quis pro eo. ad quā rationem poteſt etiam reſponderi ſecundum quod ſentit gl. in d. c. 2. de maio. & obe. & Io. de Imo. in d. c. cum cōtingat. ſ. quod peccat mortaliter qui facit contra præceptum ſuperioris. i. Papæ, qui habet poteſtatem diſponendi ſuper peccato, & ſic ſuper ſpiritualibus: ſecus in principe ſeculari qui non habet poteſtatem ligādi animam tanquam rem ſpiritualem: per id quod habetur in c. paſtoralis. §. cū autem. & quod ibi no. gl. in ver. à rege. de offic. deleg. Idem habetur. 11. q. 3. qui reſiſtit. ibi dum dicit litera tu carcerem. vel etiam poteſt reſponderi ꝙ ſtatutum laicorum generaliter loquens non videtur voluiſſe comprehendere actum, quando in eo interueniſſet iuramentum. vt eſt gl. in d. c. cum non deceat. vt dixi. ſ. ex quibus reſultat vero concluſio, ꝙ contractus non obſtāte ſtatuto firmatur iuramento: & obligatur Dominicus ad obſeruantiam præmiſſorum cum iuramento. ¶ Alexan.

ADDITIONES.

a ¶ Producto. minor cum iuramento contraxit ſine ſolennitate ſtatuti prohibitiui vult reſtitui & docere de læſione, reſpon. Alex. non audiendum ſed condemnandum propter iuramentum. * Super illo articulo. de quo in hoc reſponſo, An minor contrahens cum iuramento non ſeruata ſolennitate ſtatuti, animaduertas idem eſſe repetitum de verbo ad verbum. conſi. 102. lib. 4. Natta.

b ¶ Liberatum. adde no. in conſi. 28. col. pen. lib. 2.

* Nec ſufficeret probare.] Minor debet probare, læſionem eſſe grauem; Curt. iun. ad l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. & Ruin. conſi. 119. col. 3 lib. 5. Natta.

c ¶ Salutis, vide Imo. Pan. & omnes can. in c. cum contingat. de iureiu. Io. Ign. in l j § ſi vir aut vxor. nu. 145. latiſſimè ff. ad S. C. Sylla.

d ¶ Certioratione. idem Alex. in vlt. col. 3. ff. de verb. obli. & in d. l. ſciendum. j. eo. conſi. 42. nu. 9. conſi. 127. lib. 2. Pau. conſ. 8. in cauſa quæ vertitur. lib. 2. Aufr. in addi. ad deci. Tho. 37. Anto. de Peru. in re. l. j. ff. de iureiur. in 10. effectu.

e ¶ Omni iure. adde do. And. Tiraq. in repe. l. ſi vnquam. in prin. nu. 127. C. de reuoc. dona. & in ll. connub. gl. 5. in 4. genere expreſsi.

f ¶ Firmata. Adde Alex. in conſi. 125. conſil. 37. col. 8. conſil 195. col. pen. conſi. 205. in fi. lib. 2. conſi. 38. colum. 2. lib. 2. conſi. 62. in fi. lib. 7. Ro. ſing. 7. Albe. j. per ſtatuti. q. 15. in fi. Matth. de Afflic. in deci. Neap. 5. & dec. 111. nu. 13. Dec. c. conſtitutus. col. 3. de reſcrip. Bertr. conſi. 167. Viſis inſtrumentis. lib. j. conſi. 23. ſtatutum de donatione. lib. 3. limita ſingulariter vt procedant quando iuramentum eſt particulariter interpoſitum; ſecus ſi generaliter non ſpecificè. Gemi. conſil. 83. opponitur. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Intentio præſtat verbis in contractibus.*
2 *Fructuum tempus reſpectu emptoris, non dies locationis attenditur.*
3 *Tractatus non probat contractum.*
4 *Reſeruatio ſpecialis non tantum operatur quantum indefinita.*
5 *Infinitiui modi verbum importat omne tempus.*
6 *Dictum notabilis viri cauſat iuſtam credulitatem.*
7 *Conceſſio quicquid iuris, non valet niſi conſtet de illo iure.*
8 *Verbis ſtandum niſi de alio ſenſu vtriuſq; partis conſtet.*
9 *Interpretationi alterius ſi quis ſtare promiſit, intelligitur quæ ſit iuſta.*
10 *Suſcipiens caſum fortuitum non tenetur de prorſus inſolito & extraordinario.*
11 *Exceptio non extendit regulam.*
12 *Iuramentum non extendit actum.*
13 *Verba debent aliquid operari.*
14 *Interpretatio extenſiua ceſſat in contractibus.*

CONSILIVM XXVIII.

Viſis eſt accuratè ponderatis his quæ in titulo quæſtionis narrata ſunt: Videtur prima conſideratione dicendum conductorem petere poſſe à dictis vniuerſitatibus & hominibus caſtrorum Plebis & Centi quartū vnū pro centenario, & pro vno duntaxat anno & non pro octo: quia in contractu conductionis expreſsè actum extitit quòd conductor ſeruare non teneretur capitula & cōuentiones nouiter inita inter magnificam communitatem Bononiæ & homines dictorum caſtrorum Centi & Plebis. ſed eſt ita ꝙ nulla alia erant capitula ad quæ poſſunt hæc verba cum quis, referri. d. capitulis in quibus habitus fuerat tractatus inter cōmunitatem & caſtra: ergo quanquam firmata non eſſent, debet intelligi communitatem & dictos cōductores ſenſiſſe de iſtis capitulis, cum in alijs hæc verba verificari nō poſſunt, vt probat optimè tex. in l. fundus qui locatus. ff. de fundo inſtructo.
1 facit. l. ſi quando. in prin. ff. de leg. 1. † & in contractibus etiā
a magis ſenſus [a] & intentio quàm contrahentium verba attendi debent. l. ſi. C. quę res pign. obli. poſſ. l. ſi ſtipulatus. de verobli. aliàs enim verba nihil operarentur. ꝙ minimè dicendū eſt. c. ſi Papa. de priuil. in 6. l. Meuius. in prin. ff. de le. 2. ¶ Nec dicendum eſt, dictum quartum pro centenario deberi conductori pro tempore octo annorū, eſto ꝙ anno præſenti teneantur homines dictorum caſtrorum ſoluere ratam octo annorū prout in dictis capitulis continetur: quia reſpōdeo, quod dato ꝙ anno præſenti debeat fieri integra ſolutio per obligationem octo annorum, tamen per talem repreſentationem non alteratur nec immutatur diſpoſitio obligationis anni quò ad effectum obligationis ſicut ſi eſſet obligatus ad centum: & ratione commodioris præſtationis conuētum eſſet ꝙ quolibet anno teneretur ſoluere decimam partem non immutatur ipſa obligatio: quia tantum vna eſſet, & hæc probantur in l. nec ſemel. in prin. in verbo niſi fortè. & in l. Firmia. §. fi. ff. quādo dies leg. ce. ¶ Et fortificatur per ea quæ no. Bar. in l. fi. ff. de iu-
2 riſdi. vbi voluit † ꝙ ſi venditor vendidit fundum quem alteri pro certa penſione locauerat & tempore venditionis fructus erant percepti per conductorem: tamē dies penſionis ſoluendæ nondum venerat, certè de penſione quæ percipitur poſt venditionem nihil emptori dandum erat, econtrà ſi tempore venditionis dies penſionis ſoluendæ venerat & ſoluta erat venditori: tamen fructus ex functo nondum percepti erant, certè tunc emptori debetur penſio pro rata fructuum & temporis, vt ibi per eum: per ea quæ habentur in l. Iulianus. in §. ſi fructibus.

ſi fructibus.in gl.ff.de act.emp.& in l.1.C.de vſufructu lega.
bene facit.l.defuncta.in princ. ff.de vſufructu : patet ergo ꝙ
non debet conſiderari dies ſolutionis; ſed potius illud pro-
pter quod ſoluitur dictum quartum pro centenario ſoluetur
hoc modo integrè pro octo annis; ex eo quia per dictos an-
nos commune Bononiæ tenetur durante dicto tempore non
imponere nec exigere à dictis hominib.aliqua onera vel gra-
uamina pro bonis immobilibus quæ poſſidentur in comita-
tu Bononiæ:& ſic dicta ſolutio & preſtatio quæ fit de præſen
ti ſubrogatur loco dictorum onerũ ad quæ ſingulo anno gra-
uari potuiſſent dicti homines. & per conſequens de iſta ſolu-
tione quæ fit pro octo annis debet iudicari ac ſi fieret ſingu-
lis annis per prædicta. ¶Sed præmiſſis non obſt.aliam ſenten
tiam de iure probabiliorem eſſe puto, videlicet ꝙ dictus con-
ductor perinde exigere poſſit medium pro cẽtenario à dictis
hominibus caſtrorũ Centi & Plebis vigore dicti capituli inci
pientis, Item che tutti arteſani & foreſteri, ac ſi appoſita non
eſſent illa verba in fine dicti capituli dicẽtia in prædictis ſem
per obſeruando, & capituli, & conuentione manifeſte factæ
intra queſta magnifica citade & li homini & vniuerſitade de
Cento & de la Plebe.& per conſequens capitula poſtea firma
ta inter commune Bononiæ & dictos homines caſtrorũ Cen-
ti & Plebis non habent in aliquo obſtare dictis conductori-
3 bus ac ſi facta non fuiſſent. Ad quod reſpondendum, † præ-
b ſuppono ꝙ tractatus [b] circa aliquem contractum habitus nõ
inducit ius alicuius obligationis ipſorum tractantium donec
res ipſa firmata & approbata fuerit. c. tua. de his quæ fiunt à
præla.c.1.de reb.eccle.non alien.in 6.l.ſi voluntate. C.de re-
ſcin.vendi.& l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.in fi.ff.de mino.
quæ iura ad hoc allegat Bald.in l.multum.in 2.col.C.ſi quis
alt.vel ſi.& in l.ſi quis cum aliter. ff.de verb.oblig.vbi allegat
bonum tex.ſ.l.contractus.C.de fide inſt. oportet enim quod
cauſæ quæ ſunt tractatæ a partibus habeantur pro abſolutis
perfectis & firmatis ad hoc vt ius alicui partium tribuatur,
vt ibi.multa enim dicuntur & tractãtur quæ poſtea non fiũt.
l.ſciendum.§.edictum.ff.de ædil. edic.quem ad propoſitum
noſtrum ita allegat Bal.in l.cum allegas.in 3.col.de vſur.¶Ex
his infertur quod cum tempore dictæ conductionis non eſ-
ſent dicta capitula firmata & approbata per dictum magnifi-
cum commune Bononiæ & homines dictorum caſtrorum li
cèt ſuper his faciendis tractatus & practica præceſſerit, non
fuit acquiſitum ius aliquod hominibus dictorum caſtrorũ.
& hoc ſic præſuppoſito infertur ꝙ ſi nullum ius erat acquiſi-
tum dictis hominibus ergo vtiliter fuit poſtea in conductorẽ
ex ſua conductione tranſlatum ius contra omnes : attento ꝙ
nihil operatur illa reſeruatio poſita in fine dicti capituli ꝙ il-
la verba in prædictis ſemper obſeruando; id eſt capituli &c.
ꝙ autem talis reſeruatio nihil operatur, oſtendo primò per
text.in l.ſi in venditione, in fi.ff.commu.præd.vbi text.dixit
4 † quod ſi vendidi ædes quas emptori dixi debere ſeruitutem
Titio putans me eſſe obligatum Titio ad illam ſeruitutẽ ſibi
conſtituendam:certè ſi ad nullam ſeruitutem conſtituendam
obligatus eram Titio, non potero agere contra emptorem vt
ſeruitus Titio conſtituatur:ſecus ſi efficaciter eram Titio ob-
ligatus ad ſeruitutem ſibi conſtituendam:quia eam ſibi firmi
ter promiſeram.Nam tunc actione ex vendito contra empto-
rem agere potero vt patiatur dictam ſeruitutem conſtitui; li-
cèt ergo cõmune Bononiæ tempore dictæ conductionis pu-
tauit ſe teneri dictis hominib. Centum & Plebis ad obſeruan
tiam dictorum capitulorum, & propter hoc illa ſeruari vo-
luerit per conductorem: nõ tamen propter hoc arbitrabitur
conductor. ¶Nec ad hoc obſtat ſi dicatur, ergo ſi commune
Bononiæ ſeu domini regentes ſcientes ſe non teneri homini-
bus dictorum caſtrorum ad obſeruantiam dictorum capitu-
lorum nondum firmatorũ debent poſſe dicta capitula firma-
re poſtea; vt videtur inuere tex.in d.l.ſi in venditione.quia ad
hoc aperta eſt reſponſio. ¶Nam ſecundum gl.& doc.in d.l.ſi
in venditione dum dicit ꝙ venditor dixit indefinitè & in ge-
nere ædes ſeruas fore, determinatur per l.ibi ſequentem quæ
incipit:in tradendis.in prin.quæ l.iuncta gl.vult ꝙ vbi in tra-
ditione alicuius rei excipitur ſeruitus in genere: vt quia ſerui
re ſeu ſeruitutem debere ego dico talem rem quam tibi ven-
do nulla facta expreſſione de aliqua ſpecifica ſeruitute, poſ-
ſum poſt venditionem ego venditor quãlibet ſeruitutem im-
5 ponere illi rei.¶† Et eſt ratio:quia ego vendens vſus ſum ver
* bo infinitiui modi * dum dixi ædes ſeruire ſeu ſeruas fore:
quod infinitum denotat & importat omne tempus & ſic eſt
aptum comprehendere tempus futurum: vt no.gl.in l.ſtipu.
aliæ.§.ſtipulatio.ff.de verb.obli. vnde non mirum ſi poſſunt
dicta verba verificari etiam in ſeruitute quæ poſt venditionẽ
conſtitueretur, ſecus ſi per verba præſentis temporis vendi-
tor in genere expreſſiſſet ſeruitutem tunc debitam; quia non
poſſet in futurũ ſeruitutem cõſtituere. tex.eſt in l.quicquid,
in prin.ff.de verb.obli.& ita ibi in terminis Bar.declarat.d.l.
in tradendis.per quã determinat.& l.ſi in venditione.ſecun-
dum gl.ibi.ſed in propoſito noſtro in d.c.inci.Item che tutti
ciaſcuni foreſteri: & in fine ſunt appoſita illa verba videlicet
in prędictis ſemper obſeruanda capitula & conuentiones no
uiter facta:& ſic verba hic non fuerunt prolata per infinitum
aptum comprehendere capitula facienda in futurum : ſed p
participium præteriti temporis quod denotat rem perfectã.
l.Quintus Mutius.la 2.§.ſi factum aurũ. ff.de aur.& arg.leg.
l.in bello.§.facta.ff.de cap.l.1.§.hæc verba.ff.quod quiſ.iur.
& no.Bar.in l.1.ad fi.ff.de cond.& demon. ¶Poteſt etiam ali
ter & multis modis reſponderi ad dictam l. ſi in venditione.
in prin.prout j.proximè dicam. ¶Accedit etiam illud verbũ
poſitum in dictis capitulis videlicet conuentiones, quod de-
notat conſenſum vtriuſq; partis fuiſſe in vnam & eandem ſen
tentiam firmatam.l.j.§.conuentionis.ff.de pactis.¶Compro
bantur prædicta per l.ſi quis legauerit. ff.de lega.j.& in l.mi-
nor.§.fi.ff.de euic. & quod ibi no.vbi habetur ꝙ ſi quis dixe
rit concedo tibi talem fundũ excepto iure Titij qui in eo fun
do habet vſumfructum,& poſtea in veritate reperiatur Titiũ
non habere vſumfructum nec aliquod ius, illa reſeruatio vel
exceptio nihil operaretur.¶Et ideo dicit Iac.de Are.& Bar.&
communiter doc.in d.l.ſi quis delegauerit.& Angel.in l.ſi in
* venditione.ꝙ ſi dixero vendo tibi fundum * excepto iure co-
loni,qui medietatem fructuum habere debet, & nullus repe-
riatur colonus:ſed ipſe venditor coluerat fundum.reſeruatio
nihil operabitur & omnes fructus erunt emptoris. niſi ſecun
dum Bart. ibi emptor etiam ſciuiſſet nullum fuiſſe colonum
quo caſu intelligitur locum habere d.l.ſi in venditione.& ſic
tunc reſeruatio haberet effectum, ergo in propoſito cum nul
læ tunc eſſent conuentiones & capitula firmata inter commu
ne Bononiæ & dictos homines: talis reſeruatio nihil operabi
tur.eo maximè ſi conductor neſciebat non fuiſſe firmata illa
capitula inter commune Bononiæ & dictos homines dicto-
rum caſtrorum prout præſumendum eſt; tamen quia ex quo
per regimina allegabantur & reſeruabantur dicta capitula vt
6 facta,debuit conductor credere facta eſſe.† Nam dicto nota-
c bilis viri [c] debet credi, & eius dictum iuſtiſſimam credulita-
tem inducit, vt eſt gl.no.in l. Titio fundus.ff.de condi.& de-
mon.quam ita allegat Bal.in l.iudicia.C.de rei vend.& Ang.
in l.j.in prin.ff.de eo per quem factum erit.& not.Cy.in l.1.
in 4.q.C.de ſerui.& Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi præto-
ri.in 8.q.in fi.ff.de ope.no.nun.& in l.qui fundum.§.procu
rator.ff.pro emptore.& in l.inteſtatæ.eo. tit.& Inn.in c.cum
iure.in prin.de offi.deleg. ad hoc.97.diſt.nobiliſſimus.cum
concord.& in dubio præſumitur conductorem ignoraſſe ca-
pitula non fuiſſe facta & firmata, per regulam.l.verius.ff.de
proba.& c.præſumitur.de reg.iu.in 6. & ſic patet ꝙ Bar.in l.
ſi quis legauerit,intellexit dictã l.ſi in venditione, circa prin.
habere locum tantum quando emptor ſciebat ꝙ illud ius re-
ſeruatum non debebatur ei cui reſeruabatur : ſecus ſi neſci-
uiſſet non deberi.& ſic patet illa reſponſio ad illam.l.vltra re
ſpõſionem datam ſuperius. ¶Corroborantur prædicta ex his
quæ no.per Io.de Imo.in d.l. ſi quis legauerit. vbi voluit qđ
aut in reſeruatione habetur principaliter reſpectus ad ius ali-
cuius perſonæ & propter eius perſonam: & tunc ſi illi perſo-
næ illud ius nõ debetur, reſeruatio nihil operatur.d.l.minor.
§.fi.ſecus ſi principaliter excipitur ius nõ reſpectu perſonæ :
quia tunc reſeruatio poteſt operari, vt d.l.ſi in vẽditione.ſed
in caſu noſtro non poterat illud ius reſeruari reſpectu perſo-
narum & hominum dictorum caſtrorum : quia illa reſerua-
tio ipſos tantum reſpiciebat:ergo talis reſeruatio conuentio-
num non firmatarum nihil operatur. & ex hoc habetur alia
reſponſio ad l.ſi in venditione.in prin.¶Pretereà ibi illud ius
ſeruitutis reſeruatum ſemper habet iuſtam & limitatam de-
termina-

terminationem : quia seruitus semper debet esse secundũ necessitatem prædij.cui seruitus debetur, ergo.& l.seq.& l.si is qui duo.ff.de seru.ru.pre.sed ius quod concedi potuisset per commune Bononiæ hominibus dictorum castrorũ de sui natura non habet determinationem nec limitationem aliquam nisi secundũ ꝙ inter commune Bononiæ & dictos homines appareret esse conuentum, sic suberat maior incertitudo quę ipsum actum incertum vitiat.l.qui insulã.§.qui stip.in prin. ff.de ver.ob.l.qui post.§.gener.ff.de iu.do.l.locus.ff.de acq. pos.¶Ad prędictorum confirmationem facit quod no.Dy.&
d & Bar.in l.si sic.[d] §.1.in fi.de le.1.vbi dicũt † ꝙ si comes dicit
7 cõcedo ecclesiæ quicquid iuris habeo in tali fundo: nisi ostendatur quale seu quantum ius haberet miles in tali fundo. nihil operabitur illa concessio propter incertitudinem.& idem dicit Oldr.in consi.163.inci. Viso priuilegio &c.per l.ꝙ si in venditione.cum seq.ff.de hæ.vel ac.ven.l.si non designata.& l.fi.C.de fal.causa adie.leg. ¶Corroboratur hæc conclusio ꝑ legem eleganter,in prin.ff.de condi.inde.vbi si ego suspicans vel putans eum in cuius locum successi ex causa alicuius compositionis vel transactionis esset tibi ad aliquid obligatum,& illud tibi dedi,hæc falsa causa mihi repetitionem parit.In ꝓposito ergo conductor succedens in loco communis Bononiæ putans capitula fuisse firmata per commune Bononię cũ hominibus dictorum castrorum ꝓpter hoc seruauit aliquid ad commodum dictorum hominum:certè si illa causa fuit, inducit resolutionem illius actus,vt sic possit conductor se exceptione vel replicatione tueri aduersus dictos homines.¶Et licet durante conductione.d.capitula cum hominibus castrorum dictorum fuerint firmata, tamen non potuit commune Bononiæ post dictam conductionem auferre dicto cõductori ius ei iam vniuersaliter quæsitum.l.fi.ff. de pac.l.non quocunq;.§.qm̃ casum.& ibi no.per Iac.de Are.& Bart.de leg.1. patet in d.l.minor.§.fi.cum si. Et ex his satis manifestè liquet responsio ad allega.in contrarium. ¶Non ob.d.l.fundus qui locatus.quia ibi natura verborum prolatorum erat apta comprehendere instrumentum coloni, quod tunc in fundo legato erat: sed in proposito nostro illa verba præteriti temporis erant apta iam comprehendere conuentiones & capitula ante conuentionem firmatam non autem firmandam, vt superius probaui.¶Non obstat quod magis sensus quàm verba in contractibus debent attendi: & quod debent aliquid opera-
8 ri &c.quia respondeo † ꝙ illud est verum, quando constaret de ipso sensu vtriusq; partis:aliàs non receditur à proprio significato verborum.l.si alij.ff.de vsufruct.l. non aliter.ff. de leg.3. negatur autem conductorem consensisse quò ad dicta capitula nondum firmata.& licèt ex forma contractus teneatur dictus conductor in omni occurrenti dubio stare interpretationi dominorum regiminum à qua nec reclamare nec appellare possit,vt sonant verba dicti contractus : † tamẽ in-
9 telligitur ꝙ illa interpretatio debeat esse iusta : aliàs non obstatibus dictis verbis semper posset reclamari.l. si libertus ita iurauerit.ff.de ope.lib.c.quintauallis.de iureiur.cum ibi no. per doc.& no.gl.in l.pe.ff.de arbi.& Cy.& alij in l.si postea. C.de do.promis.& no.Bar.in l.si societatem.§.fi.ff.pro socio. in verbo quæro vtrum posset renuntiari.cum si. ¶ Capio secundum dubium in quo videtur prima facie dicendum nullam remissionem per conductorem peti posse occasione qualiscunq; damni ob dictam societatem contingentis : quia dictus conductor periculum casus fortuiti in se suscepit in forma satis efficaci & solenni.voluit.n.periculum certorum casuum fortuitorum quos specificat ad se pertinere, & demum subiecit clausulam generalem ꝙ volebat teneri de oĩbus alijs casibus qui imaginari possent propter quam clausulam generalem dicitur cum effectu obligatus ad omne periculum alterius casus fortuiti.& no.glo.& doc.in l.3.§.quæsitũ.ff.si quis cau.& no.Dy.in c.contractus.de regu.iur.in 6.& doc.in l.1. C.commo.cap.canonistæ.in c.1.de commo. & per Bart.& l. alios in l.Titius.in prin.ff.de libe.& posthu.& l.si is qui.ff.de acqui.re.do.& Spe.& Ioan.And.in addi.Spe.in tit.de loca.§. iam videndũ.ver.Azo.autem &c.quinimò specialiter assumpsit conductor in se periculum siccitatis, patet ibi dum dicit promisit &c.¶Cui ergo dubium ꝙ tale periculum specialiter assumere potuit conductor.l.quamuis. ff.de pign.act.l.1. C. commo.¶Ad hoc etiam viget illa exceptio guerræ & pestis generalis: hi enim duo fortuiti casus duntaxat de generali renunciatione excepti fuerunt:ergo talis exceptio firmat generalem renunciationem in omnibus alijs casibus.l.quæsitum. §. denique neratius. & cum concordantijs ibi allegatis in gl. ff.de fun.inst.32.q.7. Dominus.& ibi glo. not.in l.in his.ff. de leg. & circa hoc etiam debet aliquid operari iuramentum in supradictis præstitum à conductore. nam iuramentũ operatur ac si casus specialis esset expressus: vt sic actus valeat omni meliori modo quo valere potest.l. cum pater. §. filius matrem.ff.de lega.2.& no.doc.in locis vulgaribus: facit.c.quan
10 uis.de pac.in 6.cum si. ¶† Sed his non obstantibus in casu in quo quæritur puto contrarium esse verius: quæ præsuppo-
e nitur quòd iste casus siccitatis fuit casus valde insolitus[e] intantum ꝙ communi opin. nunquam tanta siccitas visa fuit: ergo datò ꝙ quis in se suscipiat periculum casus fortuiti nõ
* debet intelligi de casu fortuito * non consueto euenire, nec de verosimili: ita dicit Bart.in d.l.sed & si quis.§.quæsitum. ad fi.§.ff.si quis cau.& dicit esse de hoc tex.valde notabilem: in l.fistulas.§.fi.de contrah.empt. Idem voluit Bar.in l.Seio. §.medico.ff.de an.leg.per illum text.etiam colligit Bart.in l. fistulas.hoc etiam voluit Bal.in l.falsus.in pen.col.C.de fur. vbi dicit ꝙ suscipiens in se casum fortuitum non videtur suscipere casum extraordinarium; allegat. d.l.fistulas.Idem tenuit Anto. de But.in c.1.de commo. non obstant allegata in contrarium.& primò id quod no.in d.§.quæsitum.& in d.l. quæ fortuitis.cum si.quia procederet si ita fuisset siccitas quę aliquando consueta fuisset euenire: secus in causa extraordinaria,& nunquam visa siccitate vt probaui.¶Non obstat ꝙ exceptio dictorum casuum.s.guerræ & pestis generalis debet firmare generalem renunciationem in omnibus alijs: quia fa-
11 teor † ꝙ exceptio firmat regulam generalem in casibus non exceptis : sed non facit ꝙ sub regula generali comprehenda-
f tur vltra[f] quam de sui natura debeat regula vel generali dispositio comprehendere.tex.est & ibi hoc no. Cy.& Bar.in l. generali.§.vxori.ff.de vsufru.lega.& l. Lucius.§. pluribus.& ibi etiam no.Ray.Bar.& Ang.ff.ad trebel. Idem ibi not.Io.de Imo.dicens illum tex.ad hoc esse singularem.& no.Old.Bar. & Ang.in l.1.in fi.ff.de reg.iu.& Bar.in l.in his.ff.de legi.sed illa vniuersalis renunciatio casuum fortuitorum de sui natura non comprehendebat hunc casum siccitatis tam extraordinariæ & nunquam visæ: quia de tali non præsumitur esse cogitatum, vt superius est ostensum:ergo exceptio illorum duorum casuum non ampliauit illam vniuersalem renunciatio-
12 nem.¶Non ob.ꝙ interuenerat iuramentum: † quia respon-
g deo ꝙ iuramentum[g] non trahitur nisi ad illos casus ad quos traheretur renunciatio non iurata : ita in terminis nostris dicit Bar.Bal.& Ang.in d.§.quæsitum.per l.fi.C.de nõ nu.pec. & l.fi.ff.qui satisd.cog.& l.fi.in princ.ff. ad muni.& pro hoc Bal.& Ang.allegant gl.in auth.sacramenta.C.si aduersus vendi.Idem tenent Cyn.& Bald. in l.1. C. commod.& idem sequitur Salic.ibi qui respondet ad d.l. cum pater.§. filius matrem. Nam dicit ipse quod iuramentum habet vim specialis dispositionis.s.in eo in quo consentitur : vt in d.§. filius matrem.non in alijs.d.l.fi.de non nu. pecu.cum si. Sed hic non trahitur dicta renunciatio ad dictum casum valde extraordinarium & nunquam visum, quia præsumitur de eo non cogitatum:ergo iuramentum non trahitur ad illum casum incogitatum.facit.c.veniens.de iureiur.& c.cum inter.de renun. hoc etiam sequitur Bal.in c.1.de controue.feu.inter par.ter. & Io.And.& Ant.de But.Pet.de Anch.& domi.Card.in c.1. de commodato. & sic est communis sententia à qua in iudicando discedendum non est; vt habetur in locis vulgaribus. ex quibus concluditur ꝙ tali renunciatione non obstãte conductor propter dictum guerræ damnum eodem modo poterit remissionem petere ac si nulla renunciatio facta fuisset iuxta.l.ex conducto.§.1.& l.si merces.§. vis maior.& ibi not.ff. locat.& in l.licèt.eo.ti.iunctis no.ꝑ Bar. in l.cotem.§.qui maximos. ff. de publ. & satis est ꝙ secundum vulgarem opinionem dictum damnum æstimetur esse intolerabile seu æstimetur casus sterilitatis insolitæ quò ad redditum dicti datij locati, vt no.gl.& Cy.in d.l.licet.Et sequitur ibi Sali.dicens ꝙ ita se habet communis opin.& sequitur Io.And.& alij in c.propter sterilitatem.de loca. & ita audio ꝙ pro non maiori damno solitum fuit Bononiæ seruari ꝙ talibus cõductoribus fiat remissio

remissio . minimè ergo sunt mutanda quæ ad obseruantiam certam interpretationem semper habuerunt. l. minimè. ff. de legi. ¶Et sic debebit fieri remissio pro rata habito respectu ad redditum qui percipi consueuit: vt declarant doc. in d. c. propter sterilitatem. ¶Attento præsertim quod dicti contrahentes senserunt hunc contractum potius iudicari contractum locationis quàm venditionis, patet: quia actum fuit ꝙ in certis casibus fieret remissio mercedis, & sic fuit expressè actum ꝙ casus fortuiti aliqui spectarẽt ad commune Bononiæ: hæc autem non sunt de natura contractus emptionis: nam emens perceptionem fructuum vnius anni remissionem aliquam petere non potest quicunq; fructus nascãtur, & periculum spectat ad eum. l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. l. necessariò. in prin. & §. fi. ff. de pericu. & commo. rei ven. & declarat Bar. in præalleg. §. qui maximos. in l. cotem. ff. de publica. colligitur etiã ex illa parte instrumenti in qua cauetur ꝙ dictus conductor promisit non petere remissionem ex capite non præstita patientiæ in dicto dario: superuacuo enim apposita fuissent ista verba, si partes intellexissent celebrare contractũ venditionis: quia in contractu locationis venit patientia, in contractu venditionis non d. l. ex conducto. in prin. & l. necessario, cum omne periculũ spectare debeat ad emptorem vt ibi.
13 † verba. n. in dubio non debent intelligi frustra esse apposita sed vt aliquid operentur. l. si stip. in prin. ff. de vsur. l. hac. l. ff. de contrahen. emp. colligitur etiam hoc quia ferè in omnib. partibus instrumenti ille appellatur conductor: vnde ex sequentibus declarantur præcedentia. l. si seruus plurium. §. fi.
14 ff. de leg. j. l. vtrum. ff. de peti. hære. ¶† Postremò inquantum quæritur an hoc casu remissio fieri debet eodẽ modo quo fieri deberet in casu generalis guerræ vel pestis secundum quod specialiter in dicto instrumento cautum est. & puto breuiter ꝙ non sit hoc casu seruanda forma contractus: quia in contractibus non habet locum interpretatio extensiua, imò casus omissus habetur pro omisso & remanet in dispositione iuris, nisi aliter de mente contrahentium constat. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. l. si extraneus. ff. de condit. ob causam. Alexander.

ADDITIONES.

a ¶Sensus. Adde infra lib. 2. consi. 34.

b ¶Tractatus. supra consi. 14. nu. 17.

* Verbo infinitiui modi.] Infinitum respicit omne tempus. Afflic. decis. 61. & de hac re etiam ponit Abb. ad c. ex literis. de spons. Natta.

* Vendo tibi fundum.] Reseruatio vbi nihil inuenit reseruabile, nihil operatur. & reseruatio nihil iuris tribuit illi, in quem dirigitur, si prius non habebat; Ang. ad l. omnes. C. de præscri. trien. & ad l. fi. in prin. C. de tempo. appel. Et dictum Bar. hic sequitur Dec. consil. 343. col. pen. subdens, verba non operari vbi subiecta materia non patitur. Vide Crau. consi. 70. nu. 6. Ias. ad l. si quis legauerit. Gram. decisi. 103. nu. 42. Crau. consi. 127. nu. 7. Natta.

c ¶Viri. Alberi. l. j. & ibi Alex. in col. j. Ias. col. 2. ff. de eo per quem fac. erit. Alex. consi. 190. nu. 7. lib. 7. Cæpol. consil. criminali. consil. 26. ver. secunda ratio. Cur. senior. consi. 76. col. 7. Cur. iunior. consil. 19. col. 2. Lap. alleg. c. Bal. l. vniuer. C. de vec. & commis. Feli. c. veniens. infra de testi. cap. de quarta. colum. 8. de præscrip. Hippo. de Marsi. in pract. in princ. num. 8.

d ¶Si sic. & ibi. Ang. Imo. Alex. Ias. item Bal. Imo. in l. emptor. ff. de vsu. pro empt. Spe. tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 58. Albe. Ang. Alex. Are. Ias. in l. locus. ff. de acq. pos. Alexan. consi. 18. col. 3. lib. 2. Pau. l. 2. C. de fal. cau. lega. adie. Fab. in tra. de emp. & ven. in 6. q. prin. vers. circa sextum. Alex. in lib. 2. consi. 14. nu. 7.

e ¶Insolitus. adde Alex. consi. 108. col. pen. lib. 3. Bal. cons. 119 lib. j. Cor. consi. 23. col. fi lib. 2. consi. 12. col. 2. lib. 4. Matt. de Affli. in deci. Neap. 150. nu. 22. Franc. Rip. tra. de peste. fol. 17. versic. quarta restrictio. Ias. consi. 107. lib. j. dixi super consue. Parisi. nu. 2. §. 62. q. 8.

* Non debet intelligi de casu fortuito.] Ang. consi. 176. Præmittendũ est. dicit, ꝙ si quis vult teneri de euictione, etiam si per iniuriam iudicis res euincatur, intelligitur suscepisse iniuriam iudicis, quæ ex ignoratione procedit; non si nõ seruato iuris ordine processit; quia casus insolitus; per d. §. frumenta. sequitur Alex. ad l. stipulatio ista, Habere, col. fi. ff. de verb. oblig. & dicit Bal. consi. 372. Casus, vir fundum. lib. 3. quòd promittens soluere melioramenta, non intelligitur de excessiuis promisisse, de quibus non videtur cogitatum. vide plura per Crau. consi. 95. Natta.

f ¶Vltra. Adde Alberi. infra per statu. q. 68. Imo. consi. 84. Alexan. infra eo. consi. 39. col. fi. Are. consi. 8. in fi. Ang. Are. insti. de exce. in rub. col. 2. Dec. in l. 2. nu. 28. ff. de reg. iu. in rub. de prob. extra. col. 9. cons. 379. col. 2. And. Tiraq. trac. retrac. proximi. in fi. nu. 94.

g Iuramentum. Adde Ias. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. in fi. ff de iureiuran. l. is qui hæres. col. pen. ff. de acq. hæ. Dec. l. non omnis. col. 3. ff. si cer. pet. Cur. sen. consi. j colum. 2. consil. 75. col. 4. Bertran. consi. 28. Ad maiorem. col. 2. lib. j.

SVMMARIVM.

1 *Specialius derogat minus speciali.*
2 *Consuetudo quòd fœmina succedat in feudo valet.*
3 *Feudum paternum defertur iure inuestituræ, non iure accrescendi.*
4 *Qui, relatiuum, restringit & declarat.*
5 *Fœmina non intelligitur succedere in feudo, nisi deficientibus masculis.*
6 *Filia dotata an à solius dotantis successione excludatur.*
7 *Filia semel simpliciter non suspensiuè exclusa, perpetuò est exclusa.*

CONSILIVM XXIX.

Quoniam abundè. & elegãter scriptum est & conclusum per dominos supra consulentes, quæ dicturus sum paucioribus absoluam. ¶Videtur nanque prima consideratione dicendum dictum feudum ad dictam fœminam decedente primogenito peruenturum. nam dictum feudum concessum fuit à principe domino Iacobo pro se & hæredibus suis à quo domino Iacobo traxit originẽ communis omnium prædictorum descendentium agnatio. vnde dicta verba pro se & suis hæredibus, debent intelligi secundũ naturam rei de qua facta est concessio. c. si clientulus. §. & si clientulus. de aliena. feu. c. si Titius cũ Sempronio. si de feud. fue. controu. inter dominum & agna. & doc. in c. j. de eo qui fecit finem agna. no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad treb. & per Bart. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. & per alios in l. liberti. C. de operis liberto. & Canonistæ in c. in præsentia. de proba. & si natura rei patitur veniunt hæredes quicunq;. l. in annalibus. C. de lega. l. sciendum. & l. hæredes. de verb. sig. sed ita est quod feudum pro quo nullum est præstandum seruitium, vt est præsens feudum, vt sonant verba instrumenti concessionis ibi dum dicitur, liberum & expeditum ab omni debito, quæstione, molestia, obligatione, onere census & cuiuslibet alterius seruitij, &c. transit non solum ad masculos sed ẽt ad fœminas. tex. est in quibusdam extraordinarijs capitulis in c. si cui militi. cuius verba formaliter recitat Bald. in l. fi. in 2. col. C. de suis & legi. & Bal. in c. j. in §. pen. in vlt. col. qui feuda. pos. ergo dictum feudum concessum dicto Iacobo pro se & hæredibus transibit ad dictam feminam. ¶Secundò hoc videtur expressum in vna ex cõstitutionibus sub rubrica de success. nobilium in feudis. in princ. ibi, dum dicit descendentes cuiuscunq; sexus sint, liberè & absolutè possunt succedere seruata tamen sexus prærogatiua vt mulieri masculus præferatur: nec non maioris ætatis inter eos &c. nam dicta constitutio vult priuilegiare masculinum sexum. Item vult priuilegiare primogenitum iuxta id quod habetur. 7. q. j. quàm periculosum. cũ ibi no. & in c. licet, de voto. & in c. j. §. præterea ducatus. cum ibi no. de prohi. feu. alie. per Fede. ¶Vnde si dubitatur quid potius debeat inspici, an sexus an ius primogenituræ cum dicta constitutio hoc non aperiat, dicam potius attendendum ius primogenituræ quo inspecto fœmina præfertur nepoti nato ex filio vltimo loco genito. & quod potius de-
1 beat inspici ius primogenituræ † probatur, quia vbi duo specialiter sunt disposita, nec apparet quod magis attẽdi, debeat semper magis attendendum est illud quod specialius est quasi illud deroget minus speciali. l. si seruo manumisso. ff. de pec. leg. l. vxorem. §. codicillis. ff. de leg. 3. & no. Dy. in regula generi per speciem. de reg. iur. in 6. & Bart. in l. j. de noui ope. nun. ¶Et expressius Bar. in l. hac consultissima. C. qui test. fac. poss. & in l. fi. §. necessitatem. in 6. col. de bo. quæ libe. vbi per
* hoc dicit quod si duo sint statuta * in ciuitate, vnum ꝙ filiusfa. non potest se obligare sine consensu patris: aliud quod omnes causæ debeant cõpromitti. nunquid filiusfa. poterit compromittere sine consensu patris? certè magis attenditur statutum disponens ꝙ omnes causæ debeant compromitti: vnde poterit filiusfa. compromittere sine consensu patris. quia statutum de compromissis est magis speciale secũdum eum: sed ita est quod constitutio prædicta in ea parte in qua cautũ est,

quod

quod maior ætas præponatur est magis specialis quàm in ea parte in qua cautum est ꝙ masculi præferantur fœminis, vt nunc ostendā; ergo &c. ¶ Quòd autem sit magis specialis euidenter constat ex his quæ egregiè tradidit Bal. in l. executionem. in 6. col. C. de execu. rei iudi. vbi quærit: Pone duo sunt statuta, vnum est ꝙ sententiæ pupillorum mandentur executioni per priores artium tantum: aliud ꝙ sententiæ à centum libris suprà mandentur executioni per potestatem tantummodò. est lata sententia pro pupillo quæritur quis ex istis debeat exequi respondet ꝙ specialior iudex. Et subdit ꝙ specialior iudex cognoscet per hanc doctrinam: videlicet illa qualitas quæ potest pluribus inesse, illa est generalior, illa autē quę potest vni soli inesse est speciali: vt not. ff. de pact. l. iuris gentium. §. sed fraudandi. vnde qualitas potest inesse cuilibet de genere & cuicunq; ætati: ætas autem non potest inesse nisi sibi: ergo inspicitur iudex datus ætati. quod reputat menti tenendum. Ita in propo sito illa qualitas masculini potest inesse cuicunq; tam primogenito quàm secundo & tertio genito: & sic de singulis. & sic conuenire potest multis simul & eodem tempore: quia quis potest habere plures filios descendentes masculos eodem tempore variæ ætatis: & illa qualitas primogenituræ non potest eodem tempore conuenire nisi vni tantum: quia ille dicitur primus qui omnes alios antecedit: vt in prooemio ff. orum. §. discipulis. & in l. proxi. ff. de ver. sig. ergo potius attendēda est qualitas primogenituræ quæ est in dicta fœmina tanquam magis specialis quam masculinus sexus qui est in nepote.

2 ¶ Et præsertim, † quia consuetudine induci potest ꝙ fœmina succedat in feudum etiam extantibus masculis. c. significauit. & ibi no. doc. de rescrip. & no. Spec. & Ioan. And. in ti. de feudo. §. quoniam. ver. 21. ad hoc quod habetur in c. j. de natu. succe. feu. ¶ Nec habet obstare dicta cōstitutio. in ver. ex collaterali linea &c. vbi dicitur ꝙ sorores coniugatę & dotatæ à fratribus successoribus repellantur: & ista fœmina dotata fuit & coniugata est: ergo videtur ꝙ debeat excludi, quasi tractetur de successione ipsius fratris sui primogeniti, & non de successione cōis parentis eorum cum post agnitam hæreditatem non dicatur amplius hæreditas maiorum suorum, sed ipsorum fratrum, arg. no. per glo. & per doc. in l. j. §. veteres. ff. de acqui. pos. & in l. hæres per seruum. ff. de acqui. hære. & in l. qui hereditarij. ff. de acq. rer. do. quia respondeo. ꝙ ideo nō dicitur tractari de successione hereditatis fratris, sed ascendentium ex natura inuestituræ: patet, quia posset repudiari per filios vltimò geniti hæreditas paterna primogeniti & feudum agnoscere: vt est casus in c. 1. an agnatus vel filius. ¶ Patet etiam quia si censeretur esse in hæreditate primogeniti non accresceret per ius accrescendi dictæ sorori vel filijs natis est dicto vltimogenito sed redire ad dominum. c. 1. §. cum verò Conradus. qui feu. da. poss. c. 1. de gra. succes. in feu. quia feudum est paternum[a] seu antiquum: † tunc. n. dicitur esse paternum seu antiquum illud feudum, quod fuit illius parētis qui fuit genitor agnationis cōis, vt est melior text.

3 qui sit in iure. in c. 1. de grad. succes. in feu. secundum Iaco. de Bel. & Bald. ibi & habetur in c. 1. de natu. suc. feu. & in c. j. §. hoc quoq;. & ibi declarat Bal. de suc. feu. Iac. de Bel. de consti. feudi. in pri. & ibi etiam Bal. in 16. col. & Bal. in aut. defuncto. in 2. col. ad tertul. ¶ Vnde tunc vno de agnatione decedente sine descendentib. transit feudum ad alios proximiores trāsuersales non propriè per ius accrescendi, sed magis propriè dicit transire ad eos ex iure inuestituræ[b] primi parentis. tex. est quem ad hoc ibi reputat Bal. in c. 1. in ver. qui inuestiturā patris. &c. de feu. marchiæ. & no. per Bar. in consi. incipiente, Ex themate predicto tria dubia oriuntur. & Iac. de Bel. & Bal. in c. j. ver. decedēti. qui feu. da. pos. per Bal. in l. j. in vlti. char. C. quando non peten. par. Et in aut. si quas ruinas. C. de sacro san. eccle. & in l. 2. C. de iure emphyt. in l. si q̃ia mulier. C. ad tert. & per doc. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obl. & sic patet ꝙ non tractamus de successione fratris prout loquitur dicta constitutio. ¶ Vel potest ad dictam constitutionem responderi: quia inquantum dicit ꝙ soror dotata excludatur à successione fratrum debet intelligi si fuit dotata de bonis fratris de cuius hæreditate tractatur & non alterius: vt no. Bal. in l. j. C. de le. hære. & ibi no. per glo. vbi inquit Bal. ꝙ statutum disponens ꝙ frater excludat sororem dotatam, intelligitur ab hæreditate dotantis & non alterius. & idem no. Bal. in l. mater. C. de iure dot. & Pet. de Anch. c. canonum statuta, de constit. sed dicta soror non fuit à fratre dotata, sed à patre: ergo dicta cōstitutio hoc casu locum sibi non vendicabit. ¶ Sed præmissis non obstantib. contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto, siue cōes constitutiones feudales inspiciamus, siue etiam particulares constitutiones regni. nam de iure certū est ꝙ feudum antiquum & paternum quale est hoc: vt s. probaui; vno ex descendentib. masculis decedente sine liberis masculis transire debet ad proximiores cognatos masculos feminis exclusis. d. c. j. de succes. feu. & in c. 1. de gradi. suc. feu. c. j. §. hoc autem notādum. qui feu. da. pos. ergo sequitur ꝙ filius masculus illius vltimò geniti velut proximior inter cæteros agnatos pręfertur fœmina prædicta exclusa. Idem colligitur ex constitutione regni s. allegata quæ incipit vt de succes. &c. ibi dum dicit seruata tamen sexus prærogatiua vt mulieri masculus præferatur &c. vt etiam ex constitutione posita sub rubrica de succes. filiorum comitum &c. quæ incipit, in aliquibus &c. in verbo sin autem filij masculi vnà cum filiabus &c. ibi, dum dicit præferri volumus masculos fœminis. quæ constitutio etiam comprehendit casum non solum qn̄ extant fratres sed etiam filij fratrū prout in casu nostro, patet ibi ex verbo auitas, & in verbo nepotes, & patet etiam in illa constitutione quæ incipit, vt de successionib. &c. in ver. nepotes, & ex eis pronepotes, & vsq; ad infinitum &c. & in ver. filij autem fratrum &c. ¶ Confirmatur siue dicatur tractari de hæreditate transuersalis. s. dicti primogeniti omnino excluditur fœmina prædicta. nam siue tractatur de hæreditate & successione ascendentis quod est verissimum, vt probaui. s. per tex. in c. j. an agnatus vel filius: & per alia capitula. s. allegata. & tunc casus est clarè decisus etiam per dictam cōstitutionem quę incipit, vt de successionib. &c. in prin. dum loquitur de successione descendentium quò ad ascendentes, vbi masculi præferuntur fœminis. ¶ Non ob. ꝙ in dicta constitutione dicatur necnon maioris ætatis inter eos &c. vbi patet constitutionem illā velle preferri maiorem natu, & fœmina predicta maior est natu: quia rñdeo, ꝙ dicta constitutio loquitur de masculis, & disponit ꝙ maior natu inter masculos præferatur. hoc patet ex illis verbis necnon maioris ætatis, qui inter eos qui viuunt &c.

4 † Nam illud relatiuum qui, quod est masculini generis restringit & declarat ꝙ in antecedenti sensit de masculis. l. à filio. §. fi. & ibi Bar. ff. de alim. & cib. leg. l. oēs. ff. ad treb. l. ea tn̄ adiectio. ff. de leg. 3. & sic non ob. secundum ar. adductum pro parte contraria, dum dicebatur potius debere attendi primogenituram quā sexum: quia respondeo, ꝙ dicta constitutio apertè disponit contrarium, dum voluit masculū fœminæ preferri primogenitum. idem fuit de mente precedentis constitutionis, vbi etiā habetur ꝙ extantib. masculis excludantur sorores: & non dicit inter tales attendendum esse primogeniturā. & sic constitutio sequens determinatur & declaratur per precedentem. l. sed & posteriores. ff. de legi. l. vtrū. ff. de peti. her. l. si seruus plurium. §. fi. de leg. j. ¶ Fortificantur

5 prædicta † quia et vbicunq; cautum reperitur ꝙ fœmina succedat in feudo, illud intelligitur deficientib. masculis[c] vt in c. j. §. filia. de suc. feu. & in c. j. episcopum vel abbatem. & no. in c. j. de nat. suc. feu. no. Bar. in l. vt iusiurādi. §. liberi. de ope. lib. & in consi. inci. questio ista habet duo dubia. & in cōs. inc. Dominus à matre. & Bal. in l. fi. C. de suis & legi. & in l. liberti libertæq;. in 11. col. C. de ope. libe. & Sal. in l. 2. in 17. q. C. de iure emphy. ergo posito ꝙ per dictam constitutionē regni essent simpliciter habilitatæ fœmiæ ad feudum, debet tamen intelligi deficientib. descendentib. masculis. nam dispositio exorbitans à iure cōi debet interpretari & intelligi secūdum dispositionem iuris cōis: vt minus ledat ius cōe, quàm sit possibile. l. 2. cum ibi no. C. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si legeff. de mu. & hon. c. cū dilectus. de consue. no. in l. fi. §. in computatione. C. de iur. deli. sed ita est secundum dispositionem constitutionum feudalium, quæ in successionibus feudaliū sunt ius cōe est inductum, ꝙ vbi fœmina est habilis ad feudū; ita demum succedat si masculi descendentes non extent vt iuribus proximè allegatis: ergo ita debet interpretari dicta constitutio regni exorbitans à iure communi. ¶ Quin imò si bene considerentur dictæ constitutiones regni hoc expressè disponunt, ꝙ præferantur indistinctè masculi si et diceretur tractari de succes. transuersalis. s. primogeniti: quod tamen non videtur

detur posse procedere per prædicta: tamen adhuc excludere-
tur fœmina prædicta ex secunda constitutione præmissa inci
6 piente, vt de successoribus &c. quę vult ꝙ fœmina dotata ex-
cludatur à successione fratris. ¶ † Nec obstat quod talis consti
tutio debeat intelligi vt intelligatur exclusa soror, qñ dotata
d fuit de bonis [d] illius de cuius hæreditate tractatur per no. per
Bal. post glo. in d. l. j. de legi. hære. quia illud verum est qñ sta
tutum simpliciter disponeret ꝙ frater excludat sororem, nec
dicit in bonis cuius, secus si diceret excludatur soror dotata
a successione fratris: vt dicit constitutio prædi. quia tunc con
e stitutio est certa & clara: [e] ita fuit de mente Bal. in d. l. j. de le.
hær. ibi dum dicit & statutum est vltra non diceret &c. Et ita
præcisè consuluit Pau. de Cast. in consil. 334. & in consil. 337.
7 & in consil. 209. ¶ Comprobantur prædicta † quoniam eo
* ipso quod per existentiam masculorum * semel fuit exclusa
fœmina, iudicari debet exclusa perpetuò. probatur per ea q̃
decidit Bald. in auth. sed & si quis in 6. colum. C. de sec. nup.
in versi. & per hoc infert. vbi quærit, statuto cauetur, ꝙ si quis
habuerit aliquam filiam dotatam ꝙ ei succedat filius mascu-
lus & alij descendentes ex ipso filio masculo. pone ꝙ filius de
cessit relictó filio, postea decessit iste filius sine prole: nũquid
successio defertur ad sororem? dicit primò videri ꝙ sic: quasi
priuilegium excludens sororem sit finitũ. ¶ Item quia in ex-
clusione filiæ ponuntur soli masculi: ergo non debet excludi
ab extraneis hæredibus filiorum masculorum. sed contrariũ
dicitur esse verius: quia filia semel exclusa perpetuò est exclu
sa nisi secundum cum statutum esset per verba importantia
* tempus: vt quia diceret * quò ad existerent masculi: Nã tunc
eis mortuis nõ inuenitur causa vel persona excludens filiam.
vnde successio reuerteretur ad sui naturam per no. per Cy. in
d. aut. sed si quis. & Bar. in l. fi. ff. ad tre. idem voluit Bal. in d.
l. in quibus. C. de sec. nup. in versi. sed occurreret. vbi ad hoc
ponderat esse glo. in verbo peruenire decreuimus. bene facit
quod legitur & notatur in c. 1. §. 1. episc. vel abba. ¶ Non ob-
stat ẽt ꝙ ex forma inuestituræ dictum feudum erat francum
& liberum à præmij præstatione, ergo eodem modo succede
re debet fœmina sicut masculus per text. in d. c. cui militi. &
dixi supra quia respondeo prout dixit Bal. in c. 1. de gra. suc.
in feu. vbi dicit ꝙ text. in d. ca. si cui. & alia extraordinaria &
alia capitula posita in illo extraordinario ti. & quia magis cõ-
muniter non habentur sunt apocrypha, idest non sunt au-
thentica. & exponitur 16. dist. in c. 2. in verbo apocripha. ex
quibus concluditur dictum feudum ad fœminam antedictã
in casu præmisso peruenire non posse. ¶ Alex.

EXTANT priuilegia Caroli Imperatoris Henrici & cę
terorũ successorũ vsq; ad Federicũ pręsentẽ Imperatorẽ sem-
per augentes confirmationes præteritorũ & augmẽta, quibus
liquidè apparet ꝙ nobilis Franciscus prende parte Thoma-
sius & Spinata quondam Pauli de Lamirandula & Robertus
& Io. Franciscus de prendeparte quondam Nicolai de Lami-
randula inuestiti sunt per feudum nobile per se & eorum cu
iuslibet filijs & successoribus masculis ex eis in perpetuũ le-
gitimè descendentibus toto territorio curiæ dicti Posidonij,
curiæ Rouereti &c. cũ oĩbus locis villis iuribus iurisdictioni
bus & pertinentijs suis cum mero & mixto imperio & gla-
dij potestate. ¶ Contingit autem ꝙ oẽs successores masculi
dictorum Nobilium de la Mirandula deuenerunt in duos tã
tùm, hoc est in magnificum comitem Franciscum carentẽ fi-
lijs masculis legitimè natis, & magnificum comitem Io. Fran
cis. nepotem eius habentem duos filios legitimos & natura-
les. Qui comes Franciscus dum viueret condidit testamentũ,
in quo legauit dominæ Petræ vxori suę duo milia ducatorũ
pro dotibus suis & pro merito beneficiorum suorum. & post
plurima legauit ei multas pulchras & bona possessiones par-
tim ad proprium & partim ad vsum de iuribus & pertinẽtijs
& iurisdictione dictarum curiarum & iudicijs curijs existen-
tes: post hæc mors est secuta ipsi domino comiti Francisco su
perstite dicto comite Io. Francisco successore suo. vxor prætẽ-
dit apprehendere possessionem corporalem dictarum posses
sionum legatarum tam ad proprium q̃ ad vsumfructum Ioã.
Franciscus instat ne apprehendat, & asserit ipsas oẽs possessio-
nes ad se vnicum successorem masculum & legitimum perti-
f nere iure feudali & vigore dictorum priuilegiorũ & quò ad
proprietatem & quò ad [f] vsumfructum: rebus sic stantib.
quæritur quid iuris, & pariter an nonnullę alienationes factę
per Franciscum de bonis inuestitura comprehensis sint in p̃-
iudicium dicti Ioan. Francisci. Item an appellatione pertinen
tiarum veniant vna cum possessionibus ædificia domus & pa
latia tempore concessionis constructa.

ADDITIONES.

* Quòd duo sint statuta.] De duobus statutis quod magis attendatur, vide Dec. ad c. in præsentia. col. 23. de probat. dum agit de duobus priuilegiatis concurrentibus. Vide Alex. ad l. Titiæ textores. in princ. ff. de leg. 1. Feli. ad c. nonnulli. col. 24. de rescriptis. Et statutum istud præualet, quod est magis conforme iuri communi; Alexand. consi. 101. in fi. lib. 3. & quod est æquius; Alexan. consil. 58. lib. 4. Plura hac de re scribit idem Alexan. consil. 65. col. 2. libro 7. Vide Dec. consi. 44. col. fi. & ad l. in toto ff. de reg. iur. Natta.

* De succesione hæreditatis fratris.] Quòd attendatur persona primi inuestiti, vide Cald. consil. 13. circa fi. de feud. Et Ang. consil. 110. inquit, quòd quamuis feudum ambulet per mille manus, tamen vltimus semper primi est successor. Et vide text. in oppositum, quòd proximitas vltimi attendatur, in cap. 1. de nat. suc. feud. Et hanc vltimam opinionem contra Calder. tenuit Soc. consil. 252. colum. 11. li. 2. Tamen pro prima opinione, quam tenet Alexan. hic, vide Præpo. ad ca. 1. §. & quia qui feud. da. pos. vbi dicit hoc esse de mente Bald. vt ibi videre potes. Facit Bald. ad c. 1. de grad. succes. dicens, quòd in feudis succesio suum aspicit stipitem, & non alium, qui non est stipes agnationis communis; Card. consil. 124. colum. 2. versi. ad primum. & Soci. consil. 86. colum. fi. libr. 3. Quòd succedat proximior vasallo nuper mortuo; Dec. consil. 445. colum. 5. Sed quòd succedatur primo inuestito, facit not. dictum Andr. Isern. relatum per Francis. Curt. consil. 51. nume. 42. & seq. Natta.

a ¶ Paternum. plene dixi super consue. Pari. tit. 1. §. 5. nume. 80. vide cõsil. seq. num. 5.

b ¶ Inuestituræ. Cur. Senior consil. 48. colum. 3. Cur. iunior. consil. 18. col. 4. Alex. infra eo. consil. 44. num. 3.

c ¶ Masculis, Roma. consil. 1. consil. 34. consil. 367. Alexan. consil. 15. in fi. lib. 5. Calder. consi. 3. sub tit. de feud. Ias. in inuest. feu. versi. & fœminis. Albe. Brun. consi. 39. Ias. consil. 113. lib. 1. Hyppo. de Mar. no. 411.
* Item dicit Io. Fab. ad §. cæterùm. circa fin. Instit. de legit. agna. succ. vbi loquitur in vocata Baronia, vbi masculi præferuntur fœminis. Natta.

d ¶ De bonis. Bal. in trac. stat. in versi. fratre. consi. 9. lib. 2. Anch. cõs. 30. Dec. consi. 346. consi. 379. col. 2. consi. 589. Corn. consi. 74. li. 1. Ias. l. vt liberis. col. 2. C. de col. consi. 160. col. 1. lib. 4. Bert. cons. 15. Viso themate. in fi. lib. 1.

e ¶ Clara. Anch. consi. 168. in prin. Pau. consi. 91. lib. 2. Corn. consi. 42. litera i. lib. 3.

* Per existentiam masculorum.] Vide Alber. Brunum pro concordia consi. 78. Et de hac regula, fœmina semel exclusa, intelligitur perpetuò exclusa. Vide Cur. latè in tract. Feuda. 3. par. prin. sequitur Dec. consi. 87. in prin. consi. 309. col. 3. consi. 331. in prin. & consi. 390. col. 3. vbi vult, hoc ꝓcedere in quolibet, vt semel excluso aliquo à feudo, nec ipse, nec eius descendẽtes amplius admittantur. Et idẽ dicit consi. 445. col. 5. Vide Rui. consi. 9. li. 1. præsertim. col. 5. Et ad reg. Soci. consi. 296. col. 3. lib. 2. Idem ẽt tenet Brun. consil. 65. super casu in prin. Afflict. ad c. 1. nu. 112. de nat. suc. feud. Et adde Bald. ad c. 1. de fil. nat. ex mat. ad mor. Natta.

* Vt quia diceret, Quo ad existerẽt.] De hoc Baldi dicto meminit idẽ Alex. cõs. 53. li. 6. vbi illud ita indistinctè nõ firmat. Et vide de hac re etiam per eundem Alex. consi. 20. col. 3. suprà eod. lib. Natta.

f ¶ Quo ad. Vide in consi. 188. li. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus, verbum, in feudis accipitur pro descendentib. masculis.*
2 *Fœmina & quiuis succedit in feudo libero. & nu. 4.*
3 *Feudum ligium quid sit.*
5 *Feudum paternum quid sit.*
6 *Renouatio non facit feudum nouum, sed conseruat antiquum.*
7 *Clausula iure antiqui feudi, quid operetur.*
8 *Feudũ si concessum sit à principe, in eo locus est iuri accrescẽdi.*
9 *Feudum si concedatur cuilibet insolidum aut similiter, in eo locus est iuri accrescendi.*
10 *Agnatus succedit in feudo etiam si non sit hæres.*
11 *Vasallus non potest extraneo legare feudum etiam concessum pro hæredibus quibuscunque.*
12 *Testator non censetur legare nisi ius quod habet, licèt morte sua finiturum.*
13 *Feudum per alienationem non committitur domino, sed agnatis. & num. 14.*

15 *Feudum quando eſt conceſſum generi, delictum vnius non nocet alteri.*
16 *Argumentum de emphyteuſi, ad feudum non valet.*
17 *Delictum patris in feudis nocet filio non agnato.*
18 *Feudi dignitatem ſeu indiuiduis locus eſt iuri accreſcendi.*
19 *Feudum nobile quid ſit.*
20 *Feudum improprium regitur iure feudi, niſi in expreſſis.*

CONSILIVM XXX.

Quoniam omne datum optimum & omne donum perfectum de
ſurſum eſt deſcendens à patre luminum 2.q.2.q̃.pio.ideo op
portuna animaduerſione prȩhabita in hac cõſultatione.¶Vi-
detur prima cõſideratione dictum magnificum comitem Io.
Franciſcum de la Mirandula in parte bonorũ feudaliũ quæ
ad obſeruandæ memoriȩ magnificum comitem Franciſ. pro
iure dictȩ inueſtituræ ſpectabant, nullũ ius habere ex plurib.
¶Et primò, qa cum poſteriori loco facta fuerit conceſſio per
Sereniſ.Regem Ro.Federicum dictis comiti.Franciſco & Io.
1 Franciſco pro ſe & † eorũ hæredib. vr̃ ꝙ cũ dicta verba in feu-
dis accipi debeant pro deſcendentibus maſculis, c.& ſi clien-
tulus.de alie.feu.& c.Titius cum Sempronio.ſi de feud. fue.
controuerſia inter do.& agna.c.1.de eo qui finem facit agna.
no.in l.ex facto.§.fi.ff.ad treb.no. Bart.in l.Gallus.§.ẽt ſi pa-
rente.ff.de lib.& poſth.& ꝑ alios in l.liberti. C. de ope. libe.
vnde decedẽte comite Franciſco maſculis deſcendentib. non
relictis vr̃ ꝙ non ſuccedat comes Io.Franciſcus neq; iure ſuc-
ceſſionis neq; per ius accreſcendi, ſed reuertatur ad cõceden-
tẽ: tex.no.in c.1.§.fi.iuncto.d.§.pe.de ſucceſ.feu.& in c.j.de
fratri.de nouo beneficio inueſti.& in ca.1.§.ſinaũt vnius.in
tit.quæ feu.dare poſſunt & in c.2.de feu.marchiæ. ¶ Secun-
dò quia prout in poſteriorib. priuilegijs ſeu inueſtituris con
tinet̃ Sigiſmundus & Federicus Ro. reges, dictos dños crea-
uerunt comites terræ Concordiæ quem locũ cum oĩbus per-
tinentijs in comitatu dicti reges in feudũ dictis comitib. con
ceſſerunt: ſed ita eſt ꝙ feudum comitatus quod quidẽ appel-
latur nobile, non põt ad hæredes trãſire niſi ipſi hæredes ſpe-
cialiter à rege inueſtituram impetrarent, vt eſt tex.in ca.1. de
feu.mar.& in c.ſi clientulus. in fi. iuncta gl.in verbo vſurpa-
2 tũ.de alie.feu. ¶ †Tertiò, quia vbi alicui feudum concedit̃ &
nullum venit præſtandũ ſeruitiũ pro feudo: tale feudum de
* ſui natura * tranſit ad fœminã. tex.eſt in quibuſdã ordinarijs.
c.feudorũ.in c.inter ſi cui militi. cuius verba formaliter reci
tat Bal.in l.fi.in 2.col.C.de ſuis & legi. & Bal.in c.1. §.pen.in
vlt.col.qui feud.dare poſſunt. Sed dictũ feudũ eſt huiuſmo-
di vt ex tenore inueſtituræ conſtat; ergo cũ præſertim in illis
vltimis duab.conceſſionib.de hæredib.facta ſit mentio, videt̃
quod ad filiè comitis Franciſci tale feudum tranſire poſſet.
¶Quartò pro hoc facit, qa cum (vt dixi) verba dictorum po-
ſteriorũ priuilegiorũ ſonant in dictos comites & hæredes, &
dictũ feudum cum ſit conceſſum ab Imperatore præſtita fide
3 litate abſolutè & † nullius alterius fidelitate conſeruata, quo
* caſu feudum dicitur eſſe ligium: * vt eſt glo.ſingular.in clem.
paſtoralis.in verbo.homoq; ligius.de re iudi.ſecundum Bal.
in l.1.in 5.col.de cadu.tol.& Spec.in c.primo.de feu.§.quo-
niam.in 1.coi.& Hoſ.& Io.An.in ca.recolentes de ſta.mona.
& in ca. ex diligenti. de ſimo. ſed ita eſt qd̃ in feudo ligio filia
fœmina de conſuetudine ſuccedit.vt no. Spe.in tit.de feu.§.
quoniam.q.21.& Io.An.in addit.incip.eſt ſciendum qd̃ Iac.
de Bel.& probatur in c.ſignificauit, de reſcri.ergo de iure nõ
ſuccedit comes Io.Frãciſcus ſed filia comitis Frãciſci. ¶Quin
tò comes Franciſcus alienando de bonis feudalibus vel legan
do vt fecit irrequiſito ſuperiore priuatur feudo, quod quidẽ
ad dominum concedentem redire debet: vt in c.1.de vaſ.qui
contra conſti.Lotha. de prohibi.feu.alie. per Lotha.& in ca.
Imperialem in prin.& §.1.de prohi.feu.alie. per Federi. vbi
ẽt prohibet legare pro anima.& in c.1.§.donare.in tit.quali
ter olim feu.pote.alie.& quod iſto caſu non tranſeat feudum
ad agnatos, ſed reuertatur ad dñm vt voluit gl.in c.1.§.idem
ſi fuerunt.in verbo: ad dñm.in tit.qui.mo.feu.amit. ¶ Ita ẽt
velle vr̃ tex.in c.1.§.ſin.quȩ fu.pri.cauſa benefi.amit.vt in re
compenſatione contemptus dñi ad ipſum reuertatur feudũ;
ad idem tex.in c. fin.extra de feu.& iſtam opi.ſequebatur Pe.
de Cer.indiſtinctè vt refert Bald.in c.1.& in 2.apo.de ſucceſ.
feu.& Odo.in ſumma ſua ſub rubrica ad quẽ feu.reuer. quan
do amiſit.& Io.de Fa.in ſumma ſub rubrica alienatione amit
titur feudum.vt refert Bald. in c.1.ſi vaſallus feu.priue.bene
faciunt not.per Bar.in l.eum qui.cum concor.ibi allegatis ꝑ
eum.ff.de interd.& relega.& facit l.2.C.de iure emphy.& c.
potuit.de loca ¶ Sextò ſaltem videt̃ obſtare dicto comiti Io.
Franciſco ſi illi in quos comes Franciſcus alienauit feudalia
bona poſſiderunt per annos 10.& ſic obſtabit prȩſcriptionis
exceptio.l.ſuper longi.& l. emptor.& l.pe.cum ſi. C.de præ-
4 ſcri.long.tem. ¶Septimò conſidero † ꝙ feudum conceſſum
dictis comitib. vr̃ liberũ & francum: qa non fuit datum vt ali
quod ſeruitiũ concedenti præſtaretur vt patet ex priuilegijs
& conceſſionibus prædictis. c.1. in fi.in tit.in quib. cau.feu.
amit.vnde feudũ tale põt alienari & legari ẽt eccleſiæ: vt not.
Hoſt.& Io.And.in c. fi.de reb. eccle. non alie.& not. Bald.in
aut.niſi rogati.in fi.C.ad treb.vbi dicit ita poſſe intelligi tex.
in c.inter dilectos. de fide inſtru. & not.ẽt Bald.in præludijs
* feudorũ in 16.col. ¶Octauò aut comes * Io.Franciſcus agno-
ſcit hæreditatem comitis Franciſci ex teſtamento delatam, &
certum eſt qd̃ tenebitur ad legata: nec poterit venire ꝯtra fa-
ctum defuncti.l.cùm à matre. C. de rei vend.l.vnum ex fami
lia.§.ſi rem cũ ſi.ff.de le.3. Aut repudiat hȩreditatem: & tunc
* videtur indignus * oĩ commodo quod ex hæreditate aut ſuc-
ceſſione ſua conſequi poſſit. l. ſi patroni.§.qui fideicommiſ-
ſariam. ff.ad treb.l.hæredes. C. de omni agro de ſer. libr.11.
¶Nonò, nã in duabus vltimis conceſſionibus factis dictis co-
mitib. Franciſco & Io. Franciſco ẽt eorum genitori continet̃
qd̃ Imperator eis & eorum hæredibus cõceſſit: ergo cum co-
mes Io.Franciſcus hæreditatem comitis Frãciſci reſpuere in-
tendat, ſequitur ꝙ ad ipſum nõ porrigit vires dicta cõceſſio.
l.tale pactum.§.fi.de pact.l.ſi pactum.ff.de proba. ¶ Sed præ-
miſſis non obſtantibus, in caſu de quo quæritur, contrariam
ſniam de iure probabiliorem puto, quod ex infraſcriptis pro
culdubio oſtẽditur.nam feudum de quo tractatur, non dr̃ eſ-
* ſe feudum nouum * ſed paternum ſe antiquũ quò ad dictos
comites Franciſcũ & Io. Fran. quia proceſſerunt ipſi ab eodẽ
ſtipite. ſ.à Franciſco. vnde quò ad eos non dr̃ feudum nouũ.
tex.eſt in c.1.de gradi.ſucceſ.in feu.& in c.1.§.hoc quoq;. &
in §.pen.& fi.de ſucceſ.feu.& in c.1.de natura ſucceſſio.feu.
& declarat Bal.in d.§.hoc quoque.in fi.& Ia.de Bel.in princ.
conſtitutionum feudaliũ.& ibi etiam Bal.in 21.col.& Bald.
5 in auth.defuncto. in 2.col.C.ad tertyl. † Nam dr̃ paternum
illud feudum qd̃ fuit illius parentis, qui fuit genitor agnatio
nis cõis, vt eſt melior tex.qui ſit in iure in d.ca.1.de gra.ſucc.
in feu.ſecundũ Iac.de Bel.& Bal.ibi. ¶Et licèt noua conceſſio
facta fuerit dictis comitibus d.Franciſco & Io.Fran.tñ non ꝑ
hoc cenſetur eſſe feudum nouum; ſed per oĩa imitatur natu-
rã feudi paterni ſeu antiqui, ſuper quo eſt renouata cõceſſio:
& ita in ſpecie voluit Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.obl.
¶Ad idẽ glo.& ibi Dy.& Bar.alias Bal.in l.ꝙ dr̃.la 1. ff.de im
6 pen.in reb.dota.fa.vbi fortius dicunt † ꝙ ſi vnus ex pluribus
fratribus habentibus feudũ paternum cecidit à feudo, tandẽ
fuit facta renouatio ꝙ illa renouatio operatur vt feudum cen
ſeatur eſſe antiquum ſeu paternum ſicut primò erat; adeò ꝙ
in eo ſuccederet frater fratri: licèt in feudo nouo frater fratri
non ſuccedat.& Bal.idem in l.1.in 9.q.ff.de rer. di.& bonus
tex.in c.1.de vaſallo decrepitæ ætatis.& ibi latè per Andr de
Iſer.idem dicit gl.& ibi ſequunt̃ doc.in c.1.§.inſuper.de pro
hi.feu.alie.per Fed.& gl.in l.peculiũ.§.ſi opem ferentẽ.ff.de
pecu. ¶Et Bal.in c.1.an agna.vel filij.in antep.col.ibi dum di
citur ꝙ ſi filius renunciauit dño feudum conſentientibus a-
gnatis, & poſtea idem renuncians fuerit inueſtitus ab eodem
dño tanq̃ de veteri feudo, ſuccedent in feudo agnati non ob-
ſtãte renuntiatione & reuocatione: vt in terminis firmat Bal.
in l.vnica.in pe.col.C.quando non pe.par.vbi dicit, ꝙ ſi dñs
emphyteuſim paternam duobus fratribus renouauit qd̃ per
hunc nouũ contractum non erit ius accreſcendi ſublatum:
qa videntur repetita ea q̃ erant de natura primi contractus l.
itẽ quærit̃.§.qui impleto. ff. de loca.& quia renouatio vr̃ fa-
cta ad confirmationem non ad derogationem ſecundũ eũ al-
legat tex.in auth.ſi quas ruinas.cum ibi no.C.de ſacroſan.ec
cle. ¶ Et ita etiam colligitur ex verbis dictorum priuilegio-
rum dum in eis dicitur, ꝙ conceſſio intelligatur cum omnib.
punctis

punctis & clausulis prout se habebant concessiones factæ antea maioribus & progenitoribus dictorum comitum ac si de verbo ad verbum in dicta vltima concessione facta esset inser tio. nam per talia verba habetur ac si facta esset singularis expressio & mentio oium contentorum in primis concessionibus; vt est tex. quem in proposito nostro dicit Ang. esse singularé. in l. oés. C. de præsc. 30. anno. bene facit. l. 1. §. fi. & quod ibi no. Bal. C. de lati. liber. tol. cum si. ¶ Fortius dixit Bal. in c.
7 1. de alie. feu. pa. † q si rex concedit de nouo mihi castrum iure antiqui feudi possidendum, assumit qualitates feudi paterni. allegat in arg. C. de omni agro deser. lib. 11. l. quicunq; desectum. quod reputat esse notandum. vnde dato q ista cócessio vltimò facta esset omninò nouum feudum; tñ quia concedens voluit quòd ista imitaretur & sequeretur naturam antiquarum & paternarum concessionum censeri dét prout de antiquo & paterno feudo. ¶ Si ergo censetur esse feudum antiquum; ergo sequitur quod vno decedente sine filijs transit ad agnatos, & sic ad comitem Ioan. Franciscum vel iure accrescendi vel ex successione seu natura feudi etiam inuestituræ. vt in c. 1. §. hoc quoq; sciendũ. qui feu. dare pos. & est bonus tex. in c. 1. de natu. succes. feud. in verb. per inuestituram patris &c. quem Bald. ibi dicit esse mirabilem. hæc etiam declarat Bar. in suo cõsilio incipiente. Ex themate prædicto tria dubia oriuntur. & Ia. de Bel. Bal. in c. 1. versi. decedente. qui feu. da. pos. & in l. j. C. quando non peten. partes in vltima car. & in auth. si quas ruinas. C. de sac. sanc. eccle. & in l. 2. in vl. col. C. de iure emphy. & in l. si qua mulier. C. ad tertyl. per Bar. & alios in l. si mihi & Titio. ff. de verborum oblig. ¶ Et per hoc est responsum ad primum argumentum, ad quod etiam aliæ responsiones ex sequentibus patebunt. ¶ Secundò, dato quod istud feudũ esset nouum & fraternum, in quo regulariter vno decedente sine liberis masculis consueuit feudum in conce-
8 dentem redire: tñ † illud fellit * quando feudum ab imperato
* re concessum fuit & non ab inferiore: quia in talibus locus
a est ius accrescendi [a] hæc fuerunt solennia verba Bal. in l. vnica in §. 1. C. de cadu. toll, in pen. col. & hoc per text. in l. 1. C. si socius liberali. impe. lib. 10. vbi in concessionibus à principe factis semper est locus iuri accrescendi altero decedente sine hærede. istud idem voluit Bald. in c. 1. de frat. de nouo beneficio inuestit. & in c. 1. de duobus fratribus à capi. inuestit. & idem ibi dicit in concessione feudi facta à Rege. hoc etiã sentit Bar. in d. l. 1. C. si liberali imperialis. in 1. q. ¶ Facit qd not. Bart. in l. re coniuncti. in vlt. col. de leg. 3. idem etiam. tenet Rap. & Pau. de Cast. in d. l. si mihi & Titio. ¶ Et per hoc patet responsio ad octauum & nouũ arg. quia dato q comes Io. Franciscus non sit hæres comitis Francisci, tñ per ius accrescendi pōt admitti cũ decesserit comes Franciscus sine hærede masculo. comprobatur etiam j. 6. argu. ¶ Tertiò considero verba antiquarum concessionum in quibus dicitur q Imperator concedit Francisco Pandeparte Thomasino & reliqs ibi nominatis pro se & eorum & cuiuslibet eorũ filijs ac successoribus eorum masculis ex eis in perpetuũ legitimè descédentib. &c. ¶ Pódero verbum cuiuslibet eorum, qd attribuit insolidum illam concessioné cuique masculo descendenti ex
10 inter tutores, dicit † ꝙ diuiſio tutelæ non iuris ſed iuriſdictionis eſt, ideſt licèt diuidatur adminiſtratio ſola: tamẽ ius tutelæ remanet inſolidum & indiuiduũ apud quẽlibet tutorum: & ideo dicitur ꝙ ſi agatur per vnum ex tutorib. cui aſſignata eſt adminiſtratio certi loci contra debitorem illius loci poterit opponere compenſationem de eo quod ſibi debetur ex adminiſtratione alterius cum tutoris habentis adminiſtrationem alterius loci,quia quò ad effectum iuris maximè contra ius actionum actiuè & paſſiuè nihil immutatur per dictã diuiſionem adminiſtrationis, in qua (vt dixi) inſpicitur ſola commoditas & facilitas adminiſtrationis: vt etiam dicit Sali. in præall.l.cunctos populos.Ex quibus concluditur ꝙ etiam exactio dicti nominis debitoris ſpectare debet ad præfatum dominum loci domicilij mulieris quæ inteſtata deceſſit.

ADDITIONES.

* Alterius.] Vide de nomine debitoris ſimilem penè quæſtionem, in qua conſuluit Soci.conſil.101.lib.1.Et vide Aret.conſulentem in ſimilibus terminis conſil.10.incip.Caſus talis eſt. Titius.Et iſtud conſil.Alexan.tranſcribit Iacobi.in tract.de roidis.colum.4. Natta.

a Speciali Idem Alberi.in 3.par.ſtatut. q. 2. Ioan.An.in addi.Spec.de accuſ.§.quæritur.

* L.affinitatis.] Affines non ſuccedunt, in tantum quòd fiſcus præfertur.quod not.& iſtud vult Alexand.& ibi latius Iaſ.poſt alios ad l.1. C.vnde vir & vxor. Natta.

* Perſonis.] De iſtis perſonis, quæ excludunt fiſcum, vide Iaſ.poſt alios,ad l 1.col.fi.C.vnde vir & vx. Natta.

* Allegando text. in c.1.] Nota quòd inueſtitus de regalibus, habet ea,quæ not.ad ad c.1.quæ ſint regalia. Natta.

* Pro quo primò allego auct.Bal.] Vide Alex.conſil.16.col.fi.infrà eo lib.vbi aliud ſentit.Et dictum Bald.ſequitur idem Alexan. conſil.140. col.fi.lib.7.& conſi.19.col.2.lib.6.Et iſtud idem in confiſcatione vult Roma.ſingu.572.Licet ſit magna.Brun.conſi.31.col.3. Natta.

* Contra debitorem.] Ratio autem illa eſt, quia qui actionem habet ad rem recuperandam,rem ipſam habere videtur.l.qui actionem.ff. de reg.iur. Natta.

b ¶Glo.Adde latiſsimè do.And.Tiraq.in conſue. Picta.titu.retrac.§.1. gloſſ.7.

* Quòd nomen.] Nomina debitorum cenſentur eſſe vbi quis habet domicilium,vel ſortitur forum;Bald.ad c.canonum ſtatuta.col.fi.de conſti. Natta.

c ¶Domicilij. item Iac.trac.feu. verſic.cum mero mixto imper.col.4. verſi.ſed formo.& in trac.de operis.col.2.vide Nell.in trac.ban.par. 1.ſecundi temp.q.17.& quę dixi in conſu.Pariſ.§.57.§.145.idem Soci.

ci.consilio 36.consilio 101.libro 1.

* Si quis dixerit,dono.] Accedat Ias.ad l.stipulatio hoc modo concepta.in fi.ff.de verb.ob.vbi vult,q donans bona,vbicunque sint, non intelligitur donare nomina,& actiones.
* Territorio.]Vide Alex.consi.16.circa fi.supra eo post Lapum, quem allegat. Natta.
* Non pro rata bonorum.]Vide de ista q.Are.in tract.malefi.in verbo, & eius bona publicanus.cum sua additione,vbi tenet,q pro ratione territorij vnusquisque teneatur respondere,nisi in subsidium.Et vide And.Sicu.consi.70.col.21.lib.4.Pau.Cast.consi.319.Primum quæsitum col.j. libr.1.Guid.Pa.q.76.Albe.Ros. ad l.2.in prin.ff.de capit.dimin.Latissimè tangit Imo.consi.35.In casu præmisso.dub.3.col.7. Natta.

d ¶Plus habet.idem Alberi.2.par.stat.q.105.Iacobi.in tract.de operis col.6.sed quia Pau.in d.l.hinc quæritur. de pecu. & in consi.290.in fi.lib.2.aliter tenet.vide in consu.Parisi.tit.13.§.150.vbi hoc excussino.obseruamus q quicunque iure successiuo vel beneficio consuetudinis capit mobile,tenetur soluere debita.

* ¶Pro rata.idem Alberi.in d.l.2.& in l.fideicommissum.§.tractatum.ff.de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non defertur ob vnum testem, nisi sit omni exceptione maior:& reddat causam, & dicat plenè factū.et nu.2.*
3 *Colonus non integer testis.*
4 *Mendacium obreptionis impedit ratificationem.*
5 *Testes singulares non iunguntur.*

CONSILIVM XXXII.

Viso puncto & dubijs de quibus quæritur, puto verum esse de iure quod dicto domino P. actori non sit deferendum iuramentum in defectum semiplenæ probationis:& q intentio dicti domini Pe. non sit plenè probata per dictos duos testes scilicet Bernardū
1 & Bernabæum.¶Ad quod ostendendum præsuppono q †ad hoc vt actori possit deferri iuramentum in defectum semiplenæ probationis,iuxta l.in bona fide.cum ibi nota.C.de rebus cre.l.admonendi.ff.de iureiu.& c.fi. de iureiu. requiritur qđ si intentio eius sit probata per vnum testem talis testis sit omni exceptione maior. ¶Et ideo si testis esset talis quod eius fi-
a des esset in aliquo debilitata,non sufficeret [a] ille testis ad hoc vt possit deferri iuramentum in defectum semiplenæ probationis.ita inquit Bart.in d.l.admonendi. cir.8.col.in versi.venio ad tertium. ¶Vnde dicit q si testis esset consanguineus & multum amicus parti aut aliquid simile,nō posset in eius defectum iuramentum deferri.all. no.per gl.in l.etiam matris.ff.de probatio.& istud sequitur Ant.de But.in c.fi. de iureiu. ¶Bene facit quod no.Bal.in c.sacramentum. de consue. recti
2 feu.vbi voluit † q licet duo testes non interrogati de causa & deponentes sine redditione causæ faciunt plenam probationem,iuxta plenè no.in l.solam.C.de testi. & in ca. cum causa quæ inter archiepiscopum.de testibus. tamen si vnus solus testis est examinatus, & non interrogatus non reddit causam sui dicti,nō facit semiplenam probationem,adeo q possit deferri iuramentum semiplenæ probationis. ¶ Et idem si talis
b testis non dixisset plenè factum [b] per no.in l.Lucius.ff.de his qui notan.infa. quia talis examinatio non caret tali suspicione boni viri:& secundum eum modicus defectus impedit semiplenam probationem vnius testis. ¶ Nec mirum secundū ipsum,quia satis exorbitat fides vnius testis à iure communi, extra de testi.c.à nobis.& c.innotuit.¶Sed ita est q domestici testes non reputantur idonei & integri testes. l.etiam C.de testi.c.in literis. de testi. & inter tales domesticos enumeratur colonus.l.præsenti.§.fi.C.de his qui ad eccl.confu.& no.expresse Spe.in tit. de test.§.j.versi.item excipitur q est domesti
3 cus.vbi expresse dicit q secundum Vber.de Bobio.†quamuis colonus non repellatur ex toto, tamen non est integer testis, & minus ei creditur quàm aliis,vt no.gl.& doc. in d.c.in literis.¶Sed ita est q Bernardus est affictuarius dicti domini Petri,& ipsemet testis fatetur, ergo non est integer testis pro declaratione dicti iuramenti obtinenda. nam & talis qui soluit pro terra certam mensuram frumenti appellatur colonus & conductor.glo.& doc.in d.c.in literis. sed ita est quod pluribus modis potest dici colonus:& est nomen largum & generale,vt per gl. in rub.C.de agri.& censi. lib.11.& quò ad propositum nostrum est eadem ratio in eo qui pro fundo quem colit debet præstare domino certam mensuram fruměti, quæ est in eo qui debet soluere certam mercedem pecuniariam:debet ergo esse eadem iuris dispositio.c.translato.de consti. l.illud. ff.ad l.aqui. ¶ Et licèt afflictus qui præstatur per dictum testem sit modicus,tamen hoc non habet obstare:qa etiam dicit Bal.in d.l.sacramentum, q quò ad impediendum q vnus testis non facit semiplenam probationem modicus defectus sufficit:vt retuli supra. ¶ Et quandoque potest contingere q maior esset suspicio in eo qui modicum afflictum solueret, quàm in eo qui magnum: nam potest contingere q soluit afflictum modicum pro re quæ maiori affectu digna esset: vnde testis ne subtrahatur per dominum à tali commodo facilius induceretur ad testificandum pro domino aliter quàm se habebat veritas. ¶Accedit vltra prædicta, quia etiam dictus testis (vt dicitur) fuit productus & receptus ad instantiam vnius qui nullum habebat mandatum à domino. quo casu aduertendum:quia licèt sit disputatio an gesta per aliquem nomine meo sine mandato meo possint ratificari per me:& secuta ratificatione ualeant in fauorem meum ac si fuissent gesta cum mandato meo,de quo per gl.& doc.in l.si tutor. C.qui.ex cau.in inte.resti.non est neces. & in l.si mater. §.hoc iure ff.de excep.rei iudi.& in l.licèt.ff.de iudi.& per Bald.in l.falsus.C.de fur.& per Cano.in c.ex parte Decani.de rescri.& in c.cum in iure.de offi.dele.tamen dicit Bal. in l.Iul. in q.5. ff.
4 qui satisda.cog.q ipse audiuit Bart. dicentem, † q si ille qui actum fecit nomine meo, & in fauorem meum falsò allegauit se mandatum * habere cum non haberet,non potest ratificari propter vitium obreptionis.ar.l.si quis obrepserit.in verbo nihil agit.ff.ad l.Corn. de fal.& ita cum eo transit Bald. in d.l.Iul.¶Si ergo apparet eum qui nomine domini Pe.dictum testem producit & examinari fecit falsò allegasse se habere mandatum non motus aliqua probabili ratione;non possit talis actus ratificari à domino Pe.sequitur ergo q dicto do.Pe. vigore attestationis dicti Bernardi non potest deferri iuramě tum in supplementum probationis:quinimò contra, dato q dictus testis ex toto semiplenè probasset,attamen adhuc haberet iudex arbitrari,an ista quantitas esset magna vel parua, attenta qualitate personæ actoris:nam si ei videretur magna nō deberet iuramentum deferri:vt no.glo.Bart. & alij in d.l.admonendi.& gl.& doc.in d.c.fin. ¶ Nec prædictis etiam ob.si diceretur q est probatum plenè per duos testes scilicet per Bernabæum vltra Bernardum. quia respond. q Bernabæus non probat aliquid:quia non deponit q Lazarinus confessus fuerit se habuisse certam quantitatem bladorum, & sic obscurè deponit:& ideo non releuat c.in præsentia,de probatio. l. Pomponius scribit si frumentum.§.fi.de rei ven. no. Spec.in
5 tit.de teste.§.j.versi.item q testis obscurè &c. ¶†Præterea quilibet dictorum testium est singularis: ergo non possunt simul iungi.c.licèt causam.de prob.c.bonæ.de elec. l.ob carmen.§.fi.ff.de testib.Ex aliis etiam apparet euidenti inspectione q dictus vltimus testis nihil probat: ideo superuacuum est super eius dicto latius insistere: eo præsertim, quia audio causam versari coram doctissimo viro:Concludo igitur non esse deferendum iuramentum dicto do. Pet. in defectum semiplenæ probationis:nec per dictos duos testes esse probatum opportunè intentionem ipsius actoris. Alex.de Imo.

ADDITIONES.

a ¶Sufficeret.Ias.repe.l.admonendi.col.69.ff.de iureiu. Felin.ca.cum causam de testibus.

b ¶Factum. Alex.consi.39.col.fi.lib.5.* Locus est mancus,quem sic restitue,Quia talis examinatio non caret qualiquali boni viri suspitione,cum iudex non laborauerit ad veritatem inquirendam.Et secundum eum,&c. Natta.

* Se mandatum.]Ideo cautela est,vt fiat protestatio de non litigando cum eo,nisi habeat legitimum mandatum, quia ratificatio domini non proderit,Cœp.caut.15.Alexand.ad l.licet.colum. penulti. C.de procu.vbi dicit,in praxi sing.nota. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis non censetur sublata.*
2 *Habita ratione,verbum vel discretè vel iudicio,importat arbitrium boni viri.*

3 Com-

3 *Commiſſio ſi facta ſit per verba importantia arbitrium boni vi-ri, tunc ſeruari debent omnes regulæ iuris.*
4 *Diſpoſitio ſuperioris debet quãtum poteſt intelligi, vt iuri communi conformetur, non diſpenſando nec inutile confirmando.*
5 *Verba nihil operantur quãdo exprimitur quod tacitè ineſt: vel quando ſequeretur intellectus contra ius commune.*
6 *Sententia lata eo inſtanti, quo quid petitur, non valet.*
7 *Sententia non valet lata contra ſententiam quæ per deſertionẽ tranſiuit in rem iudicatam.*
8 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam inducit notorium.*
9 *Exceptio nullitatis ſtatim probanda impedit executionem ſententiæ.*

CONSILIVM XXXIII.

Viſo themate ſuper quo copioſè allegatum, & conſultum eſt per celeberrimum dominum ſupra conſulentem, ideo paucioribus agam. ¶ Primò itaque videndum erit, an ſtante ultima commiſſione facta maſſario Mutinæ de expediendo ſecundum formam relationis domini conſultoris illuſtriſſimi principis poſſit coram dicto maſſario opponi de nullitate vltimæ ſententiæ latę contra Io. Ferrarium per iudicem appellationis. ¶ Secundò erit videndum, an allegatæ exceptiones ſint legitimæ & concludentes ipſarum nullitatem etiam quò ad impediendum ipſam executionem ſententiæ. ¶ Et circa primum breuiter omiſſis argumentis concludo ꝙ non obſtantibus verbis dictę relationis poteſt coram dicto maſſario opponi de nullitate vltimæ ſententiæ iudicis appellationis Regij. Nam relatio dictat fieri quod iuris ſit habita ratione ſententiæ vltimò latæ per iudicem appellationes Regij.
1 † Nam non ob. verbis illis primò & ante omnia debet videri an illa vltima ſententia ſit lata: & ſic an ſit aliqua vel nulla hoc probari poſſit ex pluribus. ¶ Et maximè per no. per Bart. in l. diuus. ff. de teſta. mil. & no. per Bart. in l. j. §. parui. ff. quod ui aut clam. & Io. And. in addi. Spe. in ti. de ſen. prola. §. ut autem. quæ incipit ad hoc. & Bal. in l. 2. in 1. col. C. de exce. rei iud. & cano. in ca. item cũ quis. de reſtit. ſpo. ubi dicunt ꝙ ſi ex forma ſtatuti prouiſum eſt ꝙ contra ſententiam vel inſtrumentum guarentigiæ nulla poſſit opponi exceptio: tamen ſemper poterit opponi quod illa non eſt ſententia, vel iſtud non eſt inſtrumentum ratione alicuius nullitatis.
a [a] ¶ Secundò propter illa verba relationis
2 dicentia, † habita ratione ſententiæ &c. nam illa verba important idem ac ſi dixiſſet, habita diſcreta inſpectione ſententiæ: ita dixit gl. in l. duos reos. §. 1. in verſi. temporis. ff. de duo. re. ſi ergo eſt commiſſum ꝙ habeatur diſcreta inſpectio ſẽtẽtiæ non eſt dubium, ꝙ videtur commiſſum maſſario ꝙ diſcretè & arbitrio boni viri tanquam iudex habeat reſpectum ad dictam ſententiam. verbum enim diſcretè non importat liberã poteſtatem, ſed arbitrium boni viri: vt no. Lap. & Abb. in c. 2. de iura. cal. lib. 6. & An. de Bu. & alij. poſt eum in ca. j. in vlti. col. de conſti. & Bald. in l. fi. ad fi. C. de iure do. impe. ¶ Quod probatur, quia verbum diſcretio, importat idem quod iudicium, in l. cum prætor. §. 1. in verbo iudicio. cum glo. de iudicijs. vbi vult ꝙ arbitrium & diſcretio idem ſint: alleg. no. in c. quintauallis. de iurei. ¶ Et verbum iudicio, importat arbitriũ boni viri: quod probatur in l. Thais. §. Lucius, in verſic. arbitrium. ff. de fideicommiſ. lib. ſecundum verum intellectum, quem poſuit Bart. in extrauagan. ad repri. in verbo videbatur. & Ant. de Bu. & Io. de Imo. in c. j. de conſti. & Ioan. de Lig. & Pet. de Anch. in cle. ſæpe. de verb. ſig. & Io. de Imo. in l. ſi ſic. in prin. ff. de leg. 1. & Lu. Rõ. in rub. ff. de arbi. & probatur in c. illud. in verſi. iudicium. de cleri. excom. & cap. inter corpo-
3 ra. in fi. de tranſlatio. ¶ † Et vbicunque aliquid committitur alicui per verba importantia arbitrium boni viri; tunc debet ſeruare omnes regulas iuris communis: vt no. Bart. in d. extrauag. in verbo videtur. & Ant. de Bu. in c. 1. de conſ. & Angel. in l. & ſi poſt tres. in 11. col. ff. ſi quis cau. Pet. de Anc. & Io. de Lig. in d. cle. ſæpe. ar. l. 1. ff. de arbi. ¶ Ad confirmationem huius argumenti ſecundi bene facit text. l. ſi id quod dominus. ff. de condi. indeb. cum glo. in verbo ratio, vbi ratio accipitur pro iure, vt ibi. in cap. cauſam quæ. el 2. in fi. & ca. exhibita. in fi. cum fi. de iudi. Et ſic perinde eſt ac ſi maſſario commiſſum eſſet quod faciat quod iuris ſit, habita ratione vel inſpecto iure dictæ ſententiæ: & non eſt dubium quod verbum ratione id eſt iure importat arbitrium boni viri. l. pe. ff. de iuſti. & iu.
4 ¶ † Tertiò probatur, quia cum fieri poteſt ſemper diſpoſitio ſuperioris debet interpretari vt non intelligatur ſuperior di-
b ſpenſare: nec inutile confirmare: ſed potius commune ius [b] ſequi. vt no. Inno. & Io. An. in c. dudum. de deci. quod dictum ſequitur ibi An. de Bu. dicens ꝙ illud dictũ de facili alibi non reperitur. & idem dicit Bal. in l. bonorum. in 1. col. C. qui admit. facit quod no. Inno. in c. innotuit. de ele. & not. An. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcr. ¶ Nec ad hoc obſtat ſi diceretur verba debent interpretari vt aliquid operentur. l. ſi quando. de leg. 1. c. ſi Papa. in princ. de priui. in 6. ſed ſi dicta verba habita ratione ſententiæ interpretãtur illo modo quo
* dixi, nihil operarentur ſtantibus aliis verbis * videlicet fiat qđ iuris eſt. quia ad hoc reſpondeo ſecũdum quod dicit Io. An. in c. ſolitæ. ſuper gl. in verbo tanquam. de maior. & obed. vi-
5 delicet † quod illud fallit niſi verba exprimant illud quod tacitè inerat de iure. l. non rectè. C. de fideiuſ. l. 3. ff. de leg. 1. ea enim quæ dubitationis tollendæ cauſa inſeruntur, non lædunt ius commune. l. qui mutuam. in princ. ff. mand. ſed hic fuit facta expreſſio eius quod tacitè inerat per eum modum quo inerat patet, quia iſta verba, habita ratione, ſunt verba importantia arbitrium boni viri & ius commune: ut probaui. Quandoque enim fit expreſſio ſpecialiter quia magis animaduertit ad id qđ ſpecialiter iniungit, quã ad id qđ gñaliter interpretat. c. ſi. ad ver. de hæ. 23. diſt. quàmquàm. ¶ Item reſpondeo ꝙ licet regulariter uerba debent interpretari ut aliquid operentur: tamen fallit ſecundum Dominicum de ſancto Gem. in d. c. ſi Papa. quando uerba quæ exprimuntur, ſi intelligerentur eo modo quo fit expreſſio, reſultaret contrarius intellectus iuri communi: ut eſt tex. in c. cauſam quæ. de reſcr. ſed ita eſt in propoſito: ergo &c. Circa ſecundum principale dubium uidelicet an allegatæ exceptiones nullitatis de quibus in themate ſint legitimæ exceptiones concludentes nullitatem, præſertim illa allegata exceptio nullitatis quę ſurgit ex eo ꝙ illa ultima ſententia fuit lata contra ſententiam præcedentem quæ tranſiuerat in rem iudicatam. nam ante illam ultimam ſententiam lata fuit una alia ſententia per iudicem appellationum Mutinæ qui pronunciauit partem aduerſam incidiſſe in dictam pœnam: non autem ipſum Io. & licèt à tali ſententia fuerit appellatum; tamen deſerta fuit appellatio ſecũdum formam ſtatutorum, quia libellus appellatorius non fuerit productus in termino ſtatuti & non ſeruatis ſeruãdis. & quàmquàm iudex appellantem reſtituerit, tamen ut in puncto rectè dictum eſt non ualuit illa ſententia, qua fuit reſtitutus appellans, † quia præſumitur lata ſine cauſę cognitio-
6 ne attento ꝙ eo inſtanti [c] quo fuit petita reſtitutio fuerit lata
c ſententia ſuper reſtitutione. c. cum ex literis. de reſt. in integ. no. Bart. in l. prolatam. in fine. C. de ſen. & Spec. in tit. de ſen. prola. §. quoniam. uerſi. oppone ꝙ iudex. & ibi Spec. non loquitur magis in diffinitiua quàm in interlocutoria. nam eadẽ ratione qua reddetur nulla diffinitiua ſententia ſi iudex leuato uelo fulminatus proceſſit: quia tunc non præſumitur proceſſiſſe cum cauſæ cognitione quæ eſt neceſſaria. l. ex ſtip. C. de ſen. & l. 2. de ſen. ex peri. rec. eodem modo interlocutoria ſi eadem hora expedietur quæ eſt præiudicialis: nam etiam in interlocutoria præiudiciali neceſſitas eſt de ſubſtantia cauſæ cognitio. l. a procedente. C. de dil. no. Bart. in l. quod iuſſit. in pen. col. ff. de re iudi. & l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de offi. proconſ. ¶ Vnde per dictam deſertionem ſententia tranſiuit in rem iudicatam. l. fi. §. illud. C. de tempo. app. l. ſi cauſa. C. eo tit. ¶ † Et ſic ſententia lata contra ſententiam quæ per de-
7 ſertionem tranſiuit in rem iudicatam non ualet; & eſt nulla, ut eſt glo. ordi. in cle. appellanti. in uerbo appellatus. de app. & no. Hoſt. & alii in c. ex ratione. de ap. ¶ Et licet do. Anto. ibi in q. 8. dicat hoc uerum niſi poſt deſertam appellationem iudex appellationis pronuntiet ſe iudicem competentem, & tẽpus non eſſe decurſum per id quod nõ. Compoſt. in ca. ſuper literis, de reſcri. & Io. in c. ſi duobus, de appel. Spe. in ti. de citatione. §. 1. uerſi. antepe. ergo in propoſito ualuit ſententia iudicis appellationis qui conceſſit reſtitutionẽ in integrum aduerſus deſertionem: & poſtea diffinitiuè pronuntiauit: ergo præcedens ſententia iudicis appellationum Mutinę non tranſiuit in rem iudicatam: quia reſpondeo ex his quæ not. ipſe-

ipsemet Ant.de Bu.in d.c.ex ratione. in 8.q. in fin.vbi dicit quod prædicta procedunt: nisi manifestè appareat ꝙ iudex ille appellationis non esset amplius iudex.alle.no.per Fed.in consi.286.sed ita est in proposito: quia constabat appellationem esse desertam:& iudex leuato velo & sine cognitione restituit appellantem. ¶Secundò respondeo, ꝙ contrarium procedit quando iudex validè pronuntiasset se iudicem competentem & tempus non esse decursum: sed in proposito iudex in causa restitutionis pronunciauit nulliter,quia causa nō cognita pronunciauit præsupponendo ꝙ appellans non fuit cōfessus tale quid propter quod restitutio concedi potuisset. ¶Ex prædictis etiam infertur ꝙ vltima sententia etiā fuit nulla. ¶Ad quod ostendendum adduco inter cætera quæ adduci possent,ea quæ latè no.Ant.de Bu.in ca. ab excommunicato.

* de rescri.vbi in illo articulo * an sententia lata contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam sit nulla indistinctè siue in eadem instantia feratur siue in diuersa. concludit concordando opi.quæ variæ fuerunt vt ibi plenè refert; ꝙ si sentētia lata est contra sententiam quæ nullo remedio rescissiuo poterat reuocari sit nulla tanquam lata cōtra notorium, iuxta no. in c.inter cætera.secundum vnum intellectum, extra de re iudi.dum tamen constet quod iudex fuerit certificatus de sententia & nihil de validitate sententiæ probabiliter reuocatū fuit in dubium.secus si non fuerit certioratus; vel fuit probabiliter reuocatum in dubio de inualiditate dictæ sententiæ: vt ibi per plura comprobat. Et istud scilicet ꝙ debeat considerari an fuerit reuocabiliter reuocatum in dubio de inualiditate sententiæ:est de mente Fed.in d.consi. 286. & Ant.de But.in d.c.ex ratione.in 8.q. Sed ita est ꝙ nulla erat probabilis dubitatio quin dicta sententia transiuerit in rem iudicatam,vt superius est ostensum, ergo sententia contra illam lata non tenet.& idem tenuit An.de But.in c.pastoralis, in princ. de rescrip.& sequitur ibi Ioan.de Imo.in 13. col. per ea quæ ibi Inno.& in c.cum M.de consti. ¶Et firmat hoc etiam Ant.

8 de But.in c.inter monasterium,in vlti.col. de re iudic.vbi dicit† ꝙ sententia quæ transiuit in rem iudicatam inducit no-

d torium,[d] in c.fi.de coha.cleri.& mulie. & sententia lata contra notorium est nulla,vt no.in c.Romana. in §.j.de sent.excom.in 6.vt no.inno.in c.fraternitatis,de frig.& malefi.& in c.cum nostris de concess.præben.& probatur in d.c.inter cæ-

9 teras. ¶† Et talis exceptio nullitatis impedit executionem[e]

e sententiæ: quia potest incontinenti probare per inspectionē actorum.l.si prætor.§.Marcellus.ff.de re iudi.l.fi.C.si,ex fal. instr.vt est no.opinio communis doctorum vbique. & tanto pronior debet esse iudex ad non exequendam dictam sententiam:quia constat illam esse iniustam: vt no.Inno. in ca.cum R.in fi.de offi.dele.Constat autem dictam sententiam esse iniustam, quia in instrumento treugæ nullus est stipulatus pœnam ad commodum cameræ fiscalis: vt not.Bart.in l.arbiter intra certum.ff.de arbi.& in l.1.in prin. ff.de iure fisci.

ADDITIONES.

a ¶Nullitatis.Gemi.Phi.c.si quando. de rescri.in 6.

b ¶Commune ius.Alex.Ias.l.quanquam.l.in testamento.C.de test.mili.Cœpo.consi.ciuilium consi.5.in fi.Cor.consi.167.col.2.lib.2.Ias.consi.1.col.pen.lib.1.Alci.tra.præsum.Reg.3.præsum.36.

* Stantibus alijs verbis.]De verbis superfluis vide Fel.ad d.ca.Solitæ.Crau.79.col.fi.Et superfluitas toleratur, quia tabelliones sæpius inculcant verba;Dec.ad l.5.§.fi.ff.si cert.pet.Et potius toleratur superfluitas verborum,quàm ꝙ fiat contra mentem disponentis.Cuma.cō silio 108. Testator in fi. Natta.

* ¶Eo instanti.Adde in lib.2.consi.118.col.2.

* Vbi in illo articulo.]De hoc articulo, vtrum sententia valeat contra rem iudicatam,vide Bart.ad l.nam & postea.§.si damnetur. ff.de iureiu.vbi distinguit, tamen indistinctè tenetur, ꝙ non valeat, vt ibi Alex.concludit.Et Anto.Butrius consi.28.Visis processibus, & quasi tus col.2. Natta.

d ¶Notorium.Bald.l.is cui.ff.de testa.Ias.l.si vero.in fi. ff.qui satisda.cogan.l.fin.in fin.princip.ff.si cert.pet.l.sed & si possessori.in fi. ff.de iureiu.l.1.colum.fi.lec.2.C.de sum.trin.limitat Deci.cap.at si clerici.in prin.colum.2.de iud.

e ¶Executionem.limita in lib.5.consi.83.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Confessio circa probationem statim reuocari potest.*

2 *Alias, verbum, refert similem qualitatem.*

3 *Supplicatione sola non dicitur contrauentum, nisi quis vsus fuerit.*

4 *Citatione sola non dicitur contrauentum si citatus non comparuit.*

5 *Acceptatio & prorogatio compromissi non astringit nisi à notificatione.*

6 *Dilatio non currit nisi a notificatione.*

CONSILIVM XXXIIII.

Viso themate suprascripto.

¶ Quamuis prima facie videtur dictum An. incidisse in pœnam compromissi: quasi venerit cōtra promissa supplicando principi de alio iudice dando per id quod legitur & no. in l. si quis maior.C.de transa.& per Bart.& alios in l.amplius nō peti.ff.rem ra.hab.per casum in c.si diligenti. de fo.compen. Tamen in proposito puto contrarium esse de iure verius scilicet ꝙ verba prædicta prolata per dictum Ant.in cancellaria Regij non dicatur esse probatum ipsum contrauenisse compromisso & in pœnam cecidisse. & moueor infrascriptis. Et primò quia dictus Anto.prolatis illis verbis primò dictis, & And.verbis dicti Zanoti,implicauit ꝙ nil aliud dixerat principi,nisi ꝙ succurreret indēnitati suæ. vnde si Antonius postquam protulerit illa prima verba correxerit se incontinenti antequam dictus Anto. seu cancellarius redigeret inscriptis,

* videtur dictam reuocationem * facere potuerit † quia pars po

1 test reuocare confessionem suam incontinenti etiam absque

a probtione erroris, si tempore quo incontinenti[a] reuocauit, nondum erat redacta in scripturam: vt est glo.not.32. q.1.in c.apud misericordem.& glo.& doc.in c.fi. versic. iusta causa. de iureiu.lib.6.& no.Bald.in l.edita.in 31.col. de eden.in repe.Patauina.& Host.Io.And.Anto.de But.in cap.ex literis.de diuor.do.Abb.in c.præterea.de test.cog.in 1.carta.facit quod no.gl.in c.si episcopum. de constit. ergo si attendimus dictā reuocationem quæ attendi debet si fuit incontinenti facta antequam redigeretur in scripturam, sequitur quòd nō dicitur Ant.contrauenisse compromisso:quia dato ꝙ dixisset principi ꝙ consuleret indemnitati suæ in talibus verbis generalib. non comprehendit aliquid propter quod proferens illa verba generalia possit in pœnam incidere. l.si procurator. & ibi no.per Bart.ff.de cond.inde.l.fi.ff.quod quisque iur.l.pater. ff.quæ in frau.cred.& not.Bart.in l.codicillis. §.instituto.ff. de leg.2.facit.l.obligatione generali.ff.de pig. l.1. C.quæ res pig.ob.pos.& quod habetur in cle.non potest. de proc. ¶Secundo moueor: quia ad hoc vt per illa verba primò prolata per Ant.dici possit eum incidisse in pœnam, oportet apparere ꝙ factum esset compromissum prædictum in dictum Baldasarem eo tempore quo An. dixit principi illa verba: quia nondum erat factum compromissum. vnde non potest dici ꝙ per illa verba ventum fuerit contra compromissum quod nondum factum fuisset:vnde fundamentum intentionis Zanoti est ꝙ dicta verba fuerint prolata tempore quo iam factū erat compromissum: ergo debuit Zanotus probare quod tēpore quo Ant.protulit dicta verba principi iam erat factum compromissum, aliàs illa probatio non releuaret Zanotum. l.matrem.C.de prob.l.eum actum.ff.de nego. gest. & not.in cle.fi.de rescri.& no.Bart.in l.non solum.§.sed vt probari.in prin. ff. de ope.no. nun. Nec ob.si diceretur ꝙ ex prolatione ipsorum verborum satis apparet ꝙ fuerat iam factum cōpromissum in dictum Zanotum: quia Anto.dicit principi quòd supplicabat ꝙ sua excellentia in illa causa quæ erat cum d. Ant.& fratrib. vellet dare vnum alium iudicem, & princeps respon.come Baldasar Scaiola nō la spaza: Ant.respon.el me tiene in tempo.quia dico ꝙ pro certo illa verba non inferunt ꝙ eo tempore factum esset compromissum in d.Baldasarem. patet:quia verba Antonij indicant potius ꝙ Baldasar esset iudex delegatus quàm arbitrator ex compromisso: patet quia dictus Ant. supplicabat principi ꝙ vellet sibi dare unum aliū iudicem.pondero illud uerbum alium, quod uerbum impli-

2 cat ꝙ ille qui tunc uel ante erat cognitor etiā erat iudex, † qa

b illa dictio[b] iudex, implicat de suo primo significato quod pcedens esset iudex.c.fi.in uers. alij mendicantes & ibi no.Archidia.de pac.in 6.& l.2.de coll.& no.in l.solum, ff.de usuc.

& uerba

& uerba in dubio debent accipi propriè.l.j.§.si is qui nauem.
ff.de exerci.& l.non aliter de leg.3.cum uulg. ergo non intel-
ligitur de Zanoto arbitrio uel arbitratore: quia arbiter uel ar
bitrator non dicitur iudex.l.à diuo Pio.in princ.de re iu.l.fi.
C.de iudi.c.cum dilectus.de arb.c.vno delegatorum.de offi.
dele. ¶ Præterea licèt princeps tunc respondet per hæc verba
videlicet come Baldasar Scaiola non la spaza. &c. non inclu-
dunt de necessitate quod Baldasar prædictus tunc esset arbi-
ter in dicta causa: quia dicta verba principis varijs modis in-
telligi potuerunt de expeditione Baldasaris: puta per viam cõ
positionis & concordiæ tractandæ de voluntate partiũ: vel vi
gore alicuius cõmissionis datę d.Baldasari ab alio quam à par
tibus & sic non est verum ꝙ dicta verba de necessitate inclu-
dant quod tunc temporis esset factum compromissum prædi
ctum: probatio autem debet de necessitate concludere, vt in
c.in præsentia.de proba. quinimò ad hoc vt quis incurrat pœ
nam, oportet probationes esse liquidas & apertas. vt dicit Bal.
in l.1.in 3.op.C.de his quæ pœn.not.facit.l.fin.C.de proba.
¶ Tertiò principaliter moueor ꝙ illud quod dicitur † ꝙ per
3 supplicationem factam principi videtur supplicans contra-
uenire: debet intelligi ꝙ quando quis supplicauerit & impe-
trauerit: & sic supplicatio fuerit cum effectu: ita declarat Pa.
de Cast.in præalle.l.si quis maior.C.de transac. vbi fortius di
cit quod ad hoc vt talis supplicans incidat in pœnam & dica-
tur contrauenire: requiritur ꝙ impetrauerit rescriptum dele
gatorium ꝙ vsus sit rescripto: & dicit quod istud est verius. fa
cit quod no.Host.& Io.An.in c.ex conquæstione.de rest.spo.
vbi per plura concludunt quod si actor impetrat rescriptum
delegatorium & voluit illo vti: non poterit reus illud rescri-
ptum allegare & vti inuito actore, vt no.Bald.in l.1.C.vt lite
pen.& in l.postquam liti.ad fi. C.de pac. ¶ Et pro hoc etiam
bene facit quod no.Bal.in l.quamuis. C.de in ius vo. vbi vo-
luit per illum tex. † ꝙ si quis in contractu promisit pœnam
4 si veniret contra contractum: & talis promittens postea facit
citari eum ad aliquid quod erit contra præmissa in dicto con
tractu, certè per solam citationem non incidit in pœnam iste
qui citare fecit, si citatus non comparuit & ipse aduersarius
citatus non fuit in commodo: itaque dictus Zanatus per talẽ
supplicationem non fuit incommodatus nec iniuriatus; non
potest dici ex hoc quod pœna sit commissa. ¶ Præterea hoc in
specie decidit gl.in d.l.si quis maior, vers.supplicando. quæ
intelligit ꝙ per supplicationem scilicet cum impetratione cõ
mittatur pœna, impetrare autem non dicitur ille qui obtinet
rescriptum super eo quod supplicauerit. l.3.in princ.ff.quod
quisque iu.& l.3.§.1.ff.de bo.lib.c.fi.de exce. & c.j.de rescri.
in 6.cum si.Sed Ant.non impetrauit à iudice, ergo &c. Ex q-
bus omnibus concludo Ant. per prædicta in pœnam non in-
cidisse. & multipliciter patet esse responsum ad dictam. l.si
quis maior, præallegatam. fortificantur etiam prædicta per id
quod voluit gl.in l.si cum dies.in prin. iuncta gl.j. ff.de arbi.
per quam gl.dicit notanter Bald. ꝙ compromissum non dici-
tur esse ante acceptationem: ita dicitur in themate proposito
quod nondum erat acceptatum cõpromissum tempore quo
fertur dictum An.dixisse dicta verba principi, ergo &c. supe-
riora tamen fundamenta mihi melius placent. ¶ Super eo au-
5 tem quod vltimò quæritur scilicet † an stante statuto ꝙ instã
tia compromissi currat à die acceptationis compromissi: in-
telligitur incepisse currere à die qua arbiter scripsisse dicitur
dictas literas potestati Bagnoli, quoniam sonat in acceptatio-
nem: an verò die qua apparet per publicum instrumentum
acceptasse, qua die partes inceperũt acceptare coram arbitro
& habere notitiam acceptationis. respondeo breuiter ꝙ quò
ad partis & quò ad ipsam instantiam decurrendam partibus
non debet attendi tempus dictarum literarum, attento ꝙ tũc
de illa acceptatione priori nihil vnquam fuit notificatũ par-
tibus ante tempus quo facta fuit acceptatio de qua tunc facta
fuit publica scriptura. ¶ Hoc probatur per ea quæ decidit
Bal.in l.eos.§.apostolos.C.de appel.vers.quæro nunquid iu-
dex. vbi inquit se consuluisse ꝙ licèt ex clausula posita in cõ-
promisso quod arbitri possint prorogare absentibus ignoran-
tibus partibus compromissum, tamen nisi talis prorogatio no
* tificetur,* videtur dolosè fecisse arbiter; & talis prorogatio nõ
astringit litigantes nisi notificetur: allegat no. per glo.pen.in
d.cle.j.de appe.& in l.2.C.de decur. lib. 10. idẽ sequitur Bal.
in d.l.eos.§.apostolos. ¶ Ita in proposito si arbiter acceptauit
secretè & partibus non notificauit, videtur dolosè & culpabi-
liter agere: & talis acceptatio non astringit litigantes ad proce
dendum antequam fuerit eis notificatum. ¶ Et idem videtur
in effectu velle Bald.l.1.C.de senten.ex peri.reci.in ver.quæ-
ro an interlocutoria, vbi dixit ꝙ habens potestatem prorogan
di compromissum potest facere nulla parte citata: quia talis
prorogatio non est propriè sñia, sed quædã exceptio pacti cõ-
uenti: tamen secundum eum debet arbiter istam prorogatio-
c nem notificare [c] partibus per seipsum vel per nuncium aut
epistolam. alle.l.diem proferre.in princ. de arbi. idem voluit
Bald.in auth.ei qui.C.de tempo.appe. ¶ Pro ista conclusione
etiam adduco tex. in l.2. C. vbi in rem ac. per quem dicit ibi
6 Bal.in j.col. ꝙ in casibus in quibus potest statui † dilatio ab-
senti non præiudicat talis assignatio dilationis: nisi cum noti
ficetur absenti. Bal.etiam in c.pe.C.qui accusa. dicit ꝙ absen-
ti & ignoranti non currit terminus nisi à die notificationis. al
legat id quod no.1.q.1.in sum. idem no. Bald. in l.j. in pen.
colum.ff.si quis cau. vbi ad hoc allegat plura & notanda ver-
ba Bart.in l.Labeo.per illum tex.cum glo.ff.de iureiu. Bal.in
l.1.in fin.C.de temp.appel.ad hoc tex. & glo. 10. q.1.de his.
debet ergo subaudiri tempus scientię suę notificationis: quia
aliàs partibus non potest imputari negligentia: vt plenè not.
Bart.in l.genero.per illum tex.de infa. & in l. quinquaginta.
C.de excu.tut.& ibi no.gl. & Bal. in d.l.quandiu. C.qui ad-
mitti.cum infinitis concordantijs.

ADDITIONES.

* Potuer.] Idem tradit Alex.ad l.j.§.qui præsens.in fi. ff.de verb. oblig. Natta.

a ¶ Incontinenti. Bal.consi. 88.confessio lib. 2. secundum veterem impressionem, quod est consi.41.lib.4.in nouis.

b ¶ Alius. adde in consi. 204.colum. 2.lib. 2.

* Notificetur.] Istam sententiam sequitur Ias.ad l.nequicquam. §.vbi decretum.col.9.& Alexan consi.63.circa fi.lib.3.& Feli. ad cap.cum olim.colum.9.de re iudi.Et dictum Bald.ad d.§.apostolos.habet pro no & valde sing.Areti. ad c. dilecti filii.in finalibus verbis.de iudic. comprobat Dec.consi.39.col.1.Et hoc procedit, quia potest fieri præiudicium parti absenti, alias notificatio non est necessaria; Dec.consilio 169.col.11. Natta.

c ¶ Notificare. late Ias.l.nec quicquam.§.vbi decretum.col 9.num.56. de off.procon.& leg.vltra quem Cur.senior consi.31. consi.32. Bald. consi.incip. Nobiles viri.col.fin.quod est consi. 219. libr.j. secundum veterem.& cons. verò.101.lib.3. secundum nouam impressionem cũ duobus consi.sequentibus. Ale.consi.63.lib.3.Fel.c.cum olim. col.8. no.3.de re iu. Dec.cons.39.col.j.consi.169.col.2.Hip.de Marsil. repe. l.de vnoquoque.nu.63.de re iudi.

CONSILIVM XXXV.

Lege.in lib.2.consi.179.ubi correctius habes.

SVMMARIVM.

1 *Præsumitur in dolo qui alium possessione sua vti prohibet.*
2 *Præsumptio mandati non cadit sine scientia & patientia.*
3 *Conductitij laboratores quando non excusantur.*
4 *Possessor potest ab alijs in suo factum, destruere.*
5 *Statutum prohibens mouere quæstionem, intelligitur etiam excipiendo.*
6 *Possessor iniustus agit vti possidetis contra tertium.*

CONSILIVM XXXVI.

Visis ijs quæ per dominos aduocatos reorum addu-
cta sunt pro respon.eorum. Et pro respõsio-
ne eorum quæ pro parte nostra allegata fuerunt, paucis offi-
cium meum absoluam: tum propter rei euidentiam: tum pro
pter præstantiam dominorum iudicare debentium. ¶ Nõ ob-
vtique in primis dum dicitur ꝙ requiritur dolus dato ꝙ non
requiratur lata culpa, tamen dicti accusati præsumuntur de-
buisse dictos de Brucis destruere feraleam quam rei fecerunt
bona fide ratione officij castaldionis: quia vt laboratores do-
mini Spinetę hoc fecerunt per no.in l.in rem.§.tignum.ff.de
1 rei ven. & quia ipsimet feraleam fecerunt: † quia respondeo
ꝙ in dubio præsumuntur dicti accusati fuisse in dolo eoipso
ꝙ alium possessione sua uti prohibent: quia illud quod sciũt
suum

suum non esse intelligunt ad alium pertinere.l.fi. C.vnde vi. & quod prohibere aliquem vti re sua dicitur esse de genere prohibitorum & inferre iniuriam & vim turbatiuam.l.apud Labeonem.§.si quis bona.& ibi Bart.de iniurijs.Bartol.in l.si quis operas.ff.de ope.lib.& in his quæ sunt de genere prohibitorum in dubio præsumitur dolus.l.si non conuicij. C.de iniur. c.j. de præsump. Non obst.ꝙ tanquam laboratores castaldiones domini Spinetæ hoc fecerunt: quia respondeo primo quòd non est probatum ꝙ castaldiones sint seu laboratores constituti ad hoc à domino Spineta.¶Nec ob.ꝙ aliqui testes asserant ꝙ reputantur castaldiones: quia dico ꝙ requirebatur probatio: vel ꝙ dominus Spineta constituerit eos castaldiones ad hoc vel quod sciente & patiente domino Spineta
2 gesserunt se in hac re pro castaldionibus suis: † aliàs sine scientia & patientia non cadit præsumptio mādati.l.1.§.magistrū. ff.de exer.& l.j.§.scientiam.ff.de tribu.l.fi.ff.ꝙ cum eo.capit. olim.de osti.deleg.no.Inno.in c.ex parte decani. de rescr.sed ista minimè sunt probata. ¶ Et per hoc patet non obstare id quod no. in d.§.tignum. & sic dato ꝙ probarent dominum Spinetam habuisse ius, tamen ex eo quod non fecerunt mandato suo nō posse excusari quoquo modo etiam si illi de Brucis haberent iniustissimam possessionem: quia quò ad dictos accusatos non potest dici iniusta.l.j.in fi.cum l.seq. ff.vti po. c.in literis de resti.spo. ¶ Nec prædictis obstat id quod habetur.in l.si vicinus.C.de nup. in fin.vbi sufficit quem probare fuisse reputatum filium alicuius vt probetur filiatio: quia illud procedit quando difficilis est probatio in his quæ nō pendēt a consensu alterius: secus si pendent à consensu alterius: vt est mandatum: quia requiritur probari de scientia & patiē
3 tia, in dictis legibus.¶†Præterea dixit sing. Ange.in aut.vt omnes obediant iudici.in prin.in 3.col.versi.ꝙ illud. quod no. in d.§.tignum.procederet quando aliquis nulla probabili resistentia sibi facta aliquid ageret in re aliena iussu vel mandato alicuius: sed vbi vellet aliquid agere in re aliena contradicente aliquo tunc iussus vel mandatum alterius eum non excusarent: & idem dicit Ang. in d.§.tignum.dicens se habuisse de facto.allegat.l.si fundus sciens.C.de rei vendi. ¶ Idem etiā tenet Ioan.de Imo.in l.de pupillo.§.nunciationem.& in §.si quis fortè.in fi.ff.de ope.no.nu .per ea quæ ibi no.gl. sed dicti accusati prohibuerunt per vim & cum resistentia dictos de Brucis se reparantes: & etiam contradicentes dictis accusatis ne prohiberent: & sic fuit factus gestus cum contradictione & resistentia, vnde non habet locum excusatio de qua habe-
a tur in d.§. tignum. [a] ¶ Fortius probant testes maximè nostri Bon.Iacobus Acarter quondam filius ser Zapri in primo testificatu. Bart. verò & multi alii fortè 15.vt in compēdio fit mētio, ꝙ fama publica est ꝙ illæ res spectabant ad dominos possessionis de Lagauila: ergo non potuerunt prætendere ignorātiam, nec se excusare dicti accusati: quia non possunt allegare se ignorasse id de quo erat publica fama: vt no. in l.si tutor petierit.de pericu.tut.in aut.quomodo oportet episcopos.in fi. & in c.fi.qui matri.accu.possunt.& no.in l.1.ff.de recep.plenius per Bart.in l.is potest.ff.de acq.hære.¶Item accusati erāt vicini in loco vt testes deponunt: ergo præsumuntur sciuisse dictos de Brucis possidere.l.si ita. in fi. ff.de fundo instru.ca. quosdam.de præsump.& vbicunque apparent ex aliqua præsumptione ꝙ Titius sciebat me habere ius in re ipsa quanquā de mandato alterius in dicta re aliquid faciat, non excusatur à dolo: nec habet locum id quod no. in d.§.tignum. ita ingt Sal.in l.non ideo minus.in q.2.C.de accus.¶Item vnus ex dictis accusatis videlicet Peregrinus confessus est dicta Pascua esse illorum de Brucis.vt patet etiam in remissione petitionis accusæ petitæ per ipsum Peregrinum vt in actis apparet: & sic non potest ipse Io. refricare & ignorantiam allegare. ¶ Et ex his apparet multipliciter responsum esse ad id quod dicit pars aduersa: videlicet ꝙ accusati prædicti fecerunt vt conseruarent ius domini Spinetæ: quia dico ꝙ ad eos non spectebat hoc facere: tum quia ad hoc mandatum non habebant: tum etiam dato ꝙ haberent, tamen stante contradictione dictorū de Brucis non licuit istis turbare illos de Brucis vti re ad eos pertinente, stante etiam fama, & his de quib.expresse dixi. ¶Non obst.ꝙ dicti accusati fecerunt illam seraleam, & sic debuit deiecto licere turbare deiectorem. vt no.in l.1.C.vti possideus.& in l.1.§.quod ait prætor. & ibi Bart. ff. vti pos.quia respondeo ꝙ vbi sum deiectus de possessione mea possum et ex interuallo turbare & nō dicor expellere deiectorem meū: vt ibi habetur: sed in casu nostro accusati nunquam fuerunt deiecti à possessione sua per illos de Brucis, quia accusati nullam possessionem in re ista habuerunt, & si seraleam fecerūt, non per hoc acquisiuerunt possessionem suam: quia possessio erat primò ante constructam seraleam apud ipsos de Brucis: vnde per constructionem seraleæ non amiserunt illi de Brucis possessionem suam: quia retinebant saltem ciuilem.no.in
4 l.clam possidere.§.fi.ff.de acq.pos.† vnde postea volentes vti possessione sua in re sua, potuerunt propria authoritate destruere id quod factum fuerat in re sua.l.quemadmodum.§. si protectum.ff ad l.aqui.& l.si vitem.§.si ad ianuam. ff.quod vi aut clam.per Bart.in l.de pupillo.§.meminisse, de ope.no. nunci. Item faciendo dictam seraleam fuerunt in dolo præsumpto ijsdem rationibus quibus dixi eos esse in dolo prohibendo: quia fecerant in eo quod non erat ipsorum qui accusati sunt: ergo debebant scire ad alium pertinere. & ex supra scriptis patet ꝙ non esset necesse respondere ad principalia fundamenta, tamen non pigebit particulariter ad singula respondere.¶Non ob.dum vltra alia fundamenta adducebatur decretum iuncto statuto. ad quod respondet pars aduersa ꝙ statutum prohibet tempus præfixum à cridis aliquem agere, sed pars aduersa nō agit, imò nos agimus vt in possessione manu teneamur: quia respondeo primò ꝙ statutum habet vnū caput generale, aliud speciale. primum est ꝙ post tempus cridarum manuteneatur emptor in ipsius possessione per potestatem ciuitatis Ferrariæ. Secundum est caput speciale ꝙ post annum non audiatur volens litem vel quæstionem mouere, vnde non potest negari exceptio ex generali capite disponente quod emptor in possessione manuteneatur, hoc modo videlicet quod turbare volens possit conueniri tanquam inqetans post tempus cridarum. hoc probatur in l.j.per totam. ff. ne vis fiat ei. vbi vult ꝙ missus non intelligitur solum si alius velit agere contra eum in iudicio; sed etiam si aliquis iudicialiter eum molestauerit possit conueniri & condemnari. siue etiam consideremus secundum caput dicti statuti, & ad hoc dico quod illud caput habet locum in reo conuento: probatur ex no.per gl.& doc.in l.ita. vt si fur.ff.commo. vbi glo.dicit ꝙ si ille qui rem commodauit, agat contra commodatariū actione commodati ad rem: non potest commodatarius repellere actorem mouendo quæstionem dominij: puta opponendo ꝙ commodans subtraxerat furto rem illam quam postea commodauit, & quod non erat dominus: ecce ergo quòd
* reus opponendo exceptionem dicitur mouere quæstionem, *
5 & † sic dictum statutum disponens quod post annum nullus possit mouere q. habet locum etiam in eo qui moueret quæstionem non solum agendo, sed etiam excipiendo. ¶Non ob. contractum habitum à camera, ad quod respondeatur ad l. bene à Zenone, cū si.& dum dicit pars aduersa ꝙ non fatemur rem esse ecclesiæ: quia respondeo & dico, dato ꝙ dominium directum sit ecclesiæ, tamen vtile quod erat apud Cremoniū fuit translatum in cameram.¶Non ob.dum dicitur ꝙ filij domini Ludouici erant pupilli, & sic contra eos non potuit currere præscriptio: quia negatur ꝙ illo tempore esset mortua domina Ludouica; imò viuebat, vt apparet ex responsionibus factis ad positiones secundo loco productas in actis Francisci Bardallæ notarij.¶Non ob.ꝙ camera non possedit, quia contrarium est verum, quia camera accepit tenutam, vt constat ꝑ instrumenta.¶Non ob.quod notat Bar.in l.j.§.fi.ver.ex prædictis.ff.vti posside.quia cum supportatione, aut domini aduocati partis aduersæ putant nos dormire, aut ipsi somniant. nam Bart. dicit ꝙ si quis agit interdicto uti possidetis & reus uelit eum excludere, probet ꝙ alius possidet naturaliter & ciuiliter, & excludit actorem; quia si alius possidet ciuiliter & naturaliter sequitur ꝙ actor non potest aliquo modo possidere.l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.poss.sed quis hoc negat.sed nos dicamus ubi apparet aliquem habere iustam, alium iniu-
6 stam,† habentes iniustam agant interdicto uti possideris contra tertium eum inquietantem, & obtinebit contra eum. casus est in d.l.1.§.fin.cum seq.ff.uti pos.& in c.in literis.de re. spo.ut si quis recesserit de fundo quem possidebat: & accessit ad nūdinas nullo in possessione relicto, certè si alius ingrediatur fundum animo acquirendi possessionem acquirit possessionem

sessionem naturalem, quam Bart. appellat corporalem & iniustam, quia est iunior possessio quàm possessio domini: ille autem primus retinet animo possessionem iniustam scilicet ciuilem. & hæc habentur in l. clam possidere. in si. plenè no. gl. & doct. in l. 1. in prin. ff. de acqui. pos. ¶ Non obstat q᷑ aliàs ibi seraleam habuerunt, & q᷑ fieri fecit magnificus Vgutio; quia respon. quod negatur q᷑ magnificus Vgutio fecerit fieri seraleam: & si facta fuit, illam fecerunt laboratores inscio domino Vgutione. & ideo fuerunt destructa, vt deponunt testes. ¶ Non obst. id quod dicitur q᷑ fossatum est forma quod fit in confine. c. forus. de ver. si. l. 2. §. præterea. cum gl. 1. ff. de aqua plu. arcen. quia respondeo, q᷑ hoc est verum vbicunque fossatum esset inter duo prædia diuersorum dominorum, ita dicunt illa iura: sed ibi non apparet q᷑ prædia ab vtraque parte fossati sint diuersorum: quis tam supinus diceret q᷑ intelligitur fossatum pro confine iuris illius qui facit fossatum. ¶ Nõ ob. quod testes dicant q᷑ Cremoninus fecit sibi pro confine: quia respondeo primò q᷑ testes hoc dicentes sunt singulares. Secundò quod testes nostri longè plures contestes deponunt contrarium. Præterea assertio Cremonini dicentis se facere pro confine non potuisset præiudicare iuri ecclesiæ ad quam res istæ spectabant saltem iure directi dominij: vt constat esse ex inuestituris & per testes nostros qui deponunt de longe antiquiori possessione etiam quinquaginta annorum: vt probant testes nostri, ergo dato quod possessionem aliquam habuisset pars aduersa, illa fuit iunior & clandestina. c. licèt causam. de probationi. d. l. clam possidere. probatur in l. si duo. ff. vti posside. ¶ Non obstat quod isti fuerunt accusati iusta vel cum colorata causa moti: quia aliàs fuerunt pro parte domini Spinetæ factæ accusę pro re ista verè: ergo non video q᷑ ista ratio vel argumentum aliquid concludat: ideo mittamus. ca. in præsentia. de probatio. & l. non hoc. C. vnde cogna. ¶ Non obstat dum dicebamus q᷑ dominus Vgutio dato quod aliqualiter vsus esset commodo possessionis, præsumitur illud fecisse iure familiaritatis. l. qui iure. ff. de acqui. pos. & quod ibi p Bart. in l. generaliter. in versi. amicus. eo. ti. iuncto eo quòd deponunt testes de familiaritate. nam pars aduersa dicit q᷑ hoc posset esse verum quando constaret q᷑ dominus Vgutio nullũ ius habuisset: in re vera sanctè & optimè dicit: & in hoc concordes sumus: nam cum apparet per testes quod res ista per longam & antiquiorem possessionem quinquaginta annorũ spectauit ad dominos possessionis de Lagauila: ergo sequitur nõ spectauit ad magnificum Vgutionem. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. & d. l. 3. §. ex contrario. ¶ Non ob. q᷑ accusati sint iustis rationibus moti: quia hoc non inuenio, quinimò contrarium est supra ostensum. quò autem ad filios domini Spinetæ dico q᷑ cum ipse comparuerit pro interesse suo ista sententia habet etiam eos afficere: vt per Bart. in l. cum filius, in princ. in 3. col. de verb. ob. dum allegat no. per Cyn. in l. 1. C. de aduo. diuer. iu. no. Inn. in c. pen. de re iudi. cum si. atten to q᷑ per nos probatum est de antiquiori possessione per no. per Bart. in d. l. duo. & per doc. in d. licèt causam.

ADDITIONES.

a ¶ §. Tignum. pariter q᷑ dicti laboratores non excusentur. Pa. consilio 470. Ad primum. in fi. lib. j. scilicet quatenus constat eos esse in culpa, alias excusantur, vt plenè per Ro. Alex. Ias. l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de ope. no. nunciatio. Bald. consi. 144. consi. 314. lib. j. consilio 463. lib. 3. consi. 436. lib. 5. Petr. de Ferra. in fer. li. pro tur. posse consi. animo. Bald. l. non ideo minus. col. 1. C. de accus. Ange. trac. maleficiorum versi. sempronium in mandatorem. colum. 5. Soci. l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. Cor. consi. 33. libro 1. Dec. l. velle non creditur. ff. de regul. iuris.

* Dicitur mouere quæstionem.] Excipiendo dicitur moueri quæstio; vide Bart. ad l. amplius non petu. ff. rem ratam haberi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum secundum tollit primum etiam si non adeatur hæreditas ex secundo. & nu. 3.*
2 *Confirmatio principis non tollit ius tertij.*
3 *Clausula codicillaris operatur in testamẽto præteritione rupto.*
4 *Possessio ficta parit remedium adipiscendæ non recuperandæ.*
5 *Testamentum an valeat si pater instituit filium non tanquam filium.*
6 *Legitimatio est subreptitia non expressis qualitatibus.*

CONSILIVM XXXVII.

In causa mota per Angelum Simonis contra dominas Gasparinam, Mariam, Doroteam, & Orsolinam quondam Simonis de Nichio: viso libello cum statutis & alijs de quibus in themate fit mentio, & his quæ eleganter deducta sunt per clarissimum dominum aduocatum omissis non necessarijs. ¶ Dico ex pluribus dictum Angelum obtinere non posse. Primò, quia agit tanquam hæres domini Ioannis de Nichio ex primo testamẽto dicti domini Ioannis. † Sed 1
per secundum testamentum in quo dictus testator instituit dictam Catharinam eius testatoris matrem tollitur primum. l. si quis priore. ff. ad Trebel. instit. quibus mod. testamen. infir. §. posteriore. ergo obtinere non potest. ¶ Nec ad hoc obst. si dicatur quod dictum testamentum in quo dicta Catharina fuit instituta non tenuerit: quia dictus Simon Angelus legitimatus fuit in eo præteritus: ergo non potuit tollere primum. l. si filius qui in potestate. ff. de lib. & posthu. l. si iure. ff. de leg. 3. quia respondeo ad hoc vt secundum testamentum tollat primum, satis est q᷑ inspecto tempore conditi testamenti secundi, ipsum secundum testamentum tale fuerit, quod aliquo casu contingere potuerit, & ex eo possit adiri hæreditas, licet hoc postea non contingat. l. cum in secundo. ff. de iniusto testamen. l. pater filio. ff. de hære. insti. sed ita est quòd inspecto tempore testamenti secundi, secundum valebat, eo q᷑ asserta legitimatio facta de filio prædicto scilicet Simone Ange. non valebat, eo quia fuerat legitimatus sine licentia principis, & ex decreto principis talis legitimatio facta non tenet tanquã facta contra prohibitionem dicti decreti: per quem intelligitur actus annullari, dato etiam quòd non exprimeret. l. non dubium, C. de leg. & l. cum lex. de fideiusso. & non obstante quòd in decreto alia pœna imponatur comiti legitimanti, tamen actus est nullus. & quod sit de mente legis ita volentis apparet in l. 1. C. de sepul. viola. l. iubemus nulli. C. de sacrosan. eccl. quod autem ita fuerit de mente dicti decreti patet: quia in dicto decreto declarantur dictas legitimationes in casu certo factas sine licentia præfati Ducis infringi: nam ex præfatione declaratur regula. lege nam quod liquidæ. §. fin. ff. de pen. lega. not. Bald. in c. 1. de cap. qui cur. ven. in 7. calum. in versi. idem Oldra. & Ioan. de Imo. in l. filio præterito. in 17. colum. de iniusto testa. videtur ad hoc allegare dictum. §. fina. quem dicit non esse alibi. ¶ Nec dicatis q᷑ legitimationis confirmatio principis postea secuta post mortem dicti Ioan. trahatur retro ad tempus conditi testamenti: quia plurib. modis posset respõderi. sed quia illa est indubitata clausula & clara: scilicet q᷑ hoc non facit q᷑ primum testamentum non sit sublatum per secundum: patet, quia satis est q᷑ aliquo casu cõtingere potuisset quòd ex secundo testamento potuisset adiri hæreditas. ad hoc vt per secundum tollatur primum d. l. pater filio. sed si dicta confirmatio legitimationis facta non fuisset prout poterat contingere: certum est quòd ex secundo testamento potuisset adiri hæreditas: ideo alia responsio non videtur necessaria ad dictam confirmationem legitimationis: quæ confirmatio non dicitur valere quò ad præiudicium dictæ
2 dominæ Catharinæ, quæ iam hæreditatem apprehẽderat; † & sic in præiudicium tertij, cui iuri non videtur principem voluisse derogare. cap. super eo. de offi. deleg. & l. 2. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. & in proposito no. Bart. in l. 1. §. filius. in si. ff. ad Tertyl. per no in l. Gallus. §. & quid si tãtum. ff. de libe. & posthu. & no. Bald. in c. domino guerram. in titu. hic finitur lex Corradi. & l. 1. C. de iu. & fac. igno. & in l. eam quam. in versi. quæro vtrum. C. de fideicom. in authen. ingressi. in tit. C. de sacrosan. eccle. & in l. 2. in 8. col. C. de preci. imperat. offer. Ioan. An. in addi. Spec. in ti. de succes. ab intesta. §. 1. versi. per primam q. & per Host. in summa qui fil. sint legit. in princip. antepe. colum. cum si. ¶ Et ita etiam in alio decreto principis expressè est cautum, scilicet quòd intelligitur per aliquam suam concessionem esse sublatum ius quæsitum alteri: nisi in concessione sit adiecta specialis clausula non obstante quod alteri sit ius quæsitum: sed ista clausula non est adiecta in dicta confirmatione, nec etiam æquipollens: nec sufficit generalis clausula non obstante: vt l. si quis in princ. testamenti. ff. de leg. 3. no. glo. in l. 1. & ibi Bart. C. de peti. bo. sublato. lib. 10. & in l. omnes. C. de aquæductu. lib. 11. not. Bald. in l. si.

in l.fi.C.si contra ius vel vti.publi.Ant.de But. & Io.de Imo. in c.nonnulli,de rescriptis.cum si. ¶ Et saltem cum non fuerit facta dicta concessio citata dicta domina Catharina, vt requiritur,per id quod habetur in l.penult.ff.de nata.restitu.& alij post Bart.in l.nam ita diuus.ff.de adop.no.per Bart. in d.§.& quid si tantum.& in l.2.C.de tempo.appel.Hostien.& alij in c.cum olim.de re iudi.& in c.per venerabilem. qui fil.sint legi.no.Bal.in l.fi.C.qui.res iudi.non nocet per eundẽ in prin. in 6.col.& l.1.in pen.col. C.de inoffi. do. & etiam per doct. maximè dom.Card.Imo.in c.nisi cum pridem. §.j.de renuncia.cum suis concor. ¶ Etiam & alio principali capite dico ꝙ etiam si secundum testamentum fuisset nullum ratione præteriti filii legitimati,dato quod legitimatio à principio valuisset.tamen fuit sublatum præcedens testamentum propter cõsuetam clausulam codicillarem,quam existimo fuisse appositam in d.secundo testamento . nam in hoc casu cum per talẽ clausulam dicti secundi testamenti videatur velle ꝙ si testamentum non valet iure testamenti hæredes venientes ab intestato habeant hæreditatem.vt adimpleant contenta in ipso testamento inualido,iuxta l.ex eo. §.j.cum ibi no. ff.de testi. & ibi Bart.in l.j.& ibi per Bar.ff.de iu.codicillo. tollitur primũ testamentum.vt no.Bart.in l.si mater.in fi.ff.de leg.3. ¶ Et li-
3 cèt Bart.dicat † ꝙ tollitur primum testamentum adita hæreditate per venientes ab intestato, tamen in hoc communiter tenetur ꝙ non requiratur aditio : quia ad hoc vt primum testamentũ tollatur per consequens,non est necesse ꝙ ex sequẽti voluntate adeatur hæreditas, sed satis est ꝙ contingere potuerit adiri.vt d.l.pater filio.& ita in proposito no. Bal. Ang. Imo.& Raphael.Cuma.in l.sed si in conditione. ff.de hær.institu.& Rapha.Cuma.in repetitione, l.si filius qui in potestate.in 26.col.ff.de lib.& posthu.Pau.de Castro in l.sancimus.
4 C.de testamen.¶Et constat esse de iure verum † ꝙ rupto testamento ex causa præteritionis filij iam nati vel nasciturí clausula codicillaris operatur effectum suum secundum magis cõ-
a munem [a] opinionem.l.generaliter.§.ex testamento.ff.de fidei com.liber.l.ab intestato. & l.si quis cũ nullum . ff.de iure co. etiam si fuisset ignoranter præteritus. vt plenè per doc. in authen.ex causa.C.de lib.præteritis.in l.fi. C.de codicil. in l.1. ff.de iure codicillo.in l.filio præterito. ff.de iniusto testamento.Oldra.in consi.149.incipiente.Super 1.q. Et Spe.in titu. de instru.edito.§.compendiosè.versi.item vide,& Sal.& Pau. de Castro in l.1.de posthu.hære. insti. & Ioan. de Imo.in l.q filiabus.in princ.ff.de leg.j.vbi ponderat Bart.in hoc sensisse: & ita sequutus sum legendo dictam aut.ex causa. & ibi respõdeo ad ea quæ per nonnullos adducuntur in contrarium ꝙ hic non examino:quia non video oportere. & quatenus pertinet ad istum articulum refero me ad id , quod concludo in illa aut. ex causa . vbi istam partem tanquam veram & magis communem approbaui.Et ista sufficiant ad conclusionem dicti agentis . ¶Sed alia insuper ratione ostenditur eum obtinere non posse : nam ipse videtur suam petitionem fundare in possessorio recuperandæ : * quia dicit quod ex forma decreti ducalis possessio defuncti , etiam actualiter non apprehensa , intelligitur continuata in ipsum Ange. Simonem hæredem, & petit se ad illam possessionem restitui & reintegrari. sed talis ficta possessio non parit interdictum recuperandæ ; vt decidit Bal.in auth.defuncto.C.ad Terty.circa medium. vbi di-
5 cit † ꝙ ficta possessio continuata non parit remedium possessorium recuperandæ cum pariat adipiscẽdæ.iuxta.l.j.C.quorum bo.& sentit hoc etiam Bald.in l.fin.C.de appel.& ibi de ista continuatione & ficta possessione multa dicunt Bald. & alii scribentes.sed quò ad propositum videtur Bald.apertè loqui in d.auth.defuncto.¶Item preterea & fortius dicti decreti possessio fuit continuata in dictam dominam Catharinam quæ post tempus mortis dicti domini Io. fuit hæres dicti domini Io.virtute dicti testamenti vltimi,stante tunc defectu legitimationis, & sic cum possessio legitimè esset translata in eũ fuerunt verificata verba statuti . vnde posito ꝙ aliquo modo contigisset ꝙ domina Catharina postea desijsset esse hæres & fuisset noua causa hæreditas dicti domini Io.trãslata in d.Ange.Simonem, non potest dici ꝙ tunc dictum decretum auferat possessionem dictæ Catharinæ vel eius hæredibus, & eam transferat in dictum Angelum Simonem . quia iste est casus omissus in d.decreto correctorio iuris communis:ergo remanet in dispositione iuris communis.l.commodissimè.ff.de li. & posthu.l.si extraneus.ff.de cõdi.ob.causam. l.præcipimus. de appel. & dictum statutum debet intelligi de primo hærede.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb. signi. l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de condi.& demon.l.dotis.ff.de iur. do.& bene in proposito no.Bart.in l.liberorum.ff.de verb. sign.in pen.col. versi.quæro si in aliqua dispositione fit mentio de filiis. cum simi.¶Saltem in casu nostro in quo Simon Ang. non dicit se hæredem esse primi hæredis id est dominæ Catharinę.& si diceret se hæredem dominæ Catharinæ quæ adiuit hæreditatẽ domini Io.ex secundo testamento res est expedita contra eũ: quia non posset venire contra factum dictæ dominæ Catharinæ.l.cum à matre.C.de rei ven.l.si adulta.C.de hære.act.l.2. C.si in frau.patro. & sic videmur approbasse testamentum secundum , in quo dicit se fuisse præteritum quod facere potuisset.l.filio præterito.ff.de i iusto testamentum . & constat ꝙ de iure communi non potuisset dictus actor agere , prout egit:quia de iure communi non transit possessio in hæredem etiam si sit filius in potestate: nec in eum continuat, nisi eam apprehendat.l.cum hæredes,in prin.de acqui. pos. & not.in l.j.§.Scæuola.ff.si quis testamentum. liber esse. & not.in l.cũ miles.in princi.ff.quibus ex cau.maio.est communis conclusio vbique.¶Presuppenitur etiam in dicta causa in qua dictus actor alium libellum produxit præsertim intentando remedium.l.edicto.C.de edic.diui Adria.tol. fuit probatum dictã dominam Agnesiam matrem dicti Simonis Angeli fuisse coniugatam tempore quo concepit dictum Ang.Simo.meritò patebit accessus ad eam ad libitum ipsius mariti,vt in pũcto narratur,& propterea videbatur habere præsumptionem ꝙ esset natus non ex dicto Io.presbytero , sed ex legitimo matrimonio,etiam si probaret mulierem adulterasse: vt est text. quem ibi doc.ad hoc singularem reputant in l.miles.§.defuncto.ff. de adul.& concurrit etiam præsumptio quod nõ fuerit filius dicti Ioan.quia eum præteriit in secundo testamento.& sic eũ non vt filium tractauit. ¶ Vnde succedit dubitatio * tacta per
6 Bald.in c.per tuas,in fi.de proba. vbi quærit, † quid si pater instituit aliquem tanquam verum filium ex vxore, postea mutauit testamentum & ei modicam rem reliquit iure institutionis:non nominando ipsum vt filium,sed tanquam nutritum in domo:an possit tanquam præteritus rumpere testamentũ; & arguit ꝙ sic;quia pater non tractauit eum vt filium . [c]Item
c quia videtur dubitasse an esset filius, & sic prætextu dubitationis eum quodammodo præterijsse . ¶Item quia dubius similis est erranti.l.fi.C.de condi.inde.l.manifestissimi.C.de fur. in §.siue autem dubius. sed error habet vitiare . l.eam quam. C.de fideicom.cum similibus.in contrarium arguit : quia nõ debet esse melioris conditionis in rumpendo filius dubius q̃ errans.l.qui de inofficioso.ff.de inofficio.testa. & sufficit etiã si relictum in vno minimo consisteret , quod not. in l.si quis priore.ff.ad treb.l.3. §.sed vtrum.ff.de mino.& tandem dicit se non soluere dictam quæstionem:quia dependebat de facto in causa multum ardua secundum eum.minus dubia videtur quæstio nostra:quia in casu nostro testator dictum Simonem in secundo testamento omninò præteriit, & sic videtur eum non habuisse pro filio:tamen quia non habeo illas probationes testium, & etiam quia non video esse necessarium stantibus quibusdam fundamentis de quibus supra ideo in hoc insistendum non putaui.¶Et quia in omnem euentum est conclusum ꝙ dicti testes reputantur in ista causa non ex eo ꝙ libellus productus fuerit ineptus, quo casu quidam dixerunt attestationes & probationes * factas super inepto libello valere & efficere vt super inepta instãtia possit fundari sententia: quidam dixerunt contrarium: vt per Host. not. & alios in ca. causam . el 1.de testi.per Bald. in l.2.in 3.col. C.de fructi. & lit.expen.& in l.si patronus. ff.de iureiu. quod non discutio. quia non videtur ꝙ dictus primus libellus fuerit ineptus:qa satis tolerari potest illa narratio & conclusio: sed bene deficit ius & iustitia ipsi actori, stante maximè secundo testamento per id quod non poterat competere actori dictum ius agendi per dictam l.edicto, vbi glo.& docto.dum tractant quis sit legitimus contradictor,& etiam patet per ea quæ dixi supra dũ fuit ostensum ꝙ per secundum testamentum fuit sublatum primum testamentum.¶Tamen (vt dixi) consulo vt repetatur dicti testes in hac causa: vt tollatur dubitatio: an testes recepti in vna

in vna causa probent in alia causa inter easdem personas iuxta no. per Bart. in l. cum lite mortua. ff. iud. sol. in l. 2. §. j. ff. vi bo. rap. Cyn. Bal. & alii in l. 2. C. de eden. & per doc. in d. ca. causam. vbi variè loquuntur. ¶ Iuuari etiam possunt ex alio capite partes reorum quia non videtur dictam legitimationem non valuisse ex alio capite, quia si natus & conceptus est dictus Simon Angel. ex dicto domino Ioanne existente in sacris & ex Agnete coniugata, de tali qualitate non fuit facta mentio saltem specialis in ea parte legitimationis, quæ mihi transmissa est: in qua non narratur ꝙ tempore conceptionis dicti Angeli Simonis dictus dominus Ioannes esset in sacris (vt di-
* xi) nec ꝙ dicta Agnesia * esset coniugata. ¶ Vnde succedit id qđ no. dixit Bald. in l. eum quam. C. de fideicom. in 13. colum. in versi. sed pone quidam erat filius ex adultero &c. vbi quærit de illa vulgari q. † si quis fuit legitimatus tanquam spurius,
7 d & non fuerunt expressè qualitates [d] spurietatis, non valet legitimatio saltem quando sunt adiectæ clausulæ: non obstante generaliter in lata forma. Inter cætera quòad propositum nostrum inquit quod clausula non obstante, esset in nube quando ille legitimatus esset plurimum odiosus, vt quia ex sacrilego vel monacha natus, quia nō sufficeret verba generalia quæ tam odibiles non comprehendunt. vt l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de leg. 2. c. 1. de fil. presb. in 6. ¶ Ad hoc quod traditur per Old. consi. 246. incipien. Factum tale est quidam, &c. Specula. in ti. de legi. versi. cum nūc de episcoporum. no. Io. An. in addi. Spec. in rubri. qui filij sint legi. & Io. An. in ca. nisi cum pridem. §. personæ. de renun. Hostien. Io. An. in c. fi. de fi. presby. in antiquis ibi. & dum dicit ꝙ sedes apostolica non facilè dispensat cum genitis ex religioso vel adultero vel ex incestuoso coitu. & idem reassumit Ioan. An. in c. 1. eo. tit. in 6. & quod traditur per Pet. de Anch. in consi. 427. incip. Circa primum quæsitum & Ant. de But. in c. per venerabilē. in 20. col. qui fil. sint legi. & Bene. de Plumbi. in l. 1. ff. de natali restitu. per illum tex. & bonus tex. in l. si non lex. cum ibi no. per Ange. ff. de hære. insti. ¶ Nec puto super aliis de quib. in themate expediret vltra scribere: quia ea quæ supra tetigi, putaui esse potiora & saltem fundamenta primo loco relata. Ex quibus omnibus concludo reos conuentos esse diffinitiuè absoluendos, & victum uictori esse condemnandum in expēsis, iuxta l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudiciis.

ADDITIONES.

a ¶ Communem supra eod. consi. 26. nu. 5.
b ¶ Non parit. imò. vt decidit Io. Fa. insti. de hære. quali. & differ. §. 1. col. & ita obseruamus. plenè dixi in consue. Pari. §. 131.
* Recuperandæ.] Ficta possessio continuata, non parit remedium recuperandæ. De hac possessione vide Alex. ad l. 1. col. 16. ff. de acqui pos. Et ad ista vide Alex. plenius loquentem consi. 51. col. 2. lib. 6. Et quod statutum non inducat remedium recuperandæ, vult etiam Alex. ad l. in suis. ff. de lib. & posthu. Bald. ad l. j. ad fi. C. de appel. Ioan. Fab. ad §. sui. Instit. de hære. qualita. & differ. Natta.
* Vnde succedit dubitatio.] Vide de hac q. per Alex. ad l. si pater. C. de hæred. institu. Natta.
c ¶ Vt filium. In hoc dubio puto accipiendum in benigniorem & iustiorem partem, videlicet prout est vtilitas filio, vt si est institutus in magna portione valeat institutio: & hoc est certum. si verò sit institutus in modico non valeat, quia verisimile est ꝙ si pater certò sciuisset eum filium, non fraudasset. ad hoc autem probandum sufficit præsumptio iuris. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. non obstante dubitatione patris. l. si. ff. de proba. & ita sentit Alex. in l. si pater. C. de hær. insti. non adduco. l. 1. §. si quis filium. ff. de carbo. edic. quia nō probat. vt rectè ait Ias. in d. l. si pater.
* Attestationes & probationes.] Vtrum acta probatoria super inepto libello valeant, vide Alexan. ad l. 2. col. 7. versi. secunda conclusio. C. de edendo. Fel. ad c. causam, quæ colum. pen. de testibus. Et ꝙ non valeant, facit, quia probationes non fiunt lite non contestata, & litis cōtestatio super inepto libello non inducitur; glo. ad l. si pater. C. ne de statu defunct. Natta.
* Nec ꝙ dicta Agnesia.] Consuluit latè Alex. consi. 119. lib. 6. Natta.
d ¶ Qualitates. vide in consi. 195. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta pluribus habet locum altero eorum decedente in partē eius.*
2 *Fratres & transuersales non excludunt substitutum ex tacita mente. vnde l. cum acut. non habet locum nisi quando grauatus est de liberis testatoris.*
3 *Substitutio vulgaris facta pluribus, an habeat locum vno repudiante.*
4 *Substitutio tacita pupillaris neminem excludit ex coniecturis.*
5 *Substitutum non excludit ex tacita mente testatoris, qui non succedit.*

CONSILIVM XXXVIII.

Viso themate de quo supra omisso longo verborum apparatu: adhærens conclusioni quam puto de iure veriorem in hoc pulchro articulo. ¶ Puto de iure concludendum dictam artem integram marangonum ciuitatis Regii vocari ex substitutione facta in testamento dicti Laurentii, quæ obuenit dicto Iacobo, qui decessit sine filiis legitimis & naturalibus: & per consequens vocari ad partem quæ obuenit loco dicti Iacobi. Nam post mortem Martini & Frācisci vocati sunt ad hæreditatem dicti Laurentii ipsi filii masculi dictorum Francisci & Martini, & eisdē filiis est facta substitutio compendiosa, scilicet ꝙ in casu quo ipsi filii masculi Francisci & Martini decederent sine filiis legitimis & naturalibus, substituta fuit ars marangonum cum onere faciendi certum anniuersarium singulo anno in ecclesia sancti Petri, & ꝙ dicta ars debeat distribuere certam quantitatem frumenti. Et sic fuit substitutio compendiosa facta ꝑ verbum commune, quæ post tempora pupillaris ætatis trahitur ad fideicommissum. in l. precib. & ibi plenè no. C. de impub. & aliis substitu. l. Centurio. cum ibi not. ff. de vulgari &
1 pupillari. & c. Raynu. de testa. † & constat iure ꝙ substitutio facta per illa verba videlicet in casu quo filii dictorum Franci
a sci & Martini decederent sine filijs, substituit artem marangonum: operantur ꝙ vno ex pluribus dictorum filiorum Frācisci & Martini decedente sine filijs ad partē [a] talis decedētis vocari debet ars marangonū substituta: vt est tex. in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel. & in l. fina. §. filium. ff. de lega. 2. ¶ Nec obstat si dicetur ꝙ illud fallit quando superextaret persona, quæ ex præsumpta mente defuncti substitutum excluderet. vt l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. cum ibi no. ꝑ Bar. & alios scribentes. & l. cum quidam. cum ibi no. C. de impu. & aliis substi. & ar. l. si is qui ducente. §. idem. ff. de reb. dub. & l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter. §. cū aūt. C. de insti. & substi. sub cond. fac. & mortuo dicto Iacobo superest saltem persona Rodulphi fratris patruelis ipsius Iacobi. & filii fratris dicti testatoris, qui Rodulphus ab intestato successurus fuisset d. Iacobo si decessisset intestatus, & nullus alius proximor extitisset, ergo substitutus debuit excludi. ¶ Nam nedum descendentes, sed etiam transuersales dicūtur esse de personis quæ verosimiliter ex præsumpta mente testatoris defuncti excluderent substitutum extraneum: vt sub dubio fortè voluit Ioannes de Imo. in d. l. hæredes mei. §. cum
2 ita. ¶ Quia potest pluribus modis responderi. † ¶ Et primò ꝙ non videtur iure probari illud quod sub dubio fortè dicit Io. de Imol. per iura allegata per Bart. & doc. in d. §. cum ita. quæ solum loquuntur in descendentibus testatoris: patet in d. l. cū acutissimi, cum similibus allegatis per eos. vnde contra illud quod dicit Io. de Imo. in d. l. cum auus. ff. de condi. vbi cōcludunt ꝙ illa præsumpta mens testatoris quæ operatur exclusionem substituti fideicommissarij in casu d. l. cum acutissimi, cūsimi. solum colligitur quando filius grauatus per fideicommissum decedit cum liberis qui sunt de descendentibus testa
b toris: secus [b] si transuersalis testatoris institutus & rogatus sit, vt alteri per fideicommissum restituat: quia non intelligitur grauatus si decedat sine liberis. Et huic opi. videtur adhærere Bal. in d. l. cum quidam. post medium dum tractat de substitutione: ibi, dum dicit, si quidem aliquis de liberis, & quilibet testator cogitauit: est in medio &c. & etiam Ang. in d. §. cum ita. dum tractat de vulg. subst. & Pau. de Castr. in d. l. si pater impubes. ff. de vulg. & pupil. & Salyce. expressius in d. l. cum quidam. in vlt. col. dum tractat de vulga. substi. Et hoc etiam videtur esse de mente Bald. in §. cum ita, in fine. dum dicit ꝙ superest aliquis de liberis. ¶ Nec obstat illud quod dicit Bart. in d. §. cum ita, dum opponit. de l. quamuis. C. de impube. &
3 aliis substi. & dicit † quod substitutio vulgaris facta duobus
c institutis non habet effectum nisi vtroque [c] repudiante, non autem repudiante tantum vno cum superest alius cohæres

cui po-

cui potest quæri ius accrescendi ex præsumpta mente testato-
ris per d.l.quamuis. cum glo. secundum vnum intellectum.
& illud est illud in quo se fundat Io. de Imo. in d.§.cum ita.
quia respondeo ꝙ argumentum procedit in persona supersti
te quæ ex dispositione testatoris vocabatur ad partem cohæ-
redis vacantem per ius accrescendi, quæ appellatur quædam
tacita substitutio a testatore facta.l.si Titio & Meuio. §.Iulia-
nus.ff.de leg. 2.sed in proposito nostro persona superstes sci-
licet Rodulphus non vocabatur ex dispositione testatoris ad
portionem Iacobi decedentis sine liberis:quia non ex iure ac
crescendi quoniam Iacobus adiuit partem suam: & sic cessat
ius accrescendi.l.1.ad fi.ff.de vsufru.ac.l.1.C.quãdo non pe-
ten.partes.non ex iure alicuius substitutionis. quia non fue-
runt adinuicẽ substituti per illa verba videlicet.Et in casu quo
filii dictorum Francisci & Martini sine liberis decederẽt, sub-
stituit artem marangonum: vt in d.l.Lucius. §.Caio.& l.fi.§.
filium. ¶ Item responderi posset ad illud quod dicit Bart. de
iure accrescẽdi ꝙ in hoc opinio sua est damnata per antiquos
& Imo.in d.§.cum ita & Bal. in d.l.cum quidam.& etiam per
Pet.& Cyn.in d.l.cum quidam.per l.pen.ff.de iniust.testam.
Nec tex.in d.l.quamuis.probat opin. Bart. vt fatetur ipsemet
Bart.in l.hoc articulo,circa princ.ff.de hære.insti.& latius cõ
probat Io.de Imo.in d.§.cum ita. & l.quidã tex. per illũ text.
de vulg.& pup.& ita tenui legẽdo illam.l.cum quidam.¶Vel
potest responderi ad id quod dicit Bart.de iure accrescendi se
cundum ꝙ respondet Bal.in l.j.de condi.inser. videlicet ꝙ di
ctum Bart. loquitur in vulgari substitutione quæ ordinatur
in testatoris fauorem intendentis habere scriptum hæredem
vnde substitutio cessare debet eo ipso quod adiuit hæreditatẽ
vnius ex pluribus hæredibus scriptis quibus datus est substitu
tus vulgaris, quia propter ius accrescendi apparet ꝙ testator
habiturus est omnino illud quod desiderat scilicet heredem
ex testamento: aliud est in fideicommissaria substitutione de
qua tractamus: quia in eo cessat ratio prædicta, cum illa lo-
cum habeat post aditam hereditatem:& est onus ipsorum he
redum quibus facta est substitutio, quoniam sufficit ꝙ in per
sona vnius verificetur conditio substitutionis fideicommissa-
riæ, vt in d.§.Caio.cum si.¶Præterea dato ꝙ esset persona su-
perstes, quæ etiam si non esset de descenden tib.testatoris pos-
set dici persona quæ ex præsumpta mente testatoris exclude-
bat substitutũ: & sub dubio fortè tenet Io.de Imo. potest ta-
men ad hoc responderi ꝙ attento ꝙ dicta substitutio facta de
arte marangonum cum onere faciendi singulo anno annua-
rium & certam distributionem frumenti in pium vsum con-
cernat fauorem animæ testatoris,* & piam causam, ca.fi.de te
sta.& ibi no.& 13.q.2.in c.non existimemus. & c.animæ de-
functorũ. sed ita est ꝙ in parte quæ obuenit dicto Iacobo qui
postea decessit sine liberis, non dicitur superextare persona q̃
ex præsumpta mẽte defuncti excludat substitutum id est cau-
sam ordinatam à testatore in fauorem animę ipsius testatoris
quamuis superextaret dictus Rodulphus aut similes transuer
sales dicti testatoris. ¶Hoc probo per ea quæ notanter voluit
Ang.in l.precibus.C.de impu.& alijs substi.in 2.col.ibi dicit
4 † ꝙ licet regulariter substitutio pupillaris tacita nõ excludat
matrem, vt d.l.precibus,& l.fi.C.de insti.& subst. tñ fallit qñ
ex coniecturis contrarium appareret fuisse de mente testan-
tis: vt no.gl.magna in d.l.precibus.& latè Bar. & alii in l.2.in
prin. ff.de vul. & pupil. & inter cæteras coniecturas adducit
Ang.in d.l.precibus. vnum videlicet ꝙ si substitutio facta es-
set ad fauorẽ animæ testatoris: quia tũc tacita pupillaris sub-
stitutio facta ad fauorem animæ excluderet matrem; quia ve-
rosimile est qđ testator prædilexerit & præposuerit animam
suã cæteris rebus.l.præses.& qđ ibi no. C.de serui. & aqua.&
l.sancimus.C.de sacrosan.eccle.& c.cum infirmitas. de pe.&
d remis.cum similibus.& istud dictum Ang. sequitur etiã Pau.
de Cast.in d.l.precibus.[d] & reputat illud perpetuò menti te-
nendum.¶Ita ergo in proposito ex præsumpta mente testãtis
esse videtur potius quod quò ad patrem Iacobi vendicet sibi
locum substitutio facta in fauorem animę testatoris quàm
quod admittatur Rodulphus vel similes trãsuersales, qui ex
dispositione legis ab intestato successuri essent Iacobo si inte-
status decessisset: sicut in q.quam ponit Ange. in d.l.precib.
præfertur ex mente testantis tacita substitutio fauorabilis ani
mæ potius quã mater pupilli quę ab intestato successura erat
pupillo: quamuis regulariter ipsa mater consueuerit exclude
re tacitam substitutionem pupillarem, vt dictum est. ¶Ad cõ-
firmationem huius accedit qđ no.Bar.in rep.l.j. C.de sa.san.
eccl.in antep.col.in verbo citra ordinẽ. dũ dicit præferendũ
* esse fauorẽ animę fauori liberorũ * quinimò dato ꝙ fauor animę
nõ esset pferendus affectioni testatoris erga d.Rodulphũ: sed
qđ esset par affectus; tñ dẽt in pari cã affectionis præterri per-
sona substituta id est ars marangonũ, vt est casus in proposito
nostro in d.l.heredes mei.§.cũ ita.& ibi no.hoc Bar.ff.ad tre.
¶Fortificat Io. de Imo.in d.§. cum ita.circa pe.col.vbi voluit
ꝙ illud qđ dicitur ꝙ qñ facta est substitutio fideicommissaria
duobus descendentibus testatoris quibus datus est post mor-
tẽ eorũ Titius, qui est substitutus ad partẽ illius, eo quia su-
perest confrater qui ex præsumpta mente testatoris excludit
substitutũ: procedit qñ dicti instituti descẽdentes quib. datus
fuit substitutus fideicõmissarius fuerunt inuicẽ substituti; se-
cus si non fuissent inuicem substituti: tñ dicit probari in d.§.
cũ ita, à cõtrario sensu. ¶Et probat hoc p rõnẽ talẽ, videlicet
ꝙ qlibet institutus intelligit grauatus p fideicõmissum Titio
substituto fideicõmissario restituere partẽ suam tm̃, id est ip-
sius instituti decedentis sine liberis.nõ aũt intelligit grauatus
de parte cohæredis q̃ sibi relicta nõ est arg.l.sed si sit.§.fi.ff.de
leg.3.& l pater filiã.§.fi.in fi.ff.ad l.fal. ¶ Ergo cũ testator vo-
luerit vtroq; mortuo sine liberis substitutũ habere totũ; nisi
diceremus ꝙ eueniẽte cõditione substitutionis fideicõmissa-
riæ in psonã vtriusq; nõ deberet portio primo substituto: qa
vltimus nõ intelligit grauatus de restituẽdo p fideicõmissum
substituto illud qđ ad ipsum vltimũ puenit ex successione ab
intestato vel ex testõ ipsius primi decedẽtis sine liberis, ex quo
illud non habebat vltimus ex dispositione primi testãtis. qđ
no.p gl.& doc.in l.eũ q nouissimus.ff.ad Treb. & per doc.in
l.Marcellus.§.quidã liberis. eo.tit.sed ita est ꝙ filii dictorum
Frãcisci & Martini nõ fuerãt inuicem substituti, vt dixi supra
ergo mortuo vnó ex ipsius filiis sine liberis superstes nõ exclu-
dit substitutũ, secundum ꝙ dicit Io.de Imo.nõ tñ in hoc vlti-
mo facio principalẽ fundamẽtũ.¶Fortius voluit Pau. de Cas.
in d.l.si pater filium impuberẽ. ff.de vul. & pu.ꝙ illud quod
dicitur, ꝙ si eueniat cõditio substitutionis in persona primi
non admittitur si substituto superest alius institutus qui erat
de liberis testatoris, procedit solũ in substitutione pupi. vt in
d.l.cũ quidã.& ibi Bal.in qua substitutione tractatur de hære
ditate pupilli: qa vr̃ intentio testatoris fuisse cõseruare ius le
gitimarũ successionũ ab intestato inter ipsos impuberes qui
testari non valent: sed secus est in substitutione fideicõmissa-
ria in qua tractatur de successione testatoris: quo casu eueniẽ-
te conditione substitutionis in personam primi decedentis si
ne liberis debet indistinctè admitti substitutus per d.§.Caio.
qui indistinctè loquitur: & ita dicit Pau. de Ca.esse de mente
Bal.magis tamen placent superiora fundamẽta.¶Accedit etiã
ad confirmationẽ prædictorum istud quod no.dicit Nic. de
Neapoli? Mutarellis & Bal.in d.l.cum quidam. in vlti col.& sequũtur
5 ibi moderni: videlicet † ꝙ si testator duos filios instituit &
post mortem eorum decedentium sine filiis substituit per fi-
dei.Titiũ,& primus decedit sine liberis: & non instituit fra-
trẽ suũ q cũ eo fuerat institutus sed extraneũ, qđ tunc substi-
tus nõ excludit p existentiam d. fratris superstitis: qa præsu-
mit primũ testatorẽ solũmodò voluisse ꝙ vno ex dictis filiis
primò decedẽte sine liberis excludatur substitutus p existẽtiã
fratris superstitis: qñ primus sine liberis decessit ab intestato:
& sic qđ ab intestato superstes habet partẽ pcedẽtis intestati:
secus si decessit cõdito testõ in quo extraneũ instituit: qa fuit:
e nõ excludetur substitutus vt dixi in præal.l.cũ quidã. [e] col.3.
ff.de reb.dub.l.q duos.in prin.de vul.& pup. l.q duos. & ita
limitat d.l.cũ quidã. sed ita est ꝙ (vt verbo fert) dictus Iac. q
decessit non decessit intestatus, imò cõdidit testamẽtũ in quo
quartã partẽ tm̃ hæreditatis reliquit dicto Rodulpho, qui-
busdam aũt aliis reliquit residuũ: ergo nõ debet per superexi
stentiã dicti Rodulphi excludi dicta ars marãgonum substitu
ta & præsertim cũ nõ dẽt dici qđ testamẽtũ dicti Iacobi prin-
cipaliter fuerit conditum gratia d.Rodulphi, cui non maior
* pars relicta est: & sic non vr̃ esse in cõsideratione * qđ aliud re
lictum fuerit in testamẽto d.Ia.d.Rodulpho p no.Bart.& do-
cto.in l.cũ res.§.sed si culpa.ff.de leg.j.arg.l.si seruus legatus.
§.cum quis.eo.tit. Ex quibus omnibus concludo quod dicta

G ars ma-

ars marangonum debet admitti ex substitutione ad partem
hæreditatis Laurentii delatam Iacobo. Alex.de Imo.

ADDITIONES.

a ¶Partem.Bald.consi.403.In substitutione. lib.2. consi.271. Substitutio fideicommissaria.lib.3.Cor.consi.20.col.3.lib.4.Alex.consi.92.colum.2.consi.94.lib.3.consi.109.col.3.lib.7.Ias.l.quidam testamento.ff.de vulga.& pup.l.si quis ita stipulatus fuerit.ff.de verb. ob. Alex.in eo.consi.91.nu.7.

b ¶Secus.Alex.l.ex facto.§.1.col.6.ff.ad trebel.Soci.rep. l.cum auus.colum.j.ff.de condi.& demon.

c ¶Vtroque.adde Alex.in l.quamuis.in fi.l.pe. C.de imp. & ali.substi.l.quidam testamento.ff.de vulgar.& pupil.plenè dixi in nouis intellemeis c.41.super d.§.cum ita.

* Animæ testatoris.] Istud improbat Rui.consi.121.lib.3.quia dispositio legis,cum auus.Super qua est fundata.l.pen.C.de impub.militat contra ecclesiam. Natta.

d ¶Precibus.& ibi Alexan.Ias.col.5.Alex.l.moribus. in princ. col.fi.ff.de vul.& pup.& infra lib.2.consi.66.nu.2.& lib.3.consi.12.num.25.sed hæc limitatio est falsa, quia sicut ecclesia non vult succedere in præiudicium filiorum.17.q.4.c.fi.ita nec in præiudicium parentum, vt sentit Archi.in c.si pater.de test.in 6. & dictum Ang. limitandum est,vt procedat quatenus substitutio esset debita pro restitutione malè ablatorum,vt per Are.consi.154.Periculosum.in fi. Dec.d.l.precibus.nu.14.& ibi cor.col.2.Gui.Bene in rep.c.Raynucius. versi.si absque lib.more.2.num.98.

* Fauori liberorum.] Sed nunquid vltra legitimã faueatur magis causæ piæ,quàm liberis,vide not.Dec.ad l.licet.C.de pact. Alex.ad l.pactum,quod dotali.col.2.C.eod. Natta.

e ¶Cum quidam.col.3.C.de imp.idem Pau.ibi.Alex.consi.92. col.pen.lib.3.Et sic Decius.in d.l.cum quidem.col.fi. male attribuit Alex.contrariam opin.imò Alex.eandem opi.cum Bal.semper tenuit.

* Esse in consid.] Propterea vbi prælegata absorbent maiorem partem hæreditatis,idem iudicatur de prælegatis,quod de hæreditate; Bart. ad l.quid ergo.la 2.§.1.per illum tex.ff.de leg.1.& ad l.ex parte.§.intestato.ff.fam.ercis.& ad l.Marcellus.§.quidam liberis. ff.ad Treb.cũ similibus,vt ibi tradit Alex.col.2.versi.1.fallit. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua probanda est,si est fundamentum intentionis.*
2 *Decessisse sine liberis quis præsumitur.*
3 *Lex super facto præsumptionem inducit.*
4 *Pater præsumitur præcessisse, etiam si decedat simul cum filio.*
5 *Iuris idem est de parte quò ad partem,sicut de toto quò ad totũ.*

CONSILIVM XXXIX.

Viso themate de quo supra,omisso longo ver-
borum apparatu & adhærens ei
conclusioni quam puto veram : dicam & breuiter quod sen-
tio,& certè omissis non necessarijs. ¶Videtur mihi quòd licèt
1 alias† quando negatiua est fundamentum intẽtionis alicuius
teneatur ille causam probare,vt in l.hoc iure.& in l.ita stipu-
latus.versi.quid si ab initio.ff.de verbo.oblig.l.si quis consor-
tium.C.de fabri.lib.11.l.magis puto. §.non passim. ff.de re-
bus eorum.& plenè per Imo.& alios in l.2.C.de iure emphi-
2 teu.cum si.Tamen in q. proposita † quando aliquis est substi
tutus Titio sub hac conditione si decesserit Titius sine liberis
seu filiis mortuo Titio substitutus petat hæreditatem,allegãs
Titium decessisse sine filiis: certè qui velit hoc negare & alle-
gare Titium non decessisse sine filiis, habet necesse hoc proba
a re: [a] scilicet ꝙ tempore quo Titius decessit, habuit filios. hic
est tex.per quam literam ibi decidit expressè Bart.& Ange.in
l.ex facto.§.si quis autem susceperit.in fi. ff.ad trebellia. ¶ Et
idem tenuit Bart.in l.qui duos.§.cum in bello. ff.de reb.du.
vbi subdit ꝙ qui allegat aliquem decessisse cum liberis, eoip-
so ꝙ probatur eum decessisse, fundata est de iure communi in
tentio allegantis ꝙ decessit sine liberis, per d.§. si quis autem
susceperit.& facit secundum eum.l.spadonem. §.qui absolu-
3 tus.ff.de excusa. tuto. ¶†Nam etiam super his quæ facti sunt
lex quandoque præsumptionem inducit, in l.siue possidetis
cum glo.ff.de proba.in l.filium.cum simili.ff.de his qui sunt
sui vel alie. iur. & fingit etiam lex super his quæ facti sunt. l.
qui in vtero.& l.si.ff.de statu.ho.Et declarat Bart. in repe.l.si
is qui pro emptore.in 3.q.prin. ff.de vsuc. nisi quando extre-
ma non essent habilia, vt ipse declarat in eadem . l.in 5.& in
6.colum.vbi subtiliter respondet ad l.denique.ff.ex qui.cau.
maio. Et dicit Ange. in d.§.si quis autem ꝙ hoc est specialiter
inductum fauore fideicommissi seu fideicomissariæ substitu-
tionis ne pereat; & ita dixit fuisse de mente glo. in d.§.si quis
autem. in d.§.cum in bello : fatetur Ange. ꝙ tutius est facere
ꝙ iudex faciat discussionem in vicinia per exploratores refe-
rentes se inuestigasse & inuenisse ꝙ nullus filius remansit : et
vt no.Bart.in d.l.in illa.& ibi dicit Bart.in fi.ꝙ etiam si explo
ratores referrent se diligenter inuestigasse, & non potuisse cer
tiores fieri, præsumitur pro negante seu allegante liberos non
superextasse.allegat d.l.ex facto, §.si quis autem.qui est.§.pe.
¶Et sic tacitè videtur sentire Bart.in d.l.in illa.per tex.in d.§.
si quis autem,ꝙ intelligatur qñ facta fuit discussio per explo-
ratores referentes non apparere filios superuixisse. ¶ Sed vt
dicit Io.de Imo. in d.§.si quis autem. iste intellectus diuinat
ad illum text. vbi nihil de tali discussione dicitur & licèt Io.
de Imo.in d.§.si quis autem.sub dubio fortè dicat ꝙ ille tex.
in fi.est intelligendus qñ apparet patrem & filios decessisse si-
mul casu subitaneæ mortis, secus autem vbi separatim ex di-
uersis temporibus decessissent : quia tunc deberet ille proba-
re illam negatiuam qui ex ea vult se fundare per d.l. hoc iure,
cum si.tamen certè iste intellectus ad d.§.si quis aũt.versic.cũ
aũt.non vr̃ posse facere:quia secũdũ hoc ille versi.esset super-
fluus:quia hoc iã satis apertè dictũ erat in superiori ver. inci-
piente,sed si naufragio.¶Nec etiam prædictis obstat tex.in d.
4 §.cum in bello.† vbi ét quando pater & filius simul periere,
præsumitur patrem prædecessisse superstite filio. cuius con-
trarium videtur dicere tex.in d.§.si quis auté, versi.sed si nau
fragio.quia vltra ea quæ respondet gl.in d.§.cum in bello.po
test responderi qd tex.in d.§.cum in bello, loquitur quo ad
effectum resultantem ex dispositione legis, quæ quidem pro-
cedit ex æquitate secundum ordinem naturalem vt filius con
sequatur hæreditatem patris potius quàm econtra: vt in casu
d.§.cum in bello. nam quò ad hoc vt filius transmittat hære-
ditatem patris fingitur patrem prædecessisse. Sed tex.in d.§.si
quis auté, loquitur ex dispositione hominis id est testatoris.
Et hanc diuersitatem in materia facit Bart.in l.quod pariter.
ff.de reb. dub. ¶ Et propterea concludendo dico non esse in
iudicando recedendum ab authoritatibus tantorum virorũ
scilicet Bart.& Ang.Nec obstat ꝙ loquantur quando erat pro
bandum quem decessisse sine liberis, sed in casu nostro erat
probandum Martinum decessisse sine liberis excepto Iacobo
eius filio:quia respondeo quod inter casum nostrum & casũ
5 quem ponit Bart.& Ang.nulla est differentia:† quia idem iu
ris est de parte quò ad partem, quæ est de toto quò ad totum.
l.quæ de tota.in prin.ff.de rei vendi.& in l.qui scit. ff.de vsu.
quia illud quidem dicitur de probando quem decessisse sine
filiis excepto vno filio,scilicet Iacobo. vnde concludo funda-
tam esse quò ad prædicta intentionem agentium allegantium
Martinũ decessisse sine filiis excepto Iacobo. & Iacobum po-
stea mortuum esse sine filiis cum de morte tã Martini quàm
Iacobi non dubitetur.

ADDITIO.

a ¶Probare.Idem Alex.supra consi.20.in fi.Pau. consi.387.nu.4.lib.1.Ba.Soci.l.qui duos.§.1.ff.de reb.dub.Deci.consi.652.

CONSILIVM XL.

Vide in consilio 29. lib.4.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura diuersarum manuum suspecta est, nisi notarius attestetur.*
2 *Instrumentum debet esse scriptum manu notarij rogati ; & ab eo subscriptum. & nu.3.*
4 *Instrumentum vitiat repugnantia.*
5 *Testamentum ad pias causas si fiat, in eo sufficiunt duo testes.*
6 *Clausula codicillaris non operatur quando filius fuit ignoranter præteritus.*

CONSILIVM XLI.

Viso tenore allegati producti instrumenti testa-
menti quondam dominæ Thomasi-
næ Barnabenis, quòd quidem præsupponitur non fuisse scri-
ptum manu notarii in ea parte in qua factum est legatum
vsusfructus Syluestro Gregorii stadiorum 30. nec in ea par-

te in

te in qua relictus est vsusfructus Petro fratri ipsius testatis exceptis illis verbis positis in fine dicti legati ogni quantità che li toccasse. quæ verba æstimatur fuisse notarii, quamuis institutio hæredum & quoddam legatum relictum pro duab. virginibus maritandis: & illa finalis clausula quæ incipit actum in apotheca &c. sint de manu notarii. ¶ Puto esse de iure concludendum quod dictum legatum relictum fratri dicti testatoris & relictum d. Sylue. peti non possit per eos occasione dictæ scripturę testamenti & maximè ex infrascriptis cōiecturis. ¶ Et primo, † quia cum dicta scriptura testamenti sit
1 de manu diuersarum personarum scripta, & notarius non faciat mentionem quod sit de diuersa manu redditur suspecta, vt est tex. sing. in auth. de trien. & semi. §. et quod sæpe. col. 3. quem ita allegat Bal. & Sal. in l. cōtractus. C. de fi. instr. & ibi no. doc. & no. gl. fi. in c. cū venerabilis. de reli. do. & Spe. in ti. de instru. edi. §. instrumentū. ver. itē quod habet subscriptiones. & etiā not. gl. in l. fi. in ver. figura. C. de edi. diui. Adr. tol. & dixit ibi Bal. 14. col. talē scripturā ex hoc reddi falsam. & idē dicit Bald. in effectu. in l. si vnus. C. de testa. in vlti. col. & in l. nostram. in 2. col. eo. ti. & no. doc. in c. ex literis, de fide instr.
2 ¶ Secundò † quia instrumentum debet esse scriptum de manu
a notarii de eo rogati, non manu [a] alterius: vt habetur in auth. de tabel. §. nos autem. & ibi gl. in versi. ipsi per se not. Spec. & Ioan. And. in titu. de instru. edit. §. instrumentum. versi. item oppo. quod non est confectum per eum. & Bal. in rub. C. rub. de fi. instr. in 12. col. in versi. sed tamen hic dubitatur. expresse dixi quod notarius debet scribere protocolum [*] tantū de manu sua; & non per alium. & no. doc. in d. ca. inter dilectos. & Bal. in l. j. §. ne autem. C. de cad. tol. & Ang. in l. quædam. §. nihil. ff. de eden. & Io. de Imo. in c. fi. de offi. dele. Accedit quod no. Bal. in l. fideicommissa. §. fi. ff. de leg. 3. vbi dixit quod imbreuiatura notarii fidē faciat, si est in mundū redacta. adeo q̄ ibi nullum appareat vitium: allegat id quod habetur in auth. de tabel. §. pe. iuncta. l. contractus. in versi. in mundum. C. de fi. instru. sed dicta imbreuiatura non est huiusmodi. quia cū sit scripta manu diuersorum, & etiam partim manu illius qui nō erat notarius, qui quidem sint, patet ex iam dictis. ergo fidem non facit. ¶ Tertiò † quia scriptura notarii ad hoc vt fidē
3 faciat, requirit, q̄ sit subscripta manu conscribæ, [b] ut l. 2. C. de
b tabel. eo. ti. & gl. in auth. de instr. cau. & fi. in §. sed si instrumēta. & no. Spe. in ti. de instr. edi. §. breuiter. versic. j. & §. instrumentum. ver. item quod non est tabellio. & Ia. de Are. & Bal. in l. testium. §. si quis. ff. de testa. & An. de Bu. in c. j. circa prin. extra. de fi. instr. & ibi debet esse descriptum nomen ipsius tabellionis: vt dicit Spe. in d. §. breuiter. ver. j. sed hoc non est in dicta scriptura, ergo &c. ¶ † Quartò, quia in dicta scriptura
4 sunt repugnantia: quia ipsa scriptura in prin. est annotata sub die, 26. Ianuarij, non tñ de manu notarii, sed in fine de manu notarii est annotata sub die, 24. August. ergo aut oportet dicere q̄ scriptura propter repugnantiam & incertitudinem vitietur, vt no. Cy. in l. in exercendis, in 2. q. C. de fi. instr. & Bald. ibi. & no. Bart. in l. huic scripturæ. eo. ti. & etiam ibi Bal. c. imputari. de fi. inst. iūcto eo quod habetur in auth. vt præpo. no. Impera. post prin. Aut oportet dicere qđ non debet attendi il
5 lud qđ non est scriptum manu notarii: vt iam dixi. ¶ † Quintò quia in dicto testamento non interuenerunt nisi tres testes. & vnus presbyter parochianus: quo casu nullo iure sustineri pōt tale testamentū. s. quò ad dicta legata quę nō sunt ad pias causas facta. iuxta. l. si vnus. C. de testa. & c. cum esses. de test. tñ in hoc non facio fundamētum: quia audio q̄ in loco extat statutum q̄ coram tribus testibus possit fieri testamentū. & sic tunc esset discutiendum de illa dubitabili quæstione: an tale statutum valeat, de qua latè per Bart. & alios in l. cunctos populos, in 5. vel 6. col. de sum. Trini. & Io. An. in add. Spe. in ti. de instr. edi. §. compediose. in addi. inci. dicit Io. &c. cum suis multis concordātiis: tñ quia erat instituta ecclesia hæres quo casu sicut sustinetur principalis institutio facta ad pias causas
* coram duobus vel tribus testibus. c. relatū. de test. ita sustinemus legata [*] ibi relicta etiam laicis ad non pium usum, ut singulariter decidit An. de Bu. in c. quod clericis. de fo. compe. circa antepe. col. & Sal. in auth. cassa. in versi. non quæro. C. de sacrosan. eccle. ¶ Sextò quia in dicto testamento filius fuit à matre pręteritus: nec vlla de eo mentio facta est, ergo sic redditur nullum hodie postquam nulla est expressa cā in pręteritione. §. aliud quoq; c. iūcto. §. si autē hec obseruata. in auth. vt cum de app. cogn. omnes. in auth. ex causa. C. de lib. prete. & in l. filio preterito. ff. de iniusto test. ¶ Et si dicatur q̄ saltem legata debent firma remanere per dispositionem dictæ auth. ex causa. vel per dispositionem statuti prouidenter. vbi dicitur q̄ in quolibet testamento intelligatur adiecta clausula codicillaris: quæ operatur, vt valeat testamentum non obstante defectu præteritionis. vt l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicōmis. libe. l. si patroni. §. fi. ff. ad treb. secundū vnā lec est communis conclusio docto. in d. auth. ex causa. & in corpore vnde sumitur, & Bart. & aliorū in l. j. ff. de iure codicil. & per Spec. in ti. de instr. edi. §. compendiose. uersi. item uidendum per Bal. in l. Titia testa. & in l. fi. C. eo. tit. & in repe. l. in suis. de lib. & posth. & in d. l. filio præterito. cum si. ¶ † Responde-
6 tur ad hoc q̄ dispositio dicte auth. ex causa, non habet locum
c qn̄ filius fuit ignoranter [c] præteritus: prout dicitur in casu nostro: quia tunc ignorabat filium hunc uiuere sed putabat ipsum esse mortuum & propterea in themate narratur in legato relicto fratri ipsius testatoris, adiecta. n. illa uerba, per ogni quantità che gli toccasse &c. & q̄ illa dispositio auth. ex causa non vendicat sibi locum quò ad legata saltem non pia quādo filius fuit ignoranter preteritus, probatur. in §. si autem. alias est in §. siue igit in auth. ut cum de app. cogno. in uerbo falsis accusatoribus. & in vers. aliā circunstantiā. inducendo ut latè per Bar. in d. auth. ex cā. vbi hoc tenet ipse ēt Angel. & Pau. de Cast. ibi & Bart. Bal. & Ang. in d. l. filio præterito. & Bar. in repe. l. 1. C. de sac. san. eccle. in ver. secundo quæro an relicta ad pias causas irritentur ex causa præteritionis. & consuluit ita Bar. consi. 235. Lapus fecit testamentū. Bal. in rep. d. l. in suis. in 22. col. l. j. ff. de condi. Moderni & Ang. in l. j. in prin. C. de bo. pos. contratab. Ang. in l. miles codic. §. miles in supremis. ff. de testa. mili. & ibi refert q̄ ibi fuit orig. opi. Odofr. & eam etiam tenet Nic. de Mata. vt refert Bal. in d. auth. ex cā. maximè in 7. q. & in l. fin. C. de codicil. vbi ēt inducunt pro hoc. l. sicut certi. C. de testa. mil. & l. si unquā. C. de reuoca. dona. & l. pe. ff. de iure codicil. & idem etiam tenet Bal. & Angel. in l. uxore. ff. de manu. testa. & in §. aliud quoq; capitulū. in auth. ut cum de app. cogno. & Benedic. de Plūbi. in d. l. uxorem. & respondet ad allegata in contrarium: ut ibi latius per eos, qđ breuitatis causa non refero. Præsertim cum alia etiam sint potissima superiora fundamenta ad excludendos dictos legatarios. ¶ Non ob. etiam id quod dicitur de clausula codicillari subintellecta a statuto: quia posset responderi qđ Bart. in d. l. pe. de iure codi. in 6. q. dicit q̄ illa clausula operatur qn̄ prætertio filii facta fuit scienter, secus si ignoranter: quia non cogitauit seu non putauit filios habere, ad hoc adducit d. l. si unquam. C. de reuo. do. & l. cum uel in utero, C. de test. mi. iuncta l. 3. ff. de testa. mil. & ita latè concludit Bar. in d. consil. inci. Lapus. ubi respondet etiam ad l. si quis cum nullum. ff. de iure codici. & ad alia quæ possent allegari in contrarium. & idem tenet Bal. in l. si totas. C. de reuo. dona. ubi refert se ita consuluisse. & Bal. in l. si quis. C. de codi. & in l. qui filiabus, in prin. de leg. 1. & Ange. in l. idem erit dicendum. ff. de testa. mili. per illum tex. & Ange. in l. j. ff. de iure codici. & ita etiā quò ad casum nostrum tenet Pau. de Cas. in l. sicut certi. C. de testa. mili. & etiam tenet Ang. in consi. 364. incip. Petrus fecit suum testamentum &c. ¶ Non inficior quod nonnulli tenuerunt contrarium, ad quod fundamentum patet responsio ex notatis per Bal. proximè allegato consilio: tamen quia superiora fundamenta sunt tutiora, ideo uim facio in illis, concludens dicta duo lègata ex dicta scriptura testamenti non posse cum effectu obtineri per dictos duos legatarios. Alex.

ADDITIONES.

a ¶ Manu. vide infra eo. lib. consi. 129. & lib. 2. consi. 147.

* Debet scribere proth.] Idem dicit Alex. consi. 104. col. 2. lib. 7. per easdemmet auctoritates, & sequitur hoc Fel. ad c. inter dilectos. colū. fin. de fide instrum. vbi alleg. Ang. ad auth. de tabel. in oppo. versic. 4. videtur, quod sola subscriptio notarij sufficiat, & si nota non sit de eius manu, quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed vt det fidem gestis, quam satis præstat, se subscribendo. Ita tenet Alexand. consilio 14. libro 6. in 5. argumen. 2. partis. & latissimè columna fina. Et ad corroborationem faciunt plura deducta per Alexandro ad l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum obliga.

liga. colum. 2. & de hac q. vide Pau. Cast. consil. 209. Viso quodam instrumento lib. 1. & Franci. Are. ad l. penult. ff. de testamen. Et quòd in prothocollo subscriptio sufficiat, vult Dec. consilio 447. & vide Alex. ad l. quædam. §. nihil. ff. de edendo. Natta.

b ¶ Conscribe. ita habent omnia exemplaria, sed intelligendum manu notarij secundum ea quæ allegat. limita in antiquis & vbi esset periculum multorum, vt per Bart. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. col. fi. ff. de eden. An. Rub. consi. 10. in fi. Item fallit in priuatis scripturis vel qñ appositum est sigillum, Roma. consi. 303. Hæc scriptura.

a da, 3. q. 1. quod [a] competit cuilibet qui à possessione ceciderit sine iusta causa, tam pro possessione rerum ecclesiasticarum, quàm aliarum rerum quarumcunque secundum doc. magis communiter in ca. cum ad sedem. & in c. sæpe. de resti. spo. & Bar. in l. si coloni. de agri. & censi. & Ang. in consi. 157. incip. In prædicta q. vertente inter commune castri. &c. & notant Mode. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. posses. ¶ Et præsertim quando intentatur contra possidentem sine titulo prout in proposito nostro: nam possessio iunior quæ peruenit ad reũ conuentum præsumitur clandestina. c. licèt causam. de prob. no. Bar. in l. si duo in prin. ff. vti pos. & Ia. But. in l. incerti. C. de interdi. ¶ Ex hoc patet ꝙ non ob. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. & ad no. per Bar. in d. l. rem quæ nobis. in l. manifestissimi.

festissimi.§.sed cũ in secunda. C.de fur.quia loquũtur quando reus conuentus possideret cum titulo. ¶ Qui imò tenuit Ant.de But.& do.Abb.Moder.in d.c.sæpe.& nouissimi in d. l.rem quæ nobis.ꝙ etiam remedium d.c.reintegran. daretur contra titulo possidentem, prout etiam dantur plura alia remedia possessoria.l.fi.C.de edict.diui.& not.gl.in d.l.si duo. in prin.& ibi not.Bar.in versi.quæro quid si ille qui possidebat à me tibi. ¶ Sed pro nunc de hoc disputare non expedit, quia reus conuentus de aliquo titu. non probauit. ¶ Et dato ꝙ constaret ipsum reũ conuẽtum tanquã hæredem sui patris & aui paterni continuasse in possessione dictæ rei; tñ non per hoc diceret habere titulũ pro hærede qa titulus ꝓ hęrede nõ habet locũ in descendentibus qui sunt sui hæredes: vt in l.1. 2 §.fi.ff.pro hærede.gl.fi.in l.1.eo.tit. ¶† Ad ostendendum aũt ꝙ sit probatum de filiatione legitima & naturali prędictorũ. Præsuppono ꝙ interdum quæritur qualiter probetur quasi possessio filiationis, quæ qualiter vnaquęque probetur, vide Barto.in l.1.§.idem per contrarium.ff.de libe.agno.& in l.fi. de prob. nam dicitur esse probata quasi possessio filiationis si probetur ꝙ talis tractabat talem vt filium.l.1. §.1.& ibi hoc no.Barto.ff.de quæstio.& Barto.in l.non nudis.C.de proba.& in l.1.C.quorum bo.& ibi dicit Barto. ꝙ tantum aduocati faciũt duos articulos, vnum de proprietate filiationis in quo dicũt ipsum esse filium: alium de communi possessione filiationis, scilicet quod pro filio habebatur, reputabatur & tractabatur. ¶ Et sufficeret probare articulum quasi possessionis b filiationis: quia propter quasi possessionem trãsfertur[b] onus probandi contrarium in aduersarium: vt no.in l.non nudis. & in l.non epistolis.C.de proba.¶Idem si probetur quod cõmuni opin.Titius reputabatur filius Sempronij: nam hoc sufficit absque eo quod probetur ꝙ fuit tractatus à Sempronio tanquam filius:ita inquit Iac.But.in l.quidam. ff.de proba.al leg.l.cum delanionis.§.asinam. ff.de fundo instru. ¶ Et ideo dicit ipse ꝙ cauti aduocati faciunt tres articulos, vnum quod Titius est filius Sempronij natus ex eo & Berta eius vxore in domo sua vicinis scientibus.Secundum quòd Sempronius & Berta tractauerunt Titium vt filium. Tertium quod secundũ vulgi opi.reputabatur eorum filius. ¶Et si aduocatus non potuit vnum articulum probare saltem probet alium,& sufficit. ¶Et idem tenet Anto.de But.in ca.transmissæ. qui fi.sint leg. vbi dicit ꝙ sola communis opi. absque tractatu parentum sufficit,quia per hoc dicitur probare de fama.alleg.d.l.cum delanionis. & quia probatio filiationis de facili non est probabilis.l.Lucius.de cond.& demon.& hoc videtur esse de mente Bart.in l.1.C.quo.bono.prout supra retuli.¶Ad idẽ quod not.Barto.in l.de minore.§.si plurium. in vlti.col.de quæst. 3 ubi dicit † sola fama est sufficiens ad transferãdum onus probandi in aduersarium quando per famam vel communẽ opi. aliquis esset constitutus in quasi possessione alicuius qualitatis.puta seruitutis vel libertatis. l.si mater. C. ne de statu defun.l.2.C.si seruus aut lib.ad decur.aspira.lib.10. ¶Et magis debet sufficere talis probatio in possessorio in quo non requiruntur ita plenę probationes sicut in petitorio: vt plenè probat in d.l.1.C.quorum bonorum.¶Quomodo autem probe 4 tur † communis opi. vulgi credentis Titium esse filium Sempronij. dic ꝙ eò ipso quod testis deponit ꝙ ad omnibus cognoscentibus eos habebatur & reputabatur filius eius, vt not. Barto. in l.1.per illum text.C.de testib.& ibi not.idem Bald. in 10. quæst. ¶ Item si testis dicit se scire eò quia vicinus, dicitur reddere bonam causam: vt not. Bart. & alij in l.1.ff.si cert.pet.in suo tracta. de testib.& Barto. in l.de ætate.in 2.q. de mi.& Bald.in l.testium.in vlti.col.C.de testi.& in l.conuẽticulam.C.de epis.& cleri.& Lud.Roma.in l.1.in 7.col.C.de seruis fugi.in auth.quas actiones.ad fi. C.de sacrosanc.eccle. & Anto.de But.in c.literis, de præsumptionibus.arg.c.quosdam.& c.quanto.de præsum.& d.l.si vicinis.C.de nu.¶Et ad hoc facit, quia ratio reddita à teste debet reduci ad ipsum actum vt concludat si secundum sanum intellectum concludere potest: vt not. Bald.in l.2. C.de tempo.ap.vbi ponit de teste qui deponit Titium esse maiorem 25.annis.& dicit se scire quia recordatur de die natiuitatis suæ. ¶ Et vide etiam in proposito Sal.in l.ea quidem.C.de acc.dum tractat de fama, in versi. 3. circa idem quæro &c. vbi vult ꝙ satis est quod ratio testis implicitè inferat ad veritatem dicti,licèt non explicitè: vt ibi latè per eum. ¶ Nec est curandum etiam si dicti te-
5 stes essent singulares:† quia ad probandum communem opi.
c & famam[c] non nocet esse singulares testes, vt not. Bart.in d.l. de minore, ver.sed quid si testes diuersi &c. post Inno.in cap. qualiter & quando,de accusa.& Spe.in tit.de inquisi.§.nunc tractemus.ver.super probatione autem &c.& Bal.in l.1.C.de test.per no. in l.ob crimen.§.fi.ff.de test.cum si. ¶Non obstat etiam quod not. Bart.in l.filium.de his qui sunt sui.dum dat practicam ad probandum filiationem quod si quis putaret ꝙ Barto.& do. ꝙ omnia prædicta ibi per eum posita copulatiuè probari debeant,falleretur:nam non dubiũ ꝙ sufficeret probari de veritate filiationis & de veritate matrimonij * contracti inter parentes absque eo quando probaretur alius tractatus, & communis opinio vel quasi possessio: quia præualet proprietas filiationis ipsi quasi possessioni. c. cum dilecti. de causa pos.sed Bart. & doct.tradunt illam practicam ad cautelam,vt quia si vnus articulus non probabitur,sufficiat ꝙ alius probetur.& hoc patet ex not.etiam per Bart.in d.l.1.C.quo. bon.& in l.1.§.1.ff.de q. & hoc modo intelligẽdo Bart.in d. l.filiũ. s.ꝙ loquatur ꝙ illa de necessitate non sint omnia copu latiuè probanda, sed alternatiuè: tunc erit ibi decisio pro nobis.s. ꝙ sufficiat probari ꝙ iste tenebatur & reputabatur filius ab omnibus agnoscentib.eos.¶Non obst.ẽt dictũ Iac.in l.j.ff. de proba.vbi dicit ꝙ si factus est articulus ꝙ Titius fuit filius Sempronij & ꝙ probantur accidentia, puta fama:& ꝙ parentes sic volebant & tractabant eum vt filium, per hoc non est probata filiatio.& idẽ refert etiam Bald.in l.non nudis. C.de prob.& reprehendit Iac.Bu.& bene.& dato ꝙ esset verum dictum Iac.Bu.tamen nõ facit ad propositum, quia ibi fuit vnũ capitulatum & aliud probatum:ideo probatio rueret:sed hìc fuit capitulatum id quod fuit probatum. s. ꝙ reputabantur filij &c. ¶Prætereà dico ꝙ dictum Iac.Bu.corruptè allegatur: nam non ponit illud in l.1.ff.de proba.sed in l.quidam.eod. titu.vbi dicit totum contrarium eius ad quod allegatur.nam dicit ipse, quid si dico me filium, & probo ꝙ Titius & Berta me tractauerint vt filium,an debeo obtinere.Et arguit primò ꝙ non: quia non probaui intentionẽ meam. posui enim proprietatem & probo possessionem: tandem concludit ꝙ imò prodest talis probatio: quia quoties est possessionis quęstio & proprietatis, iudex ex suo officio potest videre cui incumbat onus probandi & illi iniungere.l.si quis liberum.& in l.cum de ætate.ff.de proba. vnde si iudex cognoscit ꝙ ego probauerim quasi possessionem filiationis *, iniunget onus probandi aduersario,& si nõ probabit ego ex quasi possessione obtineo. l.si filius.eo.tit. ¶Item non ob.si dicitur ꝙ requirebatur probari de fama cũ tractatu paterno, vt no.Ant.de But.in c.transmissæ,qui filij sint legi. quia cum supportatione domini consultoris Ant.de Bu. ibi dicit totum contrarium, vt clarè videre poteris. ¶ Item dico ꝙ septimus testis in causa productus probat: nam deponit se vidisse separatim habitare dictam domum antequam dictus magister Petrus inceperit eam tenere & possidere. ¶ Nec ad hoc obst.responsio data per dominum consultorem dum dicit ꝙ per hoc non est probata possessio necessaria: quia etiam conductor habitat.l.si quis domum.& l.habitatores.ff.loca.& tamen non possidet.l.si quis ante.& l. de eo.§.fin.ff.de acquir.poss.quia ad hoc respondeo,quòd eò
6 ipso † ꝙ testis deponit ꝙ aliquis detinuit rem dicitur probare de possessione quæ infertur ex illa detentione facti, vt not.
d in l.stipulatio ista.§.hi.aliàs hæc quoque.[d] ff.de verbo.obli. nam cum testes debeant deponere solùm de eo quod cum sensu corporis percipiunt.vt l.qui testamento.§.fi.ff.de test.& in authen.de hære.& fal.§.si verò absunt.& l.testium. ff.de test. ¶ Nam non potest deponere nisi de detentatione & actu facti, ex qua præsumitur possessio quæ est iuris, vt not.7.q.1.c. Pontifices.& not.do.in c.cum ad sedem. de re.spo.& Pau.de Leaza.in commento.c.literis.in 2.col.eo.tit. vbi ad hoc allec. glo.in d.§.hi.qui.& idem Bald. in l.data opera.in 18.col. C. qui accusa.non poss.& in l.1.in vlti.col.C.de ser.fugi.& in l. penul.in 7. colum. C.de exce.rei iudi. & in sua disputatione incipi. Accusatus de vi turbatiua. in penul.colum.& in titu. de pa. Constan. in versic. recuperauit. Aliàs enim nunquam quis posset sufficienter probare in interdicto vti possidetis: in quo etiam non sufficit detentio. l. si duo. §. creditores. ff. vti possi. ita dicebat Barto. in §. hi qui. cum quo concordat Anto.

Anto. de But. post Ioan. And. in c. licèt causam. de proba. in princip. vlti. car. & per Imo. in l. inter pares, ad fi. ff. de re iud. & in d. c. cum ad sedem, in versi. ad quintum &c. & Bald. in d. l. solam. in 3. col. ¶ Quantùm autem ad vltimam partem. s. præsumptionis allegatæ non insisto: quia cum testes non deposuerint de idẽtitate temporis confirmatæ possessionis, adeò ꝙ sint contestes de eodem tempore initij possessionis, nõ potest dici esse probatum sufficienter possessionem requisitam ad præscriptionem 30. ann. vt not. Bart. in l. Celsus. ad fi. ff. de vsuca. & Bal. in l. fi. in 15. col. C. de edi. diui. & Ant. de But. in c. licèt causam, de proba.

ADDITIONES.

a ¶ Quod. vide infra lib. 3. consi. 6.

b ¶ Transfertur. Sali. l. non epistolis, in fi. C. de proba. Salice. Iasl. l. neque professio. C. de testamen. Soci. consil. 39. consil. 89. colum. 2. lib. 1. Cur. senior consi. 17. colum. 4. Matth. Afflict. deci. Neapo. 25. Alci. tract. de præsump. parte 3. num. 5. Ang. consi. 87. pro decisi. in fi. Feli. c. per tuas, conclu. 2. de proba. Deci. consi. 54. dixi super consuetu. Parisi. §. 122.

c ¶ Famam. Vide q. Tholo. 380. Feli. c. cum oporteat. de accu.

* Et de veritate matrimonij.] Non sufficit probare filiationem, nisi etiam probatur matrimonium; Alberic. ad d. l. si vicinis. Abb. ad c. peruenit. qui fil. sint legitimi. Deci. consi. 471. Ias. consi. 106. lib. primo. Salic. ad d. l. 1. col. pen. C. quor. bono. Ruin. consi. 63. col. pen. lib. 2. Alexan. consi. 74. in prin. infra lib. 2. & consi. 25. col. pen. lib. 4. Bald. ad l. filium. col. fi. versi. item nota ꝙ non potest. Sed in contrariam discessit sententiam Dec. consi. 54. col. pen. Natta.

* Filiationis.] Quòd probatio possessionis non probet filiationem, Ias. ad l. neque professio. col. 2. C. de probat. & consi. 106. in fi. lib. 1. Afflict. ad constitu. Regni, Exceptiones. 1. no. Bal. consi. 180. mortuo filio. lib. 3. Pau. Cast. consi. 434. Respondeo per ordinem. dub. 1. lib. 1. Dec. consi. 321. col. pe. versi. 3. etiam respondetur. Natta.

d ¶ Hæc quoque. idem Alex. Ias. ibi Alex. infra eo. lib. consi. 133. Cor. consi. 251. col. 1. Fel. c. cum causam. col. 5. de testi sed non puto verũ, nisi etiã afferat possidere vel ꝙ detinebat proprio nomine, vel alias excludendo nudam detentionem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum debet accipi prout minus derogat iuri communi.*

2 *Statutum sic debet accipi, etiã impropriando, vt seruetur mẽs, & vitetur absurdum.*

3 *Statutum de immobilibus, non extenditur ad vsumfructum.*

4 *Statutum ꝙ licet consorti retrahere non habet locum in necessaria adiudicatione insolutum.*

CONSILIVM LII.

Viso themate & statutis duobus, videlicet statuto sub rubrica de cogẽdo debitorem ad soluendum, & statuto de prohibita alienatione rei cõmunis irrequisito consorte, necnon viso elegantissimo consi. celeberrimi do. domini Othonis de Nicolinis de Florentia qui adeò subtiliter & copiosè in ea consultatione elaborauit; vt alijs nullus ferè dicendi locus relictus esse videatur, vt sit potius ei subscribendum & approbandum quã addendum esset. ¶ Tamen ne ad rem incognitam accessisse videar, eandem conclusionem domini consultoris paucis infrascriptis comprobabo. ¶ Prætermissa disputatione validitatis dicti secundi statuti sub rubrica de prohibita alienatione rei communis irrequisito cõsorte, quoniam pro constanti ponẽdum est statutum valere, vt et concludit præfatus dominus cõsultor, & videtur de hoc casus in c. constitutus. de resti. in integ. quem ad hoc alleg. Bal. & Sal. in l. 1. C. communi diui. & Bal. in rub. C. res inter alios acta. ¶ Quòd igitur statutum prædictum sub rubrica de prohibita alienatione, maximè in verbo quilibet insolutum accipiens &c. non videtur arctare dictos creditores qui iudicialiter acceperunt insolutum domum & bona * debitoris sui ad vendendum dicta bona prædicto Ant. cõsorti dicta cõmunione mediante, probatur, quia dictio insolutum, de iure appellatur quando debitor sponte creditori dat rem pro aliquo debito; vt l. precij. C. de rescin. ven. l. eleganter. in prin. & ibi no. ff. de pig. ac. l. eum a quo. C. de sol. l. si prędiũ. C. de eui. qñ verò assignatur, iudicialiter res debitoris creditori habenti eam obligatã res illa adiudicatur creditori. l. à diuo pio. §. si pignora. & ferè in omnibus sequentib. ff. de re iud. & l. fi. C. si res alie. pig. data sit. ¶ Nec ob. ꝙ statutum sub rubrica de cogendo debitorem ad soluendum &c. videatur istam iudicialẽ assignationem appellare donationem insolutum, & etiam quanuis ita se haberet communis vsus loquendi; tñ hoc non facit quin dictum statutum sub rubrica de prohibita alienatione &c. in ver. quilibet insolutum accipiens &c. nõ debeat restringi ad dationem insolutum factam

1 sponte à debitore creditori, quod patet: † nam statutũ debet largè vel strictè intelligi secundũ ꝙ minus derogat iuri cõi & iuri tertij, et si oporteat verba impropriari. ita probatur in c. cum dilectus, de consu. & illum tex. ad hoc ibi ponderat Ant. de But. & Io. de Imo. in no. ¶ Sed non est dubium ꝙ si verba dicti statuti in d. ver. quilibet insolutum accipiens &c. solum intelligantur in datione insolutũ facta a debitore sponte dante creditori insolutum & non in iudiciali adiudicatione, minus derogant iuri communi, & minus offendunt ius tertij. i. creditoris cui ex adiudicatione est acquisitum ius, quam si cõprehendant dictam adiudicationem, ergo debet interpretari statutum in dationem insolutũ sponte factam à debitore creditori. vnde potius intelligatur statutum de illa quæ facta est sine decreto iudicis, quam de illa in qua interuenit decretum iudicis; cum illa sit firmior & magis suspicione careat. l. 1. C. de præ. cur. & quod ibi Barto. l. non est verosimile. in prin. ff. quod met. cau. & per id quod no. Spec. in titu. de emp. & ven. §. nunc dicendum. el j. ver. hoc autem scias. cuius dictum sequuntur magis vbique doc. & quia est magis necessaria acquisitio: ideo magis fauendum est, vt in authen. hoc si debitor. C. de so. & ar. l. si fideiussor. §. si necessaria. cum si. ff. qui satis. cog. ¶ Secundò confirmo per ea quæ not. Barto. in l. non dubium. C. de leg. & in l. omnes populi, in 6. q. prin. ff. de iust. & iur. in vers. iuxta pręmissa quęro. quid si in statuto est aliquod

2 verbum &c. vbi voluit † ꝙ si verba statuti possunt accipi duobus modis. s. propriè & impropriè, quanuis regulariter debeant accipi propriè, vt l. 1. §. is qui nauẽ. ff. de exerci. & l. non aliter. de leg. 3. tñ fallit si aliter appareat esse de mente statuentis, vt in d. l. non aliter. de qua mente diceretur apparere vbi si assumeremus verba secundum propriam significationem statutum cõtineret absurditatem vel iniquitatẽ: nã tunc accipiẽtur uerba secundũ impropriã, & nõ secundũ propriam significationem, per l. in ambigua. ff. de leg. & l. scire. §. oportet. de excu. tuto. uel qñ ratio statuti repugnaret, quia ratio statuti est mens statuti. l. cũ mulier. la j. ff. sol. mat. no. in l. cũ tale. §. falsum. ff. de condi. & dem. & per Dy. in c. fi. de re iu. in 6. ¶ Sed ita est ꝙ si intelligeremus dictũ statutũ in uer. quilibet accipiẽs insolutum &c. in eo cui facta est adiudicatio insolutum continere posset maximã absurditatẽ & iniquitatẽ. s. ꝙ creditor q accepit res debitoris insolutũ secũdum æstimationẽ factã per æstimatores iudicialiter electos secundũ formã statuti sub rubrica de cogendo debitorẽ ad soluendũ &c. cogeretur

a poltea vendere consorti pro eo precio [a] quo æstimari contingeret per nouos æstimatores eligendos secundũ formã statuti secũdi sub rub. de prohibita alienatione rei communis: & sic si æstimatores isti vltimi minus æstimarent quam primi, etiã nulla secuta varietate aut mutatione statuti rei sui qualitatis temporum sequeretur absurdum & iniquum ꝙ creditor necessariò veniens ad accipiendum adiudicationem bonorum debitoris pro legitima æstimatione sentiret damnum sine culpa sua, & sibi in effectu non remaneret satisfactum de debito. Accidit ne quis indebitè patiatur damnum, & statutum generaliter loquens restringitur, vt not. in l. fina. §. in computa. C. de iure delib. ar. l. 2. C. de nox. c. in reintegranda. 3. q. 1. not. Barto. in d. l. omnes populi. in 6. q. princip. ¶ Tertiò moueor, quia dato ꝙ dictum statutum in versi. quilibet accipiẽs insolutum &c. intelligatur de datione insolutum facta à parte parti sponte. Et sic accipiendo prout propriè accipitur de iure communi non redditur ille versiculus superfluus, & per dicta in prin. eiusdem statuti. quod ostendo: quia statutum in superiori parte prohibet alienari vel concedi non solum rem ipsam immobilem quæ dicitur res corporalis, sed etiã vsumfructum, vsum vel habitationem, quę dicuntur iura incorporalia. l. 1. ff. de rerum diui. & instit. de rebus corpo. & incorp. & propriè talia iura dicũtur esse tertia species inter bona mobilia & immobilia: ut in terminis probat dominus Abb. in c. nulli. de reb. eccl. non alie. bene faciunt not. per Bald. & Ang. in l. si constante. §. fi. ff. sol. mat. & per Ang. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad tre. & per Bald. in c. 1. in fi. in prin. in titu. de pace tenen.

tenen.& per Spe.& Io.An.in ti.de fruc.& interesse.§.scias.cũ suis concor. ¶Et q ea quæ non sunt corporalia sed incorporalia non dicātur propriè mobilia nec immobilia voluit Bal.
3 in c.fi.da cog.feud. & Lapus allegatione sua 91. ad fi.†sed statutum in præallegato ver.quilibet accipiens insolutũ &c.prouidet specialiter in datione insolutum facta de bonis immobilibus. vt talis acquirens teneatur bona ipsa immobilia ven
b dere consorti, non aũt vltra idẽ esse de vsufructu [b] vel vsu aut habitatione, quæ quidẽ tanq̃ iura æque incorporalia sunt tertia species, vt dixi meritò cum dictus versi.sit specialis quò ad dationem insolutũ superior verò pars sit generalis debet quò ad dationem insolutũ superior obseruari, & attendi iste versiculus.l.sanctio legum.ff.de pœnis.l.alimẽta.§.basilicæ. ff.de
4 alimen.& cib.lega.l.doli clausula, cũ fi.ff.de ver.ob. ¶†Quartò, quia cõstat quod statutum in sui prima parte dũ loquitur generaliter de omni alienatione non apprehendit dationem insolutum quę fieret à iudice, quia loquitur in alienatione facta voluntariè per alienantes, vt patet ex illis verbis dum statutum dicit, nisi quia alienare voluerit &c. sed ista alienatio q̃ fit per dationem insolutum nõ est voluntaria in ipso dño rei: quia iudicium redditur in inuitum. l.inter stipulantem. §.j. ff.de ver.ob.l.quoties.in prin. ff. de nox.in c.cũ inter.& c.fi. de exce. ¶ Sequitur ergo q casus nr̃ in aliqua parte statuti nõ intelligitur comprehensus, & per consequens remanet in dispositione iuris cõis.l.commodissimẽ.ff.de li.& posth.l.si seruum. §. non dixit prætor.ff.de acquir.hære.l.si extraneus.ff. de condi. ob. causam secundũ quam proculdubio non cogit dñs & possessor alteri ẽt consorti vendere.vt l.1.C. cõi diui. ¶Quintò, quia ex præmissis apparet negari non posse q̃n res sit dubia, ergo in re dubia pro reo iudicandum.c.ex literis, de proba.c.fi.de re iudi.l.inter pares.ff.de re iudi. Ex quibus omnibus cõcludo videri tutius esse qđ dictum statutũ hoc casu locũ non hēat vbi non appareat dictũ creditũ, & subsequẽter dationem insolutum factam fuisse in fraudem dicti statuti.

ADDITIONES.

[a] Et bona.] Vide tamen Ang.qui videtur sentire oppositũ consil.243. Multi consortes. Et an appellatione venditionis, veniat datio insolutum, vide Ias.consi.150.& consi.seq.lib.4. Dec.consi.308. & consil. 18. De prædictis etiam ponit Alexan.ad l.si quis cum aliter.ff.de verborum oblig.col.5.vbi tangit, an l.2. C. de rescind.ven.procedat in adiudicatione. Et vide etiam de istis Dec.consil.160. colum.2. Ias. ad l.cætera.§.sed si parauerit.8.no.ff.de lega.1. Bertach.in tracta.de gabel.8.parte vbi loquitur de gabellis contractuum. Præterea vide quæ de datione insolutum scripta reliquit Afflict.decisi.191. Et dationem insolutum, esse similem venditioni tradit Dec. consil.558. circa princip.& plura consil.586.colum.2.Et ad propositum eorũ, quæ tangit Alexan.hic, vide Opizo.ad §.Diui.colum.76.Et de hoc articulo latissimè per Tiraquel. in tracta. de vtroque retractu. fol. 297. Natta.

a ¶Eo pretio imo semper intelligitur eodem pretio, & dicendũ quòd Alexan.malè consuluit per ea quæ scripsi in consuetu. Parisi. §. 13. glo.5.num.9.versi.amplia 7.& §.22.num.12.num.14.

b ¶Vsufructu.idem sentit do.And.Tiraq.in consue. Picta.de retrac.§. 1.glo.7.num.58.cum seq.Et ita firmaui super consue. Parisi.§.81.qa in his quæ cum persona finiuntur cessat finalis ratio consuetudinis.

SVMMARIVM.

1 *Liber rationum tantùm semiplenè probat nisi ex statuto.*
2 *Testis probat licèt non deponat de tempore.*
3 *Testes concludere sat est per verisimilia.*
4 *Testes concordare sat est in principali facto.*
5 *Iuramentum in supplementum deferri potest etiam parte non petente.*
6 *Iuramentum in supplementum defertur etiam ex præsumptionibus.*

CONSILIVM LIII.

In causa vertente inter Michaelem Cõtroli ex vna parte agentem & Thuram de Cardelis seu Iac.de Bonagratijs procuratorio nomine eius ex altera se de
* fendentem. ¶Præsupposito q agitur ex concessione facta* precario per ipsum Michaelem ipsi Thuræ de nonnullis planetis seu vigore consensus præstiti per dictum Michaelem Danieli vt super dictis planetis penes dictum Danielem existentibus ad instantiam dictæ mulieris mutuaret dicto Thurę florenos 20.auri sub vsuris, quod in effectu ad idem tendit.probantur hæc in l.Lucius.de dona.in l.1.ff. de preca. cum ibi no.& quod habetur & not.in l.in commodato.§.sicut.ff.cõmo.& Bar.in l.1.in fi.eo.tit.& quod idem no.in l. Aquilius. ff. de dona. ex quo infertur dictum Thuram teneri quandocunq; ad voluntatem dicti Michaelis reluere dictas planetas & liberare eas ab obligatione prædicta: cum quandocunque & ad beneplacitum concedentis precarium reuocet. d.l.1.ff. de preca.& l.2. in prin. ff. eo. tit. alias enim sequeretur dictũ Thuram locupletari cũ aliena iactura, quod est absurdum. l. si me & Titiũ. ff. si cer. pet. de condi. inde.l.nã hoc natura.de
1 reg.iur.lib.6.c.locupletari.¶†Et ad prædicta probanda inducit primò dictus Michael libros Hebræi videlicet Danielis p̃dicti, vbi hoc apertè continetur, quę scriptura, quanq̃ de iure cõi non faciat nisi semiplenã probationem iux.no.per glo.& doc.in l.admonendi.ff.de iureiu. & in l.in bonæ fidei. C. de re. crc.& no. per glo.& do.in l.quædam. §.nummularios. ff. de eden.& ibi Mar.& Iac. But. vt refert Bar.ibid. & Bald.post Iac.But.in l.1.C.de eden.& in l.instrumẽta.C.de prob.& plenius, in rubri.C.de fi.instru.& Ioan.And.in addi. Spec.in ti. de instr.edi.§.restat.in addi.super versi priuatorum.& per cõsequens in eius defectum põt suppleri per iuramentum. Attamen vigore capitulorum seu priuilegiorum cõcessorũ libris Hæbreorũ de quibus in actis, dictis libris adhibetur plena fi-
* des. * & integram faciunt probationem vt in illis priuilegijs
a continetur quæ priuilegia tribuentia plenũ robur priuatæ [a] scripturę certũ est tenere: vt firmat Bal.in l.cunctos populos, in 14.col.C.de sum.Tri.& in l.1.ad fi.C.de eden.& in l.quoties. C.de iud. sicut & hoc potest operari cõsuetudo tex.in c. cùm dilectus.de fi.instru.& in c.2.de proba.& qđ no.Io.An. de instr.edi.§.compendiosè.ver.sed nunquid de consue. ¶ Et ad probationem prædictorum ẽt inducit quinq; testes deponentes de confessione dicti Thuræ in p̃sentia dicti Michaelis sponte promittentis & confitentis se obligatum esse ad reluitionem dictarum planetarum. ¶Et maxime secundus testis q̃ vocatur Christophorus Parolarius qui dixit, q dictus Thura dixit d.Michaeli, nõ ve dati maleconia ch'io son di sposto rescodere quelle planete.& licet ibi non sit aliqđ verbum promissum, videlicet io te prometto rescodere: tñ talia verba in-
* ducunt probationem, licèt non obligationẽ,* vt declarat Bal. in l.contractus.C.de fi.instr.in 5.col.ver.quæro circa secundam profectionem &c.¶Non.n.est præsumendum q Thura protulisset dicta verba nisi ad hoc fuisset obligatus: cum nemo presumatur velle iactare suum.l.cũ de indebito.de prob. l.eleganter. §. qui reprobos. de pi.ac.l.si cum aurum. de sol.
2 ¶†Et licèt dictus testis non deponat de tpe, quia non fuit interrogatus, tñ probat: vt no.gl.& Bar.in l.2.§.idem Labeo.ff. de aqu.plu.arcen.& plenè in l.testiũ. C.de testi.& Inno.in c. qualiter & q̃n, de acc.& qđ no.in c.cũ causam.de testi. & Sal. in l.p̃sbyteri. C.de epis.& cler. ¶Et similiter Iac.Manfredi dicit se audiuisse dictum Thurã dicẽtem dicto Michaeli: como io ho venduto q̃lli morsi te restituero quelle planete.¶Et idẽ in effectu dicit Thomasinus de la Vecchia q̃ dicit se audiuisse dictum Thurã dicentem Michaeli, io ho vno paro de manzi à Butrio, io li faro venire & si li vẽderò, & rescoderò le planete.& q dictus Michael tũc r̃ndit tiene si fatto modo ch'io te possa seruire vn'altra volta.& sic de alijs testib. q̃bus quãta fides adhibenda, arbitrio iudicantis relinquitur.l.3. §.eiusdẽ ff.de testibus.ibi, tu magis scire debes &c. quod magis apertè declarat Bal.in d.l. testium.& quod no.Bar.in l.Lucius. ff.de infa. Ex qua cõfessione inducitur plena probatio si præsente parte fiat.l.cum te.C.de trãs.& l.cum de indebito.in fi. ff. de proba.plenè no.in auth.de test.§.& licet.col.7.& in l.1.in fi. C.de interrog.ac.& in c.ex parte.de confes.& in ca.si cautio. de fi. instru. ¶ Nec ad hoc ob. si diceretur q nõ deponunt de identitate planetarum, & per consequens cũ non dicãtur necessariò concludere & probare nihil releuent.ar.l.nõ hoc.C. vnde cog.& in l. neq;. C.de proba.quia r̃ndetur q pluralitas planetarum neq; rerum nunq̃ præsumitur nisi probetur. l.q̃ habebat.ff.de reb.du.no.in l.eũ qui. §.in popularibus. ff. de iureiu.& Iac.Bu.& ibi Bal.in l.fi.in fi. C.de reb.cre.& Bal.in
3 d.l.neq;.natales. ¶ † Sufficit enim q testes concludant p verisimilia

risimilia, licet non per necessitatem. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. & §. item in criminali. & qd habetur in c. in nra. de test. & qd notabiliter voluit Bar. in l. 2. in fi. ff. de fur. cum fi. ¶Et cui dubium ꝙ testes prędicti verosimila dicunt & deponunt vt vnicuiq; rectè intelligenti patet: ergo &c. ¶Imò ēt ex pręsum* ptione* tam legis ꝗ hominis peruenitur ad diffinitiuam, non tantum in ciuili sed etiam in criminali. c. afferte. de præsum. & qd no. in l. excusationem. in prin. ff. de excu. tuto. plenè per canonistas. in c. quia verosimile, de præsum. Cy. & Bal. in l. siue possidetis. & in l. fi. C. de prob. & quod no. Bar. in d. l. 2. ff. de fur. ¶Nec ob. prædictis etiam si testes dicerentur singula-
4 res, † quia sufficit ꝙ testes sint concordes in principali facto licet sint discordes in aliquibus circunstantijs vel qualitatib. vt no. per gl. in c. dudum. in ver. siue. de conuer. coniug. & in gl. in c. cum ecclesia sutrina. in ver. vacillasse. de causa poss. & proprie. plenè in c. nihil, de verb. sig. & Bal. in rub. de contro uer. inue. & in l. de quibus. de legibus. & in l. testium. C. de testi. & latè per Pau. de Leaz. in q. sua incipiente contra instrumentum debiti opponitur. ¶Præterea, vt s. dictum est, de iure cōi liber Danielis productus facit semiplenam probationē, ergo ēt si sumamus vnum testem tm̄ qui facit semiplenā probationem: qa vna imperfecta probatio iungitur cum alia, & faciunt plenam, c. fi. de succ. ab inte. c. 1. de appel. no. per Bar. in l. admonendi. præallegata. & in l. in criminibus §. idē Cornelio. ff. de q. & Bal. in auth. rogati. C. de test. cano. in c. cum venisset, & in c. licet ex quadam, de testi. ¶Ergo ēt præsupposito quia testes essent singulares plenè probatum est: & maximè cum dictus actus confessionis sit actus reiterabilis: quo casi nunꝗ possunt dici testes singulares, vt no. glo. in d. l. ob carmen. §. fi. de testi. per Inn. in c. qualiter & qn̄. de accu. & in d. c. licet ex quadam. de test. Quinimò & vigore dicti priuilegij concessi largissimè libris Hebræorum plena fides eis adhibē-
5 da esset; vt s. dixi. † vltra quæ ēt pōt deferri iurm̄ in defectū semiplenæ probationis iuxta materiam. d. l. admonendi. & c. fi. extra. eo. tit. ¶Et hoc pōt facere iudex ad veritatem eruen-
* dam, ēt si a patre nō petatur,* per l. vbicunq;. iuncta gl. de interro. ac. & no. Bal. in l. actor. in prin. C. de proba. ēt p conclusionē in causam. vt refert d. Ant. se consuluisse in c. 1. de iud. per c. cum Io. de fi. instr. & c. per tuas. de test & per l. generaliter. §. 1. C. de reb. cre. qd dictum ēt tenet Io. de Imo. in d. c. j. de iudi. ¶Quod iuramentum ēt ante conclusum in causa pe-
6 titum est pro parte dicti Michaelis † quod quidem iuramentum non tm̄ deferendum venit vbi est semiplenè probatū sed
b etiam [b] vbicunque actor hēt p se tales testes qui solū pręsum
* ptionem inducant,* vel aliquas coniecturas per quas iudex inducatur ad suspicionem vel opinandum pro parte actoris, vt no. in c. tam literis. de test. & Bar. in l. admonendi. in 3. col. in ver. post dubitationem aūt. iuncto versi. sequen. vbi hoc clarè voluit. & Bal. post Ia. de Arc. in l. si fundum. C. de rei ven. sed nemini dubium ꝙ probationes factæ pro parte dicti Michaelis, non tm̄ pręsumptionem & coniecturam inducunt de prędictis, sed ēt plenam probationē: vt de se patet: & tu magis scire potes &c. ¶Nec ob. allegata exceptio litis pendentiæ quia sublata est p rescriptū, vt no. in l. 1. & 2. C. vt li. pen. maximè per Bal. ¶Præterea cum super hac exceptione fuerit pronunciatum; nam contra rescriptum fuit opposita hęc exceptio, & d. Vicarius pronunciauit non obstante exceptione procedendū esse ad vlteriora nullis reseruatis exceptionibus, debebat qui se grauatum sentiebat appellare, aliàs autem per talē pronunciam transactam in rem iudicatā repelletur de nouo opponens talem exceptionem. c. ex parte. el 2. de appel. & quod no. Bart. in l. à procedente. C. de dila. &c. Ex prædictis ergo clarè comprehenditur dictum Michalem obtinere debere, & partem aduersam condemnandam ad releuendum & ad releuandum in dictas planetas, & in expensis &c.

ADDITIONES.

* Facta.] Precarium conceditur ad incertum vsum; vel si ad certum, non limitato tempore tacite vel expresse; Bart. ad d. l. in commodato §. sicut. Et quod hic est gestum inter partes, Alexand. vocat precarium. de quo vide Bald. ad l. 2. col. 4 q 9. C. de seruit. & aqua. Nat.
* Plena fides.] Priuilegia tribuentia plenum robur priuatæ scripturę. De hoc late tangitur per Doct. ad c. 2. de proba. Natta.
a ¶Priuatæ. Tempore per no. infra de 4. consi. 3. nu. 9.

* Non obligationem.] Ex istis verbis, Ego Petrus Ant. Bascherinus asfero me debere Guidoni Meldinæo ex causa depositi. pricur probatio. l. Publia. in fi. ff. depositi. vt per Bal. ad d. l. contractus. Nat a.
* ¶Ex præsumptione.] Debet hæc præsumptio esse violenta, vt habetur in locis hic allegatis. Natta.
* Non petatur.] Communis opinio est in contrarium, quia iudex nō impartitur officium suum non petenti ad priuatam vtilitatem: Ias. in prælect. ad l. admonendi. ff. de iureiur. col. 115. Natta.
b ¶Sed etiam. sed contrarium quòd nunquam deferatur istud iuramētum si est minus quàm semiplena probatio, tenet, & melius Alex. in d. l. admonendi. col 12. reprobando Bar. ibi & ibi Ias. in lec. num. 75. Pan. c. fi. §. sane. col. 2. in fine. de iureiuran.
* Præsumptionem ind.] Istum articulum, nunquid ex pręsumptionib. deferatur iuramentum, plenè tangit Ias. ad d. l. admonendi. col. 36. & concludit cum Alex. hic ꝙ in ciuilib. non ex leui præsumptione, sed ex vehementi deferri possit iuramentum in defectum probationis, quod est perpetuò adnotandum. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non potest contrahi per personam non sanæ mentis, aut mente captam.*

2 *Mulier quomodo fatua & mente capta probetur.*

EPITOME.

QVIDAM vxorem duxit mulier est, quæ tunc erat, & postea fuit non sanæ mentis, quærit ab ea separari tanquam nullum sit matrimonium, an possit, & quomodo dementia probetur.

CONSILIVM LIIII.

* Ad quæsitum breuiter cōcludo, & respondeo ꝙ sic: *quia de hoc est casus in c. dilectus filius, de sponsa. & 32. q. 7. c. neque. & l. patre fu-
1 rioso. ff. de his ꝗ sunt sui vel ali. iu. & l. furor. ff. de spon. ¶† Sic ēt videmus in matrimonio spirituali: qm̄ illud contrahi non pōt per eum qui est mente alienus. ca. sicut tenor. de regula. Nam cum matrimonium sit actus qui consensu contrahitur & perficitur. c. cū locum. & c. cum apud. de spon. l. nuptias. ff. de regu. iu. est impossibile talem actum à persona non sanæ mentis seu a mente capto celebrari, vt l. qui ad certum. ff. locat. l. in negocijs. ff. de reg. iu. Et hanc rationem. reddit tex. in l. oratione. §. fi. ff. de ritu nuptiarum. ¶Ex qua ratione appa-
* ret ꝙ non refert * an dicta mulier sit furiosa, an verò duntaxat sit mēte capta absq; furore: nā à pari procedunt in huiusmodi actibus mente captus & furiosus. l. 2. & ibi Bal. C. de cura furio. & patet in dicto cap. sicut tenor, & no. p doct. maximè per Io. de Imo. in l. ex facto. in 13. col. de vulgari & pupillari. ¶Nam furiosus propriè est ille qui est cum rabie euidentis furoris; mente captus verò est ille cui mens & consilium animi defecit, tamen nullum furorem ostendit: vt declarant doc. maximè Bal. in l. si furiosi. C. de nup. & l. humanitatis, in 3. colum. C. de impub. & alijs substi. in versic. venio ad quartum notabile. & in lege sed & milites. §. iam autem. ff. de ex-
2 cusa. tuto. ¶ †Probari autem dicitur dictam mulierem fuisse
* fatuam & mente captam si articuletur * & probetur ꝙ tempore quo dictus vir eam accipit in vxorem seu ante & post p aliquot menses ipsa habebat & habere consueuerat sermones furiosorum seu mente captorum. l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edi. & l. is qui. §. fina. ff. de tuto. & curato. da. ab his. & ibi per Bart. & legitur & notatur 93. distin. legitimus. ita inquit Bar. in §. item furiosi. insti. quibus non est permissum fac. test. ¶Vbi etiam dicit probari quam furiosam si probatur quòd omnes sui consanguinei habebant eam pro furiosa. ar. l. octaui. ff. vnde cog. & l. tutela. C. de in integ. resti. mi. ¶Vel si probatur quòd pater habebat eam pro furiosa. l. furioso puberi. ff. de cur. fur. vel quòd publicè seu communiter habebatur pro furiosa: alle. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. vel quod visa est proijcere panem vel lapides more furiosorum. l. 2. de iudæis. not. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. & traditur in tractatu de teste edito per Barto. in c. incipiente. Opposita prudentiæ. ¶Item videtur ꝙ sufficeret si probetur ꝙ nescit exprimere quid velit cap. 1. §. si verò. de elec. libr. 6. & ibi ad hoc no. illum text. Domini. de sancto Gemin. ¶Et plus dicit ipse in c. filij. de hæreti. in 6. per illum
* text. scilicet ꝙ sufficeret * probari ꝙ ipsa memoriam ordinatam non habebat: tamen hunc vltimum modū probandi nō

pono

ponō pro constanti: sed alij videntur sufficere per prædicta, iunctis no. per Bar. in l. 2. ff. de bo. posses. fu. & infanti delata. cum simi. Alexan. consuluit die 18. Octobris 1471.

ADDITIONES.

* Quòd sic.] Consultus respondit Soc. consil. 47. diffi. 2. libr. 3. intelligens quando nullum penitus habet intellectum, & rationis vsum, sicut vsu venit ebrijs. Consuluit pariter Ias. consi. 187. lib. 2. dicens in dubio præsumi contractũ tẽpore dilucidi interualli. Et de ebrio, an contrahat matrimonium, Dec. consil. 112. & in c. 1. de testib. Vide Curt. Iun. consi. 151. Natta.

* Quòd non refert.] An leges loquentes in furioso, militent in mente capto, vide Alex. ad l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. & vide Ias. ad l. patre furioso 3. no. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. vbi agit de prædicta differentia inter furiosum, & mente captũ. & ibi de matrimonio furiosi; & vult, in dubio videri contractum tempore furoris. Natta.

* Si articuletur.] Modos probandi furoris ponit etiam plenè Alexan. ad d. l. si cum dotem. §. si maritus col. pen. ff. sol. matri. & Dec. consil. 448. col. 1. Natta.

* Quod sufficeret.] Non firmat, quia istud posset contingere naturaliter, in sanæ mentis homine. Et istud de memoria inordinata scribit Alex. ad l. apud Iulianum. §. constat. in not. ff. de leg. 1. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Alienata in fraudem arrogati vel patroni vel lucri debiti ex statuto reuocantur per vtilem Caluisianam, non per querelam inofficiosi.*
2 *Emptio censetur titulus lucratiuus quatenus res superualeat.*
3 *Confessioni donantis de meritis non statur inter prohibitos.*
4 *Remuneratio debet esse iuxta seruitij meritum.*
5 *Bona omnia vel quasi, si alienantur, præsumitur fraus.*
6 *Plus esse in bonis dicens, probare debet.*
7 *Iuramentum non releuat in præiudicium tertij.*
8 *Dos dicitur etiam post restitutionem dotis in vidua.*

CONSILIVM LV.

Consideratis verbis dicti statuti sub rubrica de dotibus restituendis, & alijs de quibus in themate suprascripto. ¶ Præsuppono * ꝙ euenit casus ꝙ dicta domina B. tenebatur relinquere tertiam totius dotis & eius augmenti & aliorum bonorum ipsius d. Anto. eius fratri attenta dispositione dicti statuti: quia præsupponitur in facto ꝙ dicta B. decessit non extantibus ascendentibus neq; liberis, & superstite dicto A. eius fratre vtriusq; coniuncto. & licèt in testamento dicta d. B. reliquerit dicto eius fratri libr. 25. pro oĩ quacunq; portione & iura que eidem fratri suo quomodocunq; seu qualitercunq; deberetur in bonis ipsius testatricis, grauans eũ esse tacitũ & contentum &c. † tñ hoc non obstante petere potest integrã tertiam prædictam. §. ceterum. in auth. vt cum de appel. cog. & hoc expresse etiam disponit statutum, dum dixit, ꝙ tertiã petere possit etiam si non sit relicta per dictam mulierem. ¶ Præsuppono & secundò ꝙ dicta d. B. per dictam donationẽ de qua in themate fit mentio factã d. L. per dictã dñam B. de bonis. ibi specificatis, quæ sunt ferè oĩa bona quæ reperitur habuisse d. do. B. nõ potuit auferre aut per hoc diminuere dictã tertiam partem sibi debitã ex forma dicti statuti. & ꝙ propterea pôt reuocari dicta donatio & alienatio per dictũ A. vt sic in effectu consequat̃ suam tertiã: hoc probatur maximè ꝑ l. fi. ff. si quis in frau. pat. vbi si arrogator alienauerit bona sua in fraudẽ quartæ, quam ex cõstitutione diui Pij arrogator de bonis que hẽt tẽpore mortis relinquere debet arrogato: pôt arrogatus illã alienationẽ rescindere & reuocare: tñ illa quarta debita ex constitutione diui Pij * non debetur ex contractu, i. ex eo ꝙ promissã sit, sed conditione ex lege vt patet in l. non aliter. & in l. si arrogator. & ibi expresse glo. in versic. quarti. ff. de adopt. & ibi doct. & not. gl. insti. de adoptio. §. cum aũt. in versi. bonorum. & in l. 1. §. si impuberi. in versi. personalis actio. ff. de colla. bon. ¶ Sed ista tertia de qua in casu nr̃o similiter debetur condictione ex lege vel statuto. vt l. 1. ff. de cõd. ex l. & no. Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurando. & in l. 1. in prin. ff. ad l. Fal. & in l. oẽs populi. circa vl. col. ff. de iusti. & iur. & in l. de qbus. ad fi. ff. de leg. Et de illa quarta debita ex cõstitutione diui Pij ad lucrũ debitũ ex dispositione statuti arguit expresse Bald. in d. l. si arrogator. in 2. col. & ẽt ibi Bar. in repetitione illius l. q̃ hodie quasi cõiter est inserta in secundis lect. modernis Bart. & ponit ibi in 5. oppositione. ¶ Et est aduertendũ ꝙ tex. in d. l. fi. ff. si qd in frau. patr. hẽt locũ siue illa alienatio facta fuerit titulo lucratiuo; siue titulo oneroso, cũ indistinctè loquat̃ illa lex: vt ibi expresse voluit Ray. & Nic. de Neap. & est de mẽte glo. in l. fi. in fin. C. si quid in frau. patr. ¶ Illi enim filio arrogato non dat̃ querela a inofficiosę donationis pro reuocanda donatione titulo lucratiuo facta in fraudem eius: sicut. n. non datur ei q̃rela inofficiosi testamẽti. l. Pap. §. si quis impubes. ff. de inoff. test. ita nec datur ei querela inofficiosæ donationis, q̃ est inducta ad instar querelæ. inofficiosi testamẽti. l. fi. C. inof. dona. & no. Bar. in l. nõ vsq;. ff. si quis à pa. fue. ma. sed dant̃ ei remedia de quibus in d. l. fi. ff. si quid in fraudẽ patr. s. vtilis Caluisiana vel fauiana. ¶ Pro hoc facit quia ẽt patrono cui dẽt libertus tertiam relinquere dant̃ eadem remedia si alienauerit libertus in fraudẽ illius partis debitæ patrono l. 1 & 2. cũ ibi no. maximè ꝑ Cyn. C. si qd in frau. patro. ¶ Et quatenus ista alienatio facta ex causa lucratiua non video hic subesse dubium qd non reuocetur vsq; ad dictã tertiã partem: aliàs esset aperta via fraudandi & excludendi dispositionẽ dicti statuti: qa semper mulier inter viuos donare posset bona sua cui vellet: & fratrẽ excludere: vnde non dẽt capi interpretatio per quã aperiat̃ via malitijs. l. in fundo. ff. de rei vendic. & l. quoties nihil. ff. de regu. iur. ¶ Sed vbi alienatio facta esset titulo oneroso, fuisset dubiũ an illa potuisset reuocari, ꝑ d. l. non vsq; adeò, cũ ibi no. per Bar. ff. si quis à patre. fu. ma. & ꝑ no. ꝑ Cy. in d. l. 1. in 8. q. C. si qd in frau. patr. & in l. 1. in 7. q. C. de inoff. dona. ¶ Et ibi vr̃ Cyn. post Petrũ concludere ꝙ non possit reuocari nisi apparet ꝙ ille q acquisiuisset ab alienãte participasset de fraude: alij aliter dixerunt: & nonnulli dixerunt ꝙ est bene speciale tunc in filio arrogato, vt talẽ alienationem factã ex causa onerosa reuocare possit per d. l. fi. ¶ Quod non expedit hìc attingere, † qa 2
oẽs fatentur ꝙ quatenus ẽt venditio vel alia alienatio esset facta pro non cõuenienti pretio vel recõpensatione, ꝙ tunc eatenus reuocetur adeò qd si etiã res vendita esse pro centũ, cũ valeret centũ quinquaginta reuocet̃ vsq; ad quinquaginta: ac si pro illis quinquaginta facta fuisset alienatio titulo lucratiuo, ꝑ l. 1. §. si quis in fraudem. cũ seq. vsq; ad §. si mutuã. ff. si qd in frau. patr. & ita tenet Cy. in locis s. alle. & Bar. in d. l. nõ vsq; & Can. in c. Raynutius, de test. & Bal. in d. l. 1. C. de inof. dona. sed in ꝓposito nõ fuit facta donatio titulo oneroso vel saltem merè oneroso, vt declarabitur statim. ergo hẽt locum reuocatio saltẽ quatenus nõ est facta titulo oneroso. ¶ Quòd aũt sit facta titulo lucratiuo, hoc ostendunt verba donationis dicentia, donauit & titulo & ex causa donationis tradidit purè, merè, liberè, simpliciter irreuocabiliter inter viuos &c. ¶ Nec obst. ꝙ in dicta donatione dicatur ꝙ donat pro remuneratione obsequiorũ & beneficiorũ sibi impensorum ꝑ dictam donatariã, & ꝑ consequens talis donatio non dẽt posset reuocari. l. vnus. in versi. benemerentibus &c. ff. si quid in frau. patro. † quia rñdeo, ꝙ oporteret apparere de istis meritis aliter 3
quã ꝑ confessionem donantis. l. si fortè. & qd ibi no. Bar. ff. de Castren. pec. l. j. §. si mutuã. ff. si qd in frau. pat. no. gl. & doct. in l. si donatione. C. de colla. & no. Io. An. in addi. Spec. in tit. de reb. eccl. nõ alie. in rub. & Bald. in l. iubemus. in fi. prin. de sacros. eccl. fuit de mente gl. in d. l. vnus. ¶ † Et dr̃ benemeritus in proposito ille qui aliqd insigne seruitiũ fecisset: vt no. 4
glo. 12. q. 2. c. si qs. & qñ quis nõ pôt liberè donare; sed benemerito sic dẽt donare iuxta seruitij meritũ: vt dicit Io. An. in d. rub. de reb. eccl. non alie. ꝑ c. ad hæc. & c. relatum. el 2. §. licet. de test. & l. cum plures. §. pen. ff. de admi. tut. l. 1. §. 1. ff. de tut. & ra. distr. ¶ Et subdit ibi Io. An. * quod non dẽt stari dictis donantis: quia in prohibitis certo casu permissis non statur verbo dicẽtis casum ꝑmissum subesse. l. qui testamentũ. ff. de prob. l. cũ quis decedens. §. Titia. de lega. 3. vnde donatio per quam minuitur tertia est prohibita regulariter, vt dixi. fallit si donetur ꝑꝑ merita. d. l. vnus. sed non dẽt in hoc stari dicto ipsius donantis. ¶ Vnde refert Ioan. And. in d. rub. ꝙ à quodã episcopo promotores sui extorserunt gratuitũ cõtractum ad vitam ipsorum de tanto ꝙ trãscendebat duas partes reddituũ episcopaliũ expressa causa seruitiorũ q̃ impenderãt ecclesiæ & promittebant impendere quandiu viuerẽt, & fuit factum instrm cum magna solennitate quandiu viuerent: & sic

sic quærebatur an valeret ét ad preiudicium successoris, dice
batur q sic: quia prelatus pōt donare pro remuneratione me
ritorum & seruitiorum erga ecclesiam. 12.q.2.quicunq; suf-
fragio. ét in præiudiciū successoris 16.q.6.c.illud. & per alia
ibi allegata per eum & per eundem in c.2.de dona. ¶ Sed con
trarium tenet Io. Andr. in d.rub. referens ita fuisse iudicatū:
quia remunerationes debent esse iuxta seruitij meritum. d.c.
ad hæc. & ca.relatum. & debent probari aliter q̃ per confes-
sionem donantis. d.l.si fortè. & d.l.iubemus.la 2. post princ.
ibi sciētes nulla sibi occasione vel tpe ad vicissitudinē benefi-
cij colorati &c. Vt ibi plenius p eum, dicentem ét debere cōsi
derari tēpus seruitij: & quantū durauit eius causa. argumēto.
c.statutum, ad fi. de rescri. in 6. & c.cum non deceat. de elect.
eo.li. ¶ Habebit ergo dicta donataria probare merita interue-
nisse: & alia quæ essent digna tali remuneratione, & arbitra-
bitur bonus iudex quomodo est verosimile q à iuuēcula qua
dā tot seruitia habita fuerint q̃ æquipolleant dictę maxime
donationi. ¶ Et similiter per hoc apparet responsū si diceret
q in dicta donatione actum est q dicta donataria & eius ma-
ritus promiserunt eidem eā non relinquere toto tpe eius vi-
tæ: sed ipsam adiuuare, regere & gubernare in oībus in quib.
ab ea fuerint requisiti iuxta posse ipsorū: & perinde ac si esset
eorum propria mater. Nam in casu quem ponit Io. An. in d.
rub. ét fuit promissum per illos impendere donec viueret ser
uitia: & tn̄ dicit ipse esse attendendum tps & qualitatem ser-
uitij qd præstiterunt: si quod præstiterunt. ¶ Et quod debe-
bat attendi qualitas meritorum quæ sint competentia dona-
tioni: & q requiratur eorum probatio quò ad casum nostrū
tenuit Bal. in l.illud. in 4.q. C. de sac.san.eccle. post Guil. de
Cu. ibi, & Bal. in auth. vnde si parens. C. de inoff. testa. vbi p
hoc alleg. l.illud. ff. de manumis. vindi. & Guil. de Cug. in l.fi.
ff. de exercito. & Old. in cons.5.inci. Titius dedit. &c. & Imo.
clarè in l.alumnus. ff. de dona. & per Bart. in l.si tibi. ff si cer.
pe. & in l.si mortis. C. ad l.Falci. & in l.3.C. qui bon. ce. poss.
¶ Quòd autem dicta alienatio facta fuerit in fraudē dicti B.
5 satis patet † quia per donationem vel alienationem oīum bo
b norum præsumitur [b] fraus. l.omnes. §. Lucius. ff. de his, q̃ in
frau. cre. iunctis no. per gl. & doct. in l.qui testamentū. ff. de
proba. ¶ Idem si non oīa bona: sed quasi oīa donauit vt sentit
not. Bal. C. si quid in frau. patro. in l.1. in 2.q. dum alleg. no.
in d.l.nomen. & expressius no. Bald. in l.si vnquā. C. de reuo.
don. facit qd̄ no. per gl. & doc. in l.propter litem. ff. de excu.
tut. ¶ Et dicit Bal. in l.fraus. ff. de legi. qd̄ ex vna magna aliena
tione præsumitur fraus. ¶ Et dicit Ange. in d.l.oēs. §. Lucius.
quod si alienat oīa bona meliora præsumitur in fraudem. al-
legat tex. quē dicit sing. in l.summa cum rōne. ff. de pecu. in
prin. facit secundum eum in quo habetur in §. & quod sæpe.
6 cum seq. in aut. de tri. & semis. ¶ † Et satis erit q volens reuo
care dicat quod dicta domina B. quæ donauit non habebat
alia in bonis: & volens dicere contrarium habebit necesse p-
c bare contrarium per no. per glo. [c] in l.cum de lege. ff. de pro-
ba. & l.fin. §. licèt iam. & ibi Barto. not. C. de iure deliber. no.
Bart. in l.si constante. in prin. in 1.q. primæ partis. solu. mat.
& in l.decem. ff. de verb. obl. & Ange. & Moder. in l.mutū. §.
1. ff. de acqui. hære. & in l.cum ex causa. ff. de re iud. & qd̄ no.
Bar. in l.conficiuntur. §. codicilli. in fi. ff. de iure codicil. ¶ Et
si donatarius probabit donantē habuisse certa alia bona tūc
probet dictus A. q bona quæ fuerāt donata erāt meliora alijs
vel q bona donata erāt maior pars, vt patet ex s̃. dictis. ¶ Nec
* pdictis obst. q interuenerit * iuramentū donantis: † qa tale iu
7 ramentū vbi agitur de præiudicio tertij nihil releuat. c.quā-
uis. de pac. in 6. c.licèt de iureiu. eo.li. & no. in pposito Bart.
in l.Titia Seio. §. imperator. de le.2. & in l.hac. edictali. in fi.
prin. C. de secun. nup. & Bal. & Sali. in l.1. C. de inoffi. dona.
Bal. in l.fi. §. filijs aūt. C. de bo. quæ lib. ¶ Non ob. si dicitur q
statutū predictū non hēt locum in vidua decedente: sed in ea
quæ decedit in matrimonio, quasi statuētes suspicati sint q
si mulier decederet nupta, maritus non pateretur quòd ipsa
relinqueret fratribus ipsius mulieris. q̃ ratio cessat in vidua.
¶ Et q ista sit mens statuti videatur ostē fere verba statuti, dū
facit mentionem de tertia parte dotis relinquendę fratribus,
dos aūt non pōt esse sine matrimonio. l.fi. C. de do. ante nup.
4 d minoris sine consensu propinquorum non teneat etiam si interueneriti iuramentum: quia iuramentum spectat ad ecclesiam.c.venerabilem.de elec.c.fi.de fo.compe. lib.6.& per cõsequens statutum laicorum non potest super hoc disponere. c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti.facit quod habetur in capi. tuam.de ordi.cog.¶Item quia statutum tale induceret peccatum periurii: quia per eam rationem propter quam moti sũt statuentes non excluditur peccatum periurii: ideo non valet statutum.l.pactum.C.de colla.l.1.§.& cum lex.C.de rei vxo. iuncta.l.non dubium.C.de leg.& iuncto d.c.quamuis. & ca. cum contingat.de iureiu.& iuramentum est de iure diuino, quo scriptum est, reddite iuramenta vestra Deo.ca. & si Christus.de iurei. & quamuis contra ius diuinum videtur nõ posse fieri statutum per seculares; vt probatur in d.l.non dubiũ. & l.pactum.& d.c.quamuis.& si statutum valeret aperiret viã periuriis, quod esse non debet.l.1.C.si aduer.vend. l.2. C.de indi.vidui.tol.istam opi.etiam firmauit Ray.de For.in repet. d.l.omnes populi.vbi etiam voluit plus, videlicet, quòd non valeat dictum statutum etiam si diceret ꝙ iuramentum præsumatur extortum per metum vel dolum & in hoc vltimo discrepant Ray.& Bart.sed quis eorum melius loquatur nõ p̃tinet ad præsentem consultationem. istam opi.etiam tenuit Bart.in consi.incipien.Quero dicit statutum ꝙ minor.& idẽ ibi tenuit Bart.in statuto imponente pœnam contrahentibus iurantibus idem Ant.de But.in d.c.cum contingat, versi. tertius casus. & quia disponere super iuramento non spectat ad legem ciuilem vel ad iudices seculares.allegat no.per Hostiẽ. in ca.quemadmodum. & quia iuramenta cum principaliter dirigantur in Deum.c.debitores c.& si Christus. de iureiurã. non sunt subiecta legi maximè ciuili.cap.1.de reg.& id quod no.in c.cum esses.& in c.relatum.de testa.& idem dicit si statutum imponeret pœnam uenientibus ad tales contractus iuratos, ne illud quod directa uia non potest fieri fiat per indirectam.c.quanto.de priui. ¶Nec ob.secundum eum quòd legis resistentia impediat naturalem obligationem. l.si non sortem.§.1.ff.de condi.inde.& pari ratione debet impedire vim iuramenti, cum inter simplicem loquelam & iuramentũ non sit differentia: quia respondet ipse, quòd illud est verum quãdo illi prohibitioni consonaret ius diuinum, vt quando lex uel statutum prohibet usuras. ¶Item licèt legis resistentia possit infringere naturalem obligationem inquantum non obligatur parti, & etiam iuramentum quò ad obligationem quæ dirigetur in partem, non tamen infringit nec infringere potest obligationem inquantum principalter dirigatur in Deũ. ¶Nec in hoc sunt paria simplex loquela & iuramentum: quia iuramentum dirigitur principaliter in Deum d.ca.& si Christus.sed simplex loquela dirigitur in partem & quò ad eius commodum lex potuit obligationem impedire. ¶Pro hac cõclusione allegat.d.c.debitores.& cõcludit quod hoc casu quãuis iuramentum nõ firmet contractum, adeo quod ex eo agi uel excipi possit, tamen obligat iurantem ad obseruantiam, adeo ꝙ per viam denũciationis uel officio iudicis poterit agi ad obseruantiã iuramenti, uel per alia remedia quibus cogiẽ iurans de soluendis vsuris iuxta dictũ.c.debitores. ¶Et p̃ hoc concludit ꝙ non poterit peti relaxatio a iuramento.& in hoc ipse reprehendit Fede.de Senis in consilio supra alleg. ¶Et ẽt concludit ꝙ tale iuramentum operabitur etiam quò ad hæredes iurantis, scilicet ꝙ possint cogi ad obseruantiam iuramenti prædecessoris per officium iudicis vel per denunciationem euangelicam vel aliter, vt supra proximè: vt ibi p̃ eũ. ¶Istam opi.in effectu etiam videtur tenere Io.de Imo.in d.c. cum contingat, in tertio mẽbro dum dicit quò ad casum nostrum ꝙ si statutum inualidat contractum etiam si interuenit iuramentum, ꝙ tunc potest ad forum ecclesiasticũ recurri vt cogatur iurans ad obseruationem iuramenti, iuxta id q̃d habetur de fo.compe.c.fi.lib.6.& ꝙ per iudicem ecclesiasticum possit cogi iudex secularis ad faciendum obseruari iuramentum, per c.licet.de iureiu.libr.6. ¶Fatetur tamen ipse ꝙ contractus erat nullus propter resistentiam legis per d. l.cũ lex, sed iuramentum obligauit. ¶ Et secundum eum non est opus hoc casu tractare an statutum prohibere possit iuramẽtum, ex quo illud expresse non prohibet nec infringit dato ꝙ statutum dicat ꝙ contractus sit nullus etiam si iuramentũ interueniat prout in casu nostro. ¶Sed vbi statutum expresse infringeret iuramentum, vt quia statutum dicat ꝙ si contractus aliter fiat, non valeat, nec etiam iuramentum si interponatur, & tunc adhuc dicit Imo. ꝙ verior est illa opi. videlicet ꝙ non valeat statutum; quia est quid spirituale & spectans ad ecclesiam, vt dixi. ¶Et etiam tenet ꝙ tunc non possit peti absolutio à iuramento ex quo iurãs sponte iurauit & dolus nõ intercessit ex parte recipientis iuramentum per regulam. d. c.cum contingat. ¶Et subdit ꝙ si statutum dicit ꝙ contractus taliter factus non valeat etiam si interueniat iuramentum: q̃d si quis vtatur tali instrumento incurrat pœnam capitis &c. & tunc aut quis vtitur tali instrumento propter contractum & incidet in pœnam statuti: quia statutum potuit inualidare contractum, vt dixi: sed si vtatur instrumento propter sacramentum quod petit obseruari tantum, non incurrit pœnam statuti; quia sicut statutum non potest eneruare vires iuramenti ita nõ põt imponere pœnam vtenti ipso sacramẽto. l.Seius & Augerius.l.quod de bonis.§.1.ff.ad l.fal. ¶Et sic in specie decidit ipse casum nostrum. vnde cautus sit Io. ut utatur instrumento petendo dictum B.cogi ad obseruantiam iuramenti, non autem simpliciter fundet se ex contractu. ¶Pro hoc bene facit quod no.Io.An.in c.statutum, el 1.de hæreti.
5 e in 6.& Ant.de Bu.in c.1.de spon.ubi tenet ꝙ non ualet † statutum imponens pœnam filiæ contrahenti matrimonium[e] sine consensu parentis: quia sicut statutum laicorum nõ potest disponere super matrimonio: ita nec pœnam imponet contra facienti. ad idem facit quod no.Bart.in l.fi.de indi.uidui.ad fi.& in d.l.omnes populi.in 8.colu.in uersi.sed nunquid statutum inualidum &c. & quod no.Bart.in d.l.Seius & Augerius. ¶Istam opi.tenet Abb.in d.c.cum contingat, uidelicet quod licet in effectu statutum infringat contractum & etiam iuramentum fauore iurantis, ꝙ nihilominus iurans teneatur ad obseruantiam iuramenti.per text.in d. c.cum cõtingat. & in d.auth. sacramẽta.ad quod etiam allegat no.per Inno.in c.2.de reg.ubi dicit quod in istis spiritualibus ius naturale præfertur positiuo. unde cum contractus mulieris habeat suum esse secundum naturalem æquitatem, & secundum ius gentium, & interuenit iuramentum quod est spirituale, non est curandum de dispositione statuti. ad hoc 86. dist.si imperator. ubi expresse habetur ꝙ imperator in spiritualibus debet habere recursum ad ecclesiam, ¶Pro hoc alle-
6 gat etiam quæ dicit Fede.de Se.in consi. 117. † ubi uoluit nõ ualere statutum disponens de modo probandi contractũ usurarium: quia causa usurarum nõ spectat ad laicos iuxta prin. no.in cle.dispendiosam, de iudicijs. & in c.cum sit generale, de foro compet. ¶Istam opi.tenuit Raph.Cu.in d.l.si qs pro eo. ubi dicit ꝙ uerior est opi.Bar.in d.l.omnes populi.uersic. sed nunquid statutum inualidum. ¶Idem tenet Pau.de Cast. in d.l.fi.qui satis.cog.& in l.pe.C.de transa.& in dicta auth. sacramenta.quia iuramentum spectat ad ecclesiam. ¶Et cum opi.Bart.transit Io.de Imo.& Do.de S.Gemi. d.ca.quamuis. ¶Et per hoc patet istam opin. esse ueram & pluribus & grauioribus authoritatibus esse munitam & magis communem esse & per consequens ab ea in iudicando non est recedẽdum ut habetur in locis uulgaribus. ¶ Restat nunc responderead allegata

allegata in contrarium. ¶Nam nõ ob. primò d.l.si quis inquilinos.§.fi.cum si. quia respondeo vt dicit Host. & communi-
7 ter alii in c.quemadmodum, de iureiu.† ꝙ in materia iuramẽti cum sit quid spirituale non debemus attendere dispositionem iuris ciuilis, cum non spectat ad forum suum d.c.venerabilem, sed debemus attendere leges canonicas. & ideo videmus quod illud quod habetur in d.l. non dubium, est correctum per d.c.quamuis.& per d.c.cum contingat. ¶Pro hoc facit ꝙ vbi tractatur de peccato semper standum est iuri canonico in omni foro: vt no. in ca.possessor. de reg.iur.in 6.& in c.fi.de præscr.& per legistas in l.priuilegia.C.de sac.san.eccl. ¶Et per hoc patet responsum esse ad secundam rationem Sal. dicentis quod non est periurus qui iusta ex causa deserit sacramentum per l.fi.ff.qui satisd.cog.quia, vt dictũ est, lex ciuilis & pariter statutum non habet potestatem remittendi iuramẽtum:& sic statutum nõ est iusta causa excusans ab obseruatione iuramenti postquam non potest disponere super iuramẽto, vt est probatum. ¶Non ob. tertium argumentum dum dicebatur ꝙ per pactum põt remitti iuramentũ ab eo in cuius fauorem præstitum est, ergo per statutum: quia respondeo ꝙ
f pars [f] potest remittere iuramentum iurati etiam respectu vinculi cum Deo contracti: quia Deus recipit cõditionaliter scilicet nisi pars remittat.c.quemadmodum.cum ibi no.de iureiu.& no.doc.in c.21 de sponsa. vnde fateor ꝙ sicut potest per pactum remitti, ita per statutum scilicet conditum ab habẽte potestatem super hoc disponendi, sed laici non habent potestatem disponendi super hoc, vt dictum est: ergo &c. sic videmus ꝙ licet sponsalia & matrimonium fiant per sponsionẽ & pactum contrahentium, non tamen semper pertinet potestas statuendi super matrimonio ad laicos, vt no.Io.An.in d.c.statutum.primo.de hæreti.in 6. ¶Nec obst. quod adduceba-
8 tur de approbatione facta a Romano Pontifice:† quia respõdeo ꝙ ad hoc vt talis approbatio validet tale statutum, requiritur quod sit facta ex certa scientia, vt dicit Inno. in specie in c.2.& in gl.in versi.infirmitatis, de transa. cum quo ibi transeunt alii ad hoc quod legitur & notatur in c.j. de confir. vtili vel inutili.& no.Bart.in l.priuilegia. C.de sac. san.eccle.& in l.si constat.ff.de appe. quæ certa scientia non præsumitur, vt no.Inn.& doc.in c.porrecta, de confir. vti. vel inuti. facit. c.j.de consti.in 6.nisi probetur de ipsa certa scientia, vt sit expressa clausula ex certa scientia in ipsa approbatione, per id quod habetur in d.l.si motu proprio, de præbe. in 6.vel quia de talibus statutis apparet esse factam mentionem, vt per gl. in c.pastoralis.§.præter.in versi.circa scientiam. de offi.dele. & per doc.in c.præterea.& in c.pen. eo.tit. vbi ponuntur alii modi ad probandum de certa scientia. ¶Pro hoc facit qđ not. Cy.in l.cum oportet, in prin.in prima oppositione. C.de bo.
9 quæ libe.& Bart.in l.j. per illum tex. ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris in l.j. C.de metropo.† vbi dicit ꝙ generalis confirmatio priuilegiorum non trahitur ad iniusta & illicita, quinimò non trahitur ad ea quæ sunt iuri communi contraria, cum intelligatur talis confirmatio per obreptionem impetrata: ita dixit Bal.in c.j.per quos fiat inuesti.alleg.no.in l.si qua loca.C.de fund.& sa.rei domi.lib.11. ¶ Præterea respondeo per id quod solemniter dixit Inn.Ioan.An.& An. de Bu.in d. c.dudum.in fi.de deci.vbi per illum text. subtiliter pondera-
g tum per eos voluit ꝙ confirmatio [g] quantuncunque faciens mentionem de qualitate actus in quo erat vitium & defectus quamuis non sit facta confirmatio in forma communi, videlicet confirmo talem actum sicut factus est &c.iuxta d.ca. examinata, de confir.vti vel inut. sed sit facta confirmatio simpliciter per verbum, confirmo, quod verbum denotare videtur rem firmam facere.cap.inter dilectos.de fi.instr.tamen si po-
* test referri ad actum confirmatum* qui erat nullus & ad actũ qui erat aliquis, debet in dubio referri talis confirmatio ad actum qui erat aliquis.& istud dictum secundum An. de Bu. ibi de facili nõ reperitur alibi. ¶ Cum ergo dicta approbatio Romani Pontificis generaliter facta possit trahi ad statuta q̃ sunt aliqua, & ad statuta quæ sunt nulla & inualida, debet ad ea trahi quæ sunt valida, & sic non ad statutum de quo quæritur, quod erat omnino nullum. ¶Nec ad hoc ob.si dicatur ꝙ Papa in d.approbatione excipiendo dicta statuta quæ erant contra libertatem ecclesiasticam videtur firmasse affirmationem in omnibus aliis non exceptuatis.l.quæsitum. §.deniq;.
de fun.inst.ff.& in aut.de non alien.§.ꝙ autem.quia respon.
h ꝙ si exceptio [h] declaret & firmet regulam in non exceptis, nõ tamen facit ꝙ regula & generalis dispositio comprehendat alia quæ non comprehendisset nõ facta exceptione, vt est tex. in l.generali.§.vxori.& ibi no.Bart.ff.de vsufru.lega.in l.Lucius.§.pluribus.& ibi Bart.ff.ad treb.& no.Bart.in l.1.in fin. de reg.iur. ¶Item dato ꝙ Papa reprobauerit statuta quę essent contra libertatem ecclesiasticam, non per hoc videtur voluisse affirmare & comprobare alia inualida nisi alia omnino fuerint discussa per Papam.ita decidit Bal.& Imo.in l.leg.inutiliter.ff.de leg.j.post Bart.ibi per illum tex. quod dicit Bald.ibi esse no.dignum. ¶Et in dubio intelligitur discussa si fuerit sibi lecta, alias non, secundum Bal.& alios. in d.l.legata inutiliter.& ibi expressè dicit Pau.de Cast. ꝙ superior reprobãs aliqua statuta videtur valida confirmare si sciebat esse inualida alias non.allegat in ar.l.si quis.§.fi.ff.de te.tu. ¶ Item ꝙ nihil in proposito operetur illa exceptio statutorum existentiũ super libertate: probatur, quia expressio eorũ quę tacitè insunt nihil operabitur.l.3.ff.de leg.j.& in l.non rectè. C.de fideiu. ¶Sed in generali confirmatione statutorum facta per Papam tacitè inerat ꝙ intelligerentur etiam confirmata quæ nõ erãt contra libertatem ecclesiasticam, vt fin.decidit Bal.in d.l. omnes populi.in 6.col.versi.sed nunquid Papa confirmando statuta &c.ar.l.si peculium.§.si quid.de pec.leg.ergo illa expres
10 sio nihil operatur. ¶Non obst.† quod vltimo loco dicebatur ꝙ saltem posset d.B. petere absolutionem a iuramento: quia (vt dixi supra) secundum d.An.& Imo.non est verum ꝙ possit absolui a iuramento isto ex quo fuerit præstitum sponte & sine dolo recipientis iuramentum per d.c.cum contingat.secundum magis communem opi. doc.ibi secundum quam in casu illius.c.non potest peti absolutio a iuramento. ¶Nec ob. ꝙ iuramentum recipiens facit contra prohibitionem statuti, ergo non debet commodum reportare: quia ad hoc responsio patet ex supradictis, videlicet ꝙ statutum laicorum hoc casu non arctabit.præterea Fed.in d.consi. tenens ꝙ possit peti absolutio a iuramento loquitur quando manifeste constat ꝙ recipiens iuramentum videbat se recipere iuramentum contra formam statuti: quia sciebat iurantem esse filiumfa. & sic inspecto statuto iuramentum non videtur licitè recipi: secus fuit in casu nostro, quia ista d.B. in instrumento venditionis asserebat istam rem esse suam seu ad eam & eius maritum legitimè peruenisse, & per consequens dici potest non constasse tunc dicto Io. ꝙ dicta domus esset vltima res quæ esset in bonis mariti obligata pro dote.& sic non constabat ei iuramẽtum per d.dominam B. præstari in contractu prohibito a dicto statuto, & sic casus noster nõ habet communionem cum casu quæstionis in qua consuluit Fed. ¶Quò ad secundum & tertium dubium non oportet multum insistere, presertim q̃a omnis hæsitatio cessat stantibus veris his quę in primo dubio conclusa sunt. vnde breuiter circa secundum dubium dico ꝙ etiam dato quod dictum statutum valeret & obligatio siue cõtractus factus per d. B. non præiudicaret sibi quò ad dictam rem principaliter venditam quin possit ad eam habere regressum pro satisfactione dotis suæ, tamen dico ꝙ bene sibi præiudicabit quò ad alia bona ipsius mulieris accessoriè obligata
11 ad defensionem dictæ rei: † quia quotiescunque dispositio vel contractus principalis irritatur aliquo speciali fauore: ta-
i men non irritatur obligatio illi accessoria, [i] quæ nõ sit ęquè fauorabilis: vt est tex. secundum vnum intellectum in l.& si is C.de præ.min.& no.doc.in l.non dubium. C.de leg.& legitur & no.in l.1.§.1.ff.qui.mo.pi.uel hypo.sol.& in l.si tibi. §.de pignore.ff.de pac.sed intentio dicti statuti fuit fauere & priuilegiare causam dotis, non autem personam mulieris. patet primò in rubrica quę intitulatur de rest.dotis. nam per rubricam statuti declarantur uerba dubia ipsius statuti, ut inquit Bal.in l.1.C.ne liceat tertio prou. qui ad hoc ponderat ibi esse gl. Secundò patet ex verbis statuti, ibi dum dicit, mulieri non preiudicet, vel alteri cui petitio dotis competit. & patet ꝙ statutum voluit priuilegiare actionem dotis, non autem personam mulieris cum uoluit competere illud priuilegium alteri etiam habenti actionem de dote. l.2. C.de priui. do.& constat ꝙ alia bona mulieris non habent priuilegia concessa reb.dotalib.l.si cũ pecuniã. C.de priui.fisc. cum si.ergo non sit extensio ad ea bona quę non respiciunt causam dotis.
¶† Quò

12 ¶†Quò ad tertium dubiũ cõcludo breuiter non esse audiendam dictam mulierem quæ in contractu iurauit dictam domum esse suam, & ad ipsam & ad eius maritum legitimo titu. peruenisse. nam si nũc velit mulier allegare ꝙ ista domus erat in totum mariti, & ad ipsam rem totam agere vellet hypothecaria, excipiet Io. emptor ꝙ imò ista res erat etiam ipsius mulieris prout ipsa in instrumento iurauit: certè habebit necesse mulier replicando dicere se mentitam fuisse & periurasse. & regula est ꝙ etiam replicando quis non auditur allegãdo turpitudinem suam contra eum qui tractat de damno vitando. l. viro atque vxori. ff. sol. mat. l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli exce. vel contra eum qui non fuit particeps fraudis. l. transactione finita. C. de transa. no. Bal. in l. iusiuran. quod ex conuentione. §. fi. cum l. seq. ff. de iureiu. & per Bart. in l. cum mulier. ff. sol. ma. & no. Doc. in c. cum super. de concess. præb. & in c. inter dilectos. de dona. sed ita est ꝙ Io. tractat de damno vitãdo, nec fuit particeps fraudis: ergo contra eum nõ auditur d. B. allegando turpitudinem suam in replicando.

ADDITIONES.

a ¶Ea quæ. col. 11. & d. c. canonum. 3. q. prin. col. 14. no. 410. Gui. Pap. cõsilio. 175. in fi. consi. 209. in fin. Hypp. Marsi. not. 367. Deci. repe. c. 2. co lum. fi. de iud.
b ¶Relaxationem. idem Vinc Io. An. d. c. cum contingat. Pan. consil. 8. libr. 2. Christop. Por. §. j insti. qui al. licet late Io. Igne. l. j. §. si vir aut vxor. nu. 115. cum se. ff. ad Syl. l. 3. § eleganter. nu. 172. ff. eo.
c ¶Non valet. Roma. consi. 12. Cor. consi. 121. lib. 4. Dec. c. ecclesia. col. 16. in fi. de consti. Ias. consi. 133. nu. 17. lib. 4. Franc. Ri. de reuo. do. respon. 15. col. 6. & per addita supra consi. 27.
d ¶Pœnam. Imo valet vt dicam in eo. consi. 98.
e ¶Pars. Ergo & lex rectè posita, quum sit magis domina rerum nostrarum quàm simus ipsi idem. vt Gui. Pap. deci. Delph. 193.
f ¶Confirmatio. ad quæ dixi in consue. Pari. §. 5. nu. 69. cum seq.* Hoc
* dictum sequitur Ias. in l. more. ff. de iur. om. iudi. & ibi Alex. & Alex. in l. quanquam. C. de testa. milit. Deci. in Rub. de confirma. vtili. vel inuti. Natta.
* Adactum confirmatum.] Idem tenet Alex. consi. 33. col. 1. hoc eo. lib. & in l. quanquam. C. de testa. mili. Natta.
g ¶Exceptio. supra consi. 28. nu. 11.
h ¶Accessoria. hoc verum si principalis obligatio non sit nulla nisi ex defectu solemnitatis, secus si alia ratione vt pulchre Petr. de Ancha. consi. 330. Ias. consi. 133. col. pe. lib. 4. Fran. Rip. rep. l. si vnquam. colũ. 6. C. de reu. do. adde. infra lib. 4. consi. 66. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Legatum annuum vel vsusfructus factum ciuitati vel ecclesiæ centum annis finitur.*
2 *Præscriptio centum annorum nunquam intelligitur sublata.*

CONSILIVM LX.

* 1 Omisso * multiloquio puto breuiter esse de iure† dicendum, legatum relictum dicto cõuentui fratrum de tertia parte vsumfructuum, pensionum & redditũum perpetuò percipiendorum ex domo prædicta non deberi cum effectu post centum annos. probatur. in l. pe. cũ gl. ff. de annuis leg. vbi dicitur ꝙ legatum annuum seu continẽs perpetuũ præstationem relictum ciuitati extinguit centũ annis. ¶Idem probatur & no. per gl. in l. si vsusfructus municipibus. ff. de vsuf. le. vbi gl. dicit ꝙ si legatur ciuitati aliquid an-
a nuum seu singulis annis præstandũ non debet vltra centum a annos, quia æquiparat legatum annuũ & legatũ vsusfructus. l. & in singulis. la 2. ff. de ann. leg. ¶Sed ita est ꝙ legatũ relictũ ciuitati non durat vltra centum annos. l. an vsusfructus. ff. de vsuf. & d. l. si vsusfructus municipib. ergo idẽ debet esse in legato annuo. ¶Et quærit etiam gl. in d. l. si vsusfructus. an idem sit in tali legato annuo relicto ecclesiæ sicut in relicto ciuitati: & ibi prout magis communiter habetur: respondet ꝙ de hoc dicendum est vt habetur in d. l. an vsusfructus. per quã l. videtur probari quod finiatur centũ annis. facit. l. fin. C. de sac. eccl. vbi ciuitas & ecclesia æquiparant. ¶Et ita etiam no. p gl. in d. l. an vsusfructus. uolẽs ꝙ illa. l. loquens in ciuitate habeat locũ in ecclesia. ¶Hanc opi. etiam approbat Bart. in d. l. si usufructus. uolẽs tale legatũ annuum relictum ecclesiæ non deberi ultra centũ annos. & dicit ꝙ non obstant iura dicentia perpetuò deberi. ut in l. pen. & in d. l. annuũ. & in l. annuam. §. Titio. ff. de annu. leg. quia ẽt perpetuo dicitur fieri qñ usq; ad centum annos fit: cum sit longissimũ uitæ tempus. l. fin. C. de sac. san. ec. & d. l. an usufructus. ¶Et istã partẽ sequitur Ia. de Ra. & And. de Pisis quos refert & sequitur Nic. de Neap. in d. l. annuam pecuniã. ubi dicunt ꝙ dictum uerbum perpetuũ de quo in d. l. pe. cum si. debet intelligi secũdum rei id est naturam legati relicti ciuitati: sicut in simili accipitur in l. 1. ff. pro soc. cum ibi no. ¶Et ita se habet magis communis opin. a qua in iudicando non est recedẽdum, ut traditur in locis uulgaribus. ¶Bene facit quod not. Bal. in d. l. an usufructus. ubi per illum tex. dicitur ꝙ iura ciuitatis præsumuntur esse centum annorum sicut uita hominis longæui, & sic uidetur secũdum eum quòd emphyteusis concessa ciuitati non dicatur durare ultra centum annos nisi renouetur. & tñ uidimus qđ emphiteusis de sui natura intelligitur concessã perpetuò donec pensio aunua soluatur. §. adeo, insti. loca. ¶Confirmantur prædicta, quia si legatur singulis annis seu quolibet anno, perinde est ac si dicerem omni anno, quia est signum uniuersale, ut patet insti. de duo. reis. §. 1. & l. 2. de duobus reis. unde nulla est ratio quare magis legatum relictum ecclesiæ singulis annis debeat finiri cẽtum annis quàm legatũ relictum de fructibus perpetuò percipiendis ex domo. cùm ergo ratio quare legatum relictum singulis annis finiatur cẽtum annis, ẽt si ciuitati uel ecclesiæ relinquatur, quia equiparat legato usufructus d. l. in singula. la 2. iuncta d. l. an usufructus. est causa infinitatis euitandæ quæ eadem ratio militat in legato relicto ecclesiæ de fructibus perpetuò percipiendis: ita accipitur uerbum perpetuo in materia legati multiplicabilis relicti ciuitati uel ecclesiæ: ut d. l. pe. cum ibi not. & dixi supra non enim accipitur perpetuò ut nunquam deficiat: ut l. eum debere columnam. ff. de serui. vrba. præd. nihil. n. est sub sole tale perpetuum. ¶Corroborantur prædicta, quia qñ testator legat quotam fructuum fundi puta tertium vel quartum prout in casu nostro fuit, licèt non dicat singulis annis, tamen intelligitur legare singulis annis: vt est casus in d. l. defuncta. §. fi. ff. de vsufru. & ibi no. & sic in casu nostro testator dicitur legasse singulis annis tertiam partem fructuũ perpetuo percipiendorũ ex domo. ¶Et per hoc apparet quod si diceret quod in testamentis larga debet fieri interpretatio d. l. in testamentis, de reg. iu. c. cum dilecti. de don. quia rñdeo ꝙ ẽt tex. & gl. in d. l. si vsusfructus ciuitati. cum simi. loquit in testamentis, & tñ relictũ singulis annis finitur spatio centum annorum, præterea text. in d. l. in testamentis. vult ꝙ in testamentis non fiat latissima seu plenissima interpretatio, sed mediocriter erit plena seu larga: cum ergo perpetuum accipiatur variis modis: quandoq; pro eo quod durat 30. annis. insti. de perpe. & temp. actio. in prin. no. gl. in d. l. 1. ff. pro socio. & 10. q. 2. ea. n. super. ver. perpetua. qñque id est sine temporis præfinitione. l. purè. §. fi. ff. de doli. excep. nam variè accipitur perpetuò; ut in dictis locis & no. j. q. j. c. reperiuntur. & in c. clericos. de cohabi. cleri. & mulie. & p Bal. in ti. de pace Consti. in ver. nos Romanos. & in versi. præsentem mundi ætatem. secũdum varietatem subiectæ materiæ. vñ non est incongruum dicere ꝙ perpetuũ importat idem quod spatium centum annorum, quia hoc non est strictè interpretari nec latissimè. Ad confirmationẽ pdicto rũ adduco ẽt gl. no. in l. 2. §. hoc interdictũ perpetuum. ff. ne quid in loco publico. in vers. perpetuũ. quę vult qđ perpetuũ dicatur illud quod durat vsque ad centũ annos: & illã glo. in
2 hoc approbat & no. ibi Ange. ¶†Fortificãtur pdicta: qa videmus ꝙ licèt in aliqua dispositione vel statuto esset prouisum ꝙ instrumenta vel testamenta possint executioni mãdari nulla temporis præscriptione obstante, non tñ poterunt mandari executioni post tempus centum annorũ: qa perpetuo dicitur mandari executioni si usq; ad tale tps cẽtum annorũ executioni mandatur: ita inquit An. in l. j. C. ne rei dñi. vel tẽplo. & no. ẽt Ang. in l. j. 3. col. C. de anna. exce. & in l. oẽs. in fin. C. de psc. 30. annorũ. ¶Bñ facit glo. in aut. vt de cætero non fiant commutationes. §. 1. cũ gl. in ver. præscriptione. col. 5. quę ibi no. Ang. volẽs p ea ꝙ statutũ disponens ꝙ nulla currat pscri-
b ptio non intelligatur b de præscriptione cẽtũ annorũ: vt etiã uoluit Ang. in d. §. hoc interdictũ perpetuũ. & in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Ex quib. omnib. concludo dictum legatũ tertiæ partis redditũum prædictorum nõ deberi ultra spatiũ cẽtum annorum dicto conuentui Bononiæ pro hospitali de la uita contra fratres sancti Francisci ordinis minorum. Ita ut superius

periùs conclusum est puto iuris esse & ita dico & cõsulo ego Alex. de Imo. iuris vtriusque doc. Bononiæ iura ciuilia legẽs: in quorum testimonium propria manu scripsi & sigillo solito sigillaui; alterius rectius sentientis consi. semper saluo.

ADDITIONES.

* Omisso.] De hoc consi. suo meminit Alex. in l. 2. ff. sol. matr. vbi dicit, q̃ aliqui consuluerunt contrarium, Sed succubuerunt. Et ita reperio contrarium consuluisse Barb. in eodemmet casu consi. 20. lib. 4. Et ad hoc consi. Alex. vide Ias. in l. videamus. §. deferre. ff. de in lit iuran. Et cum Alex. hic tenet Dec. consi. 378. circa fi. vbi ex hoc infert, q̃ prohibitio alienationis, & legatum factum familiæ non debet durare vltra centum annos. Et Alex. sequitur Rui. consi. 143. col. 4. lib. 4. vbi videndum. Natta.

a ¶Centum. idem Lancelo. Deci. d. l. si vsusfructus. in fi. Alex. l. 3. §. fin. co. 2. ff. ad le. fal. sed contrarium tenet Pan. c. fi. in fi. de test. & plures alii, dicendum vt scripsi super consue. Parisi. §. 92.

b ¶Non intelligatur. vt dixi in consue. Parisi. §. septimo nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum & nepotum appellatione non veniunt fœminæ, ni si per extensionem: ideo non veniunt in contractibus vt in emphyteusi.*

2 *Nepotes appellatione filiorum non veniunt in contractibus: licèt regulariter veniant in vltimis voluntatibus.*

3 *Masculinum concipit fœmininum in beneficijs & dispositione legali.*

4 *Concessio quid si fiat liberis vel generationi.*

CONSILIVM LXI.

Super eo de quo quæritur, an si ab ecclesia concessa est alicui res in emphyteusim pro se & filiis & nepotibus comprehendantur filiæ & neptes. ¶Videretur fortasse prima consideratione dicendum q̃ sic: ᵃ per id quod habetur in §. emphyteusim, in aut. de non alie. col. 2. vbi ita ad descendentes fœminas sicut mares transit emphyteusis ecclesiastica. ¶Secundò probatur, quia videtur quod in vltimis volũtatib. masculus comprehendit fœminam vt appellatione filiorum & appellatione collateralium veniunt sorores: & sic de singulis. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de le. 2. l. si quis ita. in prin. ff. de test. tu. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de le. 3. l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad treb. cum si. & argumentum procedit de vltimis voluntatibus ad contractus, vt l. pactum inter heredem. & ibi no. ff. de pac. ¶Tertiò probatur per id quod nõ. Bal. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vo. vbi per illum tex. arguitur q̃ emphyteusis recepta pro se & liberis comprehendit fœminas. ꝓ hoc allegatur etiam d. §. emphyteusim. facit quod notat Bal. in l. 2. in col. 1. C. de iure emphy. & ibi istam partem indistinctè videtur amplecti Sal. in 17. q. ¶Sed istis non ob. contrariã

1 sententiam de iure veriorem sequor, †quia q̃ nomen masculinum generis vt filius & nepos & similia comprehendat fœmininum, illud nõ est ex propria significatione vocabuli, sed per extensionem, vt est tex. optimus. in l. pen. in fi. in vers. extẽdi. C. de proxi. sacro. scri. lib. 10. & in l. pronunciatio. in vers. porrigitur. de verb. sig. & in l. quisquis. C. ad l. iul. maiesta. & nõ. per Bart. & Dyn. in l. j. ff. de verb. sig. post gl. ibi & tex. in l. quicunque. C. de ser. fug. & Iac. But. & Bart. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Bart. in l. 1. ad fi. principij. ff. de pecu. lega. & no. doc. in cle. 1. de elec. ¶Sed in contractibus non est recedendum a propria significatione verborum imò in eis fit stricta interpretatio. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obl. cap. cum dilecti, de dona. ¶Et in dubio etiam debet fieri interpretatio contra illum qui se fundat ex verbis contractus. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obl. & in c. contra eum. de reg. iu. in 6. ergo fieri debet interpretatio contra filiam vel neptem illius qui fundum recipit in emphyteusim cum sit filia vel neptis quæ se fundat in dicta concessione dicens illius concessionis vigore sibi ius in emphyteusim competere. ¶Et in hoc præcisè q̃ in contractibus masculinum non concipiat fœmininum, tenet Guido de Suza. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. quia secundum eum nõ reperit cautum iure: & quia in contractib. debet fieri stricta interpretatio: nõ aũt larga sicut in vltimis voluntatib. l. 3. §. j. ff. de vino triti. & oleo legato. l. in testamentis. de reg. iu. & in d. l. quicquid astringendæ. & d. c. cum dilecti. ¶Hoc etiam firmat Arch. 17. q. 4. in c. si quis suadente. per d. l. veteribus. & per d. l. quicquid astringendæ. & subdit non esse mirandum si aliud est in testamentis q̃ in contractibus, quia in testamentis fit plenior interpretatio quàm in contractibus vt in iuribus supra allegatis. ¶Et cum dicta doctrina Arch. videtur etiã transire Bal. in l. Gallus. in prin. vlt. col. ff. de lib. & post. ibi inquit q̃ Archi. in d. c. si quis suadente, melius scripsit in hoc articulo q̃ alius. ¶Hoc etiam tenet Io. de Imo. in l. si ita scriptũ sit filiabus. ff. de le. 2. vbi expressè etiam infert per hoc ad casum nostrum scilicet q̃ concessio in emphyteusim facta pro se & filiis non comprehendit filias: ita tenet in c. potuit in fi.

b de locato. vbi refert se in terminis nostris ita cõsuluisse. ᵇ hoc etiam sequitur ipse in l. cũ vir. ff. de cõd. & demon. vbi approbat doctrinã Arch. in præalleg. c. si quis suadente quã ẽt sequitur Lud. Ro. in l. 2. in prin. 17. col. ff. de verb. ob. & in terminis nostris cõcludit etiam Ro. in d. l. sed si hac. §. liberos. vbi ẽt dicit ita tenere Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. vers. 47. Sed veritas est q̃ Spe. in alio casu loquitur ibi. ¶Pro prædicta conclusione etiam benefacit quod no. Bart. in simili. in l. liberorum. ff. de ver. sig. in 6. col. ubi cõcludit † q̃ licèt appellatione

2 filiorum in vltimis voluntatibus fauorabilib. regulariter veniant nepotes d. l. Lucius. & l. vl. ff. de her. insti. tamen in contractibus non veniunt nepotes, quia fiet interpretatio contra eum cui fit concessio d. l. veterib. & ita ẽt cum Bar. transit Sal. in d. l. 2. 22. q. C. de iu. emph. & Ioan. de Imo. in d. l. cum vir. vbi propriè loquitur in concessione in emphyteusim. & Io. de Imo. in l. quod dicitur. in antepe. col. de verb. obl. & Pe. de Anch. in cle. j. de bapti. & istã partem ẽt secutus sum legendo d. l. sed si hac. §. liberos. quæ etiam videntur de mente Bal. in c. j. in fi. in ti. quib. mo. feu. constitui potest. ¶Non ob. allegata in contrarium: & primò id qd̃ habetur in d. §. emphyteusim. vbi principaliter ẽt videntur vocari filiæ in emphyteusim ecclesiasticam: quia illud est verum qñ illud fuit expressum, secus qñ concessio fuit pro se & filiis & nepotib. vt in casu nostro per ea quæ sunt supra allegata. & ita rñdet Io. de Imo. in præallegato. c. potuit. in finalibus verbis & Lud. Ro. in d. §. liberos. ¶Non ob. q̃ in ultimis uoluntatibus masculinum concipiat fœmininum: quia supra est responsum secundum Gui. de Suza. & Arch. & plenior fit interpretatio in testamentis. & propterea Dy. & Ray. & Io. de Imol. in l. seruum filiis. §. cũ qui chyrographum. ff. de leg. j. & Gui. de Cug. in d. l. pactum inter hæredem. & Ang. in d. l. si à substituto. dicunt qd̃ illud quod dicitur procedere arg. de ultima uoluntate * ad contractum, habet locum qñ apparet q̃ est eadem ratio in utroq;: sed ubi essemus in dubio dicunt qd̃ maior præsumitur esse ratio in ultima uoluntate, per d. l. in testamentis. & ideo tunc secundum eos non procederet arg. affirmatiuè de ultima uoluntate ad contractum per d. l. in testamentis. quia non procedit arg. de maiori ad minus: ut no. gl. in c. cũ in cũctis. de ele. & in l. 2. C. de interdi. sed procedunt negatiuè. l. obligationũ ferè. §. placet. de ac. & ob. ¶Non ob. id quod habetur in d. l. sed si hac. §. liberos. el 1. quia respondet ibi Ro. q̃ ibi text loquitur in materia quæ concernit beneficium quod est latissimè interpretandum. l. fi. ff. de consti. principum. l. si qñ. C. de

3 bo. uacan. lib. 10. c. olim tibi de uer. sig. † & ideo in beneficiis masculinum concipit fœmininum secundum Arch. in d. c. si quis suadente. & sequuntur communiter oẽs. ¶Vel possum respondere q̃ tex. in d. §. liberos, loquitur in dispositione legali: quo casu in materia indifferenti si non tractatur de odio irrationali masculinum concipit fœmininum. l. si quis id quod & ibi doc. no. ff. de iu. om. iud. & l. si qs in tantam. & ibi doc. C. unde ui. l. j. §. j. de consti. prin. no. gl. in c. gñali. de ele. li. 6. & Spe. in ti. de dispu. & alle. §. post hæc. uer. ult. ibi: masculinum. & Host. in c. Ray. de testa. & Bart. in d. l. j. de uerb. sign. cum aliis concor. s̃. alle. ¶†Vel tertio potest rñderi ad d. §. li-

4 beros, & ad illud quod ibi no. Bal. q̃ illud possit procedere in concessione facta alicui recipienti in emphyteusim pro se & liberis suis, quo casu uidentur comprehẽdi nepotes ex filia, iuxta. l. j. C. de condi. inser. & l. cognoscere. §. liberorum. ff. de uer. sig. ideo esset absurdum q̃ comprehenderentur nepotes ex filia. l. si uiua matre. uer. nã licet. C. de bonis maternis. & ubi absurdum resultaret, uerba accipiuntur * eo modo quo cessat absurdum. l. ex facto. §. fi. & ibi not. ff. ad tre. l. uxorem; §. con-

§.concubinæ.cum si.de le.3.tutiorem tñ puto responsionem præcedentem.¶Non ob.id quod no. Bal.in d.l.2.in 2.col.C. de iur.emphy. quia respondeo ꝙ Bal.ibi potius videtur tenere cõclusionẽ quam.s.probaui:quia Bal.ibi quærit, si fuit cõcessa emphyteusis talib. comitib. vel nobilib. in eorum cũctã generationem,an includantur filii filiæ nati ex plebeis?& concludit ꝙ si est emphyteusis ecclesiastica in qua debet euitari infinitas transmissionis;& est ibi verbum eorum, & non dicit earum,non comprehendit natos ex fœminis nuptis alicui alterius coniunctionis, quia masculinum genus in præiudiciũ eccle.non concepit fœmininum: quia est odium contra primi fauorem,id est,contra ecclesiam. facit secundum eum qđ no.in l.etiam.& ibi dicit.ff.solu.ma. ¶In dubio autem in emphyteusim laicorum principum quorum beneficia sunt largissimè interpretanda transeunt ad liberos ex fœminis. ¶Et idẽ dicit si concederetur sub genere masculino in tertia eorũ generatione per principem laicum. nam dictio illa eorum masculini generis coniuncta cum illa fœminini generis generationem,includit fœminas:& conformat se iuri communi: vt d.§.emphyteusim.¶Et sic in casu quo loquitur Bal.fuit dictũ
c nomen generationis: [c] quod est aptũ comprehendere ex proprio significatu tam masculos quàm fœminas. c.statutum. el 2.de hær.lib.6.l.j.iuncta l.3.ff.de lib. causa. sed in proposito nostro solum fuit dictum de filiis & nepotibus: & sic per nomina quæ de propria significatione important masculos tantum:vt est dictum supra. ¶Non ob.id quod no. Sali. in d.l.2. de iure emphy.in 17.q.quia respondeo quòd Salice.sine lege & sine ratione loquit̃, & in discursu illa verba dicit: ipsemet postea in ea.l.22.q.videtur contrarium tenere inquantũ vult ꝙ si quis recipit rem in emphyteusim pro se & filiis,non comprehenduntur nepotes:quia de propria & stricta significatione appellatione filiorum non veniunt nepotes.l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.vt no.Bart. in d.l.liberorum. cum suis vul. & concordan. ergo cum ex propria & stricta significatione masculinum non concipiat fœmininum,vt fuit supra conclusum:idem debet esse eadem ratione in casu isto prout ipse tenet in 21. q. tractando an appellatione filii veniat nepos. Alex. die 26.Maij. 1470.

ADDITIONES.

a ¶Quod sic.hanc partem contra Alex. & communem tenui plenè discutiendo in consue.Pari.§.12.col.2.& 3.
b ¶Consuluisse.Imo.consi.38.in casu præmisso.vide omnes doc.huius sententiæ cumulatos per d.And.Tiraq.in consue. Picto.tit.retrac.§.j.
* gl.9.nu.181.* Vide Alex.infra eo.lib.consi.80.col.fi.Vbi videtur limitare in emphyteusi recepta pro se,& filiis, & hæredib. Et vide Deci. consi.223.col.1. Natta.
* De vltima voluntate.]Sequitur Dec.adducens alia in l. in testamentis.ff.de reg.iu. Natta.
* Verba accipiuntur.] Nota pulchrum dictum ꝙ verba accipiuntur eo modo,quo fieri potest,vt cesset absurdum. Natta.
c Generationis.dixi in consue.Pari.§.12.nu.3.limitat Imo.consi.62.vide Andre.Tiraq.in consue.Picto.§.j.gl.9.nu.196.

CONSILIVM LXII.

Lege lib.2.consilio 195.

EPITOME.

TESTES recepti fuerant in causa falsitatis contra quendam notarium criminaliter, & aliquis dictorum testium primo examinatus extra iudicium cum iuramento & certo modo deposuit, postea verò in iudicio examinatus super eo deponit cõtrarium etiam circa substantiam facti cui facto interfuit. Quidam ẽt ex dictis testibus prius extra iudicium certo modo deposuit confirmando scripturam manu propria signatam,& postea contrarium in iudicio deposuit. ¶Quęritur an iudex rectè fecerit si dictos testes ad torturam posuerit occasione dictæ vacillationis. Rñ.Alex.ꝙ sic.

CONSILIVM LXIII.

Breuiter omissis non necessariis. dico quod iudex fecit id quod facere debuit si dictos testes
1 torsit: † quia testis vacillans potest ratione vacillationis tor-
a queri,[a] postea quam facto de quo quæritur interfuit.l.ex libero homine.& ibi gl.& doct.in l.vnius. §.testis.cum glo. ff.de quæst.& Inn.& alii in c.cum in contemplatione.de reg.iu.in antiquis.no.Dy.in regula sine culpa.lib.6.& Cy.in l.fi. C.de quæst.& Pau.de Leaza.in commento c.grauis, de pos.& Bal. in l.mili.C.de quæsti.& Bald.in l.3. C.ad legem iul. de adul. ¶Quod autem testis qui extra iudicium deposuit de hoc conficiendo scripturam manu propria annotatam & postea in iudicio dixerit contrarium, videatur vacillare. patet in l.eos.in 2.respon.dum tex.dicit:& eum qui contra signum suum. & ibi no.& Bart.ff.ad l.cor.de fal.& Pe.de Anch. in d.c.de test.
2 extra de test.¶†Et no.Ant.de Bu.in d.c.cum tua. extra de test. vbi dicit ꝙ quando est ista variatio circa ea quæ ipse testis dixerat extra iudicium & in iudicio reddit eum suspectum de falso,adeo ꝙ põt torqueri,allegat ea quæ no.in l.capite quinto.ff.de adul.& quæ no.in c.per inquisitionem.de ele. ¶Etiã
b si primò deposuisset in iudicio & secundo deposuisset extra [b] iudicium cõtra dictum in iudicio: quanto magis dicendum si primò dixit extra iudicium postea contrarium in iudicio:
3 †cum magis dictum in iudicio infringitur & eliditur quando testis dicit contra prius dicta extra iudicium quam quando secundo dixerit extra iudicium contrarium eius quod primo dixerat in iudicio.& Pet.de Anch.in d.ca. de test.Ant.de But.in d.c.cum in tua.& per Bal.in c.j. in ti. quid sit inuesti. & per Bal.& Sali.in l.nullum.C.de testi.& Angel.in consi.in ci.quædam domina Margari.& per dom.Abb.in c.literas. de præsum.& in c.per tuas. de proba. quia tunc non disputatur an ex illa sola vacillatione dicatur conuictus de falso,sed solũ an pro inuestiganda veritate debuerit torqueri. & in hoc cõmuniter omnes tenent quod sic: & standum esset depositio-
4 ni† & assertioni quam facerent dicti testes potius quàm priori depositioni & attestationi: vt l.si postulauerit.§.ꝙ si negauerit.& ibi no.Bal.ff.de adul.& Bal.in l.2.C.ad l.iul. de adul.& in l.fi. C.de quæsti.ex quibus firma manet ista conclusio: ꝙ illi testes potuerunt & debuerunt torqueri pro veritate scrutanda, & ratione dictæ vacillationis & varietatis standum esset attestationi quæ fieret per eos interueniente tortura potius quàm primę.

ADDITIONES.

a ¶Torqueri.Adde Cępol.consi.crimina.61.Hipp.Marsi.l.diuus. l.ex li
* bero.ff.de quæstio. * Vide Boss.in tracta.de tortura testium, nu.34. cum seq.vbi etiam ponit, quid de testibus contrariantibus de quo etiam ponit Alex.in l.duobus.§.si.ff.de iureiuran. Natta.
b ¶Extra.adde deci.tho.281.

SVMMARIVM.

1 *Testes alias inhabiles in subsidium admittuntur.*
2 *Minor 20.annis non admittitur in criminali. nu.4.*
3 *Iudex inquirens succedit in locum accusatoris.*
5 *Probationi subsidiariæ nõ est locus nisi in actu in quo communiter alij testes haberi non possunt, de quo constare debet. nu.6.*
7 *Testis ipsius dicto, in quo non statur.*

CONSILIVM LXIIII.

Ad materiam.consi.Eiusdem 176.lib.2. Natta.

Viso themate & dubiis de quibus quæritur. ¶Difficultas consistere videtur in intellectu.l.testimonium.ff.de test.4.q.3.in c.testes. versi. item testimonium. vbi traditur quod in causa criminali mi-
* nor quindecim annis* non est idoneus testis:& si ita est, sequitur qđ dictus Canis debet absolui: quia de crimine non probatum.l.qui accusare.de eden.c.j.vt ecclesia.benefi.c.fi.de iu-
1 reiu.¶†Sed cõtra hoc facit dubium hoc quod not. Io.An. in additio. Spe.in tit.de teste.§.j.ver.item quod excipitur ꝙ impubes.vbi inqnit,quod Guil. de Suza. dicebat ꝙ licet per dictam.l.in testimonium.accusatus non debet facere in testem citare illum qui est minor 20.annis ꝙ saltem in defectũ pro-
* bationis* recipere possit in testem. & intelligit Io. An. ꝙ dictum talis testis recepti proprio motu idẽ valeat tanquã dictũ integri testis.facit ẽt ad hoc quod no.Io.An.in d.§.j.ver.item excipitur ꝙ est impubes.vbi inquit ꝙ licèt in criminalib.mulier de iure canonico non potuit esse testis, 32.q.5. c.mulier. & in c.forus,cũ ibi no.de ver.sig.tñ secundum eũ vr̃ ꝙ admittatur qñ per mares veritas haberi non põt. & dicit quod hoc est etiam

est etiam secundum æquitatem. facit etiam quod habetur in c.peruenit.el 2.de testi.cogen.& tex.in l.serui.ff.de test. & 4. q.3.in c.testes.versi.item secūdum.& 14.q.2.c.quamquam. cum gl.
2 ¶ † Tamen istis non obstantibus puto in casu nostro dictos testes non probare. & præsuppono ꝙ nec Guil.de Suza.nec Io.An.firmat ꝙ minor 22.an. proprio nutu receptus a iudice faciat probationem nisi in defectum aliarum probationum: tunc.n.bene videtur hoc firmare, sed excepto illo casu non.
3 ¶ Et pro hoc bene facit, † quia qñ iudex procedit per modum inquisitionis & non proprio recipit testes officium iudicis succedit loco accusatoris. vnde dicit Bart.in l.2.§.publico.ff.de adul.ver.quæro, vtrum in inquisitione debeat poni &c.in l.j.ff.de suspe.tu.& in l.libellorum in prin. ff.de accu.& Sali.in l.ea quidem.C.de accu. quod qñ officium iudicis inquirentis succedit in locum accusatoris: ideo illæ solennitates quæ requiruntur in accusatione requiruntur in inquisitione, quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriarum. ff.si quis cau. ca.ecclesia.vt li.pen. ¶ Et specialius ad propositum dicit Bart.in d.§.si publico.ver.item quæro vtrum contra iudicem inquirentem &c.ꝙ omnes exceptiones quæ possunt opponi contra accusatorem, possunt opponi contra iudicem per id quod legitur & no.c.diuersis. de cleri. coniu. excipit tamen Bart. aliquos casus qui non sunt ad propositum nostrum: ergo sicut opponi potest contra accusatorem producentem testes minores 20. annis, ita debet posse opponi contra iudicem inquirentē producentem tales testes. ¶ Nec potest dici quod in casu nostro non sit timor subornationis in iudice: iuxta id quod no. Inn. in c.cum clamor, de test.& Io.An.in c.qualiter & qñ. de accusa.& Bart.in d.§.publico.& in d.auth.qui semel. C.de prob. in vlt.col.cum si.quia respondeo, ꝙ ante publicatas attestationes non reperitur ꝙ in accusatore sit timor seu suspicio subornationis antequam testes produxerint, sed post receptos testes in aliquibus casibus de quibus in auth. qui semel, & ibi plenius.C.de proba.& in criminalib.& Bart.in auth.qui semel, in vlt.col.ad hoc quod no.Bart.in l.non solum. §.quamquā. ff.de iureiu.ubi uult.quod qñ statutum repellit accusatorem videtur etiam repellere iudicem inquirentem.& no.Bar.in l.
* 1.§.quod autem.per illum tex.ff.de accusa.& l.quæsitum.* ff. de in ius voc.& Bal.in repe.l.cum mulier.in vlt.q. ff.sol. ma. & Pet.de Anch.in c.nulli. de accu. cum concor. ¶ Et ideo in proposito nostro Hos.in summa de test. §.si quis possit. versi.
4 ætas dicit absolutè† quod in causa criminali minor 20.annis non potest esse testis: & non distinguit inter causam accusationis & inquisitionis. vnde ratio quare in causa accusationis non potest nisi maior 20.annis. in testem deduci est magnitudo præiudicii causarum criminalium in quib.requirunt pleniores probationes.l.fi.C.de prob.l.j.C.ad l.cor.de fal. ¶ Vnde videmus ꝙ interdum aliqui sunt idonei testes & integri in causis ciuilibus, tamen secus in criminalibus, vt in mulierē.d. c.forus.& c.mulieres.nec laici contra clericum admittuntur ad testificandum in causa criminali.c.de cætero.extra de test. ergo ista ratio magnitudinis præiudicii militat tam in causa accusationis quàm inquisitionis: ergo vtrobique idem ius esse debet.l.illud.ff.ad l.aquil.c.translato. de const. ¶ Restat ergo solum videre an sumus in casu in quo isti testes propter defectum probationum: alias minus idonei debeant haberi pro idoneis per ea quæ no.Io.An. in d.ver.itē excipitur quod impubes: cum alijs supra allegatis: in hoc concludo ꝙ nos nō sumus in illo casu. ¶ Et hoc esse verum ostenditur. primò ex eo quod no.An.de Bu.in c.3. loco. de proba. vbi per ea quæ ibi
5 no.† quod illud infert quod dicitur qđ debet credi testi alias
* minus sufficienti qñ alia probatio* deficit. nā illud est uerum
a quando ex natura facti a & negotij verosimiliter alij testes nō possunt occurrere; vt puta ad probandū ea quæ agunt in capitulo canonicorū: nam ipsi canonici erūt idonei testes.cap.veniens.el 2.§.fi.de test.& no.in c.dilecti.in ver.si tres.de ele.& ea quæ fiūt in domo possūnt probari per eos qui habitant in domo.l.consensu. C.de repudijs, secus si alij testes ex natura illius facti vel negotii poterant occurrere, licet casualiter non interfuerint. ¶ Et ita etiam dicit Ant.de But.in suo consi.inci. quia dubia.quæstio vulgaris habet: circa illam quæstionem: an arbitrator possit esse testis de his quæ coram eo seu per eū gesta fuerunt. Dicit inter cætera ꝙ illa iura quæ dicunt posse recipi qui repelluntur vbi inter alia deficit probatio, intelliguntur & loquuntur in actionibus in quibus habitu & actu attento communi cursu testes alii nō habentur: sed vbi actus habitus & communis cursus sic se habet quod possunt alii testes haberi, licèt fortè non habeantur actu, tunc ad plenam fidem non sufficiunt testes non integri: alias sequeretur quod semper testes etiam non integri sufficerent: quia semper allegarent se alias probationes non habere. item & in talibus non admittuntur, vt plenè probant, sed vt generalem probationē faciant, no.gl.in l.etiam matris.ff.de proba. ita formaliter dicit An.de Bu.in d.consi. ¶ Pro hoc etiam alleg. tex. cum gl.in c.fi.de testi.cogen.& ibi dicit Abb.in 2.notabili. no.quod in defectum probationis si ex negotii aut actus natura non potest haberi probatio, admittitur probatio minus legitima. nā ibi admittuntur in testes participes & criminosi delictorum ad probandum coniurationem factam secretè per alios cum iuramento quod eam celatam tenerent, admittuntur in testes aliqui de illis qui in dicta coniuratione interuenerunt. ¶ Ad idem quod no.do.Abbas in c.de cætero, extra de testi. vbi dicit quod licet tex.velit ꝙ in causa criminali non admittantur ad testimonium laici contra clericos, tamen dicit ꝙ ipse intelligit hoc esse verum quando delictum de quo clericus accusatur, fuit commissum in loco vbi est dare clericorum copiam: alias secus. Quid enim si in villa in qua vnus tantum clericus esset & delictum esset commissum ab illo clerico: & esset hoc casu probandum delictum: vnde tunc admitterentur laici.d. c.veniēs.& in d.c. dilecti. in proposito ergo cum tale delictū fuerit commissum in populosa ciuitate, & actus fuit talis cui potuissent occurrere alii plures licet casu non occurrerint, nō debet posse fieri per testes non integros, non enim magis verosimile est ꝙ dicti duo testes minores & inhabiles interfuerint quàm alii minores & habiles. ¶ Secundo respondeo, posito ꝙ verum esset ꝙ quando ad illum actum non occurrissent nisi illi duo testes qui videre potuissent, deberent illi admitti tan-
5 inter cetera ibi dicit † quòd vbi persona de cuius successione
tractaretur fuisset nobilis seu in dignitate constitutus, legiti-
matus non excluderet substitutum: sic ne filius naturalis tã-
tum excludit substitutum d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad
Treb. quia non præsumitur testatorem de illis sensisse, vt ibi.
imo talem sobolem spuriam abhorrere præsumitur talis te-
stator nobilis, & per ea nolle excludi substitutum: quia ta-
les spurij ei sunt magis dedecori quam esset in vno ignobili.
l. si qua illustris. C. ad orfi. ¶ Per tales etiam filios nobilitas pa
tris vel aui prædefuncti non cóseruatur. l. lex naturalis. ff. de
d statu homi. ¶ Et tales illegitimè nati censentur infames [d] in-
famia facti vt no. Azo in summa. C. de infam. circa princi. &
cuiuslibet interest hæreditatem suam non deuenire ad infa-
matum prolem: vt dignitas & fama eius conseruetur illæ-
sa. ¶ Hinc dicit etiam Ange. potuisse esse rationem. d. cap. na-
turales. quia non est verosimile nobilem feudum conceden-
tem de tali prole sensisse. ¶ Ergo cum ex verbis primi testato-
ris appareat quod donec extaret aliquis de filijs masculis le-
gitimis & naturalibus abhorruisse illegitimos: quia eos no-
luit vocari ad successionem nisi deficientibus omnibus legi-
timis & naturalibus: vt dicto testamento continetur, appa-
ret quòd sicut Ange. in d. disputatione quem sequitur domi.
Anto. in cap. per venerabilem, qui filij sint legit. dum tractat
an legitimatus excludat substitutum, vult quòd in substitu-
tione facta nobili spurius legitimatus non excludat substitu-
tũ: quia talis nobilis præsumitur abhorrere talem prolẽ: ita
& in casu nostro non debet excludi substitutus per tales spu-
rios, quamuis legitimatos: quia testator nedum spurios, sed
etiam naturales tantum in casu nostro nisi defecissent omnes
legitimi & naturales abhorruit succedere. ¶ Accedit quia An-
ge. in d. dis. vt supra retuli se fundat per d. l. ex facto. §. si quis
rogatus. vbi nobilis seu in dignitate constitutus non præsu-
mitur sensisse ꝙ naturalis excludat substitutum: sed ita est
quòd istud quod ibi dicitur, habet locũ etiam si testator non
esset nobilis; si tamen esset talis honestæ vitæ & honorabilis
conuersationis quòd sibi verecundia verosimiliter esset: ꝙ
sua domus & agnatio deueniret ad bastardos: ita tenet Bar.
& alij in dicto. §. si quis rogatus. in prima col. arg. l. 1. §. de in-
spiciendo. versi. publicè. ff. de vent. inspic. & d. §. si quis roga-
tus. in versi. conditionem: ergo etiam vbi solum appareret di
ctum quondam Thomam fuisse huiusmodi honestæ vitæ &
conditionis satis esset. ¶ Vel etiam sufficeret quòd probare-
tur dictum Ioann. institutum & in effectu grauatum de fi-
deicómisso fuisse talis conditionis vt proximè dixi, quia tunc
etiam habet locum id quod habetur in d. §. si quis rogatus,
scilicet quòd etiam filius non excludat substitutum: vt est
de mente glos. in d. §. si quis rogatus. & ibi hoc tenet Ange. &
Ioann. de Imo. & not. glo. & Salice. in d. l. generaliter. §. cum
autem. C. de institu. & substi. sub condi. factis. ¶ Corroboran
* tur prædicta: * quia dictæ legitimationes factæ sunt in terris
ecclesiæ ab habente potestatem legitimandi à Papa & haben-
te potestatem legitimandi à Cæsare: sed talis legitimatio ex
aliqua dictarum authoritatum non potuit operari quò ad
casum nostrum quòd isti habeantur vt legitimi naturales ad
excludendum dictum substitutum: hoc decidit primò Bal.
in l. cum filiusfam. in princi. per illum text. ff. de testamen. mi
6 lit. vbi dixit † quòd comites sacri palatij qui habent pote-
statem legitimandi non possunt legitimare in præiudicium
legitimorum: quia ius aliorum minuere non possunt præ-
textu priuilegij nisi tenor priuilegij expresse dictaret contra-
rium. pro hoc etiam allegat id quod habetur in l. impuberi.
ff. de admin. tut. & quòd not, in l. Gallus. §. & quid si tantum.
& ita etiam vult Bald. in c. domino guerram. in princip. pen.
colum. in titu. hic finitur. lex deinde incipit consuetudo re-
gni. & in l. 2. in 8. colum. C. de serui. & aqua. ¶ Sed Papa in di-
cta concessione facta dicto comiti non dicit quòd possit in
casu isto legitimare post mortem testatoris ad præiudicium
alterius: imò potius voluit Papa contrarium: vt sonant illa
verba, scilicet dummodo eis qui in huiusmodi bonis ab inte-
stato succedere deberẽt nullum præiudicium generetur &c.
¶ Hoc expressius vult dominus Ant. in c. per venerabilem, in
20. col. versi. vnde tamen puto &c. vbi dixit ꝙ habens potesta
tem legitimandi à Papa vel à Principe non potest legitimare
ad præiudicium alterius etiam respectu spei, quia tales con-
cessiones intelliguntur sine alicuius præiudicio. d. l. 2. §. si qs
a principe. & d. c. super eo. & c. pastoralis. de priui. ¶ Nec ob-
stat secundum eum quòd talis spes non attendatur, quia imò
quandoque vt no. Bart. in l. fi. ad fin. C. de pact. & in l. is po-
test. ff. de acq. hẹr. circa 3. & 4. col. vbi ꝙ spes de qua in casu no
stro est in consideratione. s. ꝙ veniat casus substitutionis fidei
commissarię factę à testatore iam defuncto: quia cũ non dica
tur sperari & tractari de hẹreditate viuentis, sed mortui: quia
per fideicómissariam successionem succeditur testatori: non
autẽ illi cui facta est substitutio. l. cohẹredi. §. cũ filię. de vugl.
& pu. ¶ Et ideo videmus ꝙ hẹres grauatus per fideicómissum
cogitur ante euentũ conditionis fideicõmissi cauere fideicom
missario de restituendo in euentum códitionis. l. inter oẽs. §.
1. qui sat. cog. per to. tit. ff. & C. vt leg. no. caue. & p consequẽs
talis spes fideicommissi est in consideratione probabili. ¶ Ad
prædicta etiã bene facit quod no. Ang. in §. si quis igitur. col. 1.
in auth. quib. mo. na. effi. sui. & quod no. Pau. de Cast. in d. l.
Gallus. §. & quid si tantum. in fi. & ibi dicit ꝙ licèt princeps
legitimando si velit possit auferre ius quęsitũ parti iuxta ple-
nè no. in l. 1. ff. si ꝯ ius vel vti. pub. & in l. rescripta. de preci. im
pe. off. & in c. quę in ecclesiarũ. de cósti. tñ aliud est in comite

palatino habente potestatem legitimandi a Principe: quia inspici debet potestas sibi data, & in dubio non intelligitur data potestas legitimandi, nisi eo modo quo Princeps esset legitimaturus ex ordinaria potestate non ex suprema. argu. l. in testamento. in fi. C. de test. mili. & in l. fi. ff. de offi. præsi. ¶ Vnde si pater haberet filios legitimos & naturales, ét ad instantiam eius, & eo viuente nō poterit Comes legitimare bastardū, quē ipse Princeps non legitimaret ex ordinaria potestate: vt in §. generaliter, in auth. qui. mo. na. effic. sui sed posset Imperator hoc facere ex plenitudine potestatis faciendo de eis mentionem: sed dictus Comes nullo modo potuit si simpliciter sibi est data potestas legitimandi secundum eum. & ita ēt consuluit ipsemet Pau. de Cast. consi. inci. Super eo quod primo lo-
e co [e] & facit quod no. Bal. in auth. præterea. C. de na. libe. ¶ Ad
7 idem adduco id quod volunt doc. concludentes † ꝙ in legitimatione quæ fit etiam viuo patre a Principe debet fieri men-
* tio quòd pater habebat alios liberos vel agnatos successores: * aliàs si non fuisset expressum Principi, non valeret legitimatio ad eorum preiudicium: vt firmat Iac. de Bel. in §. & qm̄, in auth. quib. mo. na. ef. sui. & firmat ēt do. Ant. in d. c. per venerabilem, post mediū. dum tractat quorū citatio requiratur: & refert ita sentire Vber. de Bobio vt recitat. Io. An. in Spe. de succe. ab intest. §. 1. in addi. incip. vbi hoc dicit Rof. ¶ Idem tenet Pau. de Cast. dicto consi. 221. vbi etiam dicit ꝙ ita erit in legitimatione quæ fit per Comitem: multò magis debuit in dicta petitione & concessione legitimationis fieri mentio de dictis substitutis quibus præiudicare non pendet a potestate dicti Ioan. hæredis grauati in effectu de restituendo cum fratribus si ipse decederet sine filijs legitimis & naturalibus sed in dicta legitimatione (vt verbo fertur) nulla de hac substitutione facta est mentio. & per prædicta etiam apparet multis modis esse responsum ad facultatem legitimādi quam habet dictus Comes a Cæsare: quia dato ꝙ legitimatio in se valeret, tamen non quò ad præiudicium substitutorum prædictorum. ¶ In super aliter ad aliam facultatem legitimandi
8 concessam a Cæsare potest responderi † ꝙ talis Comes in ter-
f ris ecclesiæ [f] non potuit vti potestate legitimandi sibi data ab Imperatore: vt concludit Iac. But. in l. 1. C. de iure aureorum annullorum. & in l. 3. ff. de offic. præsidis. per illum text. & est de mente Barto. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nup. & Inno. Host. Ioan. And. & do. Anto. in d. c. per venerabilem, per illum text. saltem vbi non consentirent illi de quorum præiudicio agitur etiam si sit præiudicium consistens in spe cuius spei licitè habetur consideratio secundum do. Anto. ibi, prout est spes fideicommissi conditionalis: vt supra probaui. hāc opin. tenet etiam Spe. in tit. de leg. §. fi. ver. sed illud queritur. & tenet Bald. in l. 1. de iure annul. aureo. per plures rationes. & refert se ita consuluisse: & ita etiam tenet Bal. in l. eam quā. in 10. col. de fideicom. ¶ Et ita etiam quo ad casum nostrum idem videtur tenere Bald. in prin. post Iaco. But. attento ꝙ in casu nostro de ordinaria potestate requirebat citatio dictorum substitutorum, vt supra dictum fuit, quæ citatio non potest exerceri in loco non subdito. l. fina. ff. de iurisd. om. iu. c. 2. de constit. in 6. ¶ Et istam partem etiam sequitur Pet. de Ancha. consi. 320. incip. Primum dubium non est nouum: & * ibi fortius concludit ꝙ legitimatio talis non valeret quò ad succedentem in bonis quæ essent pleno iure patris legitimari facientis. ¶ Idem quò ad casum nostrum: scilicet quò ad præiudicium alterius quam patris legitimantis, tenet Pau. de Cast. consi. 208. incip. Dubitatur primò an Comes. ¶ Facit quod not. glo. 10. dist. c. 1. quod not. Barto. in l. cunctos populos. in 7. q. C. de sum. Tri. dum dicit Papam non posse legitimare aliquem quò ad succedendum in terris Imperij sibi non subiectis. & quod not. etiam Bart. in auth. ex complexu. in fi. C. de incest. nup. ¶ Non etiam potest Imperator mittere falcem suam in terris ecclesiæ. vt in cle. pastoralis. de re iudi. & in clem. 1. §. porrò. ibi autem iurisdictionem quamcunque per se vel per alium excedere de iure iu. quæ verba innuunt ꝙ nulla iusdictio contentiosa vel voluntatria possit per Impera-
* torem exerceri in terris ecclesiæ. ¶ Facit quod no. in clem. 1. * versi. omnimodam. de fo. compe. & maximè quia prorogatio voluntariæ iurisdictionis non reperitur quod fieri possit ad præiudicium alterius quam ipsius prorogantis iurisdictioné. ¶ Facit l. emancipari. ff. de ado. & l. 2. ff. de offi. procon. iuncta. l. fi. cum si. ff. de pac. ¶ Et ita se habet magis communis opin. a
qua in iudicando non est recedendum. l. 1. in prin. ff. de offi. quæst. cum si. ¶ Et pro hoc ēt bene facit quod no. Ioan. An. in Spe. in tit. de iurisd. om. iu. §. 1. in additione incipiēte, vidistis quas opi. dum dicit quod in donatione valida quæ facta fuit per Imperatorem ecclesiæ Romanæ taliter quod per ipsam donationem transiuerit in ecclesiam Romanā merum & mixtum imperium: nulla ipsorum iurium adhæsio remansit penès donantem seu penès imperium: sed Ferraria est de his rebus donatis ecclesiæ Romanæ, vt no. per glo. in auth. vt eccle. Roma. ad fi. col. secundæ. & secundum approbatam opin. valuit donatio: ergo nulla forma iurisdictionis in dictis locis remansit penès imperium. ¶ Ex quibus concludo ꝙ dicti legitimati non excludant dictos substitutos; & ꝙ præterea potuerunt dicti substituti totam portionem hæreditatis Thomæ q̄ obuenit Io. consequi deducta legitima vt dixi in præcedenti dubio in qua restitutione fideicommissi veniet etiam illa pars quæ iure fideicommissi debuit obuenire dicto Io. de portione Ludouici primò decedentis. l. heredes mei. §. cum ita & ibi no. Bar. & alij ff. ad treb. & l. Scæuola. & Bar. & doc. in l. Marcellus. §. quidā liberis. cū ibi no. per Bar. & alios eo. ti. & Ang. & alios in l. ita tn̄. §. qui suspectum eo. tit. & Ang. in l. cum virum. C. de fideicom. & per Barto. in l. si Titius. iuncta. l. fina.
g de lega. 3. ¶ Et si apparet me aliter consuluisse. [g] ꝙ legitimatus excluderet substitutum, aduertatur quod consilium dicit in casu quo Papa in terris ecclesiæ de plenitudine potestatis expresè disponebat quod ille legitimatus esset habilis ad excludendum substitutos de quibus facta erat mentio: seu in casu in quo de mente testatoris apparebat ita fuisse: & quia in persona facta erat substitutio in tali statu quod non poterat habere filios legitimè natos. Sed rebus stantibus prout in casu nostro, puto hanc esse puram veritatem quod dicti substituti non excludantur a iure substitutionis: & ita vbi iudicaturus essem intrepidè iudicarem. ¶ Ita vt superius conclusum est puto iuris esse, ideo ita dico & consulo ego Alexand. Bononiæ legens.

ADDITIONES.

a ¶ Posit. Rom. sing. 192. Ias. d. l. Marcellus. & consil. 84. col. 8. consi. 89. col. 3. lib. 1. Anto. Cor. trac. de potest. re. q. 73. & filijs filia legitima demptam. Alex. in lib. 5. consi. 29. nu. 2.

b ¶ Contra Bald. Lud. Gozadi. consi. 45. nu. 21.

* Impuberis.] Vide Ias. latè istud tenentem in l. ex tribus. C. de inoffi. testamen. Et contra fac. glo. in l. precibus. C. de impu. & al. subst. quæ vult ꝙ in dubio miles non videtur filium grauare in restitutione legitimæ, licèt id ponit. Difficultatem hanc & articulum tangit Ruin. consi. 23. col. antepenul. & sequen. lib. 3. Natta.

c ¶ Veriorem. contrarium melius examinando tenuit Alexan. d. consi. 2. ibi num. 5. tenuit ꝙ substituti non sunt citandi quandiu conditio substitutionis pendet.

* Agnatorum.] Hoc idem latè defendit Soc. in §. & quid si tātum col. fina. ff. de libe. & posthu. & consi. 251. lib. 2. quod not. quia magnæ est est importantiæ, qui substitutus debeat citari in legitimatione. Contra qui substitutus non habens spem certam, & proximam, non sit citandus; Ias. consi. 39. in fi. lib. 3. & Latissimè consi. 68. per tot. lib. 3. & & consi. 110. lib. 4. Et vide Deci. consi. 95. col. 1. & ibidem col. 4. vbi concludit legitimationem valere, sed fideicommissario non obstare. Et vide omnino eundem Dec. consi. 284. col. penul. & consi. 316. col. 2. Et ꝙ requiratur citatio etiam viuo patre facta legitimatione, vbi agitur de bonis, de quibus testator disponere non potest, Dec. consi. 85. col. penul. Et requiritur citatio filiorum legitimorum, vbi agitur de excludendo eos à legitima, etiam si legitimè sit facta viuo patre; Dec. consi. 392. circa fi. & latius consi. seq. col. 3. Et quia legitimè fieri debet causa cognita, ideò requiritur citatio; Dec. consi. 425. 2. dub. col. 3. & requiri citationem substituti; Ruin. consilio 188. columna fina. lib. 2. Natta.

d ¶ Infames. supra consi. 2. nu. 5.

* Corroborantur prædicta.] Adde ꝙ dicta per D. Alex. hìc sequutus est consulendo Ias. consi. 184. lib. 2. Natta.

e ¶ Loco. consi. 180. lib. j. adde. And. Tiraq. rep. l. si vnquam, versi. donatione largitus nu. 254. C. de reuoc. donat.

* Vel agnatos successores.] Nota bene istud dictum Alexand. ad infrigendas legitimationes. de quo etiam per Ias. consilio 184. col. 3. lib. 2.

f ¶ Ecclesiæ. Deci. consi. 150. * Vide aliquid per Soc. consilio 47.
* lib. 4. & Deci. consilio 55. & consilio 207. Latè quæstionem tangit Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantum colum. antepenulti. Sequitur Ias. consilio 70. lib. 3. vbi consuluit Comitem palatinum non posse legitimare in terris Venetorum, & idem tradit in Duce Mediolani

Mediolani.& de Imperatore in terris ecclesiæ ponit in consi. 110.li. 4.col.2 Item in fin.& ꝙ Imperator.legitimet in terris ecclesiæ patre viuo tradit Ias.consi.156.col.3.lib.4 Secus post mortem;Dec.consi. 52.col.2.Item qui patre viuo tenuit Dec. consi.307.col.2. vbi idem dicit in terris non recognoscentibus de facto Imperatorem. Et ad materiam Deci.consi.55.colum.1.& 4. Et vide Deci. consil.150.vbi ponit de legitimatione facta in terris ecclesiæ, si bona sint in terris Imperij, & ibi etiam, Vtrum habens potestatem ab Imperatore possit legitimare clericum. Item nunquid clerici filium. Et vide etiam not.Deci.consi.207.Et potest Comes legitimare de voluntate Ducis Mediolani eius subditos Alexand.consilio 11. colum. 5. lib. 8. Nec potest Imperator legitimare ad feudum ecclesiasticum, nec Papa ad feudum Cæsaris. Afflict. Deci. 386. Et Comes non legitimat in terris Florentinorum non recognoscentium Imperatorem, Florentinos, seu alios non subditos. Deci. consilio 557.2. dub. Natta.

a Facit quod nota.in cle.1.] Nota dum dicitur ꝙ Iurisdictio voluntaria prorogari non possit in iudicem in competentem; quòd de hoc scribit Deci. consi. 150. Et videtur text.in l. 1. C. de emanci.liber. Non potest. etiam extendi ad bona extra territorium. Deci. consilio 207. Natta.

g ¶ Consuluisse.supra consi. 2.

CONSILIVM LXVIII.

Lege infra lib.2.consi.165.

EPITOME.

PETRVS de Rodulphis filius Andreæ condidit testamētum & fecit legatum tenoris infrascripti. Item reliquit ipse testator iure institutionis: & omni alio meliori modo quo potest Agneti infanti eius testatoris filiæ legitimæ & naturali ex prædicta dña Isabetta eius vxore libras mille marchisanorum: quas ipse testator dari & solui iussit ac voluit ꝑ infrascriptos eius hæredes in dotem & pro dote ipsius Agnetis infantis tempore quo nubet &c. mandans ipse testator Agnetem eius filiam antedictam eam esse tacitam & contentam de prædictis libris mille & bonis condecētibus relictis vt supra, & omni sua legitima debita portione sibi debita iure naturæ: & ꝙ vltra ꝓdicta nihil de bonis petere possit occasione alicuius falcidiæ: & debita portione vel alia quacūque portione vel causa: in omnibus autem bonis suis instituit hæredem suum vniuersalem filium suum masculū nasciturum vnū vel plures, & si filius masculus non nasceretur, instituit sorores suas. s. Viridem, Zenepreā, Catharinā ac Polixenā hǣdes vniuersales: & decessit dictus Petrus nullo nato sibi filio masculo, & dictæ sorores apprehenderunt dictam hæreditatem: & eam adiuerunt cum beneficio tamen legis & inuētarii. ¶ Modò dubitatur, an Agnes filia dicti testatoris possit agere ad supplementum legitimæ stantibus agnatis masculis: qui tamen nō fuerunt instituti à testatore sed instituit sorores suas: vt in casu. ¶ Itē an possit agere ad fructus legitimæ suæ a tēpore mortis testatoris vsque in præsentē diē, maximè præsupponendo, ꝙ acceptauerit quantitatem mille cùm porrexerit libellum ꝯ dictas hæredes institutas in quo petebat dictā quantitatem mille relictam sibi ab eius patre. ¶ Itē videatur testm̄ Io.de Codeboue: & cōsulatur quid sibi agenti obueniat, cū fuerit filia Petri filij quondā dicti Andreæ. ¶ Et petitur consiliū pro agēte.

SVMMARIVM.

1 *Statuta cessant fauore agnatorum si illi non succedunt.*

2 *Filiæ dotatæ si per statuta excluduntur, non debet dos esse minor legitima.*

3 *Supplementum legitimæ petent filiæ cum fructibus a die mortis, non ab acceptatione legati.*

4 *Vsuræ sunt vsque ad quantitatem fructuum rerum, quarum loco debetur quantitas.*

CONSILIVM LXIX.

Super * primo dubio quæritur ad dicta Agnes filia testatoris petere possit supplementum legitimæ stantibus agnatis masculis, qui tamen instituti non fuerunt. ¶ Breuiter omissis non necessarijs puto ꝙ sic, quia de iure cōmuni filiæ auferri aut diminui nullo modo potest legitima: l.qm̄ in prioribus.& l.omnimodo.in prin. C.de inoffi.testa.

1 ¶ Non obstatuta de quibus in themate: † quia primò potest respōderi quòd dispositio statuti militaret qn̄ instituti essent agnati masculi qui ab intestato vocarent, sed si instituti essent alij vt in casu nostro, tunc secus: quia dictum statutum emanauit fauore agnatorum masculorum: vt l. seruo legato.§.si testator.cum ibi no.per Bar.ff.de leg. 1.& l.2.§.fi.& ibi Bart. ff.de co.bo.& Bar.in l.2.§.fi.cum si.ff.ad ter.ergo vbi sunt institutæ aliæ personæ & non dicti agnati cessare vr̄ mens statuti excludentis filias ꝑ dictos agnatos: & ita concludit Ange. & Io.de Imo.in l.Gallus.§.& quid si tm̄. ff.de libe. & post.& Lu.Ro.in l.vt liberis.C.de col.& Pau.de Cast. in l.1.in 3.col. circa fi.ff.de inoffi.test. ¶ Secundò respondetur, & hæc secun-

2 da responsio magis me mouet. † quia dos prædicta quam ex forma statutorum habere debet filia exclusa per existentiam agnatorum, non debet in dubio esse minor quam sit sua legi-

a tima [a] saltem non existentibus descendētibus masculis & per masculinum sexum cōiunctis ipsi testatori; vt in casu nostro: hoc est quod decidit Sali.& Ful.in auth.res.C.com.de le.vbi per illum tex.dicunt ꝙ qn̄ statutum repellit filias a successione præferendo masculos, mandat filias vel neptes dotari arbitrio propinquorum ꝙ propinqui nō debent arbitrari minus quam sua legitima: quia in ea non est excessus, sed in plus si illa non sufficit, vt ibi. ¶ Idem consuluit Ang. in consi.357.incip. Dominus Gregorius &c. nam secūdum eum legitima est minuscula.l.si quis in suo.C.de inoffi.testa. ¶ Ita ēt consuluit

b Bal. [b] in cons.suo incipi.Antonius plures filios masculos habens &c. quia secundum eum bonus vir non debet arbitrari ꝙ legitima filiæ sit auferenda cum cēseatur æs alienum, & debita iure naturali.l.Papinianus.§.si quis impubes. ff.de inoff. test.l.cū ratio. ff.de bo.dam. & succedat in locū alimentorū, allegat.no.ꝑ Cy.in l.sancimus. C.de nup.& ita est de mēte ēt statuentium vt patet ex statuto sub rub.de suc.ab intest.& sub

3 rub.intra quātū tp̄s frater &c. ¶ † Super secundo dubio.s.an possit agere ad fructus suæ legitimæ a tp̄e mortis testatoris nō obstāte ac ceptatione legati resultāte ex eo ꝙ dicta dña Agnes produxit ꝯ hæredes dicti testatoris libellum in quo petit dictam quantitatem librarum mille sibi relictam: & puto ꝙ sic, maximè ex infrascriptis. nā sicut filio deberetur legitima. ita & fructus legitimæ: vt in aut.nouissima.& ibi no. C.de inoffi. test.l.Papi.§.vnde si quis.ff.eo.tit.gl.in l.fideicommissaria.in

* gl.j.ad fi.ff.ad treb.& notabiliter declarat Bal.in l.nō est. * C. fa.erc.vbi concludit hoc esse verum, etiā si tales fructus essent cōsumpti ab hærede bona fide possidente. ¶ Et cum dos non debeat esse minor quam legitima, vt dictum est, sequitur ꝙ sicut in legitima veniunt fructus legitimæ: ita debent tales fructus talem dotem augere. subrogatum enim sapit naturā eius in cuius locum subrogatur. l.si eum. §. qui iniuriarum. ff.si quis cau.cap.ecclesia.vt lit.pen. Nec obst. si dicatur ꝙ saltem postquam filia acceptauit dictum relictum, vr̄ ꝙ plus petere non possit supplementum ipsius legitimæ: vt l.si quando.§.

* & generaliter.C.de inof.testa.& ibi Bart.in terminis * format quæstionem de eo qui reliquit filiæ 10.& iussit eam esse contentam: ita ꝙ plus petere non possit occasione legitimæ vel alia quacūq; ratione, & postea filia legatū illud acceptauit: & illud recipit a fratre, & de eo fecit finē & refutationē, & quęrebatur an posset petere supplementū legitimæ: & concludit ꝙ non impeditur petere: quia onus importatū per dictam clau-

* sulam adiectam in testō, * s.de non petendo plus non valet.d. l.quoniam in prioribus.& dicit esse casum expressum.in §.ceterum.in auth.vt cum de app.cog.& ibi plenius per eum hoc comprobantem per alias rationes: & respondet ad ea quæ in contrarium possent allegari, quæ breuitatis causa omitto. & idem not.Ange.in l.iubemus.C.ad trebel. & Ioan.de Imo.in l.quod de bonis.§.cum fideicommissum. ff.ad l.falci.& colligitur ex not. per Barto.in l.Papinianus.§.si conditioni.in fi. ff.de inoffi.testa.& per Guil. de Cug.& Bald.in l.de his. ff.de transac. & Bald.in l.hac edictali. §.quam obseruationem.C. de secun. nup. Accedit ad confirmationem prædictorum ꝙ dicta domina Agnes non cogebatur acceptare dictam quantitatem pecuniæ pro d.legitima: vt l.scimus. ver.repletionē. & ibi declarat Guil.de Cu.& Bald.C.de inoffi.testa.& Barto. in l.suus quoque.in fi.principij.ff.de hære. instit.cum simil. igitur filia acceptando dictum legatum, vr̄ consentire ꝙ here-

des pro rata dictę quantitatis retineāt bona hæreditaria æquiualentia : ex quibus si dicti hæredes fructus perceperunt, dicuntur re ipsa esse in mora quò ad hoc vt ipsi dominæ Agneti teneantur ad vsuras æquiualentes ad dictos fructus. id quod habetur in l.curabit. C.de act.emp.& l.Iulianus. §. ex vendito.ff.eod.titu. prout etiam consuluit clarissimus dominus cō sultor Perusinus, cuius cōsilium mihi exhibitum est cum his, quæ elegāter allegata sunt in iure per eximum dominum aduocatum dominæ Agnetis, quæ breuitatis causa omitto : &
4 etiam quia non puto expedire illa hìc recensere. ¶ † Addens ad eorum confirmationem verum esse q̄ vsuræ tanquam interesse, intelligitur in casu d.l.curabit. cum simi. esse vsque ad
* concurrentem quantitatem fructuum * perceptorum ex rebus quarum loco venit danda quantitas : vt voluit expresè Io.de Imo.in d.l.insulam.§.vsuras.in fi.& Pau.de Cast.in d.l. Iulianus.§.ex vendito.& tales vsuræ sunt etiam hodie permissæ de iure cano.quia petuntur tanquam interesse damni emergentis : id est in loco fructuum quos percepisset venditor ex re si eam non tradidisset, per no.per glo.in d.l.curabit.& in l. 2.C.de vsur.& in d.l.Iulianus. §.idem.de vsur. cum similib. ¶ Circa tertium quæsitum. s. quid perueniat ad d. Agnetem ex testamento magistri Io.de Coldeboue, vnico verbo me expedio: quia res videtur carere dubitatione & ius cōsistit in facti contingentia quæ non ad plenum narrata est in themate. Nam si decessit domina Beatrix & successiuè decesserit Andreas & Constantinus cum liberis & finaliter prædefunctis alijs liberis eorū superstit dicta domina Agnes quæ est de descendentibus dicti Andreæ : est enim neptis ex filio Andreæ, ad eam spectaret dimidia fructuum & redditum bonorum, hæreditatis dicti magistri Ioannis vt clarè ex inspectione dicti testamenti apparet: & si res aliter in facto se haberent, fiat thema cum speciali & plena facti narratione, & respondebitur ad quæsita.

ADDITIONES.

* Super.] Stante statuto, q̄ dotata non succedat, an posit agi ad supplementum legitimæ, vide Alexand.in l.Gallus. §.& quid si tantum col.8.ff.de libe. & posthum. Cur.sen.consil.80.& Deci. consi.392.& consi.505. Natta.

a ¶ Legitima.idem Pau.consi.365.si statutum.lib.1.Cor.consi.162.l.2. Soc.l.hæredes mei.§.cum ita, col.fi.ad treb.Cur.senior consi.16.nu. 12.consi.27.col.11.13. Deci.consi.379.in fin. Ias. d.auth.res quæ.& consi.19.in fi.lib.1.Bertran.consi.161.supposito col.3.ver.& si quęris. li.j.And.Tiraq.rep.l.si vnquam.ver.liberos susceperit no.92.C.de reuo.dona. Alex.in lib.2.consi.7.col.2.& lib.4. consi.83.& lib.6.consi. 121.sed ista non habent locum quando filia dotatur a parente & fu-
* turæ succesioni renunciat vt dixi infra lib.3. consi.29. * Vide quæ addidi ad Bar in l.quæro.ff.de iur.dot.& adde q̄ dos augetur vsque ad mortē.Soc.consi.100.col.3.li.3.& de hoc, nūquid dos minor legitima esse posit; vide etiam Dec.consi.180.& Soc.pulchrè consi.288. in dub.2.lib.2.& fallit si statutum velit, q̄ nil vlterius petat; quia nō petitur supplementum.Ale.consi 121.lib.6.& Cur.Iun.consi.10.& vide etiam Dec.consi.16.Ias.consi.69 lib.j.Et vide Dec. consi.276.vbi limitat, & ponit vtrum auctis facultatib.dos augeatur.Afflict.deci. 160.Dec.consi.379. col.pen. & consi.505. & vide latè, & subtiliter Rui.consi.60.lib.3.Gramm.latissimè decis.101.per tot.Rui.consi.56. 2.dub.per tot.lib.2. Natta.

b ¶ Bald.consi.398.lib.3.repetitum.consi.407.eo.lib.

* Bald.in l.non est.] Idem tradit Alex. consi.88. col.3. lib.6.Ias.consi. 104.col.3 lib.4. Natta.

* In terminis.] Idem tradit Alex. consi.8. col.pen. lib.3. Ias.consi.69. lib.j.Dec.consi.218.col.2. Natta.

* In testamento.] Etiam si dictum fuit, q̄ plus petere non posit, non prohibetur supplementum. Deci.consi.228.dub.2.& consi.320.col. 2.vbi dicit idem etiam si approbasset testamentum patris. & Alexan. sequitur consi. 666. Fallit si fuisset dictum, q̄ nihil amplius petere posit occasione legitimæ, & legatum acceptasset.Deci.consi.687.in fin.& Alex.hìc sequitur consi.688.dub.3. Natta.

* Fructuum] Potest fieri taxatio ad interesse verisimile. Parisi. consi. 60.col.pen.lib.1.vbi latè.Et vtrum hæres teneatur ad aliquod interesse filio pro supplemento legitimæ. Rui. latè consi.55.li.2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Falsum vt euitetur quantum fieri potest per diuisionem vel disiunctionem scriptura interpretatur.*
2 *Tabellioni quàm testi neganti non plus creditur quantum ad quæstionem falsi.*
3 *Stylus excusat à falso.*
4 *Notarius potest emendare instrumentum intra modicum interuallum.*
5 *Instrumenta plura eiusdem quid si sint difformia.*
6 *Frater non est testis idoneus in criminali.*
7 *Testis dicens se non recordari nil probat contra instrumentum.*
8 *Notarius non præsumitur errasse per dolum.*
9 *Contumacia non facit haberi pro confesso.*

CONSILIVM LXX.

Viso processu inquisitionis formatæ contra Odoricum notariū filium Leonardi per dominum potestatem pendente super tribus assertis falsitatibus : prout in inquisitione continetur & sententia lata super causa falsitatis contra eum : & visis his quæ per celeberrimum iuris vtr.doc.dominum Bartholomæum Cæpol
a lam ᵃ mihi fratrem honorandum in consiliū reddita sunt decurrens in eandem sententiam, concludo nō debuisse de iure condēnari pro crimine falsi dictū Odoricū. ¶ Et primo capio primū capitulū falsitatis de quo in prima parte inquisitionis fit mentio : nam est inquisitus Odoricus q̄ cum die penultima Ianuarij dictus Leonardus pater Odorici ad preces Lazari fideiussisset pro eo de iudicio sisti & de iudicato soluendo quousque & donec ipse Lazarus aliam inuenisset fideiussionem in releuando prout in cæteris actibus continebatur. contingit postea q̄ die octauo Februarij Lazarus prædictus dedit in fideiussorem ser Angelum &c. ¶ Et ad vnumquodque respondeo : primò non obstat scriptura Sancti de eccle. quia
1 † quantum fieri potest interpretari debet : vt ad concordiam reducatur per aliquam diuisionem vel disiunctionem cum scriptura Odorici, præsertim ad crimen falsi vitādum. c.cum tu.de testib.no.Iac.de Are.& Cy.in l.1.in exercendis.in 2.q.C. de fide instru.& expresè Bart.Bal.Angel.& Sali.in l.scripturæ.eo.ti.per id quod habetur in prima consti. C.§.quib.& l. illud.& l.item videndum.ff.de peti.hære. ¶ Quòd autem reduci posit ad concordiam, patet, q̄a licèt datus fuerit ser Angelus in fideiussorem de iudicio sisti & iudicato soluēdo absque eo q̄ esset expresè dictum q̄ non esset extincta & dissoluta obligatio primi fideiussoris; tamen nō fuisset extincta obligatio ipsius primi debitoris : nisi fuisset actum & facta fuisset nouatio primæ obligationis principalis: vt no.Bart.& alij in l.Valerianus.in fi.ff.de prætor.sti.arg.l.si Titius.ff.de fideius. & probatur in l.3.§.si ex conuentione.cum gl.in verf.pignora.de re iud.& ibi doct.& ad hoc.l.fi. C.de non nu.pec.ergo nō fuit necesse q̄ Odoricus adderet ista verba, s. q̄ dictus Leonardus remaneat obligatus. ¶ Nec ad hoc obstat si diceret q̄d imò necesse fuit addere ista verba: eò quia aliàs remanebit liberatus dictus Leonardus qui fideiussit seu se obligauit de iudicio sisti.& iudicato soluendo: quousque ipse Lazarus inuenisset alium fideiussorem vt in inquisitione patet & narratur, & sic videbatur actum q̄ per nouum fideiussorem esset liberatus primus; quia respondeo q̄ hoc non habet obstare : quia dicta verba quod Leonardus fideiussit de iudicio sisti & iudicato soluēdo donec Lazarus daret aliam fideiussionem, intelliguntur de alia fideiussione. s. simili. l.si fugitiui. cum glo.C. de seruis fugit.c.sedes.de rescrip.cum ibi not.l.fin.§.cui dulcia.ff.de vino triti.& oleo leg. sed dādo nouum fideiussorem solùm in summa ducatorum 25. non dicebatur dare nouum fideiussorem similem primo; quia primus erat in totū, & non pro ducatis 25.tm̄: nec ob.dicta verba subleuando dictū Leonardum &c. quia dico q̄ non potest negari quin præstatio ē secundi fideiussoris esset subleuatio dicti Leonardi: quia vbi si nullus fideiussor fuisset remansisset in solidum obligatus grauari potuisset absque alia exceptione : nunc aūt quia alius erat fideiussor subleuatur primus ex eo, quia posset agenti cō tra eum opponere exceptionē diuisionis : vt pro rata diuidatur actio inter vtrunque fideiussorem.l.inter fideiussorem.ff. de fideius.l.fi. C.de constit. pec.insti.de fideius.§.si plures.& secundū istam subdiuisionē & interpretationē quæ fieri debet, vt dixi saluabit vtraque scriptura. ¶ Accedit quia vbi ver-
* ba possunt trahi ad falsum, & nō falsum, * fit interpretatio q̄ non cōtineant falsum; nec de necessitate concludatur: vt colligit ex gl.no.in l.iurisgentiū.§.quod ferè.in verf.approbetur. ff.de pac. quam ibi ponderant doc. maximè Bal.in l.imperator.ff.de sta.ho.& Sali.in l.de tutela.C.de in inte.resti.minor.

2 ¶ † Secundò

2 ¶† Secundò respondeo * ꝙ non magis debet stari scripturæ
* Andreæ contra Odoricum quàm contra.ad hoc facit qđ no. Spe.in tit.de testib.§.j.versi.sed pone,ecce iudex.& in tit. de instru.edi.§.restat.versi.sed quid si vnus ex testibus.& Anto. de Butr.in c.ad audientiam,de præscript.& in c. cum parati. de appella.& Ange.& Imo. in l.j.§. si quis neget.ff. quemad. testa.ape.& Sal.in l.si quis decurio, post antiquos. C. de falc. & do.Abb.in c.cum causam.el 1.de testibus.& in d.c. ad audientiam.& Ludo.Roma.in l.j.§.fin.ff.de verbo. obliga. vbi per plura concludunt ꝙ si vnus ex pluribus testibus a tabellione receptus & examinatus & criminaliter accusatus quòd falsum testimonium deposuerit: testis verò dicit quod tabellio aliter scripsit dictum suũ quàm ipse testis deposuerit; cui magis erit credendum an testi an tabellioni ? & cõcludunt ꝙ
b quantum ad dictam causam falsi [b] criminaliter intentatã non creditur scripturis tabellionis contra testem, nec contra creditur testi contra notarium: quantò minus ergo debet credi scripturæ Andreæ contra Odoricum & contra eius scripturã cũ Odoricus sit similiter publica persona & tabellio sicut est ille quantum ad hunc effectum vt possit criminaliter condẽnari Odoricus. Posset ẽt aliter rñderi: prout colligitur ex his quæ adducentur circa secundum casum assertæ falsitatis. ¶Non obstat etiam depositio dicti Christofori: quia si bene consideretur non minus ad defensionem & excusationem tẽdit dicti Odorici quàm ad contrarium effectum.nam ipse testis deponit ꝙ Odoricus quando fuit facta & recepta dicta fideiussio,non aderat;ergo non potest dici quod Odoricus scripsit aliter quàm dñs potestas tunc declarauerit fieri, vel aliter quàm ipsæ partes coram ipso Odorico notario fecerant:quia tunc non aderat, & fides dicti Christofori testis in dictis suis est indiuisibilis: & nõ potest vnum dictum eius acceptari, &
* aliud respui per curiam,vt egregiè dicit Bal. in l.nulla. * ff.de
3 legib. ¶† Et licet Odoricus postea notauerit dictam fideiussionem ad relationem dicti collegæ sui: prout debet esse consuetudo & stylus quæ excusat à crimine falsi: vt not. Host. & Io.And.in c.2.de fide instru.& ibi dominus Anto. in fin.no. Bal.in c.1.de cogn.feud.& in l.vnica.C.de confes.in ver. modò sequitur alia quæstio. ¶Non tamen saltem est probatũ per duos testes quod do.Ant. retulit Odorico ꝙ fideiussio fuit facta illis verbis.s. quod remaneret firma fideiussio dicti Leonardi & Christofori,& sic non probat: vt plenè not. in l.2.§. pe.ff.de aqua plu.arc.& ibi Bar.in l.testium. & ibi Cyn.C.de test.& Spe.in tit.de testa.§.j.versi. item quod deposuit de credulitate.& plenè habetur in c.quoties.de test.& ibi dicit Anto.de Bu.ꝙ testis deponẽs de credulitate non dr̃ verus testis: & dr̃ de hoc esse gl.no.in d.l.2.§.pe. ¶Et ẽt si dicerent se pro certo credere non probant,nisi reddant rationem bonam per sensum corporis: vt inquit Bal.in l.siue possidetis.de prob.& id quod no.in c.3.loco.& c.literis.de præsum. tñ quia ẽt iste Christoforus est etiã vnicus testis, & singularis in dicto suo ideo non probat.l.iurisiurandi. C.de test.c. in omni, de test. ¶Nec obst.etiam dictum illius dicti Antonij: quia nihil deponit quod contradicat instrumento seu scripturæ Odorici: & tantò magis excusaretur à crimine falsi dictus Odoricus si in scriptura sua attestaretur quod ita ibi fuit per collegã suũ relatum:quia tunc nullo modo potest puniri de falso, etiam si probaretur quod non fuit relatum,prout ipse Odoricus in sua scriptura attestatur: vt singulariter dicit Bal.in l.ex his.C.
* de testa.mili.* circa medium.per not.per Inno.in c.quoniam contra falsam.de proba.& in c.cum in iure. de offic.delegat. ¶Venio ad secundum capitulum falsitatis:nam inquisitus est Odoricus ꝙ cum partium voluntate esset electus quidam Ia. Hebræus ad videndum quendam librum in hæbræo scriptũ, & productum per dictum Isaac: & sic in eo erant aliquæ aliæ postæ vltra vnam postam productam, & qualiter incipiebat principium dicti libri, & si millesimus dicti libri sequebatur cum Iac. per dictum potestatem & eius officium ipsius dicti potestatis informatur, & non ad instantiam partium fuit iniunctum vt videret si dictus liber videretur authenticus & ip si domino potestati referret: sed dictus Odoricus scripsit qui de partium voluntate fuit electus a Iacobo &c. quæ omnia allegata non puto aliquo modo sufficere ad condemnandum dictum Odoricum. ¶Primo enim non vr̃ obstare illa varietas notæ originalis.s. quod aliter scripsit in secunda quàm in illa prima ex qua secunda data fuit copia potestati:quia rñdeo ꝙ hoc non arguit falsitatem.hoc probo per id quod not. do. Spe.in tit.de instru.edi.§.instr.versi. sed nunquid confectio. & Io.And.in data 6.libri.Bar.in l.si librarius.ff.de reg.iur. & in l.Imperator.ff.de sta.ho.& can.in c.ex literis. de fide instr.
4 ubi volunt † ꝙ notarius emendare & corrigere possit suã originalem scripturam saltem incontinenti intra modicum interuallum.sic dicimus in teste.in c.præterea,de testib.cogen. & ibi no.in auth.de testi.§.quia verò.in magna gl. ¶Et in dubio debet præsumi ꝙ dicta emendatio facta fuit tempore per misso ne incidat in pęnam falsi,per ea quæ notabiliter voluit Bal.in l.non solum.§.sed vt probaui.ff.de no.oper.nun. & in l.1.in 2.col.ff.sol.ma.& in l.precib.in 6.col.in versi.& scias. C.de impu.& Sal.in l.matrem.C.de prob.& do.Abb. in c.in præsentia.in 4.col.de proba.in c.auditum.de præscrip.maximè per id quod habetur in l.2.iuncta glo.singu.in verbo probatur. C.de peti.hære. ¶Et dicit Ioan.And.in addi.Spe.super ver.sed nunquid confecto.in addi.Specu.in c.puta &c.ꝙ qñ
* notarius videt se errare, * melium est vt conficiat nouum originale seu protocollum vel instrumentum quàm primũ corrigere, ne resultet ex verbis cancellatis aliqua suspicio. ¶Et fortius vult Iac.de Bel.in auth.de æqual.do.in princ.& clarè Bal.in 2.consti.C.in fin. & est de mente Io.And.in dicta data 6.lib.Et Bal.in l.fi.in pe col.C. de eden. & in l.ambiguitatis. C.de testa.& in tit.de pace Constã.in princ.& quod notarius licitè emendat & corrigit qñ hoc facit antequam dederit copiam parti: non ergo põt ex hoc argui vel condemnari de falso: vt variæ in hoc reperiunť confectæ scripturæ. ¶Ad confirmationem prædictorum accedit id quod no.Bal.in d.l.Impe
5 rator,in pe.col.in ver.sed nunquid per vnum &c.† vbi quærit nunquid per vnum instrumẽtum probetur error alterius si sunt scripta manu eiusdem.& arguit primò ꝙ sic: tandẽ cõcludit ꝙ sunt repugnantia neutra scriptura valet. ꝙ si sit vna plus quàm altera, & tũc aut illud plus põt reduci ad minus. vt in summis: & valet in minore summa.ff.de arb.l.diem pro ferre.§.si plures.aut non potest reduci: quia vna scriptura est plenior quàm altera,quia continet plura capitula quàm alte-
* ra: & tunc pleniori standum est.* ff.de hære.instit.l.si ita scriptũ fuerit Titius. ¶Ecce ergo ꝙ plenior scriptura manu eiusdem non præsumitur falsa: nam si falsa præsumeretur ei non staretur: prout dicit Bal.propter illa verba adiecta, videlicet ꝙ Iacob haberet videre an ille liber esset authenticus, non haberet alterare,quò ad effectũ illud quod cõtinetur in illa scriptura: seu id quod deponunt testes, nam secundum quod cõtinetur in alia scriptura & secundum quod deponunt testes, fuit commissum Iacob quod videret an dies & millesimi essent positi, & continuati in d.libro. sed istud dicitur etiã continere.s.an liber sit authenticus: quia secundum magis communem opin.priuata scriptura non requirit diem.l. cum tabernam.§.idem quæsijt.ff.de pig. tamen aliud est in libro rationum in quo requiritur appositio temporis. l. j. §. rationẽ. ff.de edendo.& no.Ang.in l.j.§.editiones. in 2. col. de eden. & Bal.in rubri.C.de fide instru.16.col.in versi. viso de rescriptis quæ sunt publica manu &c. ¶Nec etiam potest obstare ꝙ in scriptura Andreæ collegæ etiam aliter contineatur: quia non magis credendum est scripturæ Andreæ contra Odoricum q̃ econtra: vt probaui circa præcedens capitulum falsitatis,& patet ex no.per Bal.in l.testiũ.in 4.col. C. de testa. ver. modo insurgit dubium. ¶Non obstant dicta testium. ¶Et primò non ob. id quod deponit And. quia rñdeo, primo, quod licèt ipse testis deponat ꝙ non fuerint dicta illa verba in cõmissione data dicto Iacob.s.quod videat an liber esset authenticus &c. tñ fatetur quod fuit sibi commissum vt videat an liber sit ordinariè scriptus,indictio & millesimus, quod in idẽ recidit in effectu, vt suprà dixi: non dicitur ergo instrumen-
* tum esse falsum: nam licet varietas sit in verbis: * non tamẽ est in effectu: vt in c.dudum.& ibi no.Anto.de Butr.de conuer. coniuga.& no.Spe. in d.§. instrumentum. Iste testis erat frater Andreæ qui aliàs scripsit; sed ita est ꝙ si verum sit dicere ꝙ propter talem varietatem dictarum scripturarum sit falsa scriptura Odorici vel scriptura Andreę,& in hoc iudicio pronunciaretur in fauorem Odorici ex eo ꝙ scriptura eius esset verior, talis sententia lata non citato Andrea: quàuis non faceret plenum præiudicium contra dictum, attamen faceret aliquam

aliquam præsumptionem contra eum, vt no. Part. & alij in l.
Lucius. ff. de his qui no. infa. per id quod habetur in l. 1. cum
gl. C. de fal. & in l. si duo patro. in prin. ff. de iureiur. & ita ꝓ-
batur in l. à sententia. in prin. & ibi docto. ff. de appella. & ꝙ
not. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. in versi. quæro. quid si
dicta testium. & Anto. de But. in c. 1. de re iudi. & in c. fin. de
6 iureiur. ¶† Sed ita est ꝙ vbi agitur de præiudicio fratris quò
ad crimen frater non est idoneus testis, vt l. lex Cornelia. in
prin. cum ibi no. per Bar. ff. de iureiu. & per glo. & doct. in l.
parentes. C. de test. & no. Bar. in l. qui testamento. §. j. ff. de te-
sta. ¶Et per Bald. in l. fin. C. de proba. vbi dicit ꝙ vbi agitur in
causa criminali oportet ꝙ testes sint omni exceptione maio-
res: & ideo dicit ꝙ frater tunc non admittitur. ¶Nec ad hoc
obstat si dicatur ꝙ dictus Anto. testis est descriptus in instru-
mento: ergo videtur approbatus & nihil ei potest opponi qđ
* concernat defectum personæ: * vt est glo. in §. licèt. in versic.
supplicijs. in auth. de testibus. quam ad hoc singu. putat Ang.
in l. j. C. de testib. & no. Bal. & Sal. in d. l. parentes. Et Bald. &
Moder. in l. testium. §. j. de testamentum. quia respondeo ꝙ
glo. & doct. in dictis locis volunt ꝙ non potest obtinere con-
tra tale testem qui fuit rogatus: quia ipse qui eum rogauit vi-
detur eum approbare. facit l. si quis testibus. C. de testib. Bal.
in rub. de fide instru. in 11. colum. & in l. hac consultissima.
in prin. C. de testa. tamen illud est verum ꝙ præsumitur roga
* tus. s. à partibus ad quorum petitionem fit actus: * vt no. Bar.
in l. sciendum. circa vltimam col. de verbo. oblig. & Imo. in l.
Domitius Labeo. in fi. ff. de testa. ergo nihil ad dictum Odori
cum ad cuius petitionem nō fiebat dictus actus. ¶Et per præ-
dicta patet etiam responsum ad illud quod deponit alius te-
stis Ioan. & vltra prædicta respondeo ad istum testem ꝙ non
deponit concludenter super negatiua: quia dicit ꝙ non audi-
uit fieri commissionem dicto Iaco. ꝙ videret an liber esset au
thenticus. nam potuit esse ꝙ talis commissio fuit facta & ipse
nō audiuit: vnde non probat iste testis: vt not. per gl. & doct.
in d. §. si verò absunt. in auth. de here. & fal. & l. Pantonius. §.
rei. ff. de acqui. hær. & in l. j. §. j. ff. de iti. actuq; pri. & per Cy.
& per alios in l. actor. C. de prob. & Io. An. in c. bonæ de elec.
¶Et licèt testis dicat se fuisse præsentem quādo Iacob fuit ele-
ctus, non tamen concludit de necessitate ꝙ habuerit intelle-
ctum quo ad omnia quæ dici potuerunt ibidem. quia iste te-
stis dicit se non audiuisse. l. j. §. fin. ff. de auth. tut. l. si dictum.
§. si præsente. ff. de euic. & in proposito not. glo. in c. præsen-
tium. in ver. interrogatio. de test. li. 6. vbi autem testis affirma
tiuè deponeret: puta Titium Seio numerasse centum in præ-
sentia ipsius testis; tunc probat illud quod affirmat. l. testib.
C. de testibus, & vbique hoc firmant scribentes. multòminus
probat dictus Ant. qui dicit ꝙ non recordatur ꝙ in commis-
sione expressum fuerit quod videret Iac. an liber esset authen
ticus, & ꝙ potuisset hoc dicere ꝙ ipse non audiuisset. ¶Et si-
militer etiam nihil probat Christoforus, qui deponit se non
7 recordari audiuisse fieri talem commissionem Iac. † vnde ta-
lis testis non dicitur aliquid probare contra instrumentum;
quando dicit se non recordari: quia ita dictum vel factū fuit,
vt notat Inn. in c. cum Io. de fide instru. & Bar. & alij in l. j. §.
si quis neget. per illum tex. cum gl. ff. quemadmo. testa. aper.
¶Et hoc morbo etiam (vt dixi) laborat præcedens testis. ¶Be-
ne faciunt etiam excusationes dicti notarij: quia vbi reperiū-
8 tur † ꝙ partes vno modo dixerunt. & quod notarius alio mo
c dò scripsit, præsumitur potius per errorem [c] quam falsò vel
dolosè dixisse si ex alijs coniecturis de dolo non probetur, vt
no. Bar. & alij. in l. quoties. §. j. per illum tex. ff. de hære. insti.
& Bar. in l. fi. C. de cano. sacra. largitionum, lib. 10. & in l. j. ff.
de dolo. & Rom. in l. captatorias. ff. de test. mil. & falsum non
cōmittit; nisi dolus interuenit. l. nec exemplū. C. de fal. & hoc
satis dictū fuit per d. consulentem. ¶Nec etiam prædictis ha-
9 bet obstare contumacia Odorici: quia † talis contumacia de
iure cōmuni non facit eum haberi pro confesso & conuicto.
l. diuus. la. 2. & ibi nota. Dy. & Bar. de custo. reo. l. 1. cū ibi not.
per Cyn. & Bar. C. de requirendis reis. & l. quemcūque. & ibi
Bar. eo. tit. & plenè no. in l. lege Cornelia. cum concor. ff. ad
Syll. ¶Nec etiam vigore statuti potuit dictus potestas dictam
sententiam ferre: vt patet in rubrica de modo procedendi in
10 delictis contra absentes. ¶† Nec etiam ob. ꝙ se submiserit as-
* sertus procurator Odorici misericordiæ. d. potestatis: * quia
illud non est fateri delictum saltem vt possit condemnari, vt
patet ex eò quod no. per Bar. in l. furti. §. pactus. ff. de his, qui
no. infa. ¶Et etiam patet: quia perinde est ac si dixisset cōmit-
* to iudicio tuo, quæ important arbitrium boni viri: * vt no. In
no. & alij in c. veniens, de renun. & Ang. in l. si cui. ff. de seru.
& Ro. in rub. ff. de ar. in 16. co. ver. sed pone. ¶Et dicit Ange.
& Moder. in l. fin. ff. de præto. stip. quod ille cuius misericor-
diæ vel gratiæ me commisi, nisi mihi gratiam vel misericor-
diam facit. debet me in pristino statu reponere. alleg. no. in d.
c. veniens. & in c. sanè. de renunc. quinimò si aliud impetrat,
non intelligitur dictus procurator adhuc habuisse mandatū,
vt tetigit oportunè præfatus dominus consulens. ¶Nunc ca-
pio vltimum capitulum assertæ falsitatis de qua in inquisitio
ne fit mentio. sed circa hanc assertam falsitatem dico non esse
sufficiēter probatum tale quod per quod potuerit aliquo mo
do condemnari. ¶Et primò non obstat dictum Lazari Iudæi,
quia respondeo primò ꝙ non est idoneus testis contra Chri-
stianum. c. Iudæi. & ibi no. de test. & 2. q. 7. c. si hæreticus. &
c. non potest. ¶Præterea iste testis dicit ꝙ ipsemet Lazarus vo-
lebat dicere illa verba, sed nesciebat exprimere, & Odoricus
expressit pro eo ibi præsente. & isto casu perinde est ac si ipse
Lazarus expressisset cum tenderet ad commodū suum. l. quæ
pariter. & l. remunerandi. §. qui passim. ff. manda. ¶Non obs.
ꝙ deponit Stephanus notarius alius testis, quia per illud qđ
proximè suprà dictum est, patet responsum, & insuper potest
responderi, ꝙ iste testis deponit quod audiuit Odoricum illa
verba dicere pro Lazaro & nomine dicti Lazari: non tamen
dicit ꝙ dictus Lazarus non dixit vel dicere potuerit illa eadē
verba saltem quando fuerunt prolata a dicto Odorico, & eo-
11 dem morbo laborat Nicolaus alius testis. ¶† Præterea ad om
nia contra eum in hoc adducta potest responderi, quod non
debet puniri quis pœna falsi quando illud falsum non potuis
d set alii nocere, [d] vt not. gl. & doct. in l. diuus Adria. ff. de fal. &
est de mente gl. in c. quanto. in gl. pe. extra de iureiu. quam ad
hoc ponderant Doctores maximè Imo. & not. Bart. in l. is qui
in omnibus. ff. de fal. & Tancredus de Corneto in compen-
dio. sub rub. 8. q. 10. incip. Præterea quæritur quidam produ
xit, &c. vbi singulariter dixit. ꝙ de falso non punitur qui sciē-
ter dictauit notam ex qua est instrumentum redactū falsum:
quia talis nota non est scriptura publica, sed priuata: allegat
no. in d. l. diuus. sed ita est eò ipso quod dictus Isaac produce
bat scripturam contra dictum Lazarum cum absque eo quod
dictus Lazarus vel aliquis alius quid diceret non per hoc fie
bat præiudicium dicto Lazaro: quia aut dictæ scripturæ non
erant solennes & authenticæ, & tunc quāuis non contradixis
set Lazarus, tamen ei non nocuisset, vt declarat Bal. in l. super
* chyrographis. * in vlti. col. ver. Ego autem. C. si cer. pe. & præ-
sertim non data prius copia dicto Lazaro vel prius non lectis
sibi vel exhibitis. d. l. super chyrographis. cum antea non pos-
set intelligere quod sibi vellent dicere scripturæ. ¶Et non po
test dici quod tacendo videatur approbare id quod ignorat.
l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iu. l. 2. in prin. de iur. l. ma-
ter. ff. de inoffi. test. & ita intelliguntur not. per Host. & alios
in c. quoniam contra. de proba. & declarāt doc. maximè Imo.
in c. cum in iure. de offi. dele. Et per ista apparet dictum Odo-
ricum vt demonstratum est, non posse condemnari de falso,
prout factum extitit per præfatum dominum potestatem: an
vero dictus potestas fecerit litem suā satis patet ex prædictis,
verum quia nō consueui in syndicatu contra rectores & præ-
sertim doctores consulere, præsertim cum tunc dicatur agi-
de quasi maleficiis, ideo æquo animo ferret Odoricus si pro
more meo & pro ea honestate seruanda, quam erga eos qui
de eadem professione sunt, seruari decet, specialius non attin
gam an dominus potestas litem suam fecerit an non.

ADDITIONES.

a ¶Cępollam. patet inter consi. eius criminalia consil. 21. vbi cau. &
* exactè habes. * & causa hæc fuit agitata in ciuitate Tridenti. Natta.
* Et non falsum.] Idem tradit Ias. consi. 153. volu. 2. vbi etiam defen-
dit notarium à falso. Natta.
* Secundò respondeo.] Idem dicit Alexan. consi. 74. col. pen. lib. 1. & la
tissimè consi. 65. lib. 2. & vide Feli. in d. c. cum causam. in fi. & in d. c.
ad audientiam. col. 3. Pau. de Cast. in l. in exercendis. C. de fid. instru.
in fin. & Dec. in c. cum parati. col. pen. de appella & cum Alex. hic te-
net Ias. in l. duobus. §. item Pomponius. col. fin. de iu. iuran. vbi idem
dicit

dicit in testibus contrarijs; vt neutri de falso condemnari possint. Sed datur materia iudici ad inquirendum. Et cum prædictis transit Gramm. voto 26. in fin. Et in hoc casu tam testes, quàm notarij debent torqueri. Bald. consi. 37. quidam tabellio li. 1. Et vide Guid. Pap. q. 540. & optimam decis. Capicij. 94. & de prædictis Hippol. in rub. C. de prob. nu. 412. Gramm. decis. 60. 1. dub. Et vbi plures contradicunt paucioribus, intelliguntur de falso conuicti. Rui. cons. 158. col. fin. lib. 5. Natta.

b ¶ Falsi. latè infra lib. 2. consi. 65.

* Bald. in l. nulla. ff. de leg.] Bald. in dicta l. nulla dicit, ꝙ fides testis est indiuisibilis per l. si quis testibus. C. de testi. Natta.

* Bal. in l. ex his. C. de testa. mili.] Vbi vult Bal. quòd notario attestanti de facto præterito non credatur. ideò, etiam si falsum diceret, non punitur; quia dicit, non vt iurata, sed vt priuata persona. & reputat notab. Ias. alia addens consi. 62. col. 3. lib. 1. Natta.

* Errare.] Dicta per Alex. hic sequitur etiam Soci. consi. 94. colum. 3. lib. 1. Natta.

* Et tunc pleniori standum est.] Sequitur Soci. adducens Abb. in d. cõsi. 94 colum. 3. lib. 1 Natta.

* In verbis.] Bal. in l. si ex cautione. 1. q. C. de non nu. pecu. dicit quòd instrumentum est falsum, à quo verba, & mens contrahentium remouentur. Sed si remouetur mens, non verba; est simulatum. Si verba, sed non mens; non est simulatum ex quo substantiatur in radice veritatis, & sic non est etiam falsum. Et illud Alex. adducit consi. 53. col. 4. lib. 7. Natta.

* Personæ.] Adde, ꝙ contra istud dictum potest opponi Abb. in c. causam, el primo, in prin. de re iud. Natta.

* Actus.] Idem in notabili casu consultus respondit Cępolla in pręfato eius consi. 21 licèt Franc. de Curt. consi. 56. colum. 5. dicat, quòd quo ad notarium testis instrumentarius probat non obstante inhabilitate. Natta.

c ¶ Error est. infra eod. consi. 74. nu. 4. Alci. tract. de pręsum. re. 3. præ-
* sump. 13. * Idem sequitur Iason. in dicto consil. 153. colum. 4. libro 2. Natta.

* Misericordiæ potestatis.] Respondit Cæpolla in præfato consi. col. 4. ꝙ veniam petens non videtur fateri, quòd sit culpabilis, quia potest hoc fieri gratia humanitatis, & benignitatis. quod no. De quo tamen ponit Alex. & ibi Ias. in l. decem. ff. de verb. ob. & Alexand. in l. 1. col. 2. ff. de ope. nou. nun. Et Aegid. Bossius in tract. de reme. ex sola clementia. nu. 29. Natta.

* Arbitrium boni viri.] Istud idem tradit Alex. in l. si sic. in prin. colu. pen. ff. de leg. 1. Iaco. in tract. feudo. in verbo, Princeps 15. priuilegio D. Georg. in cle. sępe. §. non sic tamen. col. 12. Gui. Papæ q. 495. Idem dicit Io. Fab. in §. pretium. col. 3. insti. de contrahen. emp. Are. in §. fi. insti. de verbo. obli. Natta.

d ¶ Nocere. infra lib. 6. consi. 145.

* Vt declarat Bal. in l. super chyrographis.] Bald. ibi dicit, ꝙ scripturam non sollennem pars tacens non videtur approbare, quia sollennitati quis renunciare non potest. Sed si esset sollennis, & sit producta in iudicio, tunc, si non fatetur, nec diffitetur, videtur approbare. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides præsumitur ex longissimo tempore.*
2 *Ignorantia non probatur iuramento quando est præsumptio in contrarium. & nu. 5.*
3 *Restituitur ex capite ignorantiæ contra præscriptionem longissimi temporis.*
4 *Hæres emphyteutæ virtute ignorantiæ restituitur aduersus commissum.*
6 *Coniunctus vel vicinus an præsumatur scire.*
7 *Tempus ad restitutionem non currit nisi à tempore scientiæ.*
8 *Ius vt conseruetur non refert à quocunque soluatur.*

EPITONE.

QVIDAM qui iure feudi tenebat quandam petiam terræ à quodam domino renunciauit in manibus domini, & facta dicta renunciatione fuerunt inuestiti de dicto iure feudi à domino duo fratres ꝓ se suisque filijs masculis legitimis & descendentibus tãtum & insolidum: & virtute dictæ inuestituræ dicti duo fratres eã petiã terræ tenuerunt & possederũt toto tpe vitæ eorum. Accidit ꝙ dicti fratres decesserunt prius relictis post se filijs masculis vltra relictum post se vẽtrem ex quo tandem natus est posthumus: dominus verò feudi fortè credens fuisse finitam lineam feudatariorũ inuestiuit alium vasallum qui ipsam petiam terræ tenuit & possedit annis 30. & vltra cõtinuis. filij & descendentes masculi dictorum duorum fratrum qui et de titulo & possessione parentum suorũ probare possunt: vellent aduocare dictã petiã terræ à dicto vltimo vasallo: quęritur nunquid possint. Dubiũ facit: qa cũ ipse ipsam petiã terræ tenuerit & possederit cum titulo & spatio 30. annorum: videtur obstãte pręscriptione sibi præclusam esse viam rei vendicandę. allegatur pro parte aduersa ꝙ ipsi non egerunt, quia nõ habuerunt instrumenta inuestituræ factæ dictis duobus fratribus & parentibus suis, neque instrumenta tenutæ & ꝙ iura nouiter ad manus suas peruenerunt, & ꝙ ẽt tanquam hæredes in quibus præsumitur ignorantia ignorauerunt iura. ¶ Vidẽdum est igitur an istis filijs iuris remedio aliquo succurri possit: & an sibi ex capite ignorantiæ detur restitutio aliqua aduersus præscriptionem. ¶ Et si detur ex illo capite in ipsis tanquam successoribus præsumatur ignorantia à iure, adeo ꝙ nulla alia exigatur probatio. ¶ Et an ꝙ de nouo instrumenta de eorum notitiam & potestatem deuenerunt, sit necessaria probatio & qualis. ¶ Et si sufficeret iuramentum ipsorum. ¶ Et si cum iuramento sufficeret aliqualis puta semiplena probatio.

CONSILIVM LXXI.

Videretur prima consideratione dicẽdum dictos filios aduersus vltimum vasallum, nullum habere efficax remedium: & præsertim, quia longissimo tempore videlicet spatio annorum, 30. possedit & cum titulo legitimæ inuestituræ & per consequens talis possessor quẽlibet agentem exceptione præscriptionis repellere poterit: vt videtur casus in cap. si quis per 30. in titu. si de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. per regulam. l. sicut. & l. omnes. & in l. si quis emptionis. C. de præscriptio. 30. annorum. ¶ Et hoc tam de iure ciuili quàm de iure canonico: quia possessor præsumitur fuisse in bona fide: tum quia habet ti. l. pe. C. de eui. no. in c. si diligenti. & in c. vigilanti. de præsc. & plenè doc. in l. Celsus. ff. de vsu. tum quia possedit longissimo tẽ-
1 pore † ex quo præsumitur bona fides: vt no. Inn. & doct. in c. 2. de restitu. in integ. & Archi. in c. 1. de præscri. in 6. & Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de teste. §. nunc videndum, in prima additione magna. & Ange. in l. pen. C. quibus non obst. longi temporis præscriptio. & Bar. in l. fi. C. vnde vi. ad fin. per illũ text. & Anto. de But. in d. c. si diligenti. ¶ Nec ad hoc obstat si allegaretur ꝙ filij dictorum ignorauerunt ius suum: quia ad hoc respondetur dupliciter. primò ꝙ præscriptio currit etiã contra ignorantem. l. fi. C. de præscrip. long. temporis. Secundò respondetur ꝙ coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. l. Octaui. ff. vnde cognati. l. de tut. C. de in integ. resti. mi-
2 no. ¶ † Et ideo cum præsumptio sit ꝙ quis sciat: ideo tunc nũ-
* quàm statur soli iuramẽto * iurantis se ignorasse dato ꝙ aliàs iuramentum esset sufficiens ad probationem ignorantiæ, & eius quod dependet ab animo: ita dixit Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. in 3. col. qui ita limitat not. per gl. in §. aliæ. instit. de actio. & idem not. Io. And. post Inn. in c. 2. de cõstit. faciunt no. in regula. præsumitur. de regu. iur. in 6. & nota. Pau. de Leaza. in cle. constitutionem. de elect. per id quod habetur in cap. j. de præsum. & in l. si non conuicti. C. de iniur. ¶ Nec etiam videtur tractari posse de aliqua restitutione in integrum: quia videtur lapsum esse quadriennium statutum ad talem restitutionem obtinendam à tempore læsionis si læsus erat maior, vel si erat minor, à tempore completæ legitimæ ętatis. l. fi. C. de in integ. resti. per c. j. de in integ. rest. in 6. ¶ Secundò pro dicto vasallo principaliter facit: quia aut dicti filij fratrum agent rei vendi. quasi habeãt vtile dominium acquisitum à vero & directo domino iuxta. l. 1. si ager vectigal. vel emphyte. petatur. & in c. 1. de inuest. de re. alie. fa. & ibidẽ no. in c. 1. in gl. magna. de capitulis Conrad. & hoc casu difficillimum erit dictis obtinere propter difficultatem probationis dominij: vt no. in l. cum res. C. de proba. & per doct. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. & in l. rem alienam. ff. de pig. act. & per Spe. in tit. de locato. §. nunc aliquã. versic. 56. & in tit. de act. & peti. §. sequitur. vers. si autem velis. Aut agent publiciana iuxta l. cum sponsus. §. in vectigalibus. ff. de publi. & tunc non videtur quod agentes possunt obtinere: quia publiciana non datur contra titulo possidentem. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publi. ¶ Sed præmissis non obst. contrariam sen-

tentiam

tentiam de iure probabiliorem esse puto: videlicet quod dicti filij agere possint publiciana * dicta l. cum sponsus. §. in vectigalibus. ¶Et si opponatur exceptio præscriptionis poterunt agentes incidenter aduersus præscriptionem petere restitutionem in integrum, iuxta l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & cum ibi not. allegando ignorantiam tituli, & iuris paterni. & sic petendo restitutionem ex generali clausula, si qua mihi iuxta cã. &c. quæ restó conceditur maioribus vbicunq; æquitas dictat eá esse concedédã. l. j. in fi. & l. sed & si p prætoré. §. hæc clausula. ff. qui. ex cau. maio. ¶† Quod autem
5 ignorantia
a sit æqua & probabilis causa ad concedendam restitutionem in integrum aduersus præscriptionem decursa, est glo. no. in l. si partem. §. j. in versi. non vtendo. iuncto tex. ff. quemadmodum serui. amit. glo. in l. j. C. de pat. potesta. & firmat Spe. in tit. de præscri. §. j. ver. pone colonus. & Barto. & Ang. in l. j. §. si quis autem pp illum tex. cum gl. ff. de iti. actu. priua. & Ang. in l. fi. C. de præscrip. long. tempo. & in l. fin. ff. si quis testa. liber. esse iussus fue. & do. Abb. Sicu. in c. vigilanti, de præscrip. Ludo. Rom. in l. qui vniuersas. §. fin. ff. de acq. pos. & in l. si verò. §. de viro. & in l. fallentia. ff. solu. matri. & Ioan. de Imo. in l. Pantonius. ff. de acqui. hær. & idem fuit de mente Bar. in l. ab hostibus. in §. sed & similiter. ff. qui. ex cau. maio. in 3. col. dum alleg. no. in l. cum filius. §. in hac. de verbo. oblig. ¶Idem expresse voluit Io. de Imo. in repet. c. fin. in 12. char. de præscrip. vbi etiam dicit hoc esse verum in præscriptione 40. ann. & idem do. Abb. in d. c. vigilanti, in terminis illius decretalis quæ de tali præscriptione loquitur. & Ange. in l. hæredem, aliàs est in l. annus. ff. de calumn. dum dicit hoc esse verum in præscriptione longissimi temporis. & ibi respondet ad not. per gl. in c. auditis, de restit. in integ. & ad no. per gl. in cle. j. in versi. lapsu temporis. in fi. eo. tit. vbi ecclesia quæ vtitur iure maioris non restituitur aduersus præscri. 40. annorum quia secundum Imo. potest dici quod illud potest procedere in præscriptione 40. annorum. sed in præscriptione. 10. 20. vel 30. anno. bene potest restitui quis si fuit ignorantia probabilis per prædicta. Vel respondeti potest ꝙ opi. glo. in d. c. auditis, non est vera. & eam reprehendit Inn. in c. j. eo. tit. & Host. in c. cum contingat. de transac. & Hostien. in sum. de resti. in inte. §. vtrum. versi. præscriptionis auté. & Pa. de Leaza. Zenzelinus, Stephanus & d. Car. in d. cle. j. per illũ tex. generaliter loquentem. & ita ét tenet Ant. de But. in d. c. auditis. ¶Et sic stabit conclusio quod propter ignorantiam restituetur quis aduersus præscriptionem & cursum temporis. ¶Quæ op. ét fuit de mente gl. in l. 2. ĩ gl. fi. C. de iure emphy. q̃ voluit † ꝙ si hæres emphyteutæ nõ soluit canonem intra bie-
4 nium iuxta d. l. 2. ꝙ licet mero iure cadat a iure suo, tamen poterit ex clausula generali virtute probabilis ignorantiæ restitui in iure. & idem tenuit Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 18. & Dyn. & Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. & Dyn. in c. cum quis in ius. de regu. iu. in 6. & Barto. in l. ad idem. ff. de verb. oblig. & l. Æmilius. ff. de mino. & Ange. in l. si ad insulam. in 6. fallentia regulæ negatiuæ. ff. de verb. obli. & in l. sed in conditio. §. seruus alienus. ff. de hære. institu. & Bald. in l. fi. C. si pend. appella. mors interue. & Pet. de Anch. & Ioan. de Imo. in c. potuit, circa 11. chart. de locato. ¶Et pro dicta opin. facit, quia vbicunq; præscriptio currit contra aliquem impeditum iusto impedimento facti semper conceditur restitutio. l. Attillicinus. alias incipit hi qui. ff. de serui. rusti. prædio. §. si quis autem propter. cum gl. & not. Pet. & Cy. in l. quoties, in 4. q. C. de præ. impe. offer. & per Guil. de Cu. & Bar. in l. senatus. ff. de offi. præsidis. ¶Sed impedimentum probabilis ignorantiæ dicitur esse iustum impedimentum facti propter quod alicui subueniatur l. qui in alterius. cum ibi no. ff. de regu. iur. c. 2. de consti. c. cum illorum. ad fin. de senten. excom. ¶Pro hac opi. etiam facit id quod elegáter voluit. Cyn. & alij in l. 1. C. de condi. inde. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de exec. sententiæ. §. fin. super verbo illud autem. ibi quærit quid si quis conuentus à creditore cui solutum erat, fuit condemnatus, & postea sententia transiuit in rem iudic.
b iterum b. soluit ignorans debitum esse solutum. nam concludit ꝙ si fuit iusto errore ductus iste qui secundò soluit, poterit ex clausula generali restitui in integrum aduersus sententiam & probatur in l. si mater. in prin. cum ibi not. per Bart. ff. de exc. rei iudi. & no. per Cyn. & Ray. in d. c. qui testamento. ff. de exec. tut. per Ange. & Io. de Imo. in l. Imperatores. ff. de re iu. & in l. si is ad quem. ff. de acqui. hæredi. & in l. 4. §. item. ff. ad l. fal. & doc. in c. suborti. de re iud. & Bal. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. ¶Et per hoc patet non obstare. l. fin. C. de præscri. long. temp. quiá fateor ꝙ ignorantia nõ impedit cursum præscriptionis, vt ibi, tñ bene præbet iustam causam impetrandi restitutionem per suprà dicta. ¶Nec etiã obstat. l. cum in antiquioribus. in verb. & si quidem is qui sciens, &c. C. de iure deli. vbi si quis non adita hæreditate decesserit intra annum transmittit ius deliberandi ad hęredem suum: si autem decedens ignorabat sibi esse delatam hæreditaté innuit tex. ibi ꝙ nullũ ius transmittatur: nec aliquo modo succurrat hrdi: ét ex persona defuncti qui ignorauit: quia põt rñderi ꝙ ibi loquitur qñ tractatur de lucro captando, id est, de acquirenda hæreditate: sed in casu nostro tractatur de dãno euitando. i. de non perdendo ius iam acquisitum, inter quæ est maxima differentia: quia magis subuenitur tractantibus de damno. l. errore. ff. de iuris & facti ign. l. fi. C. de codicillis. ¶Vel respondeo ꝙ ibi de esse & de substantia illius trãsmissionis erat scientia, nimirum si ignorans excluditur, quod non est in casu nostro. ¶Vel etiam potest responderi secundũ Ang. & Pau. de Cast. in l. ventre. ff. de acqui. hæ. & Io. de Imo. & Pau. de Cast. in l. Pantonius. eo. titu. quod etiam in casu dictæ l. cum antiquioribus, & in omnibus casibus in quib. ignorans hæreditatem sibi esse delatã decessit hæreditate non adita, poterit hæres eius ex persona defuncti petere restitutionẽ in integrum ex dicta clausula generali per d. l. Pantonius. cũ
5 ibi no. p Bar. ¶† Ipsa aũt ignorãtia in dubio præsumit' in quocunque succedente in ius alterius. d. l. qui in alterius. & d. §. cum quis. & l. fin. pro suo. ad cautelam etiam poterit probare per proprium iuramentum: vt est tex. in c. pastoralis. de exec. c. præsentium, de testib. c. si verò. el 2. de sent. excommu. not. glo. 3. in c. significasti. el 1. de homic. no. in c. vt circa. de elec. in 6. & not. glo. in l. si cui. §. ijsdem. de accu. & glo. in c. ad au-
6 dientiam, el 2. in glo. magna. de rescrip. ¶† Nec ad hoc obstat, ꝙ coniunctus præsumitur scire facta cõiuncti: quia illud est verum quò ad iura sanguinis, id est, quò ad scientiam cognationis, & quò ad processum naturę coniuncti: ita loquitur. d. l. Octaui. & d. l. tutela. secundum Bal. ita dicentem in l. quando. C. de iur. deli. per illum tex. vbi allegabatur sororem ignorasse testamentum fratris. ¶Et similiter dicit Bald. in l. j. C. de collu. detegen. ꝙ licet vicinus præsumatur scire facta vicini. l. si ita. §. fin. ff. de fundo instr. & l. filium. ff. de his qui sunt sui. c. quosdam. & c. quanto. de præsump. tamen illud debet intelligi de his quæ oculis vicinorum latere non possunt: vt puta mulierem vicinam esse publicam meretricem, secus auté de his quæ oculis vicinorum latere possunt, per not. per glo. in l. 1. C. de collu. deteg. & idem Ang. in l. j. ff. si cert. petat. ¶Vel illud est verum in actibus qui habent tractum successiuum, & sic de facili possunt transire in notitiam vicinorum & coniunctorum, secus in his quæ habent causam momentaneam. prout est facere vnum contractum. vt dicit Pau. de Cast. in d. l. j. ff. si cert. petat. ¶In proposito ergo ꝙ contractus & instrumentum inuestituræ factus in dictos fratres est actus momẽtaneus, ideo de facili potuit latere filios dictorum fratrum, qui fortè & dicto tempore nati non erant: prout erat dictus posthumus: vel erant infantes quo tempore quicquid vident
7 ignorant. l. 1. C. de fal. mo. l. pupillus. ff. de acqui. hæ. ¶† Non ob. quod lapsum sit quadriennium datum ad obtinendam restitutionem in integrum: quia respondeo quòd tale tempus nunquam incipit currere, nisi a die scientiæ: quia quò ad sui initium, dictum tempus est vtile, licèt postquàm incipit currere sit continuum, vt probatur in l. fi. C. de temp. in inte. resti. & ideo si læsus staret per centum annos ꝙ non poterit restitui nunquam sibi ignoranti curreret tempus petendæ restitutionis in integrum: ita egregiè dicit Bal. in l. falsum. C. si ex fal. instrumentis. & Zenzeli. & do. Car. in cle. j. in 25. q. de restit. in integ. ¶Et consulo etiam ꝙ ad cautelam petat restitutionem in integrum aduersus dominum feudi propter canonem ignoranter non solutum, quæ restitutio concedi debet, vt no. in l. 2. C. de iure emphy. & dixi suprà. ¶Tamen non puto etiam dictos filios dictorum fratrum cecidisse à iure suo propter non solutum canonem postquàm processit hoc facto domini qui minus iustè feudum alteri cõsignauit ad hoc
lex

lex,in executione.§.fin.de verb.obligatio. & l.iure ciuili. de condi.& demon. ¶Hoc decidit in terminis Guil. de Cun. &
8 Bal.in l.solennibus.C.de rei vendi.vbi dicunt† ꝙ si habeã rẽ in emphyteusim, & illa peruenit ad tertium possessorem qui
* fuit inuestitus à domino,& semper soluit canonem,* ego autem non solui, res non incidit in commissum, quia sufficit, à
c quocunque c soluatur allegat.l. forma.§.si cum ego.ff.de cen. idem tenuit Bal.in l.arboribus.§.qui tamẽ. per illum text.ff. de vsufr.& ita dicit tenuisse Andream de Pisis, quod reputat Bal.esse no.dignum.bene facit.l.qui decem.§. j. verb. sed qd si ignoranter.ff.de solu.¶Vltimò non obst.ꝙ publiciana non datur contra tit.possidentem.l.siue autem.§. si duobus. quia respondeo ꝙ illud est verum quando actor haberet titulum ab vno,& reus ab alio, sed si ab eodem,prout in casu nostro; tunc potior est ille qui prius possessionem habuit: prout fuerunt dicti fratres d.l.siue autem.§. si duobus quis separatim. ff.de publiciana.& habetur in l.quoties.C.de rei vend.& per hæc patet,esse responsum ad omnia in contrarium alleg. Ita vt superius conclusum est,puto iuris esse.

ADDITIONES.

* Soli iuramento.] Regulariter probatur ignorantia solo iuramento; vt per Barto.in l.si cui.§.ijsdem.ff.de accusa.& ponit Alex. infrà hoc eo.consi.col.2.Natta.

* Publiciana.] Ad recuperandum feudum à possessore agitur publiciana.Sequitur Dec.consi.144.in fi.& vide Ias.in prælud.feud. colu. 15.in fin. Et ad recuperandum feudum amissum culpa vasalli agit dominus feudi contra tertium etiam possessorem direct. rei vendic. Matth. deci. 255. Et directus dominus contra tertium possessorem agit rei vendicatione. nec per inuestituras alteri factas probat dominium;Curt.iun.consi.158.præsupponitur in facto. & consi.41. præsupponitur in facto ab hoc seculo.col.4.Natta.

a ¶Ignorantia idem Alex.consi.84.nu 4.col.1.consi.4.nu.19.consi.89. col.4.consi.169.col.3.lib.2.consi.8.in fin.consi.69.col.fi.lib.3.consi. 63 col.4.lib.4.consi.116.lib.5.consi.3.lib.5.Are. consi. 104. breuitas. Fulg.consi.214 in fi.consi.233.in fin.Cu.consi.147. Pan. Fel.in c.1.de præscrip.Guid.Pap.consi.88.in fi.consi.137.in fin.Fel.c. vigilante de præscrip.Cor.consi.100.consi.113.in fin.consi.115.in fin.lib.1. consi. 164.consi.219.litera n.lib.2.consi.195.col.fin.lib.3.Soci.l.cum filius fa.§.in hac.de verb.oblig.l.qui duos.colu.8.de reb.dub. consi.80 in fin.lib.2.Franc.Balb.tract.præscrip.4.par.2.partis prin.q.29.Ioan. de Monte Ferra.rep.l.nemo potest.col.38.ff.de leg.1.Ias.l.2.C.60.C. de iure emph.Matth.Afflic.deci.Neap.37.Ant.Rub.consi.97.in fi.Bertr. consi.7.in fi.consi.23.col.pen.lib.j.consi.301.quãuis.lib.3.Lud.Gozadi.consi.56.nu.11,vide tamen Alex.in consi.151.in fi.lib.2. & quæ ibi dixi.Adde plenissimè And.Tiraq.in consue.Picta.tra.retra.§.35. glo. 3.nume.43.

b ¶Iterum.adde infrà consi.69.lib.3.

* Canonem:] Sequitur Dec.consi.144.colum.pen.Rui.consi.37. colu. 2.lib. 1. vbi limitat nisi vassallus fuisset negligens in recuperanda possessione.vide Bald.nota.consi.429.Quidam nobilis.in fin.lib.1.& consi.466.1.dub.libr.1.incip. Andreas. Et illud de negligentia tenet Felin.in c.ex transmissa.col.1.de præscrip.& de his vide Dec.in auth. qui rem.C.de sac.san.eccle.Natta.

c ¶Quocunque.dixi super consue.Paris.§.22.q.46.nu.152.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans tenetur facere mentionem de valore beneficij.*
2 *Testes singulares sufficiunt ad probandum quid generale, sed vid.nume.4.& 6.*
3 *Testes singulares non sufficiunt si de certo tempore, vel de certis factis probandum sit.*
5 *Tempus certum est de substantia accusationis.*
7 *Similitudo causæ repellit testem.*
8 *Blasphemare consuetus non dicitur per bis aut ter.*
9 *Dilapidatio non probatur ex aleæ ludo vel fama.*
10 *Locatio perpetua rei solitæ locari,fieri potest sine licentia.*
11 *Accusatio generalis non iuuatur specifica probatione sequẽti.*
12 *Clericus non est ob simplicem fornicationem puniendus.*
13 *Venari non præsumitur nisi causa recreationis.*
14 *Probatio valoris vnius temporis non infert ad aliud.*

CONSILIVM LXXII.

Inspecto diligẽter processu causæ dudum inter nobiles viros & eximios decretorum doct. dominum Paulum de Naufre.accusatorem, & dominum Iacobum de Contrarijs accusatum.& ponderatis præsertim attestationibus testium, 30. pro parte accusatoris receptorum. Videtur in causa prima consideratione dicendum oportunè probata esse crimina de quibus coram delegato accusatio instituta fuit: adeò ꝙ merito iure veniat accusatus velut criminum reus ab administratione beneficij priuandus, etiã & commenda quæ eidem facta fuit reuocari debeat. ¶Nam videtur inficiari non posse quin probatum sit dictum Iacobum fœneraticos contractus vel saltem contractus in fraudem vsurarũ sæpe celebrasse, præsertim vendendo frumentum ad tempus cariori pretio quàm venditionis tempore valeret c.in ciuitate.& c.consuluit. & c.nauiganti. de vsur. ¶Et maximè quando venditur ea conditione & conuentione ꝙ si plus valuerit per totum mensem Maij futurum in certo loco istud debeatur,& si minus ualuerit de mense Maij debeatur valor frumẽti inspecto tempore venditionis & contractus: vt concludit Petr.de Ancha.in præalleg.c.nauiganti.propter claudicationem contractus.l.pen.C.de sol. & l.si non fuerint. §. Aristo. ff.pro socio.& idem d.Lauren.de Rodul. in suo eleganti tractatu vsurarum in q.29.maximè in rebus consistentibus pondere numero vel mẽsura.& no.Bal.in rub.de vsuris. ¶Et hæc in clericis grauiora sunt.88.dis.c.negociatorẽ.& c.fornicari. Sed ita est ꝙ per plurimos testes probatur dominum Iaco. cõtraxisse, & frumentum vendidisse modo quo suprà, vt deponit 3.4.6.10.11.13.plures alij testes, ergo non dubiũ qd crimen vsurarum tam graue est quod ex eo venit clericus deponendus.c.inter dilectos.de exces.præl.&.c. præterea. de vsuris.¶Secundò conuinci videtur dominus Iacob. per testes de consueta blasphemia Dei & Sanctorum: vt deponit 3. 4. 7. 9.10.12.13.24.26.27.22.23.25.26. 27. sed ita est ꝙ pro tali delicto venit clericus condemnandus, vt 22. q. j. si quis per capillum.no.gl.& doct.& in c.2.de maledi. ¶Tertiò videtur ꝙ per testes conuictus est dominus Iaco. de dilapidatione & mala administratione,& consumptione bonorum ecclesię,& de alienatione bonorum ecclesię non seruatis solennitatibus requisitis: vt deponit 8.17.18.25.28.propter quod sibi administratio auferenda est.vt c.qualiter.quando. el 2. & c.fin. de acc.& in c.licèt Heli,de simonia.& plenè in ca.venerabili. de offi.delega.¶Quartò argui videtur de ludo taxillorum; nam propter tale delictum clericus etiam deponi & priuari potest,præallegato c.inter dilectos de exces.præl.c.clerici, cum ibi not.de vita & honestate clericorum.hoc probatur per tertium quartum septimum & octauum. ¶Quintò videtur probatum cõtra eum ꝙ fornicationem commisit propter quod potest deponi & priuari. 81.dist. presbyter. & c.si quis amodò.de excessib.præla.c.quàm sit. hoc deponit 4. & 12. testis. ¶Sextò conuincitur ꝙ consuetus erat dare operam venationibus & aucupationi propter quod venit etiam pœna imponẽda.vt c.j.de cle.vena.c.j. ne clerici vel monac. in c.j. de cele. mis.& ibi etiam puniuntur qui choreas faciunt in ecclesijs. de istis omnibus enim videtur conuinci dominus Iacob. per plures testes, maximè per 22.& 17. ¶Septimò videtur probatum ꝙ dominus Iacobus per subreptionem obtinuit commẽdam ibi commissam narrando redditus beneficij esse valoris
1 ducatorum centum, & probatur quòd valẽt ducentũ.†Nam impetrãs hodie tenetur facere mentionem de quantitate reddituum beneficii,vt not.doct.in cle.1.in prin. de præben.& in c.in nostra,de rescript. & præsertim cum ita se habeat cõis stylus à quo recedere non licet.c.quam graui.de crimine fal si.l.fi.C.de iniurijs. ergo stante commissione apostolica facta per Calixtum in qua specialiter hoc demandatũ extitit delegato cognoscendum,debet do. Iac. commenda vel præbenda priuari.de maiori.n.valore reddituum probant plures testes
2 & præsertim.12.13.16.17.& 21.¶† Nec prædictis habet obstare si diceretur ꝙ testes contra dñm Iaco.producti sunt singulares & per consequens non probãt.c.licet causam. de proba.c.bonæ. el 2.de ele. cum vulgaribus. quia responderi põt ꝙ licet vbi tractaretur de probatione vnius particularis actus testes singulares non sufficerent, tñ ybi tractat de probando
a aliquod in genere a puta Titium esse vsurarium, vel esse hæreticum, vel blasphematorem, vel aleatorem & similia, & vnus testis deponit ꝙ Titius mutuauit sub vsuris Seio de mense Maii.alius probat ꝙ mutuauit Titio sub vsuris de mense Augusti,& sic singulares, non probant illum actum particularẽ, s.mutuatũ fuisse Seio sub vsuris: tñ probãt in genere illũ esse vsurarium.

vsurarium. Vel si vnus testis deponit de vno articulo hæresis,
alius de alio articulo isti probabunt illum in genere esse here
ticum & damnandum. hoc enim voluit glo. ex qua ibi in spe-
cie dicit ista Iac. But. in l. Arriani. C. de hæret. & Inn. in c. qua
liter & quando, el 2. de accusa. & in Spe. in tit. de inquisi. §. j.
versi. quid si vnus. & in versi. seq. & Pau. de Leaz. in sua dispu
ta. incip. Contra instrumentum debiti * opp. &c. Bald. in l. j.
C. de testa. & in l. actor. in 4. colu. C. de proba. & in l. j. C. qui
numero tutelarum. ¶ Faciunt not. per Cyn. in l. 2. C. quæ sit
longa consuetudo, dum tractat an testes singulares probēt cō
suetudinem. & no. doc. in c. fi. de consue. & Bal. in d. l. de qui-
bus. ff. de legibus. ¶ Satis est enim ꝙ testes concurrāt & cōcor-
dent in eundem rei finem ad hoc vt dicantur contestes. vt di-
cit Oldr. & Bal. in l. 1. ad fi. C. si vnus ex pluribus app. per l. q
sententiam. C. de pœnis. ¶ Sed præmissis non obst. cōtrariam
sententiam de iure probabiliorem esse puto, videlicet ꝙ per-
spectis probationibus & depositionibus testium: producto-
rum pro parte accusatoris nullatenus potuerit iudex pronū-
ciare reuocandam esse commendam & dominum Iac. mona-
sterio & eius perpetuo regimine & administratione priuan-
3 dum. ¶ † Et ad hoc ostendendum præsuppono ꝙ vbi tracta-
tur de probatione alicuius rei in qua temporis sit de substan-
tia rei tunc testes singulares nullo modo probant: etiam si ve
lint probare aliquid in genere glo. est ibi ordinaria quam ibi
omnes sequuntur in præallegata. l. ob carmen. §. fin. ff. de te-
sti. quæ vult quod licet ad probandum in genere quem pos-
sedisse sufficiat probatio per testes singulares; tamen secus vbi
quis vellet probare possessionem alicuius temporis. Hoc ex-
presse voluit Bar. & alij in l. Celsus. ad fin. ff. de vsu. vbi voluit
quòd si quis allegat se præscripsisse, eò quia dicit se possedisse
cum titulo spatio 10. annorum: oportet ad hoc vt obtineat
quòd testes sint concordes in eodemmet tempore: seu in eis-
demmet. 10. annis: alias testis de alijs decem annis non obti-
neret si vnus testis deponeret de quibusdā decem annis. ¶ Et
ideo dicit Bal. in l. fi. in versi. 15. oppono. &c. C. de edic. diui.
referens illud dictum Bar. ex hoc inferri ꝙ testes non probāt
possessionem temporis requisiti ad complendam prescriptio
nem, nisi sint cōtestes in tempore possessionis. & ideo si vnus
testis deponit de possessione decem annorum, alius deponit
simpliciter de possessione decem annorum: & non constat ꝙ
de ijsdem decē annis deponant, non probant: quia testes qui
verè sunt singulares non dicuntur sufficienter probare. alleg.
illud quod habetur 3. q. 9. nihilominus. & idem voluit dom.
Anto. de But. in c. licet causam. in 18. col. de prob. ¶ Secundò
præsuppono quod vbi non tractetur de probādo aliquod to-
tum vniuersale: * vt quia non tractatur de probando vsum iu
risdictionis, sed tractatur de probando aliquas causas ex qui-
bus resultat multiplicatio alicuius rei, vt si volo probare talē
religiosum fecisse miracula, & per vnum testem probo, ꝙ illu
minauit cæcum, & per alium probo ꝙ sanauit vnum claudū,
certè isti testes non probant: vt no. Arch. in c. nec mirum 26.
q. 5. & Inn. in c. venerabilem. de test. Et Ant. de But. in c. cum
oporteat. de acc. vbi ex hoc infert, ꝙ si volo probare Titium
esse hæreticum, & vnus testes deponit ꝙ ipse dicit ꝙ Christus
non venit in virginem: alius deponit quod ipse dicit quod ꝑ-
sonæ Trinitatis non sunt æquales: certè non probabunt: quia
sunt singulares, licet secundum eum Ia. But. dicit contrarium
in l. Arriani. C. de hęr. & mani. per no. in c. venerabili. & in d.
c. nec mirum. ¶ Et similiter dicit Anto. de But. in præallegato
c. cum oporteat, ꝙ si vnus testis deponit quod Titius est vsu-
b rarius, quia mutuauit Seio decem sub [b] alius deponit qđ mu-
tauit Caio sub vsuris tanquam singulares non probabunt Ti-
tium esse vsurarium, ideo si testis dicit ꝙ Titius occidit Cæsa
rem, alius dicit ꝙ occidit Sempronium: non probabunt Ti-
tium esse homicidam: quia tales causæ ipsorum testiū potius
inferunt multiplicationem delicti quam probent vnum to-
tum, & ideo non probant. quia præcipuè non habēt testes de
ponere super homicidio in genere, & prout consideratur in
abstracto, sed super homicidio in specie, & prout est probabi-
le seu visibile in teste secundum eū. ¶ Et ꝙ per singulares non
probetur quem esse vsurarium: tenuit Federi. de Senis in con
si. 63. incip. Pet. cum procur. &c. in fin. & etiam in consi. 17.
incip. Quæstio talis est: nūquid constitutio. & dominus Lau-
4 ren. de Rodulphis in suo tractatu vsurarum. qō. 117. ¶ † For-
tius videtur quod de iure verius sit quod etiam vbi tractatur
de probando aliquod in genere non sufficiat testes singulares
vt tenuit Host. in summa de testib. §. quæ diuersitas. ver. quid
si agatur de decima. & idem tenuit Gof. vt refert ibi Host. vbi
voluit ꝙ ad probandam quasi possessionem iurisdictionis iu-
ris decimandi, non sufficiant testes singulares. & idem no. gl.
3. q. 9. nihilominus. ¶ Nam dictum testis regulatur secundū
causam quam assignat: vnde si non assignant causam vel assi-
gnant minus sufficientem non probant, vt not. in c. si quan-
do. de rescrip. & in c. cum causam. de test. & ideo ex quo te-
stis est singularis in causa per eum allegata, nec habet contestē
non probabit. ¶ Et quia ratio propter quam testes singulares
non probant actum particularem habet etiam locum in actu
vniuersali: eadem enim ratione qua redditur imperfecta pro
batio per testes singulares in vno actu singulari: quia oporte-
ret in omni re ad minus duos testes habetur: quia in ore duo
rum, &c. c. in omni negotio, de testib. l. ubi numerus. ff. de te-
sti. eadem ratione idem dicendum est in probatione alicuius
vniuersalis. ¶ Et in ista opinione uidetur resistere Inn. ī c. qua-
liter & quando. el 2. de acc. ibi dum dicit, sed alii dicunt con-
trarium, &c. ¶ Ita est ultima op. recitata per Inno. ibi, & ultra
uidetur in dubio approbata per Inn. ut no. Ioan. And. in c. j.
de pœnis. in 6. in nouella. & in c. 2. de sent. excomm. lib. 6. &
Bal. in auth. ex testamento, in prin. C. de col. facit quod not.
gl. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad treb. & l. si idem cum eod.
§. fi. de iuris. om. iud. & ideo illi qui aliter allegant Inn. in d.
c. qualiter. uidentur corruptè allegare. ¶ Istam opi. etiam pro
tutiori allegat Inn. in c. licet ex quadam. de test. cum hac opi.
etiam uidetur ultimo loco transire Spec. in tit. de teste. §. iam
de interrogatoriis. uer. item de tpe. in fi. ¶ Idem tenet Richar-
dus Malumbra ut refert Bal. in præalle. l. ob carmen. §. fi. in le
ctura antiqua: quia quilibet testis est unus solus, & unus non
probat. alleg. c. bonæ. c. cum dilecti. de ele. fallit nisi secundū
eum negotiū esset connexū. qa tunc sufficerent testes singula
res: exemplum ponit in uolente probare talem sacerdotē can
tasse missam unus testis deponit ꝙ interfuit qñ dicebat agnus
Dei, & alius quando dicebat Euangelium. Nam non censetur
esse singulares ex quo deponunt de uno facto cōnexo: allegat
in ar. l. cum antiquitas. C. de testi. ¶ Et istam opi. ēt sequit Io.
de Imo. in pręalle. c. cum oporteat. in ul. char. & plenius, in l.
inter pares. in 4. col. ff. de re iud. ubi alleg. pro hoc not. glo. in
d. c. nihilominus. & quia habemus firmam regulā ꝙ testes sin
gulares non probant, ergo cū per tex. nō reperiat uitiata dicta
regula in casu permisso standum est dictæ regulæ. alleg. glo.
5 fin. in l. oīs diffinitio. ff. de reg. iu. ¶ † His pręsuppositis dico ꝙ
in accusatione instituta per dictum do. Pau. erat de substantia
tps certum. l. annus & mensis in quib. cōmissa fuissent crimi-
na de quibus in accusatione. l. libellorum. ff. de accus. 2. q. 8.
c. libellorū. c. tuæ. & ibi no. de procu. l. prætor edixit. in prin.
& quod ibi no. Barto. ff. de iniur. l. item exigit. §. quod ibi exi
git. ff. de dolo. & fuit expressum tempus in accusatione. s. a 12.
annis citra & quolibet mense dictorum annorum. ¶ Et licèt
subdat & prout de ueriori tempore constiterit: illud nihil re-
leuat, quia oportet quod tempus certum & limitatum sit ex-
pressum in accusatione ut in dictis iuribus, alias autem ēt par
te non opponente libellus accusationis nō procederet. d. l. li-
bellorū. uer. quid si libelli. & ibi no. Bar. ff. de accu. & no. Bal.
in l. edita. in 2. col. C. de edendo. & no. Bald. in l. 1. in 12. col.
de cōfes. ¶ Et ideo probatio tpis specificati in accusatione est
de substantia, adeò ꝙ licèt delictū probaret, & non probare-
tur qualitas tēporis succūbere debet accusator. l. denuntiasse.
§. quid tñ. & ibi hoc no. Bar. ff. de adult. l. prætor. §. docere. ff.
ui bo. rap. no. Iac. de Are. & Cy. in l. 2. C. de prob. & Ia. Bu. in
l. & si seuerior. & ibi Bal. in pe. & ul. co. C. ex qui. cau. infa. ir-
rogatur. & Guil. de Cu. & Bal. in l. quid ergo, §. pęna grauior.
ff. eo. tit. & Io. An. in addi. Spe. in rub. de accu. in ultima par-
te. & Bal. in l. edita. in repe. Perusina. in 6. q. princ. C. de eden.
& in l. j. in pen. char. C. qui ac. & Sali. in l. 2. C. ad l. Iu. de ui.
& Ang. in l. eum actū. ff. de neg. ge. dū ꝑ illum tex. dicit no. cō
tra accusantes qui punctualiter tps in accusatione deductum
non probant. ¶ Facit quod notat Spe. in tit. de offi. iud. §. de-
seruit. versi. qd libellus ineptus. & Io. And. in c. examinata. de
iud. & Bal. in l. edita. in 11. col. in uersi. sint dubitationes, an
apta probatio, &c. C. de edē. in repet. Paduana & ī l. j. ff. si mē.
fal.

fal.mod. dixerit. ¶Si ergo tempus certum & limitatum erat de substantia causæ accusationis porrectę: sequitur ergo ꝙ testes singulares nõ probant, etiam vbi quis vellet dicere se probasse aliquid in genere per singulares testes: vt iam in primo præsupposito ostensum est. ¶Ex quo apparet non obstare ea
6 quæ primo loco in contrarium allegata sunt. ¶† Quinimo, vt dixi in secundò præsupposito etiam dato ꝙ tempus non esset de substantia. tamen ad probandum aliquas causas ex quibus resultet multiplicatio actus, non sufficiunt testes singulares, vt ad probandum quem fecisse miracula vel esse homicidam, vel hæreticum, imò nec ad probandum vnum totum vniuersale debent sufficere testes singulares: vt superius est demonstratum, sed cum omnes testes cõtra dominum Iacob. inducti singulares sint. patet resolutam & inefficacem esse omnẽ vim probationum in dicta causa factarum. ¶Specialius etiam vltra prædicta respondeo. ¶Et primò ad testes qui conantur deponere eum fecisse contractus fęnerationis, quia vltra id qđ
7 dixi de singularitate testium, non probant ex eo † quia deponunt in facto proprio: nam ipsi testes deponunt ꝙ tales contractus cum ipsis testibus celebrauit. nam, vt inquit Bald. in l. dictantibus. C. de testam. si tractatur de probando * aliquem esse vsurarium: & in causa mota contra vsurarium ad probandum quod ille est vsurarius; quia ille sibi mutuauit sub vsuris, non erit idoneus testis. Fallit nisi affirmet ꝙ ex hoc nõ intendit aliquod commodum quærere. hoc enim voluit clare Fed. in consi. 64. incipiente, Pridie cum procurator, &c. in fi. vbi pro hoc allegat ꝙ similitudo causæ in persona testis reddit eum non idoneum. c. personas. de test. ¶Idem etiam clarissimè tenuit dominus Laurentius de Rodulphis in suo tractatu vsurarum in q. 117. quia si ex illis probationibus ille pronuntiaretur vsurarius; saltem faceret aliquod argumentũ postea in fauorem testium ipsorum & agentium postea cõtra illum tanquàm vsurarium. per id quod legitur & no. in c. cum in diœcesi, de vsuris. in clemen. j. cum ibi no. eo. ti. & pro ista parte dicit se uidisse pluries practicari in curia episcop. Florẽtiæ. ¶Nec ad hoc obst. secundum eum id quod not. Io. And. in regula sine possessione. de regu. iur. lib. 6. in mercu. in pen. col. vbi dixit ꝙ consuetudo generalis de non soluendo quartam episcopo poterit probari per clericos & rectores ecclesiarum illius loci deponentes de suo facto negatiuo ad ipsorum commodum: quia respondet dominus Laurẽtius quod ex tali sententia illi rectores non sunt præcepturi aliquod cõmodum, secus quando agitur contra aliquem vsurarium: qa in vsurarios sufficiunt probationes minus exquisitæ per id ꝙ habetur in d. c. cum in diœcesi. & in c. illo vos. de pigno. cum si. ¶Et per prædicta non obstat dum etiam dicebatur conuictum esse dominum Iacob. de blasphemia: quia non probat per testes quia non sunt singulares. ¶Pręterea dato ꝙ dici posset probatum esse per aliquos qui essent cõtestes in actu blas-
8 phemiæ non obstaret, quia dixit Host. in summa de male dicis † quod pro simplici blasphemia etiam clerico imponitur hodie pœna descripta in c. 2. de maledic. nõ autem potest deponi: nisi sepius sit consuetus. ¶Et ideo non sufficeret probari ꝙ bis vel ter blasphemauerit ad hoc vt dicatur consuetus blasphemare: vt ponit Cyn. in l. 2. C. de reb. cred. Et sic oportet talem consuetudinem blasphemiæ probari per testes qui non essent singulares: vt superius dictum est. no. Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consuetudo. & Pau. de Leaz. disputatione sua quæ incipit contra instrumentum debiti. & Io. An. in c. fi. de consuetu. & Anto. de Butr. in cap. licet ex quadam. de testibus. & Bald. in l. de quibus. ff. de legibus. cum simili. ¶Pariter etiam non obs. quod dicitur esse probatum dominum Iacob. esse dilapidatorem & dissipatorem bonorũ ecclesię. quia vltra illud quod dictum est suprà, videlicet testes esse singulares, dico, ꝙ testes non deponunt nisi de auditu, & per consequens non probant. 3. q. 9. testes. & in l. testium. C. de testib.
9 ¶† Et licèt quidam testes singulares dicant ꝙ viderunt eum ludere & perdere, non sequitur de necessitate ponb dilapidauerit bona ecclesiæ cum dominus Iacobus habere possit; & habet alia pona quàm de ecclesia. & dictum testis debet de necessitate concludere. c. in pręsentia de probationibus. & l. neque natales. C. de proba. ¶Et pariter etiam non ob. ꝙ quidam testes deponant dominum Iaco. permutasse vel alienasse absque solennitatibus requisitis vt deponunt primus & secũdus testis: quia sunt singulares, & deponunt in facto proprio nonnulli alij vt tertius testis deponit de auditu & sic non probant per prædicta. ¶Nec etiam obstaret si aliqui testes deponerent publicam esse vocem & famam ꝙ do. Iac. dilapidauit fructus & bona dictæ ecclesiæ; quia respõdetur ꝙ tales testes non probant, quia non assignant rationem vel causam scientiæ quam reddere tenẽtur etiam non interrogati: vt not. Inn. in c. cum oporteat. de acc. faciunt no. per Inn. in c. cum cãm, de test. & per Bar. in l. solam. C. de test. non enim sufficit simpliciter probare famam, vt not. Bar. in l. de minore. §. si plurimum. in fin. ff. de quæstio. & Bald. in l. proprietatis. C. de probat. sed oportet probare causas vnde fama traxit originem l. decurionum. C. de pœnis. & ꝙ à maiore parte populi ita dicitur, vt no. in l. 3. §. eisdem. ff. de test. ¶Propterea fama non facit plenam probationem, vt ibi in c. veniens. de testibus. ¶Nõ ob. etiam id quod deponit 22. test. qui conatur attestari quod do. Ia. locauit in perpetuum quoddam molendinũ sine licentia superioris & monachorum pro certis perdicibus, quia iste testis non concludit, primò quia non deponit dictum molẽ-
10 dinum esse molendinum. d. ecclesiæ. secundò † quia locatio in perpetuum potest etiam fieri sine sententia superioris quãdo res est solita locari, & sic non est de mensa c. 2. de feud. & ibi no. per glo. in cle. 1. in verbo mensam. de exces. prælatorũ. per doc. in c. vt super, de reb. eccle. non alie. Item est singularis ipse & quidam alij qui etiam pro maiori parte deponunt de auditu. Non obstat etiam quod testes conãtur probare dominum Iaconum per sæpe lusisse vario genere ludi: quia vt iam dictum est, testes singulares sunt. Præterea de hoc excessu
11 non est singulariter habita mentio in accusatione: † oportet enim ꝙ in accusatione specificè exprimãtur crimina pro quibus instituitur accusatio: aliàs non procedit accusatio quantũcũque generalis. l. libellorum. ff. de accu. l. item exigit. de dolo. & not. in c. tuæ. de procu. etiam accusato non opponente. d. l. libellorum. §. ꝙ si libelli. & ibi Bar. de accu. & Bald. in l. edita. in 2. col. C. de edendo. & expressius Bald. in l. 2. in 2. col. C. de confes. in ver. iuxta hoc pone dicit, &c. ¶Vnde non iuuat probari aliud quàm quod specificè deductum fuerit in accusatione l. habebat. ff. de insti. no. Inn. in c. ex parte abbatissæ. de priuilegijs, & quod no. Spe. in ti. de of. iudi. §. deseruit. in uerb. quid sit libellus ineptus. cum si. ¶Nec obst. si dicatur ꝙ saltem duo testes sunt contestes in probatione iudi. s. septimus & octauus: quia vltra prædicta rñdeo quod septimus affirmat se iniuriatum à do. Ia. ratione cuius iniuriæ & pręsumptę inimicitiæ non remanet testimonium eius integrum, etiã dato quod non possit dici inimicitia capitalis: vt not. gl. 3. q. 5. in c. de accusatoribus, vt Inn. & Io. An. in c. cum oporteat. de ac. & Bal. in auth. si dicatur. C. de test. ¶Item non ob. ꝙ videatur probatum de fornicatione cõtra ipsum, quia vltra de-
12 fectum singularitatis testium, dico † ꝙ propter simplicem fornicationem non venit puniendus nisi fornicatio caderet in incestũ vel adulteriũ. 31. d. Maximianus. & not. Io. An. in c. vt clericum. de vi. & ho. cle. & doc. plenè in c. at si clerici. de iu. præterea de hoc ipso non extitit specialiter accusatus prout proximè dixi. ¶Nec ob. ẽt quod dicatur per testes esse probatum ꝙ dederat operã aucupio & venationibus: quia de hoc nõ fuit accusatus: vñ nõ potuit iudex ex hoc se fundare: vt supradictum est: item testes sunt singulares. ¶Præterea etiam talia licent clericis dummodo fiant recreationis causa: vt no. in
13 c. 1. de cle. ve. ¶† Et venationem in dubio debemus interpretari factam esse causa recreationis: vt no. Card. in c. qui venationibus 86. dist. vbi dicit ꝙ si electo * in episcopum obiiciatur ꝙ sit uenaror: hãc exceptionem debemus interpretari in meliorem partẽ. s. cã recreationis: & sic licitè hoc fecerit. arg. l. meritò. ff. pro soc. & c. 2. de re. iu. ¶Non ob. insuper quod ꝑ subreptionẽ vel obreptionẽ impetrauerit cõmendã, & ꝙ probatum sit redditus ecclesię esse longè maiores quàm in impetratione fuerit expressum: quia rñdeo, qđ testes non deponũt
* ꝙ tpe impetrationis reditus * ecclesiæ ascenderũt ad summam
14 ducentorũ aureo. & sic non cõcludunt de subreptione; † nã non sequit̃ res hodie esse tanti redditus; ergo olim ẽt fuit: ita dicit l. in confirmando, cũ ibi no. per Bar. ff. de confir. tut. l. si defunctus. C. arb. tu. & declarat Bar. in l. si quis adulteri. C. de adult. & expressius Bar. in l. 1. ad fi. C. de fruct. & lit. expen. in verbo quæro qualiter probentur. vbi dicit ꝙ si probatur ꝙ ex re

re aliqua percepti fuerint aliquibus annis tot fructus, non se quitur ergo, quod tot fructus nunc percipi debet: allegat notata per Iacobum de Are. in l. si fun. C. de rei vendi.* ¶Postremò non obstat ꝙ testes singulares probent quem esse vsurarium, &c. & sic de singulis: quia ad hoc fuit plenè suprà responsum in præsuppositis superius comprobatis.

ADDITIONES.

a ¶In genere. adde Alex. infra eo. lib. consi. 141. col. 2. & lib. 2. consi. 85. eluo. fin. consi. 86. col. 3. & lib. 3. consi. 18. in fin. Pan. consi. 380. consi. 444. nu. 5. lib. 1. Bal. consi. 361. proponitur. lib. 1. secundum veterem ꝙ est cõsi. 161. secundum nouam impressionem. Bal. consi. 205. quia dicta. lib. 4. consi. 514. Ad euidentiam. lib. 5. latè Cæpol. consi. 3. colu. 3. in consi. ciuilibus. Cor. consi. 34. consi. 247. litera. l. lib. 2. latè consil. 185. consi. 286. col. 4. lib. 3. Bertran. consi. 48. Ex processu col. 7. num. 22. lib. 1. Cald. consi. 5. de testib. Pe. Anch. consi. 277. Ex prædicta col. 3. quod duplatur consi. 489. Guid. Pap. deci. Delphi. 444. Ang. disput. Astensis miles col. 15. Bal. l. rogasti. §. si tibi. col. 2. ff. si cert. peta. repet. l. 2. col. 46. ff. de iureiur. rep. l. 1. col. pe. C. de eman. latè. Feli. c. licet ex quadam. colum. 4. lib. 5. de test.

* Contra instrumentum debiti &c.] Vide Pet. de Anc. consi. 257. quod est duplicatum consi. 439. dub. 2. vbi latè articulum tangit, referens disputationem Pau. de Leaz. ad plenum. Natta.

* Vniuersale.] Vide Abb. latè quomodo testes probent in genere consi. 42. lib. 1. & Felin. latè in c. licet ex quadam. col. 4. & seq. de teste. vbi ponit materiam testis singularis. Et ꝙ testes singulares non probẽt, vbi aliquid est probandum in genere tenet Dec. in c. licèt causam. 9. nota. extra de proba. Ias. consi. 81. col. 4. lib. 3. Sed in oppo. Soci. consi. 295. colum. 2. lib. 1. vbi ex hoc notabiliter infert, quòd aditio hæreditatis, quia non habet tractum momentaneum, sed successiuum, probatur per testes singulares deponentes de diuersis actibus alleg. consi. Pet. de Anch. non impressum. & aliàs autho. Adde etiam Ias. in l. admonendi. col. 88. in repetitio. vbi tenet testes singulares non probare, vbi est probandum quid in genere. Sed quòd probẽt vult Ale. adducens plures auctoritates consi. 10. colum. 2. lib. 6. Vide Alex. suprà colum. 2. & consi. 100. col. 4. infrà eo. li. vbi limitat quãdo tempus est de substantia probationis. Natta.

b ¶Vsuris. pulchrè Pan. consi. 42. ex multis. libr. primo. & generaliter ꝙ hi testes sint singulares. Alexan. infrà eo. lib. consi. 100. colu. penul. & lib. 3. consi. 2. col. fin. Bal. consi. 394. lib. 2. Dec. consi. 402. in fin. Ias. consi. 154. in fin. lib. 2. consi. 78. col. 2. consi. 81. col. 3. lib. 3. Et hæc pars simpliciter verior est nisi testium aut coniecturarum multitudo accedant, & ita sentit Alex. infrà eodem. consi. nu. 5. adde Salic. l. testium. q. 8. C. de testib. Ias. repe. l. admonendi. col. 83. de iureiuran.

* Si tractatur de probando.] Istud nota. dictum sequitur etiam Felin. in c. personam, de testi. & Alex. consi. 184. col. fi. lib. 7. Ias. consi. 78. co. 3. lib. 3. Sed Bald. consi. 361. Verba Bar. circa fin. lib. 5. dicit, ꝙ pro se non probant, sed in fauorem tertij. Et sequitur Fed. Rom. consi. 355. Volo probare. Abb. consi. 42. lib. 1. & dicit Bal. cõsi. 459. Visa dicta petitione lib. 4. ꝙ testes singulares, quorum vnus deponit de vno contractu, alius de alio, non probant vsurarium. Sed Bald. 192. proponitur, ꝙ in quadam Ciuitate. circa fin. libr. 2. dicit, ꝙ testes singulares probant in genere aliquem vsurarium, sed non in specie. & Fed. sequitur Io. de Ana. in c. cum in diœcesi. colum. 2. de usur. Sed ꝙ isti testes probent, quia non deponunt principaliter ad eorum commodum, tenet Ang. de Castellione inter consil. Bald. 405. Ego Ange. lib. 1. Idem Ang. tenet in disput. Astensis miles. col. 14. versi. de primo dicendum videtur prima facie, quem Alex. refert consi. 72. col. pe. lib. 2. & idem Abb. tenet consi. 112. Tria sunt principaliter. 1. dub. circa fi. lib. 2. & consi. 71. videtur, ꝙ dñus ser Stefanus. eo. lib. Sed Fed. sequitur latè Abb. sibi contrarius cõsi. 42. Ex multis agitatis in giudicio. li. 1. Et ꝙ testes singulares non probent in specie, sed in genere vsurarium tenet Matth. de Affli. in consti. vsurariorum. Natta.

c ¶Ioan. And. quem sequi. Alexand. consil. 172. colum. secunda, libr. 2. vbi reprobaui.

* Quòd si electo.] Idem tenet Felin. in c. fi. colu. 4. de præsump. allegans Inno. Natta.

* Reditus.] Istud dictum Alexand. hic sequitur Fel. in cap. ad aures. colum. fi. de rescrip. Et vide etiam Fel. in c. constitutus. de rescrip. opponentem. Natta.

* Not. per Iaco. de Are. in l. si fund. C. de re. uend.] Vide de hoc Bald. ibi. & Angelus, & Bald. & Salice. in l. prima. C. de fruct. & lit. expen. in fin. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testibus duobus stantibus pro instrumẽto plus creditur, quàm pluribus contradicentibus.*

2 *Temporis diuersitas elidit testes maximè in criminalibus.*

3 *Testamentum non est imperfectum, si testator omiserit quædam addere.*

4 *Nominatio notarij valet testatore approbante.*

5 *Falsitas tripliciter accipitur.*

6 *Instrumentum esse nullum vel falsum differunt.*

7 *Notarius rogatus præsumitur.*

EPITOME.

MVTINENSIS infirmus dixit, rogo te vt sis rogatus, & vos testes de testamento quod facere volo: & incontinenti absq; alia scriptura testator publicauit voluntatem cum institutione hæredis & legatis, & sic testator dixit notario non fare altro per fin a domane: a rogauitq; testes & notarium vt cras adessent, nemo venit, testator conualuit, notarius testamentum posuit ad memoriale iuxta formam statuti, inquiritur contra notarium de falso: quia tale testamentum in publicationis formam redegit, quæritur quid iuris?

CONSILIVM LXXIII.

Non puto hunc notarium incurrisse pœnam falsi ratione substantiæ testamenti, & contentorum in eo per l. iubemus. in fin. C. de testamen. stante forma dicti instrumenti, & ideo cessat pœna & suspicio falsitatis. de quo in dicta l. iubemus. ¶Nec quantum ad hoc obstant illa verba, non far altro per fin à domane: ex eo quia verba non declarant per hoc imperfectionem testamenti stante forma & dicta depositione dictorum testium in vnum conueniẽtium & dicentium post publicationem voluntatis, & dispositorum testatorum quò ad institutionem & legata rogasse notarium, & testes: nec se aliud dicturum obtulit. quod etiam si non dixerit & perfecerit, non per hoc dicitur imperfectum esse testamentum: vt est text. in l. 2. iuncta l. esse toto. cum ibi not. per glo. & docto. ff. de hæredi. instituen. & in l. si quis hæred. de institu. & substitu. sub condi. fac. & quod quidam dicunt in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demonstra. ¶Etiam probatur expresse attenta qualitate illorum verborum, non far altro per fin à domane: quæ includunt prohibitionem temporalem certi diei per cuius elapsum inducitur concessio: & habetur perinde ac si illa uerba non essent prolata. ff. de posthu. l. Imperator. vbi Bal. in pluribus exemplificat in l. j. C. de postulando. in l. relegatione. §. ad tempus. ff. de interdi. & relegat. ¶Pondero etiam quòd duo ex testibus dixerunt se non audiuisse illa verba, nec etiam aliquis ex testibus expresse dicit notarium audiuisse, nec per solam præsentiam includitur necessariò intelligentia: vt l. prima. §. fin. & ibi per Bart. ff. de autho. tuto. & ideo dixit Bar. ꝙ debet dicere ꝙ fuit præsens, & audiuit. de quo Ioan. Andr. in cap. præsentium. de testib. lib. 6. ¶Facit no. in l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. l. coram. de verb. significa. & domi. Anto. post Nico. de Mata. in c. cum Ioan. Eremi. extra de fid. instru. prout conclusit Ni-
1 co. de Mat. † ꝙ si duo deponunt de substantia cõtentorum in instrumento, & plures contra, creditur magis illis duobus affirmantibus quàm pluribus contradicentibus: quia satis est possibile ꝙ ita non aduertebant sicut illi deponentes pro instrumento: & hoc etiam contingit in illis qui dicunt se non audiuisse. Preterea inter illos qui deponũt testatorem ea verba dixisse, est diuersitas, quia non omnes eodem sermone dicunt nec conueniunt capiti in quo dicitur quod incontinenti publicato testamento, & aliqui dicunt ꝙ post modicum tẽpus, & aliqui dicunt ꝙ testator stetit super se modicum, aliqui dicunt publicato testamento, & sic in tempore non con-
2 ueniunt † & diuersitas tẽporis inter cætera testimonium elidit; & testimonia reddit singularia vel falsa. de testi. c. ex tenore. & c. cum causam. & 3. q. 2. & nihilominus. & 4. q. 3. in testibus, & in d. c. cum Ioannes Eremita 2. q. 6. libellorum. ff. ad Sille. l. prius. Cyn. & Bald. C. de testa. l. testium. ¶Et licet testes in hoc varij reducantur quandoq; ad concordiã. de test. c. cum tu. & in l. 2. ff. si cer. pe. per Bart. post Iaco. But. Ang. & Modern. in l. inter stipulantem. §. j. de verb. obliga. & in l. insulam. per Bald. ff. solu. matri. non tamen vt probent, sed ne falsum incurrant, vt dixit Inn. de offic. delega. c. cum contingat. & docto. vbi suprà in hoc unum concludentes. ¶Et attento ꝙ ex hoc solo maximè pendet dubitatio ad dicta l. iubemus. an uoluntas fuerit perfecta, quo casu non posset notario ascribi aliqua culpa uel defectus; an imperfecta, & tunc fortè ascriberetur sibi ad crimen falsi, ut in dicta l. iubemus. vel

vel testes deponentes super eo debent esse omni exceptione maiores: ita vt dictis illorum non possit aliquid obiici, sed debet esse fides indubitata. ¶ Et idem voluit Bal. in l. sciant. C. de prob. per illum tex. dum dicit luce meridiana clariores & indiciis ad probationem indubitatis, & io dicit ꝙ cum sint tres species probationum parua, maior & maxima, requiritur maxima in criminalibus. & maximè debet requiri in crimine falsi quod lex multum abhorret. l. transigere. cum ibi no. per gl. & doct. C. de transa. ¶ Et hinc est quod in tali iure requiritur maxima indago veritatis. l. vbi. C. de falsi. de quo crimine multum suspicatur lex & præcipue. in testamentis. d. l. iubemus. & in l. hac consultissima. C. qui test. fa. pos. & in l. diuus. ff. de testa. mil. ¶ Vnde stante diuersitate inter testes in hoc testamẽto ratione d. temporis, & etiam in d. quia quidam præsentes dicunt illa verba non fuisse dicta vel eos non audiuisse: alii cõtradicunt dicentes testatorem dixisse & audiuisse, & horum quidam incontinenti post publicationem, aliqui post modicum: nemo sanæ mentis. iuxta. l. si ita quis. ff. de euic. diceret hos contestes, ergo eorum testimonia vel sunt falsa, vel sunt singularia: ergo nedum non probant, sed puniri dicunt: vt in l. qui falsa. & in l. ob carmen. §. fi. ff. de test. & Gui. in Spec. de test. §. 1. versic. item ꝙ sunt varii inter se & si essent mille non probarent: vt dicit Bal. in l. 1. C. de testi. & plene in l. iurisiu-
3 rãdi. C. de testi. extra de testi. c. licèt vniuersis. ¶ † Præterea etiã si in casu de quo quæritur ex præsupposito ꝙ propter illa verba diceretur voluntas imperfecta, quia fortè testator voluisset aliquid aliud: ex hoc quia in publicam formam redigit notarius non incurrisset pœnam. d. l. quæ solum habet locũ cum defectus fuerit in solennitate formali de qua in d. l. iubemus. imò per illum tex. videtur probari ꝙ si testamentum est imperfectum ea imperfectione, quæ tamen non est certa ꝙ valet in eo quod est certum, vbi est tex. cum gl. fi. quæ incipit valet, ergo secus si omnino esset certum quod adhuc aliquid volebat facere & non fecit, quia tunc in eo quod fecit non valet, & in l. si qui. & l. ea scriptura. cum ibi no. ff. de test. ¶ Hic ergo per illa verba: non far altro, non constat omnino de voluntate testatoris quid voluit facere vel addendo, mutando vel diminuendo, & ideo elapsa die & non faciendo videtur persistere in eadem voluntate & pœnitere ad ius adiectionis. arg. iuriũ præallegatorum. ¶ Seruata etiam fuit solennitas dictæ legis:
4 quia vel testator proprio ore nominauit hæredes, † vel notarius testatore coram testibus postea approbante: vt conclusit Bart. in d. l. iubemus. & hoc hodie seruatur de consuetudine: quia fides tabellionis aufert omnem suspicionem falsitatis: etiam si committitur ei tota substantia veritatis: ergo standũ est ei. arg. l. si quando. in princ. C. de test. & Guil. in Spec. de testi. §. 1. versi. sed quid si is. & ibi Ioan. And. in addi. tenet tale testamentum valere: non videtur per alium fecisse, sed per se. arg. insti. de verb. obli. §. præterea. & §. quoties. ff. de verb. obl. l. j. §. si quis ita. & Bart. sequitur: idem si testator articulatè loqui sciebat. ¶ Et ad prædicta facit vna solu. vt in l. si is qui de testam. quæ dixit ꝙ ibi morte præuentus non potuit plus nominare, sed in l. iubemus. noluit, & sic in casu de quo quæritur: tamen si in diem crastinum potuerit disponere & non disposuit dr̃ per eũ stetisse ex quo facere potuit, & non fecit: ar. l. iure ciuili. ff. de condi. & demon. & voluit ibi Iac. de Are. dicens quod ex quo plus non adiiciat cum potuit: videtur finẽ imposuisse suo testamento arg. l. quod in rerum. §. j. de leg. j. & si quibusdam non placeat hæc solutio: sed quantum ad titulum nostræ quæstionis placeat mihi: & ideo cum hic testamentum fuerit perfectum notarius potuerit illud in publicã formam redigere elapso tempore prædicto ad contestationẽ præter suspicionem alicuius criminis. ¶ Arguitur secundò defectus notarii ex eo; quia dicit publicasse testibus voluntatem testatoris antequam scripserit, quod fieri oportet pro solemnitate instrumenti. & allegatur tex. cum gl. ibi Bart. & Bald. in l. fideicom. §. 1. ff. de leg. 3. ¶ Et super hoc etiam sunt examinati testes quorum quidam in examinatione extra iudicium dicunt notarium scripsisse & tunc legisse & publicasse. & hæredes duo ex eis idem dicunt examinati in iudicio, vnus ex eis variauit in iudicio ab eo quòd dixit extra iudicium, alii dicunt non vidisse scribere, sed vidisse pugillare: alii chartam in manu & calamum, aliqui quòd testator dixit non scribas aliquid vsque ad cras, per quod dicunt notarium incurrisse pœnam falsi: quia reducendo in publicam formam fecit instrumentum de eo quod non erat instrumentum. ¶ Sed ex hoc non potest notario ascribi falsitas, primò stante diffinitione falsitatis de qua in l. quid sit falsum. ff. de fal. & quod ibi Bar.
5 dicens falsum sumitur pluribus modis. ¶ † Primò modo largissimè omne quod non est verum siue dolosè dicatur siue sine dolo præsumitur, prout sumunt dialectici: & probatur. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & hoc hic non potest dici: quia quicquid scriptum est in instrumento est verũ: vt testes deponunt ¶ Secundo dicitur falsum large omnis veritatis mutatio quæ in se habet dolum: vt in authen. de instr. edi. circa prin. & isto modo omnis qui committit dolum potest dici committere falsum: non tamen quantum ad accusationem falsi secundum Bar. ibi, nec etiam est probatus aliquis dolus quem probari necesse est in quocunque actu & legitimis probationibus, quia non præsumitur. l. quoties. §. qui dolo. ff. de prob. & præsertim vbi caderet in speciem criminis. l. meritò. ff. pro socio. & no. Bart. in l. qui erit. ff. de acq. hære. & Bal. in l. potuit. C. de Iur. deli. ibi Sali. ¶ Tertio modo sumitur falsum quod incidit in aliquod caput legis Corneliæ de falsis: quo casu dixit loqui d. l. quid sit falsum. Et ideo concludit qđ pro quolibet delicto vel deceptione nõ debet quis puniri crimine falsi vel ꝙ in falsum incidit: nisi fiat tale, quod sit de capitibus. d. l. Corneliæ. & ita dicit intelligi debere statutum excludens falsarium ab officii. ¶ Et ideo cum non est inuentum in casu de quo quæritur in capite legis Corneliæ: etiam si hoc dolo fecisset, non potest contra eum de crimine vt falsum cõmittẽtem inquiri, ¶ Solum enim crimen falsi ex capite. l. Corneliæ incurrit, qui testamentum viuentis peruertit, vt in l. 1. §. is qui. ff. ad l. Corne. de falsi. ¶ Sed hic non peruertit, imò scripsit quod dixit testator: vel si intelligatur, apparet ut vult ibi glo. secundum vnum intellectum quod loquitur in testamento in scriptis prout dicitur in l. testium. ff. de test. sed hoc testamentum nuncupatiuum licet in scriptis redactum, vt Bart. & Ang. in l. hæredes palam. in prin. ff. de test. & insti. de testa. §. fi. & præterea hæc voluntas testatoris fuit publicata testibus & palam non secretò. & sic non habet locum illam litera. præterea si publicauit ponendo ad cameram actorum ex necessitate vt legem seruaret & ideo non debet puniri vt in l. Gracchus. C. de adult. ¶ Et per hoc etiam deficientibus aliis debet excusari notarius a crimine falsi, quod crimen sine dolo non potest committi stante statuto imponente pœnam notario non ponenti ad cameram actorum instrumentũ de quo fuit rogatus intra certum tempus, cum sit ꝙ fuerit rogatus iustam causam habuit publicandi & ponendi ad camerã: nõ discusso an valeat an non valeat. ¶ Attento ꝙ nedum iusta causa sed iniusta excusat quẽ a dolo in criminalib. l. igitur. de li. cau. C. de plagia. l. 2. & ibi per Moder. ¶ Pro hoc ẽt quia ex quo nõ potest dici de falsitate nec large nec largissimè nec strictè, qa verum scripsit. & quia per publicationem factam nõ dedit instrumentũ parti, quo casu loquitur secundũ Bart. in d. §. is q. ¶ Nec inter capita. l. Corneliæ reperitur ꝙ qui primò publicauit voluntatem contrahentium vel testatoris: prout fuit rogatus & postea scripsit incurrat in aliquod ex capitibus. l. Corneliæ. ¶ Sed potest obiici de nullitate tantum per doctrinam gl. & Bar. & Bal. in d. l. fideicom. §. 1. sequitur regula posita ꝑ glo. in authen. de non alien. §. qui verosimile. iuncta doctrina
6 Bal. in d. l. iubemus. dicentis † ꝙ vbi instrumentum est nullũ, licèt per notarium confectum notarius non est falsarius; nec debet falso puniri dummodo scripsit instrumentum propriè & verè, sed inualidè sicut hic: quia primo legit vel oretenus publicauit, & post ea scripsit: vt in protocollo vel alia scriptura publicata, & sic inualide. & istud solum dictum est sufficiens ad excusationem notarii. ¶ Et verè ẽt quia in multis & me præsente vidi plures qui rogant & postea scribunt. & dicunt, vos sitis rogati de his, & ego conficiam instrumẽtũ: quæ consuetudo plurimũ esset attendenda iuxta no. in auth. de fi. inst. in §. sed si. ¶ Considero ꝙ in dubio præsumitur pro notario qđ primo scripserit stante doctrina Bal. in rubri. C. de fide instr. dicente pro declaratione gl. in auth. de tabellio. q̃ dixit
7 † ꝙ præsumitur notarius rogatus eo ipso [b] qđ fecit instr̃m ꝑ
b peritiam ꝑ tex. cũ gl. in l. 1. C. de vsu. & ideo est præsumendũ ꝙ non scripsisset: nisi fuisset rogatus pariter, vt hic dicendum vt cũ sciat se primò debere scribere quàm legat partib. vel testibus

ctibus ꝙ ipse primò scripserit quam legerit. ¶Et præcipuè cũ hoc sit de his quæ spectant ad notarium & non ad partem:& ideo etiam de his debet ei credi. vt in l.si quis decurio. vbi casus:& ibi Cyn.& Sal.C.de fal.Dy.in l.si librarius. de re iu. & eius testimonium præualet testimoniis testium, vt doc. in d. c.cum Ioan. eremita. ¶ Et præcipuè cum coadiuuetur dictis testium descriptorum in instrumento, eo casu dixit d.An.in d.ca. cum Io. eremita plus credi duobus affirmantibus quàm quinquaginta negantibus secundum gl. in d.l.diem. §.si plures.ff.de arbi.& ibi latè prosequitur. vnde cum hic primò sit præsumptio ꝙ primò scripsit per doctrinam Bald. de qua supra, sic etiam de spectantibus ad notarium: & notarius hoc attestatur,& sic succedit regula d.l.si quis decurio.¶Concurrunt etiam tres testes saltem in primo dicto si in secundo aliqui contrariētur,quo casu neutri eorum dicto creditur. Guil. in Spe.de teste.§.1.versi.quid si idem testis.alleg.de appel.ca. solicitudinem,& Bart.in d.l.eos.& alii testes in hoc non conueniunt & in qualitatibus discordant. stat conclusio Bart. in l.testium.dicentis ꝙ discordantia in qualitatibus testimonii vitiat testimonium. ¶ Et ad hoc etiam conueniunt quæ pulcherrimè pro tuitione notarii induxit primus egregius consultor, per quæ concludo dicto notario nullum crimen posse falsitatis ascribi. Et ita vt superius dictum est dico & consulo ego An.de Prato veteri vtr.iuris doct. comes & sacri imperialis consistorii consiliarius, Bononiæ iura ciuilia legens.

ADDITIONES.

a ¶Domàne.id est non faciam vel addam aliud vsque in crastinum.
b ¶Eo ipso.Idem Alex.in li.5.consi.48.dicam in lib.2. consi.153.

SVMMARIVM.

1 *Falsum non committitur sine dolo.*
2 *Notarius semel rogatus de testamento non debet ad petitionẽ testatoris lacerare, sed tamen cancellare.*
3 *Testamentum in dubio censetur haberi pro absoluto.*
4 *Error in notario potius quàm dolus præsumitur.*
5 *Iuramentum suppletorium non defertur in causis magnis.*
6 *Testis deponens per verbum videtur, non probat.*
7 *Instrumentum scribi tempore actus non est necesse, nisi fiat in scriptis.*
8 *Testificatio iudicialis præfertur extraiudiciali præcedenti.*
9 *Acta & attestationes debent probari per scripturam.*
10 *Falsum non committitur circa notam priuatam, quæ nocere nequit.*
11 *Falsi probatio debet de necessitate concludere.*
12 *Notario non plus creditur in q.falsi quàm testi neganti.*
13 *Falsum committit dans falsam schedulam notario.*

CONSILIVM LXXIIII.

Viso testamento Ioãnis Liualdi, vt dicitur rogato per ser Antonium Bosellum & attestationib.testium receptorũ tam extraiudiciũ quàm in iudicio ad probandum, an testamentum fuerit publicatum de volũtate & rogitu dicti testatoris, & ad probadũ alia quædã quæ in dicto actu testandi dicuntur interuenisse. ¶ Omissis non necessariis breuiter concludo dictum notariũ qui in publicam formam dictum testamentum redegit non posse ex hoc puniri vel argui de falso:ad quod ostendendum primò adduco nota.per Io.An.in addi.Spe.in ti.de instr. edi. §.ostenso.in addi. magna. in verb.item sciendum est, &c. vbi quærit quid de instrumentis cõib. inter partes quæ per pacta ipsorum contrahentium vel præcepto arbitri cancellari debuerunt vel cancellata fuerũt:an si post hoc notarius vni parti fecit instrumentum prædictũ in forma authentica cõmittat falsum?& dicit ꝙ ista fuit qõ Rofredi in quęstionib.suis q.47.
1 & arguit primo ꝙ nõ: † quia falsum nõ committit sine dolo ẽt si subsit lata culpa.l.lege cornelia. ff.de sica.& in l.inter oẽs ad finẽ.ff.de furtis.in contrariũ adducit: qa de iure est ꝙ notarius de voluntate partium faciat instrumenta. l.cõtractus. C. de fi.inst.& quia consuetudo ita se habet & equitas suadet, & minimè sunt mutanda,&c.l.minimè. ff.de legi. l.in summa. §.quamquam.ff.de aqua pl.arc.& sic expedit ad fraudes euitã das.in auth.de inst.caute.& fide.post prin.quia lata culpa cõparatur dolo.l.quod Nerua. ff.depositi.l.2. ff.si mens. fal.mo. dixe.tandem decidit Io.And.sequens Rof.in loco præalle. ꝙ si fuit in dolo punietur pœna criminis stellionatus. ff.de cri. stel.l.1.alias non punietur, quod aũt in casu nostro non fuerit ser An.in dolo patet:quia omnes testes qui interfuerunt testamento examinati deponunt ꝙ testator condidit testamentum ordinando legata & institutiones. & quod in dicto testamento notarius fuit rogatus a testatore,& testes etiam fuerũt rogati,& quod ẽt notarius ibi dictum testamentum publicauit.¶Et licet plures ex dictis testib. examinatis in iudicio subdant,quod paulo post factam publicationem testator dixit ad
a notarium hęc verba, teneti cosi fin a domane: tñ per hoc non arguitur aliquis dolus dicti notarii in scribendo & authenticando dictum instrumentum:quia testator prohibendo notario quod non subscriberet vsq; ad diem sequentem, vt tacite permittere ꝙ post diem sequentem scribet & authenticet. l. Imperator.ff.de postulan.l.statu lib.§.Stichũ.ff.de leg.2. Moueor etiam per id quod habetur in l.3. §.si plura, cum ibi no. per Bart.& alios.ff.quemadmodum test.ap.vbi per illum tex.
2 secundum vnam lecturam dicit Bart. & alii scribentes ibi † ꝙ notarius postquam est rogatus de testamento non potest, nec debet ad petitionẽ testatoris testamentum dilacerare, adeo qđ non appareat.& si testator vult illud testamentũ cãcellare vel cassare illud faciat, tñ notarius tenetur adhuc ipsum testamentũ publicare & copiam facere vt ibi secundum tertiam lecturam.gl.¶Præsertim quia testator ordinato per eum testamen-
3 to,& illud etiam per eũ publicato†si nõ appareret testatorem
b voluisse plus disponere, videtur in dubio [b] habuisse actum testandi pro perfecto & absoluto:vt probat tex. notabilis in l.is qui.& ibi no.doc.ff.de test.& per doc.in l.ex ea. in prin.eo.ti. & in l.fideic.§.1.de leg.3.facit.l.contractus. C.de fide instru. cum ibi no.per Baldum circa 5.col.¶Et vbicunq; testator cõdito testamento diuertit se ad alios actus extraneos a testamẽto dicitur haberi instrumentum pro absoluto & perfecto secundum Cy.in l.in bonæ fidei. in 2.q.& ibi etiam Sali. C.de pac.arg.l.hæredes palam.§.fi.de testa.¶Et hoc procedit in casu nostro saltem secuto die sequenti,& aliquo non mutato d. l.Imperator.& dixi supra. ¶ Et ꝑ consequens patet ꝙ non sumus in casu.l.iubemus.ad fi.C.de test. cũ ibi no. vbi notarius conficiens instrumentum de testamento imperfecto tenetur de falso.facit.l.nulli.& qđ ibi Bart.C.de numerariis & actuariis.lib.12.¶Accedit ad confirmationẽ prædictorum id quod voluit Bart.& alii in l.quoties.§.j.per illum tex. ff.de hær.in-
4 sti. vbi voluit † ꝙ si reperiatur quod notarius aliter scripserit quàm probatũ fuerit a partib.tempore actus gesti pręsumitur
c potius ꝑ errorẽ [c] quàm ꝑ dolum, & sic excusabit a dolo notarius, & ꝑ consequens a falsi crimine quod committi non põt sine dolo.l.nec exemplũ.C.ad l.cor.de falsis.¶Nisi aliud appareret ex circunstantiis.secundũ Bar.& doc.in dictis locis not. Lud.Ro.in l.captatorias.C.de test.mili.quæ circunstãtiæ hic cessare videntur præsertim quia testator non decessit, sed viuit:& sic non potest dici ꝙ possit tractari de aliquo graui pręiudicio cum testamẽtum ipsum possit ꝑ testantẽ ad placitum reuocari, vt iurib. vulgaribus & per consequens cessare videtur præsumptio suspicionis quod notarius corruptus ob aliquod magnum eius commodum id fecit. ¶Nec iura præsumunt ꝙ
* facile quis velit delinquere pro modico * sicut pro magno cõmodo:præsertim in crimine falsi: vt in c.accedens. & ibi not.
5 per gl.& doc.de crimine falsi. ¶Vnde videmus†in causis magnis lex noluit ꝙ deferri possit iuramentũ parti in defectũ semiplenæ probationis propter suspicionẽ periurii ratione magni cõmodi: secus in causis non magnis; vt plenè no.in l.3.& in l.admonẽdi. ff.de iniuriis.& in l.in bonæfidei. C.de re.cre. & in c.fi.de iureiu. facit.l.thesaurus.ff.ad exhibendum. Facit c.ad audientiam.de præscrip.cum ibi no.per doct.& habetur in c.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.& in ca.fi. de præsum.& qđ no.Io.An.in addi.Spe.in tit.de inst. edi. §.instrumentum. in j.col.præsertim dum allegat. l.pe. de his qui sibi ascrib.in testamẽto.¶Et fortasse ẽt dici posset non esse etiã sufficiẽter & concludenter probatum: saltem per duos idoneos testes ꝙ dictus notarius audiuerit illa verba testatoris dicẽtis, tenete cosi per fin a domane: licèt testis dicat qđ erat præsens notarius. f. corpore.l.1.§.fi.cum ibi no.per Bart.ff.de auth. tu.l.hęredes palam.

palam.in princ.ff.de test.cum ibi no. per Bald.cum suis concor. tñ circa hoc non insisto:quia non est necesse.¶Nec prædictis habet obstare quod quatuor testes ex septem testibus qui rogati interfuerunt in testamento deposuerunt extra iudiciũ cum iuramento ꝙ dictus ser An.tempore conditi testamenti scripserit testamentum: vt videntur deponere in primis Franciscus Dyonisius,Ioan.Cõtinus,& Bartholomeus Fornarius: tamen postea examinati in iudicio videntur deponere ꝙ notarius tempore conditi testamenti non scripsit testamentum, & sic viderentur sibiipsis contrarii, & sic non probãt aliquid, iuxta.l.eos.cum ibi no.ff.ad l.Corn.de falsis.& l.qui fal. ff.de testi.quia ad hoc põt multipliciter respõderi. ¶Primo ꝙ Dionysius in prima examinatione non deponit qñ viderit notarium scribere, sed quod audiuit & intellexit dictum testatorẽ dicere versus notarium stantem super lecto ipsius testatoris penes dictum testatorem cum charta & calamo in manibus iudicio ipsius testis quantum est de charta & calamo. &c. In secunda verò examinatione deponit ꝙ non vidit notariũ scribere:& ꝙ notarius tunc recitauit memoriter ipsum testamentum sine scriptura:itaque si bene consideretur vtraque examinatio iste testis non videt sibiipsi cõtrariari: quia stant simul ꝙ notarius staret cum charta & calamo:& tamen non scriberet:vel dato ꝙ scripserit, tamen hoc non viderit ipse testis qđ in secunda examinatione deponit se non vidisse scribere. ¶Item iste testis in prima examinatione loquitur non per visum vel per alium sensum corporis, sed per verbum iudicio
6 suo,†quo casu non dicitur deponere vt testis.*l.testium. C.
* de testi.l.qui testamentum.§.fi.ff.de test.in auth. de hæred.&
d falci.§.sin verò absint. vnde testis deponens ꝙ ita sibi videtur[d] non probat, nisi præmittat rationẽ dicti sui per visum vel aliũ accommodatum sensum corporis: vt no.Io.And. in addi.Sp. in ti.de testi.§.nunc tractandum.prope fin.& Bart. in l.quid tñ.§.si arbiter.ff.de arbitris.& in suo tractatu de testamen. & Bald.in l.de quibus. ff.de leg.& Ang. in repe. l.sciendum.de verb.obli.in 2.col.vbi expressè dicit ꝙ testis qui deponit per ista verba iudicio suo,&c.non probat. Et illud etiam deponit dictus Dionysius in tertia examinatione de facto non contradicit in aliquo prædictis:vt patet ex inspectione dicti sui iunctis his quæ supra proximè dixi.Similiter Ioan. Continus nõ videtur sibiipsi contrariari: quia licèt in secunda examinatione iudiciali interrogatus dicat quod non vidit notarium scribentem dictum testamentum, & in prima examinatione non deponit aliquid quod sit huic cõtrarium, si bene inspiciatur, quia dicit in prima examinatione ꝙ vidit dictum notarium stare super lecto cum calamo & charta in manibus & scribere super ipsa charta: non autem dicit ꝙ viderit scribere testamẽtum: nam potest esse quod aliud scribebat quàm dictum testamentum: vel quod ipse testis ignoraret ꝙ scriberet testamentum.est verum quod ille Bartholomeus Fornarius videtur in secunda examinatione aliquantulum contrariari his quæ dixerat in prima, tñ hic non habet obstare:quia quantum ad excusandum dictum notarium a dolo prædicto & per consequens a crimine falsi satis est probatum per omnes testes ꝙ dictum testamentum fuit ordinatum & cõfectum & per dictũ testatorem & ab eo fuerunt rogati testes & notarius.& fuit pu
7 blicatum testamentum. ¶†Nam conficere scripturam tempore actus non est necesse in testamento nuncupatiuo, sed solũ in actibus requirentibus scripturã: vt l.hæredes palã. in prin. & ibi no.ff.de test.l.fi.cum ibi no.C.de fideicom. l.cõtractus.
8 C.de fide instr.Potest etiam responderi ad obiectionem supra
e dictam† ꝙ illa varietas testis[e] qui vnũ deposuit extraiudicialiter,aliud iudicialiter,non impedit, quia secũda examinatio iudicialis debeat præferri.illi extraiudiciali secundum magis veram & communem opi.vt no.gl. & doc. c. cum causam.in versi.ratas habere voluerunt.extra de test. & probatur in c.1. §.si enim dño.in ti.quid sit inuesti.in vsibus feudorum, & ibi ponderat Bal.illum tex.& firmat Spe. & Io. And. in tit.de teste.§.j.vers.quid si idẽ testis & vers.seq.& Bal.in cõsi.In Christi nomine licet assessores post Bar.sic recipi &c. & Ang.in cõsilio 175.incip.quædam dña Margarita. & in consi. 138. incip.Christoforus Pe.& Bal.in l.gesta. C.de re.iudi. bene facit tex.in l.solam.cum gl. C.de test. & no. Bart.in l.qui per salutem.ff.de iureiu. & non debet præstare impedimentum prima dispositio quæ est inualida & non sortitur effectum. c.illud de iureiu.c.auditis.de elec.precedens tñ responsio tutior videtur.¶Nec etiam prædictis ob.ꝙ Ant.de Triuisio & Bert. de Zandoris deponere videantur,quod nonnulli ex dictis testibus maximè Dionysius Gẽtilis,Gerardus Beluanus, & Bartholomæus Trinellus qui interfuerunt dicto testamento dixerunt cum iuramento coram ser Ventura exactore cameræ principis & examinante eos pro interesse cameræ ꝙ cum ipse testator aliqua legata facere ceperit: postquam idem testator dixit notario,tornati da matin a,ꝙ dicti Dionysius, Gerardus & Gentilis dixerunt coram ser Ventura predicto ꝙ dictus notarius non scripsit nec publicauit dictum testamentum: quia
9 ad hoc potest multipliciter responderi. primò ꝙ † depositiones dictorum testium factæ coram dicto ser Ventura non possunt probari per testes,scilicet d.ser Venturam & per dictum ser Bartholomæum de Zandoriis: quia qñ haberi potuit notarius qui conficeret acta publica & scriberet depositiones testium tunc debent acta & attestationes probari per scripturã, & non per testes.c.quoniam contra.& ibi no. de proba. l.curent.cum ibi no.ff.de test.& l.ne in arbitris. & ibi no. Bar.C. de arb.no.Iac.de Bel.in auth.in medio litis sac.iusi.in fin.col. 8.& legitur & no.in l.emancipatione. C.de fide instrum. & declarat Bald.in l.2.in 3.col. C.de eden.& in l.gesta. C.de re iu.& in l.litigatoribus.C.de app.cum sim. ergo cum potuerit haberi notarius qui de dictis attestationib. conficeret scripturam, vt dictus ser Bartholomæus de Zãdoriis notarius & alii notarii in ciuitate Mutinæ qui est locus insignis vbi talium adest & adesse præsumitur magna copia iuxta ea quæ habentur in cap. statutum.de præscri.in 6.& per Bart.in l.bonorum.ff. de bon.possessio.& l.idemque.ff.pro socio. & in l.si seruum. in fi.prin.ff.de verb.ob.& in l.si ab hostibus. §.fi. ff.sol.ma.& per Bart.in l.iuris.C.qui admit.cum simi.non sufficit probare per dictum ser Venturam, & dictum ser Bartholomæum dictas attestationes.¶Secundò respondeo ꝙ dictus ser Bartholomæus & Ventura in dictis suis sunt singulares; ergo nõ probant.c.licet causam,de prob. c.bonæ. de elec. quod autẽ sint singulares patet, quia Ventura dicit ꝙ dicti testes deposuerũt ꝙ Antonius Bosellus notarius neque scripsit neque publicauit testamentum.sed ser Bartholo.non dicit sic,sed dicit ꝙ dicti testes dixerunt ꝙ dictus testator dixerat, io voglio lassare octocento lire a ciascaduna de le mie figliuole. & stari 25. de formento a mio fratello, & alia verba de quibus dixit ipse testis non recordari, & ꝙ etiam dixerunt dicti testes ꝙ postea dictus testator dixerat dicto notario,non scriuiti couelle, ma tornati da matina tu con questi testimonij che io ve ne prego: & alia dicit ser Bartholomæus testis non fuisse dicta per dictos testes.nam iste ser Bartholomæus non probat; quia dicit se non recordari de omnibus quæ dixerunt dicti testes. Nam potest esse ꝙ dicti testes dixerunt ꝙ testamentum fuit perfectum & publicatum, & pro absoluto perfecto & publicato testamento sine scriptura quæ non erat pro tunc necessaria: ut dixi supra sed dictus testator dixit notario,non scriuiti couelle.&c.q̃ verba non potuissent operari quin notarius iã rogatus de testamento teneatur facere scripturã de ipso testõ: vt in d.l.2.§.si plura.cum ibi no.per Bar.ff.quẽadmodũ testam. aperiant.¶Preterea licèt Ventura deponat ꝙ illi testes dixerũt ꝙ non fuit facta scriptura nec publicatio ; tñ hoc non habet obesse:quia scriptura(vt dixi)tunc non erat necessaria in testamento nuncupatiuo.Item,quia quando testator facit institutiones hæredum & legata in testamento nuncupatiuo & rogat notarium & testes,non dr necessaria alia publicatio: vt late probat do.Abb.in c.cum P.tabellio.de fid.instru.quæ iura non requirunt hoc,licèt aliud sit in testõ in scriptis & in aliis actib.requirentib.scripturam : vel qñ testator coram testibus non expressisset voluntatem suam; ita intelligitur secundũ eũ quod no.in l.fideicom.§.1.de leg.3.& in l.contractus. cũ ibi no.per Bar.C.de fide instru.& quod no.Ioan.And.in d.§.ostẽso,in ver.illud.in addi.magna.& in l.ex ea. in princi. cum ibi no.per doct.& in l.si is qui.ff.de tes. ¶Non insisto in eo quod primo dicit do.Io.Continus:quia est singularis: & etiam singularis in aliis dictis suis, & nihil substantiale concludit, ex quib. concludo vt in prin. non posse ex predictis dici dictum notarium cõmisisse falsum. ¶ Circa vltimum dubium in quo quæritur si quis accessit ad notariũ,& sibi dixit, io vorria che tu me leuasse quello instrumẽto de la quella sine refutatione

L 2 õ renun-

o renuntia de la quale tu sei rogato, laquale voria che stesse in questa forma; quam formam sibi ostendit, & non reperiatur ipsum notarium fuisse rogatum, quia notarius negat, & ꝙ alius notarius reperiatur rogatus, vel etiam alter non reperiatur rogatus, posset impingi aliqua suspicio falsitatis contra eum qui accessit ad notarium dicendo prædicta verba. & in hoc puto concludendum breuiter ꝙ non: nam aut quæritur an iste commisserit falsum, certum est ꝙ nõ: quia ipse nõ commissit falsum, certum est ꝙ non: quia ipse non commisit falsum. ¶Et licèt scripsisset certam notam secundum quam vole

10 bat authenticari instrumẽtum per notarium:† tamen per authenticationẽ illius formæ vel notæ quæ erat priuata scriptu-

f ra & nullius fidei, & quæ consequens nulli nocere [f] poterat, non incidit in pœnam falsi: vt not. in l. damnis. C. de falci. no. Bart. in l. j. §. qui in rationibus. ff. eo. tit. & gl. pen. in c. quãto. quam ibi ponderant doctores ad hoc. de iureiu. facit text. cum gl. in l. fundum. in fi. ff. de euict. ¶Nec etiam falsum committi fecit: quia non dicitur ꝙ notarius illi ad dictus fabricauerit instrumẽtum falsum, vel in aliquo dolo fuerit; ergo iste non fecit fieri falsum instrumentum. facit quod not. Bart. l. si quis obrepserit. ff. de fal. bene facit. l. si is qui rem. §. si Titiũ. ff. de fur. ¶Nec etiam videtur quod teneatur ex eo quod tẽtauerit fieri facere instrumentum falsum: quia præsupponitur ꝙ requisiuerit notariũ per hæc verba, io voria che me autenticasse & leuasse quello instrumẽto de renũtia de che tu sei rogato. certè ista verba non sapiunt tentare quod falsum fiat, cum petebatur illud instrumentum authenticari de quo sit roga-

11 tus: & † qñ verba possunt trahi ad falsum & ad non falsum, in dubio fit interpretatio quod non cõtineat falsum: qa opor

g tet ꝙ probatio falsi concludat [g] necessariò: vt colligitur ex no. per gl. in l. iurisgentium. §. quod ferè, in verbo approbetur. ff. de pact. & ibi ponderant doct. maximè Bal. & Ang. & Bald. in l. Imperator. ff. de sta. homi. & Sal. in l. de tutela. C. de integr. rest. minò. facit. l. si præses. & l. interpretatione. C. de pœnis. & l. si aliquis intentione. ff. de iud. ergo verba illius debent intelligi prolata vt importent ꝙ notarius petiisse intelligatur instrumentum de quo esset rogatus, & sic si non est rogatus, nõ videatur illud petiisse. ¶ Et licet dixerit, io voria che stesse in questa forma, quam ipsi sibi ostendit; tamen per hoc non sequitur ꝙ ipse tentauerit illud ꝙ notarius faceret falsum, quia attento quod verba istius petentis intelligebantur de ipso instrumẽto, de quo notarius esset rogatus, vt iã dixi, licet dixerit, io voria che stesse in questa forma: hoc de necessitate non sonat ꝙ fiat falsum, quia potuit esse ꝙ illa forma quam notario exhibuit, fuit exhibita ipsi notario: vt imbreuiaturam & protocolum authenticando extenderet sub illa forma tanquam continente clausulas consuetas in similibus apponi: prout facere & extendere debet notarius imbreuiaturam suam: vt no. Spec. & Io. And. in titu. de instr. edi. §. ostenso. versi. quid ergo si imbreuiatura. & Io. An. in eo. tit. §. instru. ver. quid si a contrahentibus. & Bart. in l. Gallus. §. idem credendum est. ff. de lib. & posth. & l. argentarius. in prin. ff. de eden. & cano. in ca. cum p. tabellio. de fide instr. ¶Ad prædictorum confirmationem adduco id quod no. Tancr. de Corneto in compendiosa sua in rubrica ottaua. q. 5. versi. præterea quæritur quidã produxit. &c. vbi signanter dixit quod de falso non punitur, qui scienter dictauit notam ex qua redactum est instrumentum falsum. C. de test. l. dictantib. est enim talis nota scriptura priuata quæ probationem non facit: allegat notata per d. l. damus. ¶Fortificantur prædicta per ea quæ no. Spe. in tit. de teste. §. 1. versi. sed pone esse iudex. & in ti. de instr. edi. §. restat. verb. sed quid si vnus ex testibus. & An. de But. in c. ad audientiam, de præscri. & in c. cum parati. de appella. & Ange. & Io. de Imo. in l. 1. §. si quis negat. ff. quemadmodum testam. aperiantur. & Sal. in l. si quis decurio. C. de falsis. & do. Abb. in c. cum causam. el j. in fi. de test. & in c. ad audientiam. & Lu. Ro.

12 in l. j. §. fi. ff. de verb. obl. vbi per plura concludunt† ꝙ si vnus

* ex pluribus testibus *a tabellione receptis accusatur ipsum testem falsum dixisse: testis vero dicit quod notarius aliter scripsit dictum ipsius testis quàm ipse testis deposuerit, cui magis creditur: quò ad causam criminalem falsitatis. concluditur p

h omnes in hoc quod non creditur [h] tabellioni: nec eis scripturæ contra testem: nec testi contra notarium. Vnde in proposito, dato ꝙ ille tabellio neget se fuisse rogatum de illo contractu petito per illum qui cũ adiuit pro habendo dicto instrumento, iste verò qui eum adiuit, asserat quod fuerat de hoc rogatus notarius, non debet magis credi tabellioni cõtra istum quò ad procedendum contra eum criminaliter de dicto falso quàm credi debeat isti contra notarium, qui notarius si fuisset de dicto instrumẽto rogatus & celaret, teneretur de falso. l. presbyter. C. de epi. & cler. c. 1. cum ibi no. de crimine. falsi. no. in specie Bal. in l. eum. C. ad l. Corn. de Fal. per l. si quis decurio. eo. ti. & no. Io. An. in addi. Spec. in d. §. instrumentum. in j. col. & Bald. in l. qui accusare. & in l. fi. in vlt. col. C. de edẽdo. & Pau. de Cast. in l. non idcirco. C. de testa. ¶Vnde non potest dici ꝙ illa forma exhibita per illum ipsi notario esset falsa, seu contineret falsum ex eo ꝙ notarius dicit se non esse rogatũ, & similiter si apparet alium notariũ fuisse rogatũ, nõ potest dici ꝙ contineret falsum: quia scriptura in se contineret veritatem. ¶Et per prædicta patet ꝙ non habet obstare tex. in c. licet, ver. illo. extra de cri. fal. vbi tex. dicit ꝙ illi qui accedũt ad bullatorem bullarum apostolicarũ & proiiciunt ibi cautè falsatas literas, vt de vera bulla cum aliis sigillẽtur: nõ sunt immunes a crimine falsi. ¶Et per illum tex. dixit ibi Bal. in l.

i si quis obrepserit. ff. de fal. & latius in suo consi. [i] incipien. Tudertinus quidam. & do. Abb. in ca. quanto, de his quæ fiunt a

13 præla.† ꝙ si Titius venit coram iudice, & dicit notario, scribe ꝙ talis nuncius retulit se citasse Seium prout in hac schedula continetur præsente nuncio: cùm hoc tamen falsum esset, & tamen notarius nullius malignitatis conscius, ita scripsit, & propter hoc consecutus est ille sententiam pro se: certè tenetur de falso, idem si quis falsam schedulam dedit notario vt eam registraret inter notas per tex. in d. c. licet. nam ista loquuntur quando constabat schedulam esse falsam & illam cautè obripere falsum & sic esse in dolo. ¶ Sed in casu nostro non constat falsum esse, & quòd notarius non fuerit rogatus de dicta renunciatione sibi exhibita, licèt notarius neget se rogatum: vt probaui supra item in casu nostro ille qui petiit authenticari instrumentum, petiit instrumentum de quo ille esset rogatus; non autem illud instrumentum de quo non fuisset rogatus, prout ostensum fuit supra importare verba eius: in casu autem dicti c. licet & aliorum quę supra allegata sunt, non ita fuit. Pro hoc facit quia quis non tenetur falsi pœna

* vbi commissum non cadit in aliquod caput legis Corneliæ: * vt dicit Cardi. in c. fi. de crimine falsi. Sed iste casus non reperitur inter dicta capita legis Corneliæ: ergo &c. ¶ Ex quibus concludo non posse ex prædictis impingi notam seu suspicionem falsitatis ei, qui dictum instrumentum authenticari petiit: vt supra & ita vt superius conclusum est, puto iuris esse.

ADDITIONES.

a ¶Domane. id est tenere sic vsque in crastinum. * Quòd testamentum

* dicatur imperfectum isto casu, contra Alex. hic consuluit Ias. consi. 196. lib. 2. & consi. 8. libro 3. Et in istis terminis ꝙ testamentum valeat, latè scribit Ruin. consi. 15. per tot. libro 2. & consi. 1. col. pen. eo. libro. Natta.

b ¶In dubio. idem Bart. imo, Pau. in d. l. si is qui Alex. Ias. dicta l. re. C. de insti. & subst. secus si inter testandum superueniat mors. Pan. consilio 105. Videtur. l. 2. vel si testator dixit se velle diferre Pau. consilio 450. visa. libro 2. adde Ias. in ru. col. 2. ff. de leg. 1. consi. 195. cum seq. lib. 2. consi. 8. lib. 3. consi. 155. lib. 4.

c ¶Errorem. consi. 70. nu. 8.

* Pro modico.] Facit pro hoc text. optimus in cap. & si quæstiones. de simo. Natta.

* Vt testis.] Adde no. Ias. consi. 153. col. pen. lib. 2. Natta.

d ¶Videtur. supra consi. 15. num. 5. Alex. Ias. in rub. ff. de iureiuran. Ias. l. 1. col. 5. de iusti. & iu.

e ¶Testis ad Ro. consi. 505. si testis. Cœpol. consi. crimi. 61. Pan. Fel. ca. cum in tua. de testib. Are. consi. 71. Dec. tho. 281. Alcia. tract. præsum. reg. 2. præsump. 29.

f ¶Nocere. infra lib. 6. consi. 145.

g ¶Concludat. Ias. l. j. nu. 14. si quis ius di. non obtem. l. singularia. col. 17. si cer. pet. consi. 153. col. 5. lib. 2. consi. 13. col. 4. lib. 3.

* Testibus.] Idem tradit supra Alex. consi. 70. col. 1. Natta.

h ¶Non creditur. supra consi. 70. nu. 2.

i ¶Consi. quod est consi. 199. ad infra eod. consi. 77. in prin.

* Legis Corneliæ.] Facit, quia si statutum disponit, ꝙ puniatur aliquis tanquam falsarius, intelligitur, non pœna legis Corneliæ. sed arbitraria. Fel. in c. nonnulli. §. fi. col. 9. de rescrip. Natta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filio iure naturali & diuino debetur patris successio. contra numero 5.*
2 *Bannitus non perdit ea quæ sunt iuris communis. nu. 7. 9.*
3 *Legitima per statutum non potest in totum tolli. contra. numero 6.*
4 *Successio est actus legitimus & de iure ciuili.*
5 *Filius non potest petere legitimam repudiata successione.*
7 *Statutum permittens bannitum occidi, priuat eum iure commune. num. 10.*
8 *Statutum derogat omni iuri communi in loco suo.*
11 *Statutum potest auferre legitimam in totum.*
12 *Confiscatio non trahitur ad futura.*
13 *Filij banniti vel incapaces, succedunt auo etiam cum patruis.*
14 *Nepotes ex filia quæ renunciauit, quomodo succedant.*

CONSILIVM LXXV.

Visis & diligenter prospectis quę in themate continentur: videtur prima consideratione dicendum, hæreditatem patris dicti banniti esse delatam Nicolao, quamuis bannito pro rata sua ab intestato, per id quod habetur in l. iā hoc iure. ff. de vul. & pup. in prin. l. 3. & 4. C. de suis & legi.
1 † Filiis enim debetur successio paterna iure naturali. auth. de trien. & semis. §. hoc natura. ibi, & natura procurata &c. & l. scripto. ff. vnde lib. & in auth. de hære. & falc. §. 1. & l. cum ratio. in prin. de bo. dam. l. nam & si parentibus. in princi. ff. de inof. test. ¶ Et ea quæ sunt iure naturali inducta, sunt immutabilia & irreuocabilia. l. eos de cap. dimi. l. ius agnationis. ff. de pact. insti. de iure naturali. §. sed naturalia. ¶ Et de iure diuino etiam inuēta fuit dicta successio. nam dicit Aug. si filius ergo hæres. 17. q. vl. c. fi. & no. in l. si quis ad declinandam. in prin. C. de epis. & cle. ¶ Ex quo infertur ꝙ non habet obstare dictū statutum: primò, dato ꝙ statutum excludat bannitum ab omni actu legitimo, nō videtur excludere a successione paterna: quia est actus iuris naturalis, vt dixi. ¶ Et appellatione actus legitimi veniunt actus ab aliquo iure scripto inuenti. vt not. gl. in l. actus legitim. in princ. ff. de re. iu. & probatur in l. legitima. ff. de pact. iuncta gl. ibi quæ exponit legitima, id est iuris
2 ciuilis. ¶ Ad hoc accedit magis communis opi. do. quę est † ꝙ bannitus non perdat beneficia iuris communis seu facultatē succedendi de iure communi: sed tantum beneficia inducta a legibus seu statutis illis ciuitatis a qua bannitus est, vt firmat Ia. de Are. Ang. Bart. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & Cy. & Bar. in l. j. C. de hære. insti. referentes ita publicè disputando determinasse Fed. de Scal. in q. inci. quæstio talis est Titius filiusfa. & latè concludit hoc Bart. in sua disputatione incipiēte Lucanæ ciuitatis statuto. & in extrauaganti. qui sunt rebelles. in verb. rebellando. & Bart. & Bal. in l. amissione. §. qui deficiūt. ff. de cap. di. pro qua est bonus tex. in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. pro quo ita decidit Bar. & pro hoc etiam subtiliter. l. quidam. C. de pœn. & idem tenet Bart. & Bald. & Imo. in l. eius, qui. §. 1. ff. de test. & Bal. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & post. & Ang. in d. l. Gallus. in §. ille casus. & in dispu. sua inci. Duo adinuicē litigantes. & in l. si cū dotē. §. si pater. so. ma. per plures rationes quas breuitatis causa omitto. ¶ Secundò etiam non videtur obstare dictum statutum: quia si dicta successio est de iure naturali, vt probaui: ergo non debet posse prohiberi per statutum: quia iura naturalia non possunt in totum tolli d. l. eas. ¶ Accedat cōclusio doc.
3 dicentium † legitima per statutum non potest in totum tolli: vt tenet Rich. Mal. in disp. sua quam refert Albe. de Ro. in 2. parte statutorum: in quæstio. 104. cum seq. & Cy. in l. sancimus. C. de nup. & Iac. de Bel. in auth. de hære. & fal. in princ. & do. de Rota in sua conclusione incipiente. Item fuit dubitatum, & in relationibus positū &c. & An. de Bu. in ca. Raynaldus, de test. & Bal. in auth. nunc autem. C. de epi. & cle. in l. fi. §. sinautem æs alienum. super verbo sinautem. & per illū tex. C. de bonis quæ liberis. & Bal. & Sal. in d. l. sancimus. & Ang. l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. & Io. de Imo. in l. Titio centum. §. Titio genero. de condi. & dem. vbi hoc tenet per plures rationes. ¶ Si ergo admittitur dictus Nicolaus ad dictā successionem vel saltem ad dictam legitimam iure naturæ debitam, ergo nihil ob. quin camera fiscalis possit agere ad bona quæ obuenerunt dicto Nicolao occasione dictæ successionis, cum fisco bona delinquentis statim sint pro tali cōdemnatione hypothecata, * saltem post latam sententiam: vt no. in l. 1. C. de bonis fiscalibus. lib. 10. & doc. in l. si quis post hac. C. de bo. proscri. & in l. rescriptum. in prin. ff. de pac. & Bal. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iur. fis. & in l. post contractum. ff. de don. ¶ Et maximè cum ipsa legitima de iure naturę acquisita videatur dicto Nicola, mortuo patre. l. sancimus. in prin. in vers. ipso iure. C. de inoffi. test. & per consequens non nocet fisco renunciatio Nicolai post quam incontinenti bona fuerunt acquisita Nicolao, quia censetur acquisitum ius & hypotheca fisco. & per consequens Nicolaus non debet nocere fisco. l. si post mortem. §. fi. ff. de contratab. & l. fin. ff. de pac. cum simi. ¶ Præterea dato ꝙ ius non esset irreuocabiliter quæsitum dicto Nicolao in dicta successione, tamen non vr ꝙ posset renūciare dictæ successioni in præiudicium fisci sicut non posset alienare in præiudicium fisci. vt in d. l. post contractum. cum materia. ff. de do. & d. l. si quis post hac. ita nec debet posse renunciare cum renuatio dicatur alienatio vt l. magis puto. §. fundum. ff. de rebus eorum. ¶ Præterea videtur esse casus in l. in fraudem. in prin. ff. de iure fisci. vbi secundum verum intellectum ille qui est debitor fisci non potest in fraudem fisci non querere seu non lucrari &c. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto: nam si statutum de quo supra excludit ipso iure bannitū ab omni actu legitimo; vt in dictis statutis euidenter cautum
4 est, ergo &c. cum iste dicatur actus legitimus. ¶ † Quòd autem dicatur actus legitimus, probatur primo per tex. insti. de hæ. quæ ab intest. §. j. vbi tex. inquit ꝙ hæreditas intestati ex l. 12. tab. ad suos hæredes pertinet, vt puta filios vel nepotes in patria potestate existentes, vt ibi in tex. & nō est dubium ꝙ l. 12. tabularum dicitur esse pars iuris ciuilis. l. 2. cum seq. ff. de ori.
a iuris. ergo successio illa dicitur esse actus legitimus, [a] quia illi dicuntur esse actus legitimi qui sunt inducti ab aliqua iuris scripti parte vt probaui supra in prin. Secundò probatur in l. 3. §. de illo. ff. pro socio. vbi omnem hæreditatem obuenientē ab intestato appellat legitimam successionem seu hæreditatē, & ista fuit delata ab intestato; ergo &c. pro hoc bene facit gl. ibi in ver. intestato. quæ vult ꝙ etiam hæreditas quæ defertur ex testamento potest dici legitima successio: quia lege confirmatur. l. lege obuenire. & l. verbis. ff. de ver. sig. & tamen constat ꝙ successio ex testamento ēt fuit ante ius ciuile: vt patet in testamento Isaac in sacra scriptura, & no. gl. in l. quoties. in prin. de hære. inst. vnde in proposito, dato ergo ꝙ ante ius ciuile esset inuenta successio liberorum, tñ ex quo lege, 12. tabularū confirmata est, appellatur successio legitima, & sic actus legitimus. Tertio pro hoc facit text. in d. l. actus legitimi. vbi aditio hæreditatis dicitur actus legitimus. ¶ Quartò pro hoc facit tex. in l. quæ nup. & in l. si quis in suo. C. de inof. tes. vbi portio quæ debetur filiis iure aut ratione naturali dicitur nihilominus portio legitima. ¶ Quuinto pro hoc facit d. c. 1. & 2. cum seq. vbi ius diuinum vel naturale appellatur lex, ergo quid repugnat quod successio inducta de iure diuino & naturali non dicatur legitima successio? nec istud ab aliquo negatū reperio vbi ratio subiectæ materiæ aliud non suadet: nā hoc non negat gl. in l. actus legitimi, nec Dyn. in d. l. actus. ¶ Sextò probatur per tex. 18. q. 1. in c. 1. versi. legitimus hæres. iuncto verbo paternam hæreditatem. ¶ Præterea dicebat Dyn. in re-
5 gula indultum. de re. iur. in 6. † ꝙ iure ciuili positiuo est inductū ꝙ portio paternorum bonorum debeatur filio, non autē est inductum iure naturę. alle. tex in l. lege. 12. tabularum. C. de leg. hæred. & in auth. trien. & semi. §. 1. & in auth. de hær. & fal. §. j. & §. si quis autem. ¶ Et respondetur ad l. scripto, vnde liberi. & ad l. cum ratio. ff. de bo. dam. cum simil. ꝙ verum est qñ legitima est debita iure naturæ id est iure ciuili persuadente naturali coniunctione; vt alias exponit in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de ver. obli. Et ꝙ pars virilis in qua succedit vnus ex filiis patri ab intestato dicatur portio legitima, concludit per aliquas rationes Pau. de Cast. in consil. 221. incip. In Christi nomine, ꝙ primo loco ꝙ quis succedit. ¶ Nec isto casu facio differētiam inter legitimam & aliam legitimam hæ-
6 reditatem obuenientem filio ab intestato: † quia filius cui delata est hæreditas patris non potest consequi legitimam ex hæ-

 reditate

b reditate repudiata:[b] ut no. per Cy. Bal. & Sali. in l. hęres. C. de impu. & aliis sub. & Bart. & Ang. in l. quia poterat. ff. ad Tre. & in l. pro hærede. §. seruo. ff. de acq. hære. & l. gerit. eo. tit. & Bal. in l. 1. uersi. quò ad primam quæstionem. C. quando non peten. partes. ¶Et do. Abb. in c. Raynutius. ad fi. de test. vbi dicit expresse hoc esse verum non solum in filio cui delata est hæreditas vel successio ex testamento, sed etiam in eo cui delata sit successio ab intestato; quia secundum eum nõ debet posse pro parte agnoscere, & pro parte repudiare. l. j. & 2. ff. de acqui. hære. ¶Fortificantur prædicta ex his quę voluit Ray. in l. j. C. de hære. insti. & Io. de Imo. in l. Gallus. §. ille casus. de lib.
7 & posth. & in l. ex facto. §. ex facto. ad Tre. ubi concludit † ꝙ dato ꝙ statutum non priuaret expresse bannitum omni actu legitimo, tamen vbicunque statutum permittit bannitum impune posse ostendi: prout in casu nostro cum illo casu censeatur esse inimicus ciuitatis videtur eũ priuare omni beneficio legitimo. l. 3. in fi. ff. ad l. Rhodo fr. de iactu. sicut si esset bannitus ab imperio perderet omnia iura & beneficia iuris communis omnium Romanorum vbiq;. l. amissione. §. qui deficiũt. ff. de cap. dimi. & l. quidã. ff. de pœnis. ¶Item ẽt si est bannitus
c ciuitatis suæ perdit beneficia omnia iuris cõis quò ad illã[c] ciuitatem cui est suppositus, sicut dicimus de consuetudine speciali & generali: nam consuetudo vniuersalis derogat legi in vniuerso, consuetudo specialis in vno loco derogat omnibus legibus in illo loco: vt plenè no. in l. 2. C. quæ sit lon. consue.
8 ¶Item certum est † ꝙ statutum municipale loci potest derogare etiam iuri communi in loco. l. omnes populi. cum materia de iusti. & iur. ergo qua ratione iste bannitus qui est effectus hostis ciuitatis perdit iura municipalia & iura ciuitatis, vt statuta, eadẽ rõne perdere debet ius cõe quò ad illam ciuitatem ex quo ciuitas illa habet potestatẽ super vtroque iure. ¶Pro hoc facit quia bannitus perdit ius agnationis & filiationis: vt no. per Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto, in fi. ff. de adulte. & in l. eos. ff. de recepta. per l. post liminium. §. libertis. ff. de capt. ergo in sequenti perdit ius succedendi ab intestato, quod defertur illis qui filii sunt. ¶ Præterea dato ꝙ opi. Bart. & sequacium esset de iure vera: tamen debet limitari secundũ quod dicit Pau. de Cast. in l. j. C. de hære. insti. vbi inquit ꝙ aduertendum est in hac materia ad vnum quod ipse vidit consultum, & pro hoc dicit se cõsuluisse pluries vna cũ multis aliis in ciuitate Florentiæ ꝙ distinctio doctorum qui distinguunt, ꝙ aut bãnitus non potest impune offendi ex forma statuti, & hic non perdit iura propria ciuitatis, nec est incapax hæreditatis: aut potest impune offendi, & tunc perdit iura propria ciuitatis & habetur pro peregrino & penitus extraneo. d. c. qui deficiunt. & l. minimè. ff. de reli. & sum. fune. Sed iura cõia non perdit sicut nec deportatus ab imperio perdit ea quæ sunt iurisgentium d. l. quidã. & ideo bannitus repellatur a successione q̃ sibi defertur ex priuilegio statuti ciuitatis: vt si statutum excluderet fœminas stantibus masulis: nã cum sit alienus a beneficiis statutorum non succederet neque esset capax talis successionis. ¶ Si verò sit delata hæreditas de iure cõi, & tunc poterit ille capere: vt determinat Bart. in sua disputatione inci. Lucanæ ciuitatis. Nã ista procedunt vt possit capere quantum ad bona quæ habebat defunctus in alio territorio quam in alio de quo est bannitus ille: vt si Florentinus habebat bona Bononiæ, & ad eius successionem vocabatur quidam bannitus de ciuitate Florentiæ, nam si ille inuitatur ad dictam successionem beneficio statuti Florentini non debet audiri ẽt in ciuitate Bononiæ: sed audientur alii venientes ab intestato: secus si inuitaretur iure cõi quantum ad bona q̃ habebat testator in ciuitate Floreutiæ, vel in comitatu: quia ad illa non admittitur quàm si inuitaret᷑ de iure cõi: quia licet ciuitas Florentina non potest tollere ius cõe, poterit tñ in suo territorio ipsum taliter offuscare & obumbrare ꝙ effectũ non sortiatur: quia cũ sit hostis ciuitatis non debet audiri coram iudice Florentino à cuius iurisdictione est alienus. & dicit ꝙ Bart. non tangit ista: sed ꝙ tñ sunt verissima, & ꝙ ita pluries consuluit vna cum multis, vt dixi. ¶Et quod de mente statuti in casu nostro sit denegare audientiam bannito patet, qa disponit quod possit realiter & personaliter impune offendi. & alibi dicit glo. ꝙ in bonis hostium dari potest damnum impune. 14. q. 5. dixit do. Bald. in l. fin. C. si contra ius vel vtili. pub. videtur ergo ex forma dicti statuti ꝙ bãnitus sit extra pro-

tectionem iuris communis, vt etiam expresse dicit Bal. in au-
9 then. habita. in 5. col. C. ne filius pro patre. vbi inquit † ꝙ bannitus cũ sit extra protectionem iuris cõis in pœnã ei est quod ei ius reddi non debet. allegat no. in l. j. C. de nat. lib. & ibi in proposito dicit ꝙ ille qui extrahetur de protectione communis, vr̃ factus alienus a cõibus legibus: ergo si est alienus a cõibus legibus, nõ debet posse succedere ẽt a iure communi. ¶Cõfirmo prædicta p ea quę in terminis nostris decidit Bar. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi querit an filio bãnito banno capitali debeat᷑ legitima? & decidit ꝙ non, quia alius in locum eius succedit: vt in d. l. si qua pœna. vnde videtur pro mortuo haberi. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio. ¶Et ex hoc do. Bal. infert ꝙ fiscus nomine suo non poterit petere legitimam: istud etiam vr̃ esse de mente Gui. de Cu. in d. l. si qua pœna. vbi quærit an si filius est condemnatus pro de-
* licto fiscus succedat* patre mortuo in naturalem seu legitimã portionem debitam filio? & concludit ꝙ non, quia cum filius damnatus est, nepos succedit in locum filii vt ibi, & in l. 1. §. filium. ff. de bono. possess. contra tab. & in l. si necem. §. si deportatus. ff. de bo. lib. pro hoc gl. alleg. l. Paulo Calimacho. §. Pom. de leg. 3. & l. ex facto. §. si quis rogatus, ad Treb. & idem videtur velle ibi Bart. ¶Et licèt Bart. ibi formet. q. in eo cuius bona erant publicata, tñ non videtur referre an bona oĩa sint publicata an non: dummodo possit impune offendi realiter & personaliter: & sicut hostis ciuitatis vt ipse no. in d. disputatione: nam non est verum quod publicatio bonorum faciat bannitum ęquiparari deportato: vt ipse Bart. no. in d. l. si qua pœna. & plenius in dicta dis. reprobando gl. in §. relegati, insti. qui. mod. ius pat. pot. soluitur, quam communiter improbant doc. in d. l. 1. C. de hær. insti. Et cum d. decisione Gui. de Cu. & sequacium transit etiam Pau. de Cast. qui ita consuluit in consi. 30. incipiente, In Christi nomine, omisso ordine suprascriptorũ dubitatur. & ibi addit vnam rationem quã dicit
10 † ꝙ bãniti qui possunt impune offendi habentur pro peregrinis & forensib. & penitus extraneis. l. tutelas. in fine. de cap. dimi. & dr̃ esse extra protectionem iuris cõis. vt dixi. ¶Et ꝙ banniti dicãtur forenses, tenet Bal. in l. amissione. §. qui deficiũt. in fi. ff. de cap. dimi. & Bart. in l. 1. ff. de leg. j. & Ang. in sua disputatione quę incipit Bononiensis. in 3. q. nam bannitus qui potest impune offendi æquiparat᷑ trãsfugæ. l. 3. in fi. ff. de sic. & transfuga desinit esse ciuis. l. postliimi. §. filius. ff. de cap. sed forenses sunt incapaces immobilium acquisitionis ex forma statutorum si tale statutũ viget Mutinæ: vt dictũ est, succedere non potest do. Nicolaus in bonis immobilib. ¶Restat ad allegata in contrariũ rñdere, & primò non ob. dum dicebat᷑ ꝙ successio debet᷑ filiis iure naturæ, & ꝙ naturalia sunt immuta-
11 bilia &c. quia rñdeo primo † ꝙ statutũ potest auferre legiti-
d mam[d] successionẽ debitam iure naturæ & filium reddere inhabilẽ sicut facit lex, in auth. vt cũ de ap. cog. §. causas. in l. j. §. filium. ff. de contrata. & l. Gallus. §. & quid si tm̃. ff. de libe. & posth. no. in specie. Bal. in l. cũ leg. C. de epis. & cle. & in d. l. si qua pęna. post Bar. & Gui. & ibi & Io. de Imo. in d. l. Titio centũ. §. titio genero. sicut videmus ꝙ ẽt põt p legẽ vel statutũ alicui auferri dñium rei suæ. l. si priuatus. ff. q & a quib. l. venditor. §. si constat. ff. cõia præd. l. itẽ si verberatum. §. fi. ff. de rei vend. no. Bar. in procœmio fforum. & in l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pu. & canonistæ in c. quæ in ecclesiarum. cũ suis conco. de consti. ¶Secundo põt rñderi, ꝙ legitima nec est debita de iure naturali, sed de iure ciuili mediante naturali coniunctione, vt no. Dy. in c. indultum. de re. iu. in 6. cuius verba relata sunt supra. ¶Tertio potest rñderi, qđ dato qđ a lege diuina seu a lege naturæ cui æquipollet lex diuina in d. c. j. 12. dist. cũ seq. sit inducta successio filiorum, tñ appellatur actus legitimus quò per statutum excluduntur banniti: vt superius probaui. non obst. id quod not. Iac. de Are. & Bartol. in l. ex facto. ad Treb. in disp. Lucanæ ciuitatis statuto cauetur &c. dum dicit quòd banniti non excluduntur a beneficio iuris communis: quia respondeo quòd illud est verum nisi statutum contra disponeret: prout in casu nostro, cum statutum dicat quòd ab omni legitimo actu sit exclusus, quo casu excluditur a legitima successione: si ergo dictus Nicolaus excluditur a dicta successione frustra quæritur an per renuntiationẽ poterit fisco præiudicare. & iniquum esset dicere quòd Nicolaus voluit se ab oneribus hæreditariis eximere vt videatur fraudem facere vo-

re voluisse: vt inquit iurisconsul. in l. illud. ff. de acq. hær. nec etiam iudex videtur voluisse fraudem facere quod sibi prospicit: ne oneribus patris pupilli hæreditas implicaretur: facit. l. quia poterat. ff. ad Treb. ¶ Inquantum autem præsupponũtur confiscata bona Nicolai pro tertia parte: constat ꝙ ex illa confiscatione fiscus non potest porrigere manum ad ista bo-
12 na: †quia cõfiscatio non trahitur ad futura & acquisita post confiscationem. l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. glo. ibi & Bart. in l. j. ff. de bo. dam. & no. Cy. & alii in l. j. C. de præscri. & no. Bart. in l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. & Bald. in l. fin. in fin. C. quæ res pig. ob. pos. & facit quod no. in l. nam ad ea. ff. de cond. & demon. ¶ Quò ad secundum dubium videtur dicendum quod dicta portio quæ obuentura esset dicto Nicolao debet obuenire ad fratris Nicolai, & nõ ad filios Nicolai: quia aut filii Nicolai volunt venire ex propria persona, & nõ possunt: quia patrui sunt priores in gradu, & per cõsequens præferendi: Aut volunt venire ex persona Nicolai patris sui, & non possunt: quia quemadmodum statutum excludit Nicolaum, ita excluderet venientes ex persona Nicolai. l. illam. C. de colla. l. Pomponius. §. cum quis. de acq. pos. ita decidit in simili. q. Bart. in l. liberorum. de ver. sig. in vers. quero quid si filia dotata &c. col. 6. in fi. dum quærit, quid si statuto cauetur quod fœmina extantibus masculis non succedat, sed sit dotata & dote contenta: & contigerit quod filia dotata decesserit relicto filio masculo, an iste excludatur a fratre matris defunctæ in bonis patris ipsius mulieris? & cõcludit quod nõ per proximè dicta & idem dicit Ang. in §. neque illi. in auth. de trien. & semis. & Pe. de Anch. in clem. j. de baptismo. ¶ Ad idem quod no. Cy. in authen. post fratres. la 2. C. de leg. hær. & Bal. in auth. cessante. vbi dicunt ꝙ cõsuetudo est ꝙ filia nõ succedat in baronia, & quidam baro habebat fratres & nepotem ex filia præmortua. & baro decedat, ꝙ non admittitur nepos ex filia ad successionem in baronia: quia nepos venit ex persona filiæ: vt in authen. de hære. ab intesta. §. 1. ¶ Facit qđ no. glo. fi. in c. quamuis. de pact. in 6. quæ voluit ꝙ si filia renũciauerit hæreditati paternæ viuo patre: talis renunciatio præ
13 iudicauerit filiis ipsius filiæ in successione aui. ¶ †In contrarium est veritas scilicet ꝙ filii dicti Nicolai admittãtur ad successionem aui: quia Nicolaus viuo patre suo fuit effectus incapax paternæ successionis propter statutum & bannum prædictum; vt in primo dubio fuit conclusum, ideo in eius locũ subintrant dicti filii Nicolai d. l. si qua pœna. & ibi in proposito notant doc. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. §. filiũ. ff. de contrata. l. si necem. §. si deportatus. ff. de bo. lib. l. posthumorum. ff. de iniust. testa. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. ¶ Hoc probatur ex his quæ no. Bart. & alii in l. qui superstitis. ff. de acq. hære. vbi volunt quod si filia viuo patre renunciauerit hæreditati paternę, & taliter quod fuerit exclusa, non nocebit natis ex filia quin succedant auo: etiam si concurrant cum patruis qui sunt priores in gradu: vt ibi per eum. ¶ Et licet Bald. in l. pactum, maximè 11. alleg. 4. q. C. de col. limitat tex. in d. c. quamuis. in fi. dum dicit non redundet
14 in alterius detrimentum. ¶ Nec ob. gl. fi. ibi posita: †quia secũdum Imo. in d. l. qui superst. debet intelligi quando filii veniunt tanquam hæredes matris suæ: quia in hæreditate matris non reperiunt hæreditatẽ aui ad quã alias potuissent reperire si mater non fuisset per pactum exclusa. & dicit Imo. ꝙ conclusio Bart. in d. l. qui superstitis, procedit quando filia
e fuit omnino exclusa viuo patre suo: adeo ꝙ nepos [e] eius locũ subintrauit: vt quia filia decessit viuo patre: vt d. l. posthumorum. cum simili. sed si decessisset filia post mortem patris tũc non subintrãt nepotes locum matris: ex quo superuixit post mortem patris d. l. si quis filii. C. de inoffi. test. & ideo tunc bene potest distingui an nepos concurrat cum patruis, & tũc, cũ habeat necesse venire ex persona matris, quia patrui sunt priores in gradu, tunc non videtur ꝙ excludantur nepotes, & ita potest etiam saluari gl. in d. c. quãuis. bene facit. l. si patronis. §. fi. ff. de bo. lib. ¶ Et ita etiam fuit conclusio Bal. in l. fi. in antep. col. C. de pac. & in d. l. pactum. C. de colla. & Pau. de Ca. in d. l. qui superst. & ibi tenet Rom. ¶ Sed ita est ꝙ propter bannum iuxta dispositionem statuti Nicolaus fuit effectus incapax viuo patre suo: ergo subintrauit illum gradum nepos natus ex Nicolao: vt firmant doct. in l. si qua pęna, præsertim cum bannum istud sit perpetuum, nisi a principe restituatur, quod non est in consideratione: quia quæ non possunt impetrari nisi a solo principe, sunt ita difficilia ꝙ reputantur impossibilia, ideo non sunt in consideratione, vt no. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. ob. no. Bal. in l. apud Iulianum. §. fi. de leg. 1. & in l. 1. de iniust. test. arg. l. 3. de testa. tut. idem etiam fuit de mente Bal. in l. maximum. in antepe. col. de lib. præte. vbi sequitur Ia. Bu. qui dixit ꝙ si statutum excludit filiã a successione, tunc si filia decessit viuo auo, nepos ex ea non excluditur: quia aperitur via nepoti, siue iure naturali siue ciuili succedat sibi. alleg. l. qui in aliena. §. interdum. de acqu. hæ. & l. si pater filium. & l. si is. de inoffi. test. cum sim. ¶ Nec obst. ꝙ no. Bart. in d. l. liberorum. quia respondeo primò quod dictum Bart. procederet in filia decedente post mortẽ aui: quo casu nepos non potuit subintrare primum locum: vt proximè dixi, & ita intelligit Bart. in d. l. maximum vitium. Vel aliter respondeo ꝙ vbi filius excluditur propter delictum suũ, vt in casu nostro; tunc talis exclusio nocet nepoti ex eo d. l. j. §. filium. de contrata. & l. 3. §. emancipatum eo. tit. & l. si quis filium. quando filius vel filia excluditur propter fauorem alterius: vt quando statutum dicit ꝙ extantibus filiis masculis fœmina non succedat: nam filia excluditur propter fauorem filii: & hoc casu sicut excludebatur filia ita excluditur nepos ex ea. ¶ Ideo dicebat Ia. Bu. in sua dispu. quæ incipit quidam nomine &c. ꝙ si illa dos non remansit penes filios mulieris, sed fuit per partem recuperata: quia pater fuerat eam stipulatus: vel erat locus in quo seruabatur ius commune, iuxta no. in l. dos a patre. ff. sol. ma. quia tunc filii mulieris non excluderentur a dicto statuto a succedendo auo: quia tunc cessat causa exclusionis, cum dos non remanserit apud filiam. Sed in casu nostro durat ratio & causa exclusionis filii scilicet bannũ, & hoc etiam sequitur Pau. de Cast. in d. l. qui superstiti. ¶ Et ꝑ hoc etiam respondeo ad id quod no. Cyn. in d. auth. post fratres. ꝙ ibi filia excludebatur propter fauorem masculorum, qui fauor durat etiam mortua filia, ut dicit Bar. in d. l. liberorum, & proximè retuli. ¶ Et aliter potest responderi: vt colligitur ex notatis per Bart. in d. l. pactum. in 19. q. C. de coll. ꝙ in q. formata per Cy. in d. auth. post fratres. nepos descendebat
f ex linea [f] in successibili scilicet ex linea fœminina: vnde ibi vitium erat in tota linea non solum in matre, non mirum si excluditur: ut in c. 1. §. hoc autem. qui feud. dare possunt. secus vbi defectus non esset in tota linea d. l. posthumorum. cũ simili. vnde caueant filii dicti Nicolai ne maleficium aliquod cõmittant: quia bona pro parte eis tangente possunt confiscari. Deo altissimo gratias ago.

ADDITIONES.

* Hypotecata.] Vide Alex. latè in l. rescriptum. ff. de pact. Natta.
a ¶ Legitimus. & de iure ciuili. Bald. consi. 250. Præmissis verbis libr. 4. Alciatus. l. nihil aliud. col. fi. ff. de verb. sig.
b ¶ Repudiata. idem latè Alex. Ias. l. 1. ff. de acq.
c ¶ Illam. supra consi. 26.
* Succedat.] Idem pulchre concludit Dec. consi. 438. dub. 2. Et ibi etiã in 3. dub. cõcludit idem in fideicommisso, vt publicatis bonis fiscus non succedat. Et istud de legitima sequitur Curt. iun. consi. 182. Nat.
d ¶ Legitimam. filio in totum. idem Alexan. l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. fal. consi. 68. col. 2. lib. 4. Cor. consi. 150. lib. 2. Gui. Pap. consi. 140. col. 4. consi. 244. in fi. Alc. l. nihil aliud. in fi. de verb. sig. Sed quod tantum minui posit, tenet Alex. consi. 55. col. 2. lib. 2. Bal. consi. 131. lib. j. Fran. Rip. lib. 1. de li. resp. 7. Steph. Auffre. in addi. deci. Tholo. 437. & est crebrior & verior latè distinguit Alcia. tract. de præsump. reg. 1. præsump. 8. & cum communi Ang. Aret. tract. testamen. ver. nolens intest. decedere, col. fi.
e ¶ Nepos, vide Decium consi. 180. cum seq. & quæ dixi in consue. Parisi. §. 122.
f Linea. ad quæ dixi in consue. Pari. §. 16. col. j.

SVMMARIVM.

1 *Excedens modum in vendicando, non punitur de toto, sed de excessu.*
2 *Modum non excedit qui aliter se tueri nequit nedum a discrimine vitæ, sed ab offensa personali.*
3 *Possessionem recuperare statim licet cum armis.*
4 *Percussus præsumitur repercutere ad defensionem.*
5 *Defensio probatur per testimonium credulitatis.*

CONSILIVM LXXVI.

Visa inquisitione contra Fortunerium formata & depositione testium super ea receptorum. ¶ Videndũ est vtrum probatũ sit homicidiũ illud fuisse & esse punibile,

& culpabiliter commissum per Fortunerium prædictum in persona Io. An. in quo puncto de iure concludendum videtur quod non. ¶ In primis enim ostenditur euidenter dictum homicidium non posse puniri pœna seu condemnatione vltimi supplicii: quod etiam dato quod diceretur ꝙ dictus Fortunerius in primis percussus a dicto Ioãne Andrea in capite cũ vna pigniata & postea pertractus in Padum per dictum Io. p eundem detentus per capillos excessisset modum in se defendendo, quia vbi percussus fuit cum vna pignata, quam fregit dictus Io. An. super caput For. & dũ successiuè pertractus in Padum detineretur per capillos non debebat For. defendere se percutiendo dictum Io. And. cum gladio. sed debebat se defendere cum similibus instrumentis & modis quibus offensus erat ab ipso Io. And. iuxta l. 1. cum ibi no. maximè per Bar. C. vnde vi.

1 ¶ † Tamen pro tali excessu non debet condemnari seu puniri pœna vltimi supplicii: * hoc primò probatur per tex. in l. si adulteriũ cum incestu. §. imperator. ff. de adul. vbi licet marito non permittatur occidere vxorem suam inuenienti eam in adulterio. l. nec in ea. §. fi. ff. eo. ti. tamẽ quia vxor cõmittendo adulterium infert viro iniuriam. l. si maritus. §. Iul. & l. miles. §. socer. ff. de adul. quam iniuriam vindicare potest per legitimos modos vindicandi puta eam accusando, & eam afficiendo pœna priuationis dotis, vt in dictis iuribus: tamen dixit tex. in d. §. Imperatores. ꝙ si maritus vxorẽ in adulterio deprehensam occidat, non damnabitur pœna supplicii: quia marito iniuriam passo ex adulterio licebat offensam & iniuriã suam vindicare, sed excessit modum in vindicando, vnde non punitur de toto. id est, de homicidio pœna mortis, sed punietur tantum de excessu ad pœnam relegationis secundum ꝙ ibi plenius habetur & in l. j. §. fi. ad l. Cor. de sica. & in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Syl. in l. Gracchus. C. de adul. ¶ Et ideo dicit Ange. in d. l. Imperatores. quod ille tex. allegatur ꝓ illis qui aggrediuntur aliquem sibi dicentem verba iniuriosa: nam puniuntur solum in eo ꝙ fecerunt plusquam liceret excedendo modum vindictæ. ¶ Hoc etiam voluit Io. An. in addi. Spe. in ti. de homici. in rubrica vbi dixit ꝙ est quæstio de illo qui se defendendo occidit debito moderamine non seruato an teneatur pœna. l. Cor. de sica. tanquam homicida, & dicit se vidisse terminare ꝙ non: & ꝙ non debet puniri tãquam dolosus, sed tanquam culpabilis: per d. l. j. §. fi. ff. ad l. Cornel. de sica. & in l. j. C. eodem ti. hoc idem est de mente Cy. in l. j. C. vnde vi. in verbo item quæro pone ꝙ quidam. & ibi expressius Bal. in repe. in 10. col. 9. & 10. q. & idem tenet Bal. in c. j. in prin. de pace tenen. vbi pro hoc allegat no. per Io. An. in c. significauit. de pœni. & remis. & idem, etiam not. Bal. in c. j. §.

a si quis verò. el 1. de pace iur. firm. ¶ Et etiam Bal. in l. vt vim. [a] circa vlt. col. de iust. & iure. vbi dixit ꝙ si etiam ex proposito quis modum excesserit, tamen non punitur pro toto, sed pro excessu. ¶ Hoc etiam in effectu sequitur Pe. de Anch. in cle. 1. de homici. vbi dicit ꝙ licèt gl. in d. c. significasti, in gl. fi. & gl. 33. q. 1. in summa teneant ꝙ si quis defendendo excesserit modum & non ex proposito non punitur ex tali excessu, tamen secundum Pe. de Anch. si ex proposito excessit modum, & sic dolosè punietur, tamen non pro toto sed pro excessu tãtum: & de hoc dicit esse tex. notab. in c. olim. el 1. in fi. extra de resti. spol. & ibi hoc etiam no. Ant. de Bu. circa vlt. col. ¶ Hoc et fuit de mente Salic. in l. Gracchus. C. de adulte. in vlt. col. vbi dicit ꝙ si quis pro patris nece, vel filii interfecti facit vindictã, minus puniri debet quàm si ad suam vel suorum vindictam fecisset: quando in flagranti delicto deprehensus & occisus esset iste qui patrem vel filium suum necasset. per d. §. Iperatores. & per d. l. Gracchus. ¶ Fortius dico quod nec venit aliqua pœna afficiendus For. pro dicto homicidio eo quia vt infra ostendam, non dicitur in suam defensionem excessisse modũ, & per consequens nullam pœnam meretur. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi. & vi ar. & in l. 1. cum ibi no. C. vnde vi l. vt vim. & ibi plenè no. ff. de iust. & iur. & plenè in c. olim. el 1. de rest. spoli. & legitur & no. in cle. j. de homi. & in c. significasti. el 2. eo. titu. & statutum loci hoc etiam prouidet. ¶ Quod autem non dicatur excessisse modum, sed cum moderamine se defendisse, patet,

2 † quia ille dicitur se cum moderamine defendere qui se non poterat ab offensione personali illata tueri nisi eo modo quo se defendit: ita est tex. in l. sciẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. per quem tex. Bart. cum aliis hanc doctrinã colligunt in d. l. 1. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. ad fi. & gl. magist. in d. c. significa. & late An. de Bu. in d. c. olim. el 1. ¶ Nam si pro defensione rerum licitum est quem occidere vbi aliter quis non possit res saluas facere. l. furem nocturnum. ff. de sica. cũ ibi no. & l. itaque. ff. ad l. Aquil. c. superfodiens. de homi. quãto magis est licitum pro defensione ab offensa personali, cum quælibet offensa personalis sit maior qualibet iactura bonorum, l. in seruorum. in fi. ff. de pœnis. ¶ Sed ita est ꝙ iste For. primo percussus super capite, vt dictũ est, & postea in Pado cõtinuò detentus a d. Io. An. per capillos non habebat remediũ aliud ad euadendum ab illa offensa personali quam sibi inferebat Io. An. detinendo eum per capillos quam vulnerare d. Io. An. cum gladio prout fecit. cum per Io. An. oppressus detineretur & etiam detineretur per brachium a quodam magistro Antonino vt deponunt testes, quomodo poterat aliis instrumentis se tueri a d. For. nisi gladio quem ad latus habebat? ¶ Et ne stemus in verbis, dico ꝙ casum nostrum decidit Bald. in terminis in præal. l. 1. C. vnde vi. in repet. in 4. col. verb. sed pone quidam insultum fecit contra me sine aliquo genere armorum, volens mihi dare vnam maxillatam manu vacua, ergo ne hoc accideret, percussi eum cum gladio & mortuus est: quæritur vtrum puniri debeam? & dicit videri prima facie ꝙ sic, quia nulla est congrua defensio nec proportio sed super excessus nimius & contra & vltra terminos defensionis. tamẽ concludit ꝙ aut constat ꝙ me poteram aliter defendere, & tunc debeo puniri, quia non seruaui formam defensionis sed assumpsi vindictam. Aut constat quod non poteram euadere aliter maxillatam quam eum vituperio percuterer. & tunc licitè fieri poterit: nam secundum eum si hoc est licitum propter res defendendas, vt d. l. 1. C. vnde vi, ergo multo fortius propter personam & corpus, quod est nobilius: vt in preall. l. in seruorum. Aut dubitatur, & tunc in dubio præsumitur ꝙ alia via defensionis vti non potuerit inter pares: sed vbi non fuissent pares sed dispares: * ut quia aggrediẽs fuisset robustior seu fuisset robustus & aggressus esset secus propter inæqualitatem uirium præsumitur quod aggressus non poterit se aliter defendere. allegat no. per gl. magnam in d. l. 1. C. unde ui. ¶ Sed ita est ꝙ testes ferè omnes deponunt, ꝙ Io. An. erat robustior Fortunerio, & ꝙ Fortunerius erat debilis maximè habito respectu ad Io. An. ergo casus uidetur esse decisus in terminis. Nam Bal. uult ꝙ ad euadendam alapam licitum est occidere cum gladio quando aggressus erat debilior: & tunc præsumitur ꝙ aliter non potuerit euadere: quãto magis in casu nostro in quo iam fuerit percussus For. in capite & pertractus in Padum & continuo per uim detinebatur per capillos, quę omnes appellantur offensæ personales: quia ubicunque tangitur persona uel res cohęrens personæ animo offendendi, tũc sine dubio dicitur offensa personalis. l. sed & quæ sunt. ff. de iniu. & in l. j. §. hæc uerba. ff. de his quæ deie. uel effu. no. Inn. in c. nuper. de sen. excom. & Bart. in l. licitatio. §. quod licitè. ff. de pub. ¶ Fortificantur prædicta ex attestationibus quorundam testium qui deponunt ꝙ nisi prædictus For. fecisset prout fecit, non potuisset se liberare a manibus prædicti Io. An. nisi ab aliquo alio fuisset sibi succursum: ita deponunt præfati testes. & per consequens deponunt iste testes manifestè qđ iste fecit ad defensam & ad euadendum offensam in personã quod impune fieri potuit cum quocunq; instrumento factũ fuerit: ut dicunt Bart. & alii. in d. l. j. per d. §. qui cum aliter. cum concordant. supra allegatis. ¶ Nec ob. ꝙ testes deponant quod si Fortunerius non tam cito percussisset d. Io. An. fuisset sibi succursum, adeo quod non potuisset occidi per d. Io. An. quia respondeo primò ꝙ ad hoc ꝙ licitum sit occidere aggredientem uel offendentem, non est necesse ꝙ aggressus uel offensus esset in periculo & in discrimine uitæ: sed satis est qđ sit in periculo alicuius offensæ personalis ut probaui in prin. secundum communes conclusiones in locis præallegatis: unde licitum fuit Fortune. facere illud quod fecit potius quam pati Io. An. amplius perseuerare in offendendo ipsum For. in persona antequam sibi esset succursum. ¶ Ad quod etiam bñ facit quod no. Bal. in repe. d. l. 1. C. unde ui. col. 5. uerb. sed pone ꝙ me spoliasti mea possessione. ubi quærit:

3 † Si tu spoliasti me possessione cuiusdam fundi, ego reuersus cum amicis uolo uenire cum multitudine armatorum ad eam recuperandã, amici interponunt & uolunt promittere se facturos & curaturos

turos qđ possessio mihi restituetur: ego nolo nisi vi rehabere an liceat mihi vim vi repellere? & arguit pro & ꝯ finaliter cōcludit qđ si ego prætendo aliquod interesse, non possum etiā
b per iudicem [b] prohiberi: quia nemo potest prohiberi ne vtatur iure suo & vim vi repellat. alleg. l. sæpe, in fi. ff. de re iud. ¶Ecce ergo ꝙ Bal. vult, quod propter specie prouisionis amicorum succurrentium aduersus vim illatam nō impediatur ille cui vis infertur vim vi repellere quando ex hoc prætēdit interesse prout in proposito nostro, quia interim antequam homines interuenissent, & prouidissent continuò erat Io. lacessitus & in personam offensas inferebat, & ita in offendendo perseuerabat. Quæ offensa postquàm illata est per amicos & alios est irreparabilis, vt no. in l. si quis prouocatione. C. de app. & doct. in clem. 3. de re iud. ¶Et constat quod illud qđ fecit For. non fecit ad vindictam, sed fecit ad defensam: quia hoc apertè colligitur ex testium depositionibus de quibus su-
4 prà. ¶†Et etiā quia de iure aggressus seu primò percussus sem-
c per præsumitur repercutere ad defensam [c] & non ad vindictam, sed si incontinenti & eadem rixa hoc faciat, vt l. 2. & ibi hoc no. Bal. C. ad l. Cor. de sic. vbi etiam pro hoc allegat not. in d. c. significasti. & etiam no. in d. clem. 1. & no. Bart. in l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad l. aqui. ¶Probatur etiam euidēter ex toto innocētia For. per illud quod deponit vnus testis qui deponit, ꝙ ipse For. habebat necesse vulnerare Io. An. pro sui defensione si volebat se liberare à manibus suis. & assignat rationem quia d. Io. An. tenens ipsum strictum per capillos in aqua erat homo magnæ staturæ & For. erat paruæ stature, & idē dicit plenius alius testis & alijs de quibus supra. ¶ Nec infringitur depositio dictorum testium ex eo quod deponūt de credulitate: quia in terminis consuluit Bart. in consil. in-
5 cip. Raynutius Petri. † ꝙ testis deponens quod Titius occidit Seium ad defensionem suam probat, licet deponat ꝑ ver-
d bum credulitatis. [d] dummodo exprimat causas tendentes ad hoc. nam, vt dicit Bar. quod aggrediens voluerit me occidere vel non: videri non potest per testem, sed ex actibus visis per testem rectè dicere potest se hoc credere. alleg. l. 1. §. 1. ff. ventre inspi. & quod legitur & no. in c. quoties. extra de testi. item quod si quis occidat. ad defensionem non potest videri; quia stat in intellectu occidentis, vnde non pōt testis de hoc deponere nisi per credulitatem secundum Bart. bene faciunt not. per Cyn. in l. testium. C. de testi. in 5. q. & ibi Bald. in vlt. col. & per do. in d. ca. quoties. & quod legitur. & no. in c. literis. de præsum. & Barto. in l. 2. §. item Labeo. de aqua plu. arcen. & Bald. in l. solam. in quæstio. 5. C. de test. cum similib. Ex quibus omnibus audacitur concludo d. For. nec tāquam dolosum nec culpabilem nullatenus esse puniendum. Alexan. de Imo.

ADDITIONES.

* Supplicij.] Vide plura per Feli. in c. dilecti filij. col. 8. de exce. Natta.
a ¶L. vt vim. vbi Ias Bar. & omnes. Ang. trac. mal. versi. & dic. tit. se defend. col. 8. Hypp. Marsi. in pra. versi. quoniam. num. 63. cum seq. ff. ad le. Cor. de sica. Rom. singu. 3. Matth. Affli. deci. Neap. 206. Alexan. infra consi. 109. num. 2.
* Dispares.] Vide etiam circa hoc Felin. in ca. 1. col. 2. de treug. & pace. Natta.
b Per iudicem. falsum est, quia penes magistratum est hæc potestas, quam non licet priuatis præripere. l. non est singulis. ff. de re. iu. & iustè puniuntur in hoc Regno qui priuata authoritate etiam pro recuperando iure suo turbas & violentias faciunt, vt dixi in consue. Parisi. tit. 3.
c ¶Defensam infra eod. consi. 169. nume. 2. & lib. 3. consi. 13. nume. 10. Ang. tract. malefi. in verb. & dict. Titius se defend. colum. 5. Marsi. d. §. quoniam. num. 72. Deci. consil. 676. consil. 688. Iaso. consil. 133. nume. 3. lib. 1. Bertrand. consil. 290. pro faciliori. colum. 1. 2. lib. 3. Cępo. consi. crimi. 76. Facit quod Bal. post Ardiz. c. 1. col. 2. hic fi. lex. in vsib. feu. ait, non incipit, qui ira aliquid facit, sed qui ad iram prouocat.
* Vide in dubio quis præsumatur insultatus per Felin. in. dilecti filij. colum. penul. de except. Natta.
d ¶Credulitatis infra eo. consil. 109. * Not. quòd ad probationem defensionis admittitur testis per verbum credo. sequitur Dec. consil. 459. & consil. 469. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committitur obrependo, etiam priuatam schedulam falsificando.*
2 *Indicia plura ad torturam.*
3 *Verba de futuro an habeant consensum de præsenti.*
4 *Testis de auditu facit aliqualem præsumptionem.*
5 *Iudex facilior ad torturam esse debet in his quę committuntur occultè.*
6 *Præsumptiones in specie præualent.*
7 *Pronunciatur super falso incidenti.*
8 *Liber in causa ciuili connexa delicto, potest torqueri.*
9 *Conclusum non est in causa nisi cum renunciatum sit in omnibus exceptionibus.*
10 *Maleficium an veniat appellatione maleficij.*
11 *Testes singulares & indicia valent ad torturam.*

CONSILIVM LXXVII.

In causa accusationis de crimine falsi institutæ per Antonium Cagnonum contra ser Antoniū de Vlinterijs. ¶ Videndum est primo vtrum illud qđ in acc. deducitur dicatur continere crimen falsi. ¶Secundò posito ꝙ sic, erit videndum an indicia taliter vrgeant cōtra ser Andreā
1 ꝙ merito torturæ sit subijciendus. ¶ † Quò ad primum bre-
* uiter * dicendum est ꝙ sic: quia si ser Andreas suggessit Benasuto ꝙ esset rogatus de illo instrumento cum non esset, & ei dedit notam de qua dicebat eum esse rogatum cum illa nota non esset vera; sequitur ꝙ prędictus ser Andreas incidit in crimen falsi c. licet ad regimen. §. eos ēt extra de crimine falsi. & no. Bar. in l. si quis obrepserit in 2. & 3. q. ad l. Cor. de falsis. cū quo transit d. Abb. in c. quāto. in fi. de his quæ fiunt a præla.
a sine consensu. ca. & ita etiam consuluit Bar. [a] in consilio inci. Tudertinus. vbi dicit ꝙ tenetur de falso eò ꝙ falsam scripturam porrexit notario, non autem tenetur eo quod falsum instrumentum fieri fecerit: quia instrumentum nō fuit falsum ex quo notarius non fuit in dolo. l. nec exemplum. C. de falsis. Et pro hoc videtur text. in d. c. quanto, in fi. vbi si quis facit in instrumento inseri inscriptionem testium absentium tenetur de falso: ergo ser Andreas tantò magis tenetur: quia fecit inseri non solum nomina testium, sed omnia contra veritatem. ꝓ hoc adduco; qa licèt illa nota quā fecit ser Andreas fuerit scriptura priuata cum non fuerit vera, vt patebit ex indicijs de quibus infra dicam: ideo ser Andreas de faciendo illam notam non veram, dicitur commisisse falsum, quia lex Corn. de falsis habet locum nedum in faciente publicum instrumentum falsum, sed etiam in faciente scripturam priuatam. l. si quis decurio in verbo priuatis. & ibi Bal. C. ad l. Cor. de fal. & cauetur etiam statuto de pœna producentis falsum
2 instrumentum in fine. ¶ † Circa secundum an indicia vrgeāt ad torturam: mihi videtur ꝙ sic. ¶Primum enim est indiciū: quia Benasutus deponit quod ser Andreas dedit sibi illam no-
* tam quam ipse ser Andreas * examinatus seu interrogatus coram officialibus dixerat se non dedisse, eò ipso ergo ꝙ deprehenditur in mendacio circa istas qualitates insurgit iudiciū contra eum: ita dixit Bart. in l. fi. ff. de questi. in 1. col. vbi pro hoc alleg. l. vnius. §. testes. ff. de questi. & c. literas. de pręsum. ¶Nec ad hoc ob. si diceretur quod non est magis credendum Benasuto quàm Andreæ: quia respondeo, ꝙ imò magis credendum est Benasuto, quia non est litigator nec pars in hac causa, quàm Andreæ qui deponit ad commodum proprium. l. omnibus. C. de testi. Benasuto autem nullum resultat commodum. ¶Secundum concurrit indicium: quia testes descripti in instrumento prædicto erant duo tātum: quorum vnus
* est mortuus: alter est viuus * scilicet ser Ioannes de Magagninis qui attestatur se non fuisse præsentem illi contractui, quo casu resultat suspicio ꝙ instrumentum non sit verum: vt no. glo. in l. 1. §. fi. in verbo suspecto. & ibi. illam sequitur Bar. & alij. ff. quemadmo. testa. apę. & no. Inn. in c. cum Ioan. de fide instr. ¶ Tertium indicium est qđ Benasutus attestatus ꝙ ser Andreas dixit ei, & tu serai rogato: & ipse ser Benasutus nihil respondit, & ꝑ consequens non fuit perfectus ille actus adeò ꝙ notarius poterit de illo actu conficere scripturā rogationis quia requirebatur ꝙ notarius stipularetur & publicaret actū coram partibus, vt not. glo. & do. in l. fideicom. §. 1. de leg. 3. no. per doc. in l. is qui. ff. de testa. & ꝑ Bal. in l. status. in princ. C. de sen. ex peri. reci. ergo falsum commisit ser Andreas dando sibi notam habentem formam instrumenti perfecti. ¶ Itē dictus ser And. vt deponit Benasutus, locutus fuit ei per verba de

ba de futuro: quia non inducunt contractum matrimonij.l.
1.C.de sponsalibus l.1.& 2. ff. eo. tit.ergo And.falsam notã
dedit:quia non debuit dare dictam notam continentem cõ-
tractum rogatum & confirmatum de præsenti. ¶Quartum
indicium contra And. resultat ex eo quod deponit Ioan. de
Forodraperius q deponit ꝙ Benasutus dixit ei ꝙ ser Andreas
prædictus volebat omnino sibi persuadere quod ipse Bena-
sutus fuerat rogatus de dicta protestatione facta Luchino de
Marcellis cum Albertino Turcho: & qđ ipse Benasutus nun-
4 quam fuerat rogatus. † nam licet iste testis deponat de audi-
tu & fidem non faciat tanquam integer testis . vt habetur in
b iuribus vulgaribus, tamen faciat aliqualem [b] presumptionẽ
testis de auditu: vt egregiè voluit Arch.22.q.5.c.hoc videtur
& hoc multum commendat Ludo.de Ro.in l. si verò. ff. sol.
matr.in vlt. col. ¶Quintum indicium est ꝙ est consuetus ser
Andr.similia facere, vt deponit ser Ioannes Agolantus & Mi-
chael Calephinus & Dominicus Decumo.ergo laborat suspi-
cio contra eum in eodem genere mali.l.si cui.§.ijsdem. ff.de
acc.& in l.de minorẽ.§.tormenta.in verb.cuius estimatus.ff.
de quæst.& no.Bar.in l.fi.ff.eo.tit.& Bald.in l.fin. ff.de hær.
* inst. * & est in terminis glo.in l.iubemus. C.de prob. ¶Sextũ
indicium est ex quo sunt suspiciones & præsumptiones præ-
dictæ ꝙ instrumentum sit falsum & ser Andreas vsus est di-
cto instrumento : ergo præsumitur quod illud instrumentũ
falsum fieri fecerit, nisi ostẽdat vel nominet authorem.ita no
tãter dixit Ia. Bu.& Bal.in l.maiorẽ.C.ad l. Cor.de falsis.pro
dicto suo bene facit tex.secundum vnam lec.approbatam in
* l.iubemus. * C.de prob. ¶ Ex hic igitur abundè videtur con-
stare iudici sufficientia esse indicia ad torturam, & eius arbi-
trio committitur an sit sufficientia vel non l.3. §.eiusdem.ff.
de testi.no. Ioan.And.in c.cum in contemplatione.de re.iu.
& Bar.in d.l.fin.in vl.col.de quæstio & Bald.in l.2. in 1.col.
C.quorum app. non reci. ¶Et adhuc ad cautelam poterit iu-
dex si sibi videbitur interrogare ser Andream de contẽtis in
accusatione & circunstantijs vt videat qua fronte qua tripida
tione loquatur & ex eo augere indicia d. §. tormenta.& not.
Bar.in d.l.fi.¶Et istud potest facere iudex etiam in causa accu
sationis & etiam accusatore præsente, vt no. Bar.in l.4.§.hoc
autem indiciũ. versi.4. quæro quid in criminalibus.de dam.
infe.no.in c.2. de collusio. & Moderni in l.inter accusatorẽ.
ff.de pub.iud. vbi patet ꝙ iudex potest supplere pro accusato
ex officio. pro hoc est casus in l. vbicunque. de interro. ac.&
5 in d.ca.cum Io. ¶†Et tantò magis debet in casu proposito iu-
dex procedere ad torturam per ea quæ not. Bal.in l.3. C. de
epi. au. vbi inquit ꝙ in delictis quæ committuntur occultè
prout est adulterium : venenare aliquem : falsificare monetã
& similia , iudex facilior & promptior esse debet ad torturã.
quod est menti tenendum secundum eum . ¶ Nec prædictis
in aliquo obstaret si diceretur ꝙ per aliquos fortè testes pro-
ductos per ser Andr. probatum est in genere ꝙ ipse est bonæ
* famæ: * quoniam respondeo quod præsumptiones cõtra ser
And.sunt in specie scilicet circa falsum: suæ autem probatio-
6 nes sunt in genere. † vnde semper præualent probationes in
c specie [c] probationibus in genere: ita no.Inño.in c.auditis, de
præscri.& dicit Bald.in l.siue possidetis.in 2.col.de prob.qđ
præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere: alle-
* gat.l.cum de indebito, in prin. ff.de prob. * facit regula gene-
ri per speciem. ¶Corroborantur prædicta per ea quæ no.Ar-
chid.& Dominicus de sancto Gem.10. dist.c.in memoriam.
vbi numerat multa quæ sunt specialia in crimine falsi : & in-
d ter cætera ponunt ista videlicet ꝙ suspicio [d] falsi pro veritate
habetur nisi à parte producente tale instrumentum veritas
comprobetur. allegant d.l.iubemus. regulariter est cõtrariũ.
in l.absentem.ff.de pœnis.& in l.fi.C.de prob.Item est aliud
7 specialem secundum eos, † quia si crimen falsi incidenter de
ducatur in litem pronunciatur super eo.l.vbi C.de falsis, qđ
regulariter non fit.l.1. C. de ordi.iu.& alia etiam ibi ponunt
8 quæ omitto, quia non sunt in proposito. ¶ †Non obstat præ-
dictis: quia ista causa est ciuiliter intentata, ergo non potest li
ber homo torqueri.l.diuus,& ibi Bart. ff.de quæstio.quia re-
spondeo ꝙ illud est verum nisi factum pro quo ciuiliter agi-
tur, haberet delictum annexum. tex.est no.in c.1.de depo.&
istud ibi multum commendat. Imo. post Anto.de But.ibi.&
dicit ꝙ ita limitatur d.l.diuus. ¶ Non ob. si dicatur ꝙ est cõ-
clusum in causa, & quod sunt publicatæ attestationes, per
consequens non potest accusatus per iudicem interrogari :
9 quia respondetur ꝙ imò non est conclusum in causa. † quia
non concluditur in causa nisi quando renunciatur omnibus
probationibns.in ca.pastoralis.de causa pos.& proprie. & est
glo.& ibi doc.in c.cum dilectus.de fi.instru.& in authen. iu-
bemus.C.de iudi. ¶Præterea etiam iudex post conclusum in
causa interrogare potest. d. ca.cum Io. ¶Non ob.ꝙ statutum
loquatur per hæc verba, si quis commiserit maleficiũ ex quo
veniet imponẽda pena 25. librarũ possit torqueri &c.vt in sta
tuto sub rubrica ex quibus causis, & quando possit quis pro
10 delicto torqueri &c. † ergo non comprehenditur maledictũ
vel male scriptum.l.aut facta.in prin.& ibi Bar. ff.de pœnis.
quia respondeo secundum quod ibi dicit Bart.vbicunque sta
tutum esset contra ius commune seu odiosum , illud proce-
dit, vt si statutum diceret ꝙ pro maleficio commisso de nocte
pœna duplicetur, alias autem appellatione maleficij com-
prehenditur male dictum aut male scriptum.l.ex maleficijs.
in princi.& ibi glo.ff.de actio.& obl.in insti.de ob.quæ ex de
licto.in prin.sed in casu nostro si statutum permittat pro cri-
mine falsi torqueri, clarum est ꝙ est conforme iuri commu-
ni.l.sicut falsi.C.ad l. Cor.de fal.& d.c.1.de deposi.ergo sta-
tutum debet interpretari secundum ius commune. l. si serui
vestri.C.de noxa.cum dilectus, de consuet. ¶ Vel dato quod
statutum hunc casum non comprehenderet, erit casus omis-
sus remanens in dispositione iuris communis. l.si cum dotẽ.
in prin.solu.matrimo.l.si extraneus. ff. de condi.ob causam.
Sed de iure communi in tali casu habet locum tortura, vt di-
xi, ergo &c.alias enim quàm absurdũ esset quod in male scri-
pto hoc est falso commisso in scribendo falsum instrumentũ
non posset quis torqueri; cum in crimine falsi fieri debeat ac
cerrima indagatio.l.vbi. C.ad l.Corn.de fal. ¶ Prædictis etiã
non ob. si diceretur quod probationes & testes producti pro
parte accusatoris sunt singulares & per consequens non pro-
bant.c.licet.de prob.c.bonæ.de elec.quia respondeo quod il
lud posset esse verum quò ad plenam probationem : sed quò
ad indicium vna præsumptio iuuat aliam : patet ex not. per
Bar.in l.fi.ff.de quæsti.& per Io.An.in addi.Spe.in tit.de pre
sum. §. species. verb. violenta. in versic.l.vnica. post princi.
11 † vbi tractat an ad torturam requirãtur plura indicia an suf-
c ficiat vnum: [e] & dicunt etiam quando sunt duo indicia à re-
motis vnum iuuat aliud. plus dicit Io.And. ꝙ in practica ser
* uatur quod pro vno indicio proceditur ad torturam.* ¶Præ-
terea si considerentur indicia de quibus ego feci supra men-
tionem ibi non cadit singularitas testium : & ex istis patet su-
blata esse omnia fundamenta adducta pro parte accusatoris.
Alexan. de Imo.

ADDITIONES.

* Quò ad primum breuiter.] Vide ad ista Alex. notabiliter consi.74.
vlt.dub.suprà lib.1.vbi aliter videtur loqui. Natta.

a ¶Bar.consi.199.supra consilio 74.in fi.

* Ser Andreas.] Solum mendacium , & sola varietas non facit indi-
cium , quia non est sumendum initium probationum de domo rei.
Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. Natta.

* Viuus.] Dic tamen quòd instrumentum non vitiatur ex eo quòd te
stes inscripti decesserint. c.2.de fi.instr. Natta.

b Aliqualem.Ro.l.si verò.§.de verò.§.de viro.ff.sol.matri.Cur.senior
consil.76.num.4.Cur.iunior.tract.dæ test.conclu.31.auth.si quis in
reliquo.colum.4.nume.33.C.de edend.Iaso.Raph.l.admonendi.co
lum.54.de iureiu.Ro.singu.341. Marsi. sing.371.557. vbi dicunt ꝙ
etiam transfert onus probandi in aduersarium quod non est verũ.

* * Ista præsumptio facit , vt transferatur onus probandi in aduersa-
rium.Feli.in c.tam literis.colum.fi.de testi.ꝙ procedit de auditu an-
te litem motam non post.Dec.consil.82.colum.1.Et Rom. sing.mi-
hi 746.Omni casu. Et testes de auditu faciunt præsumptionem , &
indicium, vbi aliud in contrarium non occurit secundum Rui.con-
sil.vlt.colum.pen.lib.4.Et vide Ias.in oppo.in rubr.ff.de iureiur.col.
pen.7.limi.Et Alex.hic sequitur Fran.de Cur.consil.70.col.3.Hipp.
sing.371. Natta.

* Et Bal.in l.fi.ff.de hær.instituen.] Idem tradit Ange.& Sali.in l.fi. C.
quæstio.Gand.in tract.malefi.sub rub.de præsumpt.& in d.dub.cir-
ca prin. Natta.

* In l.iubemus.] Ista l. iubemus intelligitur vbi scriptura vitiata est,
vel aliàs suspectæ ex sui forma, vel rasura.secundum doct.ibi, & te-
net Innoc.in c.1.col.fin.de fide instrum. Natta.

Bonæ

* Bonæ famæ.] Quòd bona fama operetur Dec. consi.175.col.pen.& consil.189.colum.penul.Ias.consi.153.libr.2.circa fin.& in l.1.in fi. C.commu.de leg.Accedat quia sermones in generali faciliores,sed in particulari veriores, secundum philosophum, quem Are.refert consil.99.in prin Et vide Alexan.consi.150.colum.4.& 5.lib.5.& cõ sil.88.col.2.eod.lib. Natta.

c ¶In specie.Alex infra consil.148 col.1.lib.2.consil.28.nume.10.cõsil.150.colum.4.libr.5. Dec.consil.454.Hyppo.Marsi.in pract.verb. diligenter. nume.197. * Adde q probatio magis certa vincit minus certã,& in probatione temporis præfertur probans de hora Bal in l. de rebus.C.de donat.ante nupt.Soci.in l.1.col.2. ff. solu.matrim. Et magis creditur duobus testibus deponentibus in specie,quàm mille in genere.Alber.in l.turpia. ff.de leg.1. Et ex probatione generis non probatur species.Vnde probando in genere,aliquem esse vsurarium,non probatur,q talem contractum fecerit sub vsuris;Bal.in l. interpositas. Natta.

* L cum de indebito.in princi.de probat.] Hunc text.in l.cum de indebito ad hoc propositum ponderat etiam ibi Bar. Natta.

* Volente.] Et sententiam requiri. Soci.consil.66.col.pe.lib.3.Iacob. Aluar.in d.c.Imperialem.§.præterea si quis,in apo.text. Sed ꝙ ipso iure,tenet Calderi.consi.6.in fi.sub titu.de feudo.Et articulum tangit Iaso.in tracta.feudo.super glo.quæ quidem inuestitura, versi.Itẽ dubitatur. Et vide Aluar.in ca.2.in apostil.text.quæ fuerit prima ca. benefi.amit.Et opi.Calder.amplectitur Ioannes de Ana.consi.32.incip.Vltra alia dubia. Dicit tamen ibi.Bologni.in additio. ꝙ non licebit propria auctoritate ingredi possessionem , nisi prius præcedat declaratoria.Item,ꝙ ipso iure,Bal.elegantissimè consil 301.proponitur ꝙ patres 1.lib.Sed Card.consi.74.in discusione præmisi articuli,primo dub.fauendo pupillis. col.5.versi.Item non est verum ꝙ propter inuestituram,& consi.128.in q.quæ vertitur inter Andreã 4.quæstio.tenet requiri sententiam condemnatoriam. Quod etiam tenet Gui.Pap.q.164.incip.Alia quæstio.Et etiam,ꝙ Vasallus cadat ipso iure, Dominus non ingreditur corporalem possessionem feudi,nisi præcedente declaratoria.Alex.consi.203.col.pen.infrà eod li. Et vide Bal.in terminis in c.quæ in ecclesiarum. col.8. de constitu. quem sequitur Alex.consi.124.infrà eod lib. Et articulum istud latè tangit Feli.in c.Rodulfus.col.18.de rescrip. Et ꝙ requiratur sententia,tenet Alex.consi.92.in fi.lib 6.& clarè Pau.de Cast.consi.84.col. 2.lib.2.secundum nouam impressionem.Dec.consi.144.col. penul. Pau.de Ca.in l.qui seruum.C.de ser.fugi.Ias.consi.107.libr.4.col.3. Curt.iun,consi.142.Bald.nota.consi.466.lib.1.& 429.lib.1. Natta.

* Inuestituræ.] Immo necessaria erit petitio inuestituræ, sed non præstatio iuramenti;vt per doct.in d.c.veritatis,& Aluar.in d.ca.1.quæ fue.pri.cau.benefi.amitt.Et sic non euitabit feudi amissio. Natta.

e ¶Scientiæ.dixi in consu.Pari.§.1.gl.7.nu.2.cum seq.Alex.infra lib.2. sil.14.num.5.

f ¶Solus.dixi consue. Parisi.§.13.glo.2.nume.2.intellige si solus habet administrationem per no.super consu.Parisi.§.30.quæsti.29.

SVMMARIVM.

1 *Statutum,quòd stante patrono mater non succedebat , si etiam soror superest cum ea succedit mater excluso patrono.*
2 *Fauor agnationis conseruandæ consideratur: contrà num.7.*
3 *Masculinum non concipit fœmininum in odiosis, & vbi diuersa ratio est.*
4 *Derogatio generalis non extenditur ad speciales casus eiusdem legis.*
5 *Verba præcisa recipiunt interpretationem.*
6 *Statutum excludens aliquem,excludit remotiorem.*
8 *Successio magis debetur ascendentibus quàm transuersalibus.*
9 *Nominatim dicitur quod certum ex verbis elicitur.*
10 *Liberi emphyteutæ an præferendi in renouatione, quòd sic.numero 11.*
12 *Libere verbum,recipit restrictionem.*
13 *Copula non semper requirit concursum vtriusque.*
14 *Liberorum appellatione veniunt fœminæ etiã in contractibus.*

CONSILIVM LXXX.

* Viso * & oportunè animaduerso titu.q. præmissæ. ¶Videtur prima consideratione dicendum matrẽ Forlonisiæ in successione præferendam siue per Forlonisiam siue eius legitimum administratorem adita fuerit paterna hæreditas siue non : quia ex potentia suitatis etiam illam non aditam ad quoscunque transmittit, secundum veram opinionem.l.apud hostes. C.de suis & legit.l.si fratris.C.de iure deliberan.l.liber homo. §. fi.ff.de stipu.ser.l.hæreditatem.§.filius.de castren.pec.l.Lucius.ff.de iure fisci.l.vẽtre.cum multis concordan.& ibi plenè scribentes. ff.de acquiren.hære.& per doc.in l.si infanti.C.de iure deliberan. ¶ Nam siue iuris communis censuram intueamur, præfertur mater in luctuosa hæreditate filij auiæ maternæ & amitæ. l. 2.quasi per totã.

l.ff.

l.ff.ad tertyllia.l.fin.& in authen.defuncto.C. eod. tit. & institu.eod.titul. §. sed cum auiam.ibi matrem omnibus legitimis personis anteponi : excepta fratris & sororis persona &c. ¶ Siue etiam inspicimus iuris municipalis dispositionem: Nam in statutis de quibus in themate, non uidetur casus de quo quæritur expressus cum de auia materna & amita nulla mentio habita sit: & ideo remanet in dispositione iuris communis.l.commodissimè.ff.de libe.& posthu.l.si extraneus.de cōd.ob cau.& in l.si cum dotem.in prin. ff.so.mat.quod aperte attestantur statuētes in vlt.ver. non extantibus. ꝙ si nec fratres &c.& etiam ultra statutum.in prin.in uer. vel auo paterno &c.& ibi in uerbo quibus omnibus deferentibus. iuncto dicto statuto dictante ꝙ masculinum concipiat femininū ēt in odiosis & pœnalibus &c. quia videtur posse responderi ꝙ statuta præmissa casum nostrum attingere non videntur qui loqui videntur quando extat auus paternus sine auia paterna & mater defuncti tm̄: seu quando extat mater defuncti, & patruus seu amita tantum: non aūt quando omnes istæ tres psonę extarent & simul concurrētes mater & auia paterna & amita. ¶Hoc autem iudicare uidetur præcisè statutum vltimum in prin.dum alternatiuè loquitur, ibi superuenientibus patre uel fratre seu fratribus vel sororibus vtrinq; coniunctis : uel do latere patris tantum, vel filijs fratrum vel auo paterno &c. de cuius dictionis,uel,natura est nullo modo copulare.l.si qs ita stipulatus fuerit.x.aureos.& in l. si quis ita stipuletur si nauis.ff.de verbo.ob.l.cum quidam.ad fi. de verb. signi.c.inter cæteras.de rescri. ¶Pro hoc in specie adduco id quod voluit Pet.de Anch.in repe.c.canonum statuta, de consti.versi.inter
a consilia quæ habeo &c.vbi dicit † ꝙ si statuto cauetur ꝙ stante patruo non succedat mater filio : & contingat extare matrem,patruum & sororem defuncti: de qua in statuto nō erat facta mentio,quod isto casu mater nō excluderetur à patruo: imò admittatur mater & soror:iuxta authen.defuncto. C.ad tertу.ex quo casus prædictus non erat in specie prouisus à statuto, & ita refert fuisse de facto consultum per collegium Pe
a rusinum. [a] ¶Pro hoc etiam ꝙ not.Bald.in l.illam. in 1. col. C.de coll.vbi per plura cōcludit ꝙ si statuto cautum est quòd mater non succedit extantibus agnatis defuncti, & contingat extare matrem & agnatos, & aliquos cognatos transuersales qui de iure communi succederent: puta nepos sororis , quòd iste casus non videtur à statuto decisus,& ideo tunc per existētiam agnatorum non repelluntur mater & cognati. ¶Ita uoluit Bald.in effectu in l.quicunque.in 2.col.C.de seru.fugit. vbi dixit ꝙ stante statuto ꝙ patruo extante non succedat auus maternus, aliquis decessit superstitibus patruo & auo materno & auia materna,de qua non erat facta mentio in statuto : nam tunc admittetur auus & auia:quia auia non exclusa trahit ad se auum exclusum patruo excluso.l.fin.C. de legiti.hæredit.secundum eum. ¶Accedat quod not. Bald. in l. quod verò.ff.de legi. in 2. colū. vbi dixit quòd statutum excludens amitam , non excludit materteram de qua in statuto mentio facta non est.¶Ad idem quod not.Bald.in l.si qua.C. ad tertу.ubi decidit quòd stante statuto quod fratres patrueles excludant matrem;& nihil dicit de amita: pone quod supersūt
b fratres patrueles & mater & amita : nam decidit isto casu ꝙ non erit locus statuto.[b] Præterea, vt dictum est, dictum vltimum statutum videtur facere differentiam inter masculos & fœminas: patet ibi in princ.in versi. ex filiis vel filio masculis.
2 in versi.prædictis autem fratribus. † & hanc differentiam facere debent statuentes ratione cognationis & familiæ conseruandæ:quæ per ipsos masculos conseruatur.l.iurisconsultus. post princip.ff.de gra.insti.de legitim.agnat.success. l. si quidem.& reipublicæ interesse dicitur.l.j.§.j.ff. de ven.inspi. ita declarat Iaco.de Aren.& Cyn.in l.1.C.ad l.Iul.de adulte.§. 1. & Bart.in l.liberorum.versic.his præmissis.ff.de verbo.signi. & in l.2.§.videndum.ad tertyl.& Bald.in l.fin.C. de ius voc. & l.cunctos populos.in 16.col. C.de summ. Trin. ¶Vel secundum Bald.in l.Titia cum te.l. Lucius Titius.per illum text.ff.de leg.2.ratio dicti statuti est: quia ut experientia docet maiora onera supportant masculi quàm fœminæ. vt ibi. ¶Si ergo dictum statutum vltimum differentiam facit inter mares & fœminas,ergo cessat dispositio statuti dicentis ꝙ in pœnalibus & odiosis masculinum concipiat fœmininum: maximè cum in fine dicti vltimi statuti dicatur ꝙ illud statutum sit præcipuum : & omni alij statuto & iuri communi derogatorium.¶Nam, vt dixit Bal.in l.2.C.de execu.rei iud.uer. sed quid si in statuto sunt hæc verba, videlicet ꝙ illud statutum sit præcisum, operatur hoc ut adeò intelligatur statutum strictum & firmatū, vt ab eo nullo modo recedi possit.alleg.not. in l.placuit.in gl.fi.C.de iud. ¶Vnde videtur ꝙ isto casu masculinum non concipit fœmininum:* tum quia statutum positum sub rub.masculinum genus &c. hoc casu non vendicat sibi locum, vt proximè dixi: tum etiam quia de iure commu-
3 ni masculinum non concipit fœmininum: †quādo sumus in materia exorbitāti & odiosa.l.j.§.quare.ff.de ven.in pos.mit. l.quisquis.cum ibi no.C.ad l.iul.maie.& plenè per doc.l.j.in fi.ff.de pœnis. ¶Et ibi dicit quod vbi non est eadem ratio in fœmina quę in masculo,nunquam masculinum concipit fœmininū: probatur in l.sicut.in prin.iuncto fi.ff.de ope.lib. & no.Bar.in l.si ita scriptum.ff.de le.2. ¶Sed in proposito non est eadem rō in fœmina quæ est in masculo cū per masculinū genus conseruatur agnatio & familia;& cum per ipsum maiora supportētur onera: vt iam dictum est &c.ergo idem, vt no. Cy.in l.quæcunque.in j.q.in fi. C.de ser.fugi.per Spec.& Io. An.in ti.de dispu.& alle.§.post hæc.uer. uel ibi masculinum &c.& gl.in c.generali.de ele.in 6.& no.Host. ĩ c. Raynaldus. de test.per Arch. 17.q.4. si quis suadente. per Iaco. de Aren. & Bart.in l.si quis in tantam.C.unde vi.per doctor.post Gui. de Suza.in l.si quis id quod.de iurisd.om.iud.& Bart. in l.iura.in fi.ff.de legi.Et plenè Bald.in l.quicunque.& in d.l.quisquis.& in l.in multis.ff.de sta.hom.& in l.Gallus.in prin.vlt. col.ff.de lib.& posthu.& per docto.maximè per Io.de Ligna. in clem.j. de elect. ¶Ad confirmationem prædictorum facit posterius statutum in vers. prædictis autem fratribus &c. vbi dicitur quod sorores personæ defuncti quæ de iure communi succedere debent vnà cum matre, exclusa auia paterna quæ in successione est remotior excludit per omnia ipsam matrē. ar.auth.multò magis.C.de sacr.eccl.cum vul.¶Sed premissis non obstantibus contrariam senten tiam de iure probabiliorem puto.s. ꝙ auia paterna præferatur omnibus præterquàm in legitima virtute dictorum statutorū: videlicet statuti, auus paternus &c.& statuti positi sub rubrica de successione ab intestato.ibi,succedere debeant pater vel auus paternus, iuncto dicto statuto sub rubrica ꝙ masculinum concipiat fœmininum,etiam in materia pœnali & odiosa &c. ¶Ad quod osten
4 dendum præsuppono ꝙ †quamuis in fine dicti statuti sub rubri.de successione ab intestato dicatur ꝙ illud statutū sit præ
* cisum * ab omni alio statuto & iure communi derogatorium &c. non tn̄ per hoc videtur derogatorium dicto statuto sub rubrica ꝙ masculinū genus &c. ¶Hoc decidit authoritate gl. nostrę no.in auth.de hęr.ab inte.in prin.in ver.vocātibus per
c quā dicit Bar.& alij scribētes.in l.sciēdū.[c] in princ.ff.qui satis. cog.si iuris nouatione nouiter facta cōtinetur clausula nullitatis aliquo alio nō ob. nō p hoc impedit determinatio & distinctio quę fieri dēt per alia statuta antiqua. & idem uoluit Bar.in extraua.ad repri.in ver.non obstantibus.& Io.And. in add.Spe.in ti.de exec.sen.§.postremo.Pe.de Anc.in repe.c.canonum statuta,de const.uer.sed hic quero si in noua lege &c. ¶Facit l.sed & si posteriores,de leg.& quod no.Bar.in l.j.§.& parui.ff.ꝙ vi aut clam.vbi statutum disponit ꝙ contra instrumentum nulla alia exceptio opponi possit q̄ exceptio solutionis: p hoc non intelligitur derogatum alteri statuto quo permissum erat nonnullas alias exceptiones opponi posse, p not. in d.§.& parui.& in l.ita nobis pudor cordi est.C. de adult.& hoc etiam sequitur Bal.in l.j.in vlt.col.C.de condi.indeb. & dom.Ant.in c.cum quis.de rest.spo.& Pet.de Anc.in cle.j.de sequest.pos.& fru.¶Confirmantur etiam ex his quæ not.Bal.
5 in l.omnes populi. ff.de iust.& iur.in 20.col. vbi dicit † ꝙ si
d statuto cauet ꝙ omnia statuta p̄cisè [d] seruētur;ꝙ nihilominus recipiunt interpretationē à gl.& à l.licèt non ab homine. all. l.quāuis.C.de adult. & quia ēt verbū pręcisum recipit interpretationē laudabilem.all.l.si stipulatus sum Damā.in ver.cōtinuò.ff.de ver.ob.& idem concludit ēt Pe.de Anc.in d.c.canonū statuta.in versic. occurrit alia qō quæ etiam est cōis &c. ¶Et ita declaratur quod no.Bal.in d.l.2.C.de exe. rei iud.bene faciūt not.per Bar.in fi. 6.q.prin.& per Bal.in auth. si qua mulier. in fin.C.de sacrosan.eccl.& in l.si quis filium in fi.C. de libe.præte.& in l.non dubiū.in 3.col.C.de legi. & in l.ma

M ximum

ximum vitium.C.de lib.præte.& Ang.in l.si ita scriptũ.de li-
ber. & posth.in quibus locis videtur esse communis conclu-
sio doctorũ ꝑ plura. quod si statuto cautũ est ꝙ statuta omnia
non recipiant interpretationẽ vel glossantur: hoc nõ obstante
statuta recipient iustã & legitimã interpretationẽ. ex quo in-
fertur ꝙ dicta verba ꝙ statutum sit precisum &c. nõ impediãt
quin debeat dictum statutum distingui & interpretari secun
dum formam alterius statuti disponentis ꝙ masculinum ge-
nus &c. ¶Et sic stabit conclusio ꝙ casus noster est in specie de
cisus in statutis prædictis non obstante ꝙ loquatur qñ extat
auia paterna, mater & amita simul & eodem tempore ꝑ not.
per Bal.in d.l.illam.& in d.l.quicunq;.& in l.si quis. & ꝑ Pe.
de An.in d.c.canonum statuta.cum concor.quia rñdeo ꝙ in-
dubitanter statutũ loquitur qñ extaret auus paternus seu auia
paterna vna cum matre: vt in ambobus statutis expressum &
probatum est suprà. nec fuit necesse disponere de amita uel
de alijs personis quę essent remotiores matri & auiæ paternę:
quia amita semper excludiuur etiam de iure cõi a matre uel
6 auia.d.auth.defuncto.&inst.ad terty.in §.sed nostra.¶†Idẽ si
statutum disponit ꝙ auus uel auia paterna excludant matrẽ
quæ est proximior, bene videtur disponere ꝙ excludant ami-
tam quæ est vlterior matre & etiam auia.l.1.in prin.in glo.in
ver.fisco.ff.si quis aliquem testa.prohi.& no.Bar.in l.2.§. ui-
dendum.ad tertyl.Et Bal.in l.illam.in princ. vbi dicit ꝙ statu
* tum * excludens matrem bene debet excludere auiam mater-
nam quæ remotior est. ¶Probatur etiam apertè ex decisione
Bar.in l.liberorũ.ff.de uer. sig. uers.quæro ubi quid si filia do
tata non succedat extantibus filiis masculis filia decessit ante
patrẽ supstite nepote masculo an postea decedẽte auo cũ filiis
masculis & supstite dicto nepote excludet nepos ex filia;& de
terminat ꝙ sic:& tamen dictum statutũ non faciebat mentio-
nẽ de nepote ex filia, ut ibidem: vnde requiritur fieri mentio-
nem de personis quæ sunt pares uel priores in successione:
ita loquitur decisio Bal.in d.l.quicũque. & in d.l. illam cum
omnibus concor.suprà alleg.non autem requiritur fieri men
tionem de illis qui sunt posteriores in successione: vt proxi-
mè dixi.¶Bene faciunt no.per Cy.in l.1.C.quæ sit long.con-
sue.& per Bar.in d.§.videndum.in fi.& per Bal. in d.l. quod
verò.in l.si verò.§.de uiro.ff.sol.mat.& in l. maximum uitiũ.
C.de lib.prete.& in l.fi.C.de in ius uo.& in l.scimus.circa fi.
prin.C.de inof.testa.& Ang.in d.l.de quibus.ff.de legi. ¶Nõ
ob.insuper ꝙ ultimum statutum differentiam facit inter ma
res & fœminas, & in quo statuto subintelligatur ratio agna-
tionis conseruandæ per masculos: vel rõne onerum supportã
dorum &c.ut superius est discussum.quia rñdeo primò quod
quò ad excludendam matrem non uidetur statutum conside
rasse fauorem agnationis conseruandę per masculos;vel ratio
nem onerum per masculos supportandorum. patet:quia sta-
tutũ uoluit ꝙ soror uterina saltem pro parte excluderet ma-
trem,& tunc de iure communi certum est ꝙ in totum exclu-
detur soror uterina matre extante.in authen.de hæred.ab in-
testato §.consequens.ibi & in exceptis solis fratribus ex utro-
que parente coniunctis.& in d.auth.defuncto. & ibi doct.&
Dy.in suo trac.de succe.ab inte.& Cy.in auth.itaque.C. com
munia de succ.& Bal.in l.2.in prin.in 5.q.principali. uer.ul-
terius quæro an pupillaris excludat fratrem pupilli &c. de
uulg.& pup.& in l.1.§. filium.ff.de contratab.¶Rursus dixit
Bar. in d.l.liberorum.vers.his præmissis &c. & Io.de Imo. in
7 l.si vero.§.de viro.ff.sol.mat.ad finem. † ꝙ licèt statutum di-
sponat ꝙ stantibus filijs masculis fœmina dotata non succe-
dat non possumus arguere ꝙ statuentes disponat hoc cã agna
tionis conseruandæ ex quo dicta ratio in statuto non est ex-
pressa. ¶Nam,vt dixit Bal.in l.si quis.quæ est lex fi.C.ad ter-
tyl.potuit in casu nostro mouere statuentes ad excludendum
matrem per auum paternum: eò quia in eo est qualitas agna-
tionis. Est enim inter ascendentes ex linea paterna & descen-
dentes ius agnationis.l.filius.ff.de suis & legi.& in l.iuriscon-
sultus.§.1.uers.sui.& ibi not.ff.de gradi. & glos. ponit in auo
& nepote.in l.qui se patris.& in l.2.C.vnde liberi. & in l.quẽ
filius.ff. de adopt. quæ non est in matre quæ qualitas agnatio
nis est in auia paterna sicut in auo. ¶Hac ratione utitur speci
ficè Bald.in l.si quis loquitur de amita. ¶ Vnde licèt in auia
cesset ratio conseruandæ agnationis propter propagationem
& sobolem cum auia paterna in se est apta conseruare nomen

agnationis, quod quidem conseruare non potest mater de-
functi. & hoc est ꝙ considerauit statutum.Pro hoc est tex in-
stit.de legit.agnat.succe.§.cæterùm. cum seq. ubi media iuris
prudẽtia à successione repellebat fœminas habentes ius agna-
tionis: eò quia non erãt quò ad propagationem aptæ conser-
uare ius agnationis quod fuit postea per Iustinianum impro-
batum, ꝙ satis est ꝙ fœminæ in se retineant nomen agnatio-
nis.¶Confirmatur, quia statutum per nomina naturalia loq
tur.s.auus paternus, frater, pater &c.quæ sunt nomina natura
lia.l.tutelas.de capi.dimi. non autem loquitur per nomina ci
uilia agnati &c. & sic non videtur statutum considerasse ius
agnationis per propagationem conseruandæ.Item licèt statu-
tum posterius facit specificam differentiam inter masculum
& fœminam: tamen dum loquitur de auo paterno, nõ ponit
expressam diuersitatem inter auũ & auiam; & sic in casu isto
omisso locum videtur habere dispositio alterius statuti dispo
nentis ꝙ masculinum genus &c. facit d.l.commodissimè. cũ
concor. ¶Prætereà non ob. ꝙ statutum in vers. prædictis autẽ
fratribus &c. non excludat matrem ꝑ existentiam sororũ nisi
quantũ est pro ciuili ipsarũ sororum:quia respondeo. ꝙ†non 8
videtur absurdũ quod statutum magis faueat ascendentibus ꝙ̃
trãsuersalibus: cũ magis debeatur hæreditas * ascendentibus *
quàm transuersalibus:vnde iura non uoluerũt ꝑteriri debere
ascẽdentes & si prætereãtur vel exheredentur habent bo.pos.
contra tab.& querelã & ius dicendi nullũ.l. pater nullũ. & in
l.nam & si parentib.ff.de inof.te.l.j.ff. si quis à parẽte fue.ma-
nu.& in auth.vt cũ de ap.cog.§.hęc autẽ disposuimus. iuncto
§.aliud quoq; capitulũ.& dicitur descẽdentium hæreditas de
bita ascendentib. etiam de iure naturæ.vt in auth. de hære.&
fal.§.primum itaq; facit l.fi.C.de codi. & d.l.nam & si paren
tibus.& d.l.scripto.ff.vnde lib. hęc autem non militant in trã
suersalibus:vt in l.fratres.& in l.fratris.C.de inof.test.¶Con-
firmantur ꝓdicta quia nisi intelligeremus ꝙ in d. statuto com
prehẽsa intelligatur auia paterna, sequeret absurdũ maximũ,
videlicet ꝙ soror vterina quę non recipit nomen agnationis,
& quæ excluditur de iure cõi ꝑ auiam paternã; ut in d.§.cõse-
quẽs.melioris esset cõditionis ꝙ̃ auia paterna quæ retinet no-
mẽ agnationis:& ꝓp absurdũ euitandum,licitum est ẽt in sta-
tutis recedere à proprio significatu: vt no.Bar.in l.oẽs populi.
in 6.q.principali.ver.iuxta prædicta quæro &c. ff.de iusti. &
iur.all.l.in ambigua.ff.de legi.ergo non est tolerandum ꝙ ap-
pellatione aui paterni ueniat auia paterna in casu isto: & quę
est potior in successione de iure cõi: sed ut res nõ deducatur.
¶Nec etiam ob. quod in statuto dicatur ꝙ non extante aliquo
denominato in dicto statuto succedere debeãt alij de iure cõi:
9 sed auia nõ est nominata ĩ ꝓdicto statuto, ergo &c. †Quia rñ.
illud dicitur esse nominatũ ꝙ singulariter exprimitur: uel ẽt
per quacunq; aliam demonstrationem certum redditur.l. no
minatim.ff.de cond.& de.l.certum.ff.si cer.pe.& in l.ubi au-
tẽ.§.sed qui vnum.ff.de ver.obl.l.quoties.§. si quis nomen.ff.
de hær.inst.¶Vnde dicimus ꝙ licèt quãdo appellat ab interlo
cutoria debeant causæ grauaminis nominatim exprimi si ap-
pellans exprimat eas per relationem ad aliud satis est,ut si di-
cat pro causis grauaminis alleget ꝙ sibi competit exceptio pa-
* cti * iurisiurandi oppositas in primo iudicio, prout de eis
apparet in actis.Ita refert Angel.se fecisse practicari. in l. ubi
autem non apparet.§.illud.ff.de verb.obl.per l.asse toto.ff.de
hære.instit.& in l.si ita scriptum.ff. de condi. & dem.& quod
ibi not.docto.& idem Ange.in consilijs suis consi. 213. inci.
Quædam domina Anna &c.& Bald.in l.minoribus. C.de his
quib.ut indig.& in l.edita.C.de eden. in 18. colum.& ibi di-
cit ꝙ non requiritur ꝙ per indiuiduum descendentium ex-
primatur & per doct.in c.fin.de nou.ope. nunc. ¶Sed ita est
ꝙ per nomen auus positum in statuto habita relatione ad sta-
tutum quod masculinum genus demonstrat etiam auiam, er
go cẽsetur nominata, pro hoc quod not.Ange.in l. prætor. in
prin.de ope.no.nun.vbi ꝙ si appellans ab interlocutoria alle-
gat unam cãm grauaminis secundũ mentem necessariò cõpre
hensam ex verbis, dr illa cã nominatim expressa. sed ita est ꝙ
(vt dixi) probaui ꝙ ex mẽte statuentium apparet qđ sub nomi
10 ne auus cõprehenditur auia,ergo dicatur nominata.¶†Circa
secũdũ dubium quia verbo fertur solũ in dubio refricari, An
dato ꝙ descendentes dictæ dominę Forlonisiæ ceciderint à iu
re emphyteutico dẽat potius inuestiri dicta Nobilis ꝙ̃ mater
dictæ

dictæ Forloniſiæ aut auia paterna: poſito ꝙ Nobilis excludatur. ¶Et vr̃ prima facie dicendum dominum rei emphyteuticæ ſeu prælatum poſſe liberè inueſtire illũ qui ſibi magis placuerit, * hoc probare vr̃ tex. in c. ex parte. de feudis. in verſ. liberè. vbi ſi deceſſit vaſallus per cuius mortem feudum reuerſum eſt ad dñm, poteſt alteri liberè concedere. ſed ita eſt ꝙ verbum liberè importat idem ꝙ ſine alicuius contradictione. c. licet. in fi. de ſepul. in 6. l. non dubio. §. liber autem populus. ff. de cap. l. libertas. in prin. ff. de ſta. ho. ¶Secundò ad idem tex. in c. j. ſi uaſallus feu. priuatur propter delictũ non tranſit feudum ad filium, niſi dñs ex gratia filio concedat. no. verbum ex gratia quod liberam facultatem & non iuris uinculũ denotat. c. ſi gratioſè. & c. gratia. de reſcr. in 6. Sed ita eſt ꝙ non per ſolutionẽ canonis deliquerunt ipſi conductores aduerſum contractũ, ergo &c. faciunt no. per Bar. in l. eum qui. ad fi. ff. de interdi. & rele. & per Bal. in l. j. §. de lib. & eorum liber. & in l. adoptiuum. §. fi. ff. de in ius vo. & Sal. in l. 2. in 22. q. C. de iur. emphy. ¶Tertiò, quia conceſſio facta fuit in emphyteuſim ꝑ domina Forloniſia & ſuis liberis & hęredibus &c. quæ uerba operantur ut ita demũ liberi admittant̃ ſi ſint hæredes. §. emphyteuſi. in auth. de non alie. uoluit. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de ope. lib. & Bal. in l. 1. C. de iure emphyt. Et Ang. in l. Gallus. §. & ſi parente. & §. quidã rectè. ff. de lib. & poſth. & Bal. & Imo. in l. Gaius. ff. ſol. mat. & Io. de Imo. in c. potuit, de locato. in antepe. car. verſ. 7. tangitur. & in l. quod dicitur. in 13. col. de ver. ob. & ꝙ no. Bal. in l. tale pactũ. §. 1. in princ. ff. de pac. & potiſſimè tenendo quod emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſeat ad extraneos hęredes, quo caſu vr̃ omnino qđ illa verba hæredibus &c. habeant reſtringere uerbum liberis: aliàs nihil operetur, ergo intelliguntur uocati tantùm filii uel liberi qui ſunt hæredes: & non præſupponitur Nobilem fuiſſe hæredem patris. imò fortè ex forma ſtatutorum fuit excluſa à ſucceſſione extantibus maſculis, ergo videtur ꝙ cum contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1. C. de iur. emphy. l. contractus. ff. de reg. iur. ergo cum ex forma contractus non comprehenditur domina Nobilis, ideo iniuriam non facit ei dominus rei emphyteuticæ ſi alteri cõcederetur, ex quo vtitur iure ſuo. l. iniuriarum. §. j. ff. de iniu. c. eccleſia. de ele. & per conſequens Nobilis cũ non ſit hęres Forloniſię, & per cõſequens non poſſet dici eius perſonã repreſentare. ¶Quartò, nã ſpeciale eſt in locatione prædiorum fiſcalium ut cõductor antiquus præferatur nouo, ſi tantum offerat antiquus quantũ nouus. l. congruit. cum l. ſeq. de loca. pred. ciui. C. li. xj. no. gl. in l. ne cui liceat. C. locat. & ratio ſpecialitatis ponitur ibi per Cy. ſit etiam mentio ibi de alio caſu ſpeciali, vt ibi per glo. & doc. in c. j. de locat. ergo in contrarium eſt ius commune. d. l. ne cui. & in l. dudum. C. de contrahẽ. empt. l. ius ſingulare. C. de legi.

11 ¶†Sed his non ob. videtur præferendam Nobilẽ alijs prædictis cum ſit de liberis & deſcendentib. vel agnatis dictæ dominæ Forloniſię. ¶Hoc primò videtur velle Bar. in l. j. ff. de priui. cre. in fi. per illum tex. ubi dicit quod vbi finita eſt emphyteuſis, vt quia conceſſa fuit vſq; ad tertiã generationẽ, quę finita eſt, & cõpareant extranei & agnati ꝙ præferuntur agnati. & ſubdit ꝙ ſi eas non concedant, dicitur eis inferri iniuria, adeò quod iure canonico poſſit appellari iniuria ſecundum eum. allegat l. j. §. permittitur. de aqua quot. & æſtiu. & idem dicit Bart. & Ange. in d. §. permittitur. & Barto. in l. ſi mihi & Titio. in ult. col. de verb. obl. & Anto. de But. in c. 1. de locat. bene faciunt not. ibi per Goffr. ¶Approbat hoc etiam Bald. in addit. Specul. in titu. de locat. 8. col. vbi dicit ꝙ emphyteuſis debet potius renouari poſteris eius qui quondam fuit emphyteuta, quàm alijs. [e] & ſi alijs fiat, infertur eis iniuria. allegat d. §. permittitur. & qui ſit effectus iniuriæ remittit ſe ad not. per Bart. in d. l. ſi mihi & Titio. & ſequitur Ioan. de Imo. in c. ex parte. de feu. 7. col. & idem tenet præcisè. d. Card. Zabar. in c. pen. de poſtulat. prælato. per ibi not. in glo. j. ¶Et licet Ioan. de Imol. aliquid ibi in contrarium impugnet, de quo dicam in ſolutione contrariorum, tamen ipſemet fatetur ꝙ eſt conſonum rationi & honeſtati, ꝙ potius illi concedatur quàm alteri non exiſtẽti de agnatione recipientis in emphyteuſim. & cum opi. Bar. concordat Lud. Rom. in l. 2. ſol. matr. & in rubr. ff. de arb. poſt medium. uerſ. 11. &c. bene facit l. Imperator, ſecundum vnum intellectum. & quod ibi Bald. ff. de pact. ¶Et Bald. in c. 1. quemadmo. feu. ad fili. peru. per illum text. dixit not. ar. ꝙ finitã emphyteuſi. ſi abbas uult renouare filiæ & non cohæredi emphyteutæ quod poteſt. ſic patet hanc eſſe opi. communem à qua nõ videtur quouis modo recedendum, vt habetur in iuribus vulgaribus. ¶Nec ob. tex. in c. ex parte. de feu. in verſ. liberè. quia reſpon. ꝙ ibi rñſio Papæ refertur ad interrogationem præcedentem. l. ſi defenſor. in §. qui interrogatus. ff. de interro. act. in §. præterea. inſt. de inut. ſtip. Sed ibi quæritur an ſi prælatus iurauit nõ infeudare de nouo Romano Pontifice inconſulto poſſit rem ſemel in feudo conceſſam & ad eccleſiam reuerſam feudo finito iterum infeudare: & reſpondetur ibi ꝙ ſi eccleſiæ expediat põt prælatus rem prædictam iterum infeudare liberè. ſ. iuramẽto non obſtante.

12 ¶†Præterea etiam uerbum liberè recipit reſtrictionem à iure ſecundum determinationem aliarum legum, vt probatur in l. 1. uerſi. liber ſit ſtylus. iunctis ibi no per gl. & docto. C. de ſac. ſanct. eccl. & in l. libertas. ibi niſi quod vi aut iure. ff. de ſtat. hom. & in l. procu. cui libera. iuncta gloſſ. & ꝙ ibi docto. ff. de procura. iuncta l. creditor. l. Lucius. ff. manda. & c. cum nobis olim. in fin. cum glo. in verſi. liberè. de elect. ¶Ad text. in ca. 1. ſi vaſallus feu. priuet. in uerbo. ex gratia. reſponde per alleg. per gloſſ. in præalle. c. de poſtu. prælato. vbi habetur ꝙ ſi poſtulatio ſit concorditer facta, & ſuperior gratiam confirmationis non concedat; dicitur ſuperior poſtulanti iniuriam inferre, & tamen confirmatio veniebat ex gratia concedenda, vt d. c. pe. & expreſsè Bart. in d. l. ſi mihi & Titio. fatetur ꝙ in terminis noſtris conceſſio uel renouatio dicitur eſſe gratia: tamẽ dicit ꝙ ſi negetur, infertur iniuria. ¶Pro hoc ẽt patet rñſio ad id quod tertiò dicebatur, quod ex forma conceſſionis in emphyteuſim non comprehenduntur non exiſtẽtes de liberis & hęredibus &c. quia videtur fatendo & tenẽdo opi. Bar. & ſequacium in d. §. ſi liberi. cum concor. ſuprà allega. ꝙ ex capite primæ conceſſionis non comprehenditur Nobilis. ¶Tamen dato ꝙ non comprehendatur, debet in renouationem preferri prædictis alijs non deſcendentibus, vt no. docto. in locis ſuprà alle. qui vñr tenere aliquãdo ꝙ per illa verba pro ſe filijs & hæredibus & ſucceſſoribus appoſita in conceſſione comprehendantur etiam liberi qui nõ ſunt hęredes, [f] vt tenuit Saly.[f] in l. 2. in 20. q. C. de iure emphy. vbi dixit ꝙ ſi pater à priuato vel ab eccleſia recepit in emphyteuſim pro ſe filiis & hæredibus; tunc ꝑ verbum hæredibus comprehendũtur deſcendentes vltra filios: quia verbum heredib. ampliat vt comprehendantur cæteri ultra filios. l. ex facto. §. fin. cum ibi no. ff. ad treb. & in c. in præſentia. de prob. & hoc facit copula, &, quæ coniungit filiam & non extraneum qñ poteſt. l. fin. §. cui dulcia. ff. de uino. tri. & oleo legato. Et hanc opi. etiã refert Io. de Imo. in l. quod dr̃. ff. de verb. ob. & ibi in antep. col. dicit ꝙ iſta opi. ꝓcedit etiam in emphyteuſi eccleſiæ præterꝗ̃ in emphyteuſi eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in qua ꝓhibet̃ conceſſio in emphyteuſim vltra perſonam concedentis ac filiorum ac nepotum, ꝑ tex. in §. j. in aut. de alie. & emphy. & in d. ceſſione facta ab eccleſia Conſtantinopolitana dicit ſeruari poſſe opi. Bar. ¶Et hæc ꝓcedunt potiſſimè tenendo ꝙ iſta emphyteuſis eccleſiaſtica de iure & de cõſuetudine prout magis cõiter obſeruatur non tranſiret ad extraneos: ſed ad deſcendẽtes omnes iuxta plenè tradita. in d. §. emphyteuſim. & in d. c. in præſentia. & doc. in multis locis. ¶Vnde in ꝓpoſito ſecũdũ iſtam opi. verba ꝓdicta pro liberis intelliguntur vſque ad trinepotem iuxta l. iuriſconſultus. in §. parentes. ff. de gradi. & not. Barto. in l. liberorum. in ult. col. de verb. ſig. & verbum & hæredibus: intelligitur de alijs poſteris deſcendentibus ꝑ hoc

13 † quia quando copula & cadit inter duo adiectiua reſpe-
[g] ctu unius ſubſtantiui non requiritur concurſus vtriuſque. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. & in ſimilibus terminis declarat Bart. in l. Gallus. §. etiam ſi parẽte. ff. de lib. & poſth. & Bal. in d. l. Gallus. §. 1. & Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrũm. ff. de

14 reb. dub. & in l. 1. in princ. ff. de iuſt. & iure. ¶†Et iſto caſu etiam appellatione liberorum comprehenduntur filiæ fœminæ vt in terminis decidit Bald. in l. ſed ſi hac. in §. liberos. ff. de in ius voc. per illum text. & per §. emphyteuſim. in auth. de non alie. nam etiam de natura talis contractus eſt ꝙ trãſeat ad filias, vt ibi. & ideo verba in dubio debent intelligi ſecũdũ naturam contractus. l. ſi ſtipulatus. in princ. ff. de vſur. l. j. §. ſi ſub conditione. ff. ut leg. no. caueatur. l. ſi vno. in prin. ff. loca. cum ſi. ¶Pro hoc etiam facit, quia ſi diceremus ꝙ appella-

tione liberorum in casu pdicto comprehenderentur masculi tm̄, sequeretur absurdum. s. qd nepotes & pronepotes masculi admitterentur & excluderentur filiæ fœminę cū essent priores, quod esset absurdum. l. si viua matre. C. de bo. matern. ibi deteriores esse nepotibus filios nō sinatur. Vnde, vt cesset absurditas, verba extenduntur ad id qd aliàs de proprio significatu non comprehenderent. l. vxorem. §. cōcubinę. & ibi no. ff. de leg. 3. & l. liberorum. §. sed Papinianus. ff. de verb. signi. & ibi no. Bar. in 4. col. vbi licet aliàs de propria significatione appellatione filij nō cōprehēdant nepotes, tā cōtinent ne resultet dura vel absurda separatio. & ibi faciunt q̄ dixi in fi. primi dubij allegādo no. per Bar. in d. l. oēs populi. ¶ Fortificatur ꝙ cōprehēdant fœminę, qa aut nos dicimꝰ ꝙ vera sit opi. Bar. in d. §. si liberi. quod. s. illa verba liberis & hæredibus, reqrūt concursum vtriusque ꝙ sit de liberis & hæres, & tūc certū esset ꝙ fœminæ cōprehenderentur: qa cum illud verbum hæredibus, sit cōe ad masculos & ad fœminas tunc facit ꝙ verbum liberis secum trahit vt ex proprio significatu comprehendat vtrunq; . s. masculū & fœminā, sicut & qñ in dispositione aliqua diceretur quicunq; hō &c. Nā licèt terminus iste quicunque, p se cōueniat tm̄ masculino in natura stricti iuris, tñ quia iungitur termino cōi. s. hō, cōprehendit vtrunq; . s. masculinū & fœmininū: ita dicit Bar. in l. j. ff. de pec. in prin. & ĩ l. j. ff. de verb. sig. & in l. si qs in tātā. C. vñ vi. & Bal. ĩ d. l. Gallus. ĩ prin. in vlt. co. cū cōcor. allegatis s̄. in j. dub. per l. ait diuus. in prin. ff. de iure fisci. & in l. quisquis. de ver. sig. ¶ Aut nos volumus tenere opi. cōtrariā, videlicet ꝙ illa verba liberis & hęredibus, nō requirunt copulatiuè concursum: & tunc ēt qd cōprehendātur fęminę: qa cum ille terminus. s. hęredibus sit cōis & ad masculos & ad fęminas, sequeretur absurdum ꝙ si mulier q̄ nō eēt de liberis eēt p parte heres, admitteretur ad emphyteusim, & filia fœmina excluderetur qd nō vr̄ fuisse de intētione disponētis. arg. l. cū acutissimi. C. de fideic. & in l. generaliter. §. fi. C. de inst. & subst. sub cōd. fac. & in l. cum auus. ff. de condi. & de. ¶ Fortificatur ex his q̄ no. Bal. in l. 2. C. de iu. emphy. vbi voluit ꝙ cōcessio in emphyteusi facta ab ecclesia sub masculino cōprehendat fœmininū qñ cōcessio esset cōformis iuri cōi, sed scđm ꝙ dictū est s̄. ēt referendo verbū hæredibus. ad alios posteros & descēdētes vltra trinepotes concessio esset conformis iuri cōi, cum de iure cōi posset saltē in tales trāsire scđm magis cōem opin. de qua in d. c. psentia, cum concor. s̄. ergo sub masculino debet cōprehēdi fęmininum. ¶ Ex his patet non obstare qd no. Archi. 17. q. 4. c. si quis suadente. & Io. de Imo. in l. si ita scriptum. de leg. 2. & in c. potuit. in fi. de loca. vbi dicūt ꝙ conducens in emphyteusim p se & filijs suis, non vr̄ conducere p filiabus, per rōnes allegatas ibi per eos. nam cessant in casu illo absurditates & aliæ rōnes allegatæ s̄. quæ habent locum in casu nr̄o, tñ præsens disputatio non vr̄ multum necessaria ex quo (vt dixi) reuocatur in dubium principaliter cui potius debeat fieri renouatio sup qua cōclusum est p Nobili. ¶ Postremò non ob. ꝙ sit speciale in cæteris casibus no. in d. l. cui. C. loca. ꝙ fieri debeat renouatio antiquis cōductoribus &c. quia rñsio patet ex prædictis, uidelicet ꝙ hic est alius casus illi annumerandus, in quo vr̄ speciale ex ratione agnationis & propinquitatis quod finita emphyteusi debent agnati uel descendentes cæteris pro renouatione impetranda præferri, iuribus & rationibus allegatis.

ADDITIONES.

* Viso.] In hoc eodem casu ꝙ mater sit præferenda auiæ paternæ contra quàm concludit Alex. consuluit Andr. Sicul. ut patet eius consi. 50. lib. 4. Natta.

a ¶ Perusinum. Anch. in d. l. pen. col. mihi. 74. in fi. & hoc consilium in uenio inter consi. Ang. consi. 210. Statutum supradictum. idem Bald. l. quicunque. col. 3. C. de serui fugi. Alex. l. illum. C. de colla. Dec. consi. 333. col. 1. consi. 507. Corn. consi. 90. Scrupulosa. libr. 3. consil. 271. De hoc lib. 4. Ias. consi. 130. lib. j. Alb. Bru. in trac. statu. exclu. fęmi. ar. vj. fa. Alex. infra lib. 7. consi. 45. consi. 141.

b ¶ Statuto. imò decidit ꝙ agnati excludunt vtranque idem in tract. statu. uer. amita.

* Fœmininum.] Vtrum appellatione aui ueniat auia; Rui. consi. 65. col. 2 & 5. lib. 3. Natta.

* Præcisum.] Nota de statuto loquente per verbum præcisè, de quo ponit Alex. suprà col. 2. & latè tāgit Ias. cōsi. 107. li. j. Fel. latè in c. 2. de rescri. col. 9. & ibi Dec. Et licet statutū loquatur uerbis præcisis, & prægnantibus accepit tamen iustam interpretationem Dec. consi. 356. col. 2. Natta.

c ¶ Sciendum. & ibi Alex. Ias. adde Alber. l. statu. q. 20. Dec. l. j. C. de bo. pos. contra tab. consi. 627. Cur. l. ij. col. iij. C. de iureiu.

d ¶ Precisè idem latè Iason l. si stipulatus sum Damam. l. liber homo. in princ. de uerb. obl. l. j. col. 2. de iurisd. omn. iud. tex. in l. licèt autem. ff. de arbi.

* Statutum.] Vide ad hoc quod in simili Iure consuluit Abb. consi. 75. 1. dub. lib. j. Et decisionem Bal. Ias. amplectitur consi. 80. col. 2. libr. 3. & consi. 115. col. 5. lib. 4. & tenet Alex. consi. 198. col. 2. lib. 6. Natta.

* Conseruandæ.] Vide Iason in l. 2. §. prætor ait. col. 2. de in ius uocan. Natta.

* Hæreditas.] Nota ꝙ hæreditas est magis nota descendentibus, quàm transuersalibus. pro hoc bonus tex. in l. 3. §. liberis. de leg. præstan. fac. tex. in §. inter eas quoque personas. inst. de Nupt. Natta.

* Exceptio pacti.] Sequitur Fel. in c. accedens, il primo, col. 1. extra ut lit. non contesta. Natta.

* Placuerit.] Vide Rui. consi. 1. col. pen. lib. 1. Natta.

e ¶ Quam alijs. idem Bald. rubr. colum. 1. de appella. Anch. consi. 134. in fin. Imol. consil. 27. Curt. consil. 47. Curt. iunior tract. feud. per 2. q. 15. Dec. consi. 121. consil. 428. Franc. Rip. tracta. de peste. fol. 82. & hæc communis & æqua. limita. Roman. consil. 22. propositæ. col. 5. consi. 70. Visis. licèt contrarium uoluit Paul. consil. 32. lib. j. Ias. consil. 24. col. fin. libr. 3. Fulgo. consi. 222. Nobilis. uide ad utrāque And. Tiraq in consuet. Picta. tit. de retrac. in rub. nu. 41. 42. adde. Alex. inf. lib. 3. consi. 10. in fi.

f ¶ Sali. contra suprà consi. 44. nu. 1.

g ¶ Copula. infrà li. 7. consi. 25. col. 52.

SVMMARIVM.

1 *Hospitali si quis se & sua dedicauit, potest reuocare.*

2 *Donatio collata post mortem in dubio censetur causa mortis; etiamsi in piam causam. & nu. 3.*

CONSILIVM LXXXI.

Viso instrumento de quo in themate fit mentio, in quo instrumento inter cætera continetur ꝙ dictus Saluator pro anima sua & suorum prædecessorum dedicauit se & bona sua dicto hospitali, videlicet ꝙ moriente ipso Saluatore sine filijs & post mortem dominæ Iacobæ suæ vxoris, & dominæ Ioannæ suæ sororis uoluit omnia bona sua totaliter & integraliter peruenire ad dictum hospitale. ¶ † Quæritur vtrum dictus Saluator possit dictam dedicationem bonorum reuocare. in quo omissis argumentis conclusiuè loquendo puto quòd sic. ¶ Et primò præsuppono illud quod decidit Specul. in titul. de stat. monac. versic. 33. vbi dicit quòd si quis * se dat alicui hospitali nulla de bonis facta mentione, si tales hospitalarij sine proprio uiuūnt ex sua regula ex constitutionibus: ita iste sine proprio uiueret, & creditur bona hospitali contulisse 12. q. 1. in c. illi qui. si autem non uiuunt in paupertate, sed quasi clerici seculares, tunc non videtur contulisse bona: imò ingressus ea sibi retinere poterit pro præbenda. extra de simon. c. tua. ex quibus infertur, ꝙ illa dedicatio Saluatoris vxorem habentis non impediebat eum retinere bona sine aliquo dubio, ut not. Bartol. in authent. ingressi. in j. col. uersi. expeditus, de contrariis. C. de sacr. sanct. eccles. & in c. quod à te. de cler. coniug. & in c. in præsentia. de probat. ad hoc text. in c. ut priuilegia. uersi. hac autem. de priuil. & in c. beneficium. de regula. in 6. ¶ Hoc præsupposito dico ꝙ dato ꝙ Saluator bona sua dedicauerit hospitali pro anima, tamen illam donationem reuocare potest: quia videtur fuisse donatio causa mortis, quæ reuocabilis est per pœnitentiam, iuxta. l. non omnes. in princ. & ibi not. si cert. petat. institu. de donat. §. 1. † Quod antem dicatur esse donatio causa mortis, a probatur: quia in ea fuit facta mentio mortis, & collata post mortem: quo casu in dubio censetur esse donat. causa mortis. l. Seia. in princ. & ibi hoc tenet glo. ff. de donat. causa mort. & l. Seia. ff. de dote prælegat. & glo. in l. apud Celsum. §. 1. de doli except. & not. etiam glos. in l. mortis causa capimus. §. Titia. ff. de donat. causa mort. & Cyn. & alij post eum. in l. 2. C. de iure dot. ¶ Et expressè firmat Bar. hoc in promissione facta post mortem; vt ipse not. in l. fin. C. de pac. & l. stipu. hoc modo concepta. ff. de uerb. obl. Bart. & cōiter alij in l. quę dotis. so. ma. & Bal. in l. cū quis, de cond. ob cau. & in l. & si mor. C. ad l. falc. & cōiter doc. in dictis locis reprobant opi. Petri, qui tenebat ꝙ ēt si facta esset mentio mortis, non intelligebatur

ligebatur esse donatio cā mortis & malè. ¶Nec ob. l. j. C. ut ab hæ.& contra hæredes.& l.hæreditarium.ff.de bo.auth.iu. pos.vbi erat obligatio collata post mortem, & tn̄ censetur dispositio inter viuos: quia ad hoc r̄ndet Bart. in l. nam & si cū moriar.ff.de condi.& demon. ꝙ illa iura procedunt & intelliguntur qn̄ non erat donatio cum mentione mortis in dubio facta, sed qn̄ erat promissio facta ex aliqua causa ex quo colligebatur quod non erat donatio causa mortis. ¶Fortificatur ēt
3 ista opi. per tex. in c.de his, de sepul. cum gl. j. †vbi, si aliqui existentes infirmi transferunt se ad religiosa loca cum bonis suis & ex illa infirmitate ibi decedant: tenetur ille locus religiosus cui illa bona remanserunt dare portionē canonicā illorū bonorū ecclesiæ parochiali illius defuncti. Secus si nō erat infirmus saltē ex tali infirmitate ex qua decessit; quia tūc de bonis quæ iste dedit loco religioso nulla debebat̄ canonica portio ecclesiæ parochi. ¶Et est rō scdm Inn. ibi in glo. in uer. exhibet.& in gl. seq. quia primo casu intelligit̄ pro anima donare,& intelligitur esse do. cā mor. vt ibi habetur in gl. j. Bernar. & sic vr̄ datum vltimæ voluntati: sed in scdo vr̄ datum ꝓ sustentatione vitæ & ascribitur donationi inter viuos, vt dicit d. Ant. de But. per illū text. ¶Ecce ergo ꝙ vbi donatio facta loco
* religioso pro anima ab eo qui in letali infirmitate* cōstitutus se ad illā religionē trāstulit, uidebatur esse donatio cā mortis, & ꝑ consequens reuocabilis, non obstante ꝙ facta sit pio loco & ꝓanima sua: quāuis expressè non esset actum ꝙ esset donatio cā mortis: ergo & eodem mō pp piam cām non debet immutari natura donationis collatæ post mortē in hospitale seu in piū locū. vt queādmodum regulariter intelligitur esse donatio cā mortis qn̄ non fit ob cām piam; ita ergo & si fiat ob cām piam, per dictum capitulum de his. nam in casu. d.c. de his. illud idem operatur illa dedicatio bonorū facta à Cōstantino in ægritudine letali quātum ad inducendū donationem cā mortis, qđ operatur mentio mortis in donatione simpliciter facta quò ad inducendū & interpretādū qđ sit donatio cā mortis, ut no. Ant. de Bu. in c. ex literis, in primo notabili. de consuetudine & attendendum est ꝙ illud qđ habetur in d. c. de his. procedit tam in eo qui ingrediebatur ꝓfitendo religionem q̄ in eo qui solum ingrediebatur vt ibi viueret, & non ut professionem faceret: & dedicabat bona monasterio: vt ibi expressè dicit Inn. & alij in c. relatum. eo. ti. & in d. c. de his. ubi tenet Ant. de But. & alij. & sic videtur ibi decisio huius dubitationis, ex quibus breuiter concludo, ꝙ dicta reuocatio donationis bonorum per dictum Saluato. fieri potest.

ADDITIONES.

* ¶Quòd si quis.] Abb. in c. non est, de regu. not. 2. dicit, ꝙ Conuersi dicuntur qui se, & sua monasterio offerunt mutando habitum, & profitendo: sunt tamen seculares quia non promouentur, ad ordines. Oblati dicuntur qui se, & sua monasterio offerunt habitu non mutato. Natta.

a ¶Mortis. suprà consi. 14.

* Infirmitate.] Adde Bal. in l. mandatum. col. 4. versi. & prædicta faciūt. C. manda. vbi scholaris habens pecuniam apud Campsorē putās se morti proximum iussit Campsori, ut pecuniam solueret prædicatoribus, ex infirmitate liberatus repetit pecuniam solutam. per cōdic. ob caus. tanquam donatio causa mortis per pœnitentiam reuocata. Et nūquid infirmus in dubio videatur actum facere inter viuos, vel vltimæ voluntatis, uide Alex. in l. quæ dotis. col. 3. ff. solut. matrim. Accedat quia qui donat bona sua alicui, quia ingreditur monasteriū, dicitur donare causa mortis, ideò, professione nōn secuta, reuocatur. Abb. in c. statuimus in fi. de regula. Et dum supra allegaui Bald. in l. mandatum. C. māda. adde Bar. qui idem dicit in l. fi. ff. de solutio. Et facit, quia si aliquis intra annum donat monasterio, videtur donare causa mortis. Ias. in auc. si qua mulier ad fin. C. de sacrosan. eccle. Et uide pro istis tex. optimum in l. apud Celsum. ff. de dol. except. & in materia Ruin. consi. 71. lib. 2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei dicuntur pluribus modis.*
2 *Verba scribentis attestationes debent legaliter, non uulgariter capi.*
3 *Qualitas testium requisita probanda est.*
4 *Statuta de compromittēdo, intelliguntur re nondum liquidata.*
5 *Productio debet fieri apud acta eiusdem causæ.*
6 *Tertius opponens auditur secundum statum & naturam litis principalis.*
7 *Statutum de compromittendo non habet locum in criminali, ubi cessat transactio.*

CONSILIVM LXXXII.

In causa uertente inter Petrum Ioannem de Docijs ut patrem & legitimum administratorem filiarum agentem: & Gerardum se defendentem occasione ꝑcepti facti Ioanni Antonio de Scopellis de soluendo dicto Petro Ioanni dicto nomine, an fieri debeat compromissum pro parte Gerardi stante statuto ciuitatis Regij sub rub. ꝙ ptās & eius iudex teneantur compellere consortes &c. ¶Omissis argumentis ad partes breuiter concludo quod nō ex pluribus, & præsertim, quia disponit ad compromissum compellēdos esse agnatos siue cognatos vsq; ad quartum gradum cōputando scdm dispositionem iuris cōis: vnde extra istum non pn̄t de iure partes ad cōpromissum compelli: vt no. ꝑ gl. & ibi clarius ꝑ Bar. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui not. inf. & not. Gui. de Cu. & Bal. in l. ex stipu. ꝑ illū tex. C. de sen. & interlo. om. iud. ad hoc ꝑ no. per gl. & doc. in d. c. j. de mu. pe. & quod no. Bal. in l. j. §. quies quoq;. ff. de of. præfec. vrb. ¶Sed ꝑ testes
a per Gerardum productos non est probatum a ꝙ dictus Gerardus & dictæ filiæ Petri Ioannis sint intra quartum gradum; ergo &c. ꝙ aūt hoc non sit probatum, constat manifestè: nā ad hoc producti sunt duo dūtaxat testes pro parte Gerardi videlicet Iac. & Christophorus. Iacobus. n. deponit qđ audiuit dici in villa de Argine Iacobum auum maternū dicti Petri Ioannis & dictum Gerardum esse consanguineos: & h. d. audiuisse à pluribus, & præcipuè à vicinis dictorum Iacobi & Gerardi. ad discernendū quid probet iste testis & sequens, videre oportet si testis deponat aliquos inuicem esse consanguineos coniunctione & consanguinitate intelligatur esse probatum.
1 ¶†Nam consanguinei possunt accipi pluribus modis. consanguinei dicuntur duo fratres ex eodem patre nati. l. post consanguineos. in prin. de suis & legi. & insti. de legi. agna. successione. in prin. & in auth. de consang. & vteri. fra. circa princ. ¶Item potest accipi consanguineus pro quocunque qui quacunque sit consanguinitate coniunctus, ēt vltra quartum gradum. c. quia circa. in c. non dēt. de consan. & affi. & 35. q. 5. ad sedem. vbi hoc hr̄ expressius, vt no. Arch. & Io. And. in c. j. de spon. in 6. & Bar. in c. cum quidam. §. quod dr̄. & ibi gl. de acqui. hære. & subdit ibi Bar. qđ ita accipitur secundum cōem b
b vsum loquendi. s. pro quolibet quocunq; sanguine cōiuncto. & Bal. in l. fi. C. de verb. signi. ¶Cum ergo dicta verba possunt accipi duobus modis, & non constat qualiter intellexerit talis testis, sequitur ꝙ debet fieri interpretatio contra producētem, & sic contra Gerar. c. in præsentia, de proba. no. in l. j. in fi. C. de usufru. & potius debent intelligi verba testium secundum cōem vsum loquendi quàm aliter. l. Labeo. de suppel. lega. l. sciendum. §. illud. de ædil. edic. c. ex literis. de sponsal. & in specie no. Io. de Imo. in l. 2. in j. col. ff. de duobus reis. ¶Sed ut dicunt doc. in locis suprà allegatis consanguinei secūdum cōem vsum loquendi non solùm intelliguntur esse fratres ex eodem patre nati; sed quicunque eodem sanguine cōiuncti; ergo sequitur ꝙ non est probatum prædictos esse coniunctos intra quartum gradum. ad hoc ergo vt testes prædicti probarent, oportet eos deponere quod Iacobus & Gerardus erant filij duorum fratrum, vt infertur. & sic istas filias Petri Ioannis distare à Gerardo quarto gradu. c. fin. & ibi no. de consang. &
2 affi. ¶†Subdo, quod istud verbum consanguinei quo vsus est tabellio in scriptura attestationum prædictarum dēt intelligi non prout accipitur in uulgari sermone, sed prout accipitur
c in legali c sermone: quia ita debet intelligi scriptura notarij scribentis dicta testium. ita dixit Bar. in l. si quis filiabus. in fi. ff. de testa. tut. & not. Bar. in l. liberorum. in vl. col. de ver. sig. & in l. si quid eorum. in princ. ff. de legat. 3. & Bald. in c. j. in prin. de succes. feud. & Bal. in l. lege, ad fi. C. de legi. hære. sed in legali sermone potest accipi pluribus modis, & etiam secūdum cōem vsum intelligi, ergo testis non probat in aliquibus partibus. & communis vsus loquēdi est qui sunt nati ex filijs duorum fratrum appellantur consanguinei. & hoc modo accipiendo filiæ dicti Petr. à Gerardo quinto gradu distare constat, vt in c. fi. cum si. cum ibi no. de cōsan. & affi. ¶Præterea

 dictus

dictus testis non probat. quia deponit de auditu; sed ita est ꝙ testes producti ad probandum de consanguinitate vsque ad quartum gradum si deponunt de auditu non probant nisi testes sint personæ graues: & deponant se ab antiquioribus & si de dignis & omni exceptione maioribus andiuisse, vel tales fuisse in tali gradu consanguinitatis cōiunctos, & vidisse eos pro talibus se hr̄e: vt est tex. in c. licet ex quadā de testi. not. in c. quoties. eo. ti. sed testes producti per Berardum non deponunt modo prædicto, ergo &c. Itē nō constat dictos testes esse graues. ¶Pro hoc bene facit quod no. Ang. l. j. §. si quis neget.
3 queādm. tes. ape. vbi inquit † ꝙ vbi lex vel statutum requirūt
* testes optimæ opinionis, est articulandū * & probandū ꝙ erāt optimæ opinionis p̄ ea q̄ no. Bart. in d. l. si qs neget. in vl. col. Et per hoc infert ibi Ange. ꝙ si statutum Bononię disponit ꝙ ad probationem mortis alicuius qui extra territorium dicat̄ decessisset īteruēniat probatio p̄ tres testes optimæ opinionis deponentes de fama ꝙ nō erit probata mors nisi probet̄ illos deponentes esse optimæ opinionis & famæ. ¶Præterea secundum Hos. & Io. Ant. in d. c. licet ex quadam ad hoc vt dicti testes probent consanguinitatem deponentes de auditu maiorum suorum necesse est quod audiuerint ipsi testes ab eisdem personis. secus si vnus audiuerit à quibusdam, alius ab alijs p̄sonis, quia viderentur singulares: & sic non probabunt. ca. cū dilectus. de elect. & c. licet causam. de proba. l. ob carmen. §. fin. de testib. sed dicti testes producti per Gerardum non deponunt à quib. audiuerint dici, & sic potest esse ꝙ testes isti in testimonio suo sint singulares. ita dixit Bal. in 15. oppo. C. de edi. diui. per ea quæ no. Bar. in l. Celsus. in fi. de vsuc. ¶Testis secundus videlicet Christophorus deponit eo modo quo primus & sic non probat p̄dicta, dū dicit se audiuisse à Iacobino ꝙ erat consanguineus Gerardi: q̄a est singularis in dicto suo. Item consanguineus pōt accipi pluribus modis, vt iam dixi. ¶Omitto ꝙ ēt in contrarium deponunt duo testes par dictū Pet. & Io. producti, super quorum depositione non est opus
4 insistere stantibus prædictis. ¶† Secundò fortifico: Nā q̄n ex forma statuti litigatores possunt ad compromissum cōpelli,
* illud intelligitur * q̄n petitur compromissum re nondū liquida & ante sn̄iam, vt no. Bal. in l. 1. ff. de transl. vbi per illū text. dicit ꝙ compromissum ex forma statuti non pōt attestationibus iam publicatis seu re liquida peti. idem no. Pau. de Cast. in prin. vbi refert se ita consuluisse in consilijs suis consi. 74. & Lud. Ro. in l. prætor ad fi. ff. de ope. no. nun. in addi. noua. bene faciunt no. in c. significauerunt. de testib. & quod habetur. in c. exposita. de arbi. & in l. si post rem. ff. de transa. cum si. &c. ¶Et p̄ p̄dicta cōsuluit Pau. de Ca. in d. consi. ꝙ non poterit in cā appellationis peti fieri cōpromissum. vt ibi latius ꝓsequitur. ¶Sed p̄ productionem dicti testis in forma authentica, & dicti alterius instr̄i dr̄ constare rem esse manifestè liquidam: vt in c. cum olim. de ver. sig. & in l. fi. cum gl. C. de reb. ecc. non alie. vt no. Bar. in l. 1. in prin. in j. q. ff. de ope. no. nū. ergo petitio cōpromissi postea facta non debet releuare petentem. ¶Tertiò statutum prædictū disponēs ꝙ p̄tās debet compellere agnatos ad compromissum, debet intelligi si petat̄. l. 3. §. hoc aūt iudicium. ff. de dam. infec. & quod not. in c. fi. de rescri. & no. Ant. de But. in c. venerabilis. de iudi. & talis petitio debet fieri seu produci parte aduersa p̄sente vel citata quò ad hoc vt ex tali petitione præiudiciū paretur parti aduersæ. 3. q. 9. char. & no. Bald. in c. si ea in fi. C. qui acc. non pos. Sed hoc non reperitur petitum solēniter & parte præsente vel citata in cā dicti p̄cepti, ergo non possunt partes cogi ad cōpromissum. ¶Nec ob. quod in illa cā accusationis petitum fuit p̄ do. Michaelem ēt vt procuratorem dicti Gerardi & quorūdā aliorum fieri debere compromissum cū dicto Pet. Io. tam occasione dictarum accusationum q̄ alterius cāe: quia r̄n. ꝙ dicta scriptura producta fuit in cā accusationis. & apud acta notarij deputati ad causas accusationis, ad quem notarium non spectat se intromittere de actibus causarum ciuilium ex forma statutorū, vn̄ cautus debuit esse dictus Gerardus & produ-
5 cere eandē scripturā in alia cā p̄cepti † quia dato quod dictæ causæ vertantur inter easdem personas, t̄n oportet productio-
d nē fieri apud acta vtriusq; [d] cāæ alias nō ꝓbat ita voluit egregiè Bar. in l. naturaliter. §. nihil cōe. 16. col. de acq. pos. alleg. l. cum antea. C. de arbi. & l. naturaliter. secundum secundam lectu. secundæ gl. ff. de excep. no. Anto. de But. in c. cum dilectus. in 13. col. de causa pos. & proprieta. ¶Ex quo infert q̄d probationes factæ in causa conuentionis non prosunt in cau sa reconuentionis: & sic ēt in eadem instātia in genere ex quo in speccie propter diuersitatem actuum instātiæ sunt diuersę ex diuersitate libellorum. & simile no. Inn. de offi. deleg. c. cū contingat. aliàs enim secundum eum sequeretur ꝙ iudex suppleret de facto quod non est dicendum. l. j. cum not. C. quæ desunt aduo. par. iudex suppleat. ¶Ex quibus infero etiam si dictæ attestationes non fuerunt productæ in cā præcepti ꝙ nihil releuat. licèt fuerint productæ in alia cā. ¶Secundò, q̄a dicta cā est cā executiua, & dic. instr̄m hēt executionem sicut & sn̄ia, vt patet ex statuto sub rubr. qualiter procedatur in fauorem creditorum habentium instr̄m cōtra debitores suos. & dato ꝙ tertius. s. Gerardus se opponat ad impediēdam executionem, t̄n oīno cā secunda est executiua & summaria. l. à
6 diuo Pio. §. si super. cum ibi no. per Bar. ad fi. de re iudi. † Nā
c tertius opponens. i. Gerardus admittitur ad cām in eo statu. [c] in quo cā erat cum principale litigante, & quantum ad prosecutionem ius tertij regulatur secūdum ius principalis: vt in clc. constitutionem, de elec. & hoc ibi not. Pet. de Ancha. in
* c. 2. in fi. vt lit. pē. in 6. * ¶Sed ita est ꝙ in causa in qua petitur executio instrumenti habentis ex forma statuti executionem sicut sn̄ia non vendicat sibi dictum statutum de compromissis fiendis inter affines: vt d. l. post rem. & hoc no. Bar. in ꝓœ. C. circa 2. col. & sequitur ibi Bar. & Bald. in l. ambitiosa. circa tertiam regulam ibi positam. ff. de decr. ab ord. facien. & Bar. & Bal. in l. eleganter, in prin. ff. de condi. inde. & in l. si causa. C. de trasanc. ¶Quò ad secundum principale dubium an super causa accusationum compromissum fieri debeat, & similiter concludo quod non ex primo principali fundamento facto. circa primum dubium, scilicet quia non est oportunè probatum de consanguinitate vsq; ad quartum gradum. Secūdò, quia dicta causa accusationis est mixta, quia partim venit imponenda pęna ad vtilitatem publicam, & partim pertinet ad priuatum interesse, vnde dicitur mixta. c. tuæ. de procur. no, doct. maximè Ant. de But. in rub. extra de iudi. facit ꝙ
7 no. gl. & doct. in l. prætor, in princ. ff. de sepul. vio. † vnde de causa criminali transigi non potest quando non venit imponenda pœna sanguinis, siue sit crimen publicum siue priuatum, si agitur ad pualicam utilitatem. l. transigere, cū ibi not. per glo. C. de transa. ergo non poterit etiam in arbitratorem
* compromitti de iure & de facto prout requirit statutum, * quia compromissum in arbitratorem dicitur transactio: vt not. in auth. vt diffe. iudic. in prin. not. gl. in l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbi. & plenè ibi expressè not. Bar. in cōpromisso in arbitratore. & Io. And. in addi. Specu. in tit. de arbitris. §. potest esse. aliàs est in §. sequen. in additio. quæ incipit domi. Guid. de Suza. &c. & cum uenit imponenda pœna non solùm ad priuatam utilitatem, sed etiam ad publicā ma-
f gis dignum [f] trahit ad se minus dignum. l. quæ religionis. ff. de rei vend. c. quod in dubijs. de consec. eccle. vel alta. bene facit quod not. Barto. in l. præcipimus. §. penulti. C. de app. & ideo potius inspiciatur publica tāquam dignior cum illa pręferatur priuatæ & illam ad se trahit. l. 1. C. de vendi. re. fisca. l. 1. ff. de priuileg. credito. l. prima. in fi. C. de cadu. tol. Ex quibus omnibus saltem simul iunctis concludo in neutram dictarum causarum cogi posse partes ad compromissum.

ADDITIONES.

a ¶Probatum. Are. consil. 37. Sequendo.

b ¶Communem. infra consi. 229. colum. 3. libr. 6. consil. 153. colum. 1. libro 7. latè domi. And. Tiraq. in consuetu. Picta. de retract. §. primo glo. 9. numer. 5.

c ¶Legali. suprà consi. 2. nu. 17.

a Articulandum] Sequitur Socin. consi. 274. col. antepen. lib. 2. Alcia. vbi testatur communem, in tracta. præsumptio. regu. 3. presumpt. 2. Aret. in §. Item verborum, insti. de inuti. stipula. Quidam dicunt non procedere, vbi statutum requirit testes, non optimæ, sed bonæ opinionis. Natta.

* Illud intelligitur.] Quomodo intelligatur statutum cogens agnatos litigantes ad compromissum. Et de hoc vide lat. latè in l. j. ff. de transactio. colum. penulti. & dixit Alexand. in apostil. ad Barto. in l. non distinguemus. §. Iulianus. ff. de arbitr. quòd statutum de compromissis non procedit, vbi opponitur exceptio impediens litis ingressum. Natta.

¶Vtriusque.

d ¶Vtriusque.idem Alex.l.2.in fin.C.de eden.consti.cano.7.§. 1. fallit quando ambę causæ sunt insertæ, vt simul iudicentur, quia tunc licet productiones alterutrum imputare. * Istud idem tenet Alex. in l.2.in fin.C.de eden.Natta.

e ¶Statum.idem Alberi.l.sępe.de re iud.Old.q.254.Anch.consil. 182. Luc.Pe.l.apparitores.C.de exac.trib.lib.10.Gemin.c.vbi periculum. §.sanè.de elec.in 6.Fel.c.cum super.colum.5.de iud.Dec.c.cum super.col.1.de offi.deleg.limita quando ille tertius potest petere resti tutionem in integrum Matth.Afflic.decisi. Neapo.15. adde decisio. Neapo.236.

* Pet.de Ancha.in c.2.in fin.vt lit.pen. in 6.] Pet hoc ibi dicit in 6.nota:ex quo habes rationem ad textum in l. à diuo Pio. §. si super reb. ff.de re iudi.Et idem latè prosequitur Pet.de Anch.consi.183. colu. 1.vbi tenet cum Alexand.hic tertium non petere cõpromissum.Nat.

* Prout requirit statutum.] De crimine moto ciuiliter vtrum fiat com promissum, statuto hoc poscente in omnibus causis inter coniunctos,ponit Matth.deci.84.Vbi quid in causa mixta. Et statutum non procedit,vbi petitur restitutio in integrum ; quia arbiter,& arbitrator carent iurisdictone.Bal.in l.fi.C.vbi,& apud quem.Et non procedit vbi actor fundat se in contractu iurato.Alex.consi. 37. col. pen. infra libro secundo Natta.

f ¶Dignum.adde An.Tiraq.in consuetu.Picta.tit.retrac.§.primo. quęstio.7.nume.81.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum quomodo probetur.*
2 *Negatio reuocari potest priusquam subeat actor onus probandi.*
3 *Nisi dictio,ponit contrarium orationis præambulæ.*
4 *Negotium procuratoris generalis facit cadere in pœnam.*
5 *Narrata prout narrantur,negare non sufficit.*
6 *Causa in genere,vel quia sic placet, in obligatione sufficit. & numero 8.*
7 *Confessio sine causa probat semiplenè, allegata causa mutui vel alia.*

CONSILIVM LXXXIII.

In causa & lite vertente inter Io. de Blanchis agentem,& Nicolaum de ingressolis se defendẽtem:quia rei veritas versatur in paucis, paucis agam. ¶Duo enim videntur esse fundamenta principaliter, quorum quod
1 libet de per se pro victoria Nicolai satis esset.¶† Primum est, ꝙ vbi aliquis soluit tanquam indebitum, si vult repetere tanquàm indebitè solutum, habet necesse probare ꝙ ille cui so-
a lutio facta est,* creditor non erat,nisi reus a prin.negauerit solutionem esse factam.l.cum de indebito.in princ. de probat. no.glo.& doc.in l.2.C.de don.ante nup.¶Modus autem per quem possit actor ostendere se soluisse indebitum, traditur ꝑ iura & Bar.in d.l.cũ de indebito. quod si solui prætextu scripturæ alicuius puta prætextu testamẽti in quo putabam tibi legatum fuisse prædium : nam producam testm̃ illud in quo legatum hmõi non reperitur,vel nõ est habita relatio ad scripturam,probatur per antecedẽtia verba: vt quia dixerat de tali mutuasse procuratori meo probabo eum alibi fuisse.l. optima.C.de contrahend.& com.sti.& ar.§.præterea.insti. de inuti.stip.secundum eum:aliàs esset difficile probare illam negatiuam.s.soluẽtem soluisse id quod debitũ nõ erat. l. actor. C.de proba.c.bonæ.de ele.sed Io. Blanchus agens condictione indebiti & allegans se soluisse indebitum,non probauit aliquod ex dictis modis, nec aliter illam negatiuam.s.debitum illius Petri solutum non præcessisse, ergo obtinere non potest.¶Nec ad hoc obstat si dicatur quod Nico.negauit solutionem, ergo incumbit sibi onus probandi quantitatem fuisse debitam.quia ad hoc respon. pluribus modis : primo ꝙ non negauit,sed excipiendo dixit si & inquãtum appareret Io.soluisse,soluit id quod debitum erat ex certa scientia : vnde hoc non est negare nec etiam confiteri, sed est medium : quia nec negat nec confitetur: sicut dicimus in eo qui tacet, nam tacere dicitur medium inter contradicentem & cõsentientem.in c.qui tacet,de reg.iu.lib.6.& ita dicit Bal.in l.ea quæ,in vlti. col.C.de cond. inde. vbi vult ꝙ ille qui non vult cõfiteri nec negare non patitur illud quod inductum esset in odium rei negantis.d.l.cum de indebito.in prin.sequitur ꝙ nos non sumus in causa negationis.¶Nec ob. etsi diceretur dato ꝙ Nic. non dicitur negasse,tamen non est etiam cõfessus;ergo nõ debet gaudere bñficio confitentis, quia rñdeo ꝙ istud commodum videlicet ꝙ Io.agens teneatur probare quod debitũ nõ præcessit,non cõsequitur Nic. respectu cõfessionis beneficiũ confitendi concessum & inductum per illam l. cum de indebito. sed hoc ex mero iure cõi disponente ꝙ vbi negatiua est fundamentum intentionis alicuius ipsi semper incũbit onus probandi.l.in illa.cum ibi plenè not.per Bar.ff.de verb.obl. cum si. ¶Item ex regula quæ habet ꝙ nemo præsumitur iactare suum.l.si cum aurum.cũ si.ff.de sol.sic non præsumitur in dubio voluisse soluere indebitum. vñ præsumptio hic transfert de iure cõi onus probandi in eũ contra quem est præsumptio.l.siue possidetis.cum vul.C.de prob.¶Secundò.rñ.quia dato quod intelligeretur dictum Nic.negasse, cuius cõtrariũ
2 est verius,vt dixi,† tñ incontinenti.j.antequàm actor subiret onus probandi confessus fuit Nic.solutionem vt patet in primis positionibus productis ex parte Nic. in 15. positione in qua dicit ꝙ fuit & est absq; eo quod dictus Nic.vllo unquam tempore habuit ab illo Ioan.quantitatem de qua in libello nisi nomine dicti Petri & pro ipsius debitis detur &c. ¶Ponde-
3 ro illam dictionem nisi, † quæ dr̃ poni negatiuè & affirmatiuè qñ ante eam ponitur oratio negatiua.l.actione.& ibi doc. C.de transa.& in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cau. & ibi no.Bar.in auth. nisi. & ibi Bal.C.ad treb. & ideo vr̃ apertè Nic.in d.positione affirmare solutionem attento quod quis videtur confiteri id quod in sua positione continetur. l. cum pretium.de lib.cã.no.Spe.in tit.deposi.§.j.ver.quid si actor. & sic dato quod videretur a prin.negasse sufficeret. d.confessio superueniẽs antequàm actor probationes fecerit : vt in §. si eum.& ibi no.Ang.in auth.de trien.& se.& Bar.& alij in l. cum qui in prin.ff.de iureiu.& Bal.in l.ea quę.in 11.q.C.de condi.inde.& in l.contra negantem.C.ad l.Aquil. & in l.electio.§.neq;.per illum tex.ff.de noxa.& in l.de ætate. §. fin.ff. de interro.ac.& in c.j.§.porrò.quę fuit prima cau.be. amitt. Tertiò potest rñderi, quia dato ꝙ per illam scripturam exce-
4 ptionum videretur esse facta negatio † cum fuerit facta ꝑ procuratorem gñalem non põt facere Nic.incidere in illam pœnam.s. quod contra ius commune oneretur onere probandi.§.si procurator.in l.3.ff.quod quisq; iuris.l.si procurator. de condi.indeb. quia gñali procuratori non vr̃ mandatum esse illud ꝙ erat illicitum.s.ꝙ neget veritatẽ. d.l.si procurator. ¶Quòd autem transferre cõtra ius in aliquem onus probandi,dicatur esse pœna est tex.cum gl.in auth.item possessor.C. qui pot.in pig.ha.¶Et eodem modo põt rñderi ad illã negatiuam gñalem factam per procuratorem in litis cõtestatione,
5 † nego narrata prout narrantur &c.¶Ad quæ ẽt põt rñderi,ꝙ per talem negationem vr̃ negasse solutionem,adeò ꝙ propter hoc patiatur aliquam pœnam odio negãtis inductam, vt egregiè decidit Bar.in l.si dubitatur.§.j.ff.de fideiu.& Io.de Imo. in l.sed hoc ita.§.hęc autem.de re iud.¶Secundum principale fundamẽtũ est,quia dato ꝙ Nic.incũbat onus probandi debitũ ꝑcessisse, dico ꝙ illud ꝓbauit : nã apparet inter alia duo instrumenta debiti, vnũ de anno Dñi 1441.sub 10.die Nouẽ. in quo Petrus Saluatici & filij confessi sunt teneri ex veris & iustis causis in quantitate librarum 286. & pro illis promisit Pet. Bonus in certis terminis. Et aliud extat instrm̃ debiti factum de anno 1442.sub die 4.Octob.in quo d. Pet. Saluatici & Ant.eius filius & vterq; eorum de omnibus quę habuerũt simul cum Nic.constituerũt se debitores eius in quantitate librarum,282.& in starijs 6. frumenti. & de hoc vltimo debito nullam apparet aliam fuisse factam satisfactionẽ nisi ꝑ solutionẽ ꝑ d.Io. ¶Nec obst.si allegetr̃ ꝙ dictæ cõfessiones de quibus in dictis instr̃is,non cõtinent causam, & sic sunt inefficaces.d.l.cum de indebito.§.fi.& c.si cautio.de fi.instr.† qa rñ.
6 ꝙ imò cõtinẽt cãm saltẽ in gñe : vñ licẽt nõ cõstat q̃ cã fuerit, hoc nõ ob.sicut ẽt in fi.dicit Bart.in l.Gallus.§.si eius.ff.de li.& posth.in fi.ver.si fuerit &c.ẽt hoc voluit Bal. in l.pactum. 17.col.C.de colla.ꝙ si quis faciat actum, & dicit ꝙ facit illũ actum,quia sic voluit,& sic sibi placuit,dr̃ continere cãm.ar. l.Campanus.ff.de ope.lib.¶Præterea,& secundò rñd.† ꝙ da-
7 to ꝙ non contineret cãm,tñ cõfessio sine cã licẽt plenè nõ ꝓ-
a bet,tñ semiplenè * si allegetur causa puta mutui vel alia: vt eleganter voluit Spe.in ti.de confessio.§.nunc vidẽdum.ver.sed quæ est rõ.iuncto versi.seq. vbi refert ita tenuisse Martinum de Fano.ar.l.instrã.C.de prob.& idem tenet Ant.de Bu.in d. c.si cautio, vñ poterit allegari cã mutui:& in defectum semiplenę probationis poterit deferri iurm̃. iuxta.l. admonendi.

M 4 de iure-

de iureiu. Non obstat quod dicitur, ꝙ verba instrumēti sunt enunciatiua. quia hoc nihil est, quoniam verba enunciatiua prolata probāt inter easdē personas inter quas prolata sunt. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipula. ¶ Secundum autem instrumentum de quo adhuc facio maius fundamen-
8 tum, continet † causam calculi rationum & omnium ad inuicem gestorum, & sic dicitur continere causam, attento maximè quia (vt inquit Bald. in l. generaliter. in 4. q. de non num. pecu.) non requiritur quod sit causa tendens seu concludens vel inferens obligationem: sed sufficit quælibet causa impulsiua vel persuadens. l. creditor. §. j. ff. man. l. a Titio. ff. de ver. ob. & ꝙ fuit Pet. Saluaticus obligatus. ¶ Et per consequēs do. Io. vī pro eo fateri dic. Io. respondendo tertiæ positioni ex positionibus rei secundo loco productis, dum dicit ꝙ soluit dictam quantitatem iussu dicti Nicolai & Alberti quibus sciebat se teneri vigore promissionis. nam si Petrus Saluaticus nō erat efficaciter obligatus Nicolao, nec per consequens fuisset obligatus dictus Ioannes. & sic concluditur non esse locum
b conditione indebiti. Ille enim titulus hodie recessit [b] ab aula, quia homines vix verè debita soluunt: ita inquit Salic. in rub. de condi. indebi.

ADDITIONES.

* Facta est.] Adde quod debet ēt allegare errorem secūdū Sal. in l. 1. C. de condic. indebit. Et tunc non obstabit sibi etiam si in instrumento diceretur quòd soluit ex certa scientia, & etiam iurasset. Soci. consi. 40. dub. 3. lib. 1. Natta.

a ¶ Semiplenè. Alex. suprà consi. 4. ad fi. Matthęsi. no. 13. Hyppo. de Marsi. repe. rub. de prob. fol. 12.

b ¶ Recessit. imò in vsu vt nec obstet constit. Regia decem annorum vt dixi in consue. Par. tit. 4. in rub.

SVMMARIVM.

1 *Præscribere nunquam incipit qui recognouit, nec eius hæres.*
2 *Præscriptio minor centenaria non currit contra factum.*
3 *Restitutio ex capite ignorantiæ datur contra præscriptionem 40. annorum: & aduersus rem iudicatum. nu. 4.*
5 *Princeps non præsumitur scire, quod sui officiales sciunt.*
6 *Causa, & vtilitas pretij facit præsumi concessionem temporalem.*
7 *Rescriptum refertur ad specificata.*
8 *Procuratoris eius qui vult transferre, malignitas nocet.*

CONSILIVM LXXXIIII.

In causa vertente inter cameram illustrissimi principis ex parte vna agentem & hæredes magnifici comitis Vgutionis de Contrariis ex altera se defendētes. ¶ Fundata est intentio cameræ: quia dicti hęredes sunt in effectu hrēdes do. Ia. de Guaramontibus, quæ cām habebat à camera à qua bona ista cognoscebat: vnde prædicta bona de quib. vertitur quæstio, sunt de bonis cameræ. patet ex literis cameræ quibus ex forma statutorum & consuetudine fides adhibetur. ¶ Videndum est ergo an alleg. exceptio tituli præscriptionis habeat obstare cameræ. ¶ Secundò, posito ꝙ non, an concessio facta dominæ Iacobæ fuerit temporalis, an verò perpe-
1 tua. ¶ Circa primum dicimus † quod ideo non habet obstare exceptio præscriptionis, quia dicta domina Iacoba quæ recognoscebat ad tempus vitæ dicta bona à camera non potuit incipere præscribere, quia sciebat se teneri ad restituendum. l. malè agitur. C. de præscrip. 30. annorum. vnde sicut ipsa domina non potuit præscribere, ita nec hæredes sui. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscri. vbi etiam hæres illius qui ꝑcario possidebat & sciebat se teneri ad restitutionem, non potest incipere pręscribere & per consequens non potest dici ꝙ hæredes dominæ Iacobæ possint præscribere ex eo: quia domina Iacoba non erat in mala fide, imò dico ꝙ postquàm sciebat se teneri ad rem restituendam impeditur præscribere hęres eius queādmodū & ipsa impediebat: vt probatur in d. l. cū hæres. ¶ Accedat ꝙ domina Iacoba præmissa decessit testamētum condendo: vnde fuit in culpa si nō monuit hæredem vt rem restitueret: hac ratione vtitur Cy. in l. 1. C. de iure emph. in penult. q. ¶ Quòd autem hæres ex mala fide defuncti impediatur præscribere etiam de iure canonico, tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de præscrip. in §. fin. in addit. magn. & & Anto. de Bu. Io. de Imo. & do. Abb. in c. si diligenti. de pręscrip. & Imo. in repe. in c. fi. in 3. col. de præscri. & Ro. in l. Pōponius. §. cum quis. ff. de acqui. pos. & Pau. de Cast. in l. sequitur. §. hæredes. ff. de vsuc. & in l. 3. eod. tit. ¶ Pro hoc allegari possunt multæ efficaces rationes quas breuitatis causa omitto: & sufficiunt illa, quia ius ciuile in hoc reperitur correctū per ius canonicum. Item hæres de iure canonico tenetur ad illud ad quod tenebatur defunctus plusquā teneretur de iure ciuili: & tenetur ad exonerandum animam defuncti hoc no. in c. parochiano, de sepul. & in c. literis. de rapt. ¶ Nec ob. gl. in c. cum quis. de reg. iu. in 6. & id quod no. Dyn. in regula possessor. Quia respon. quod colligitur ex concordia quā ponit Imo. in dic. fin. in 2. col. & Anto. de Bu. in d. c. si diligēti. faciendo differentiam inter succedentem iure hæreditario & successorem in beneficio. ¶ Secundò dicimus ꝙ posito qđ præscribere potuissent: tamen non præscripserunt, quia aut istæ res sunt camerę Romanę in qua habet titulum princeps: & tunc requiritur præscriptio annorum centum. c. ad audien-
2 tiam. de præscript. † aut sunt cameræ ipsius principis: & tunc cum in ea non recognoscat superiorem pro principe habetur: vt not. docto. in c. cum te. de re iudi. cum vulgaribus, &
a contra principem [a] seu Imperatorem non currit præscriptio nisi centenaria sicut in ecclesia. l. fin. C. de sacro sanct. ecclesi. inctis not. per glo. in auth. quas actiones, eodem tit. tenendo opin. quam omnes magis communiter tenent, scilicet quod auth. quas actiones. corrigatur in ecclesia, non in ciuitate vel fisco, & quod contra principem vel cameram imperialem nō currat præscriptio hodie nisi centenaria, firmat Ange. in l. cū pridem. C. communia de vsucap. sed non est decursa præscri. 40. ann. ¶ Quinimò nec probatur præscript. 40. ann. nam solum apparet de tempore triginta anno. viuente domino Vgutione qui decesserat ante hanc litem per annos 8. vt apparet ex responsionibus factis positionibus partis aduersæ. ¶ Nec ad hoc obs. ꝙ in libello dicatur quòd domina Iacoba decesserat 1404. & ab inde circa possederat magnificus Vgutio: quia respondeo, & dico quòd in libello est alternatiua locutio, videlicet quod domina Iacoba decessit 1404. vel prout constiterit; ita quòd ex illa alternatiua tanquam obscura non potest pars se fundare. l. pretor. ff. de iureiur. l. vbi autem. §. illud. ff. de verborum obligatio. no. Innocen. in capit. ex parte. de rescrip. ¶ Tertiò, quia dicimus quòd licet præscriptio decursa esset, tamen debet concedi petita restitutione in integrum ex persona principis succedentis in ius alterius. & sic habent probabiliorem & præsumptam ignorantiam: vt not. glo. iuncta text. in l. 1. in glo. 1. C. de patr. potesta. & in l. si partem. ff. quemadmod. seru. amit. & Barto. Ange. & alii in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itin. actuq; priua. & Specu. in tit. de præscrip. §. 1. versicu. sed pone colonus. & Ange. in l. fin. C. de præscrip. long. tempo. & Ioan. de Imo. in cap. fin. in antepenulti. char. de præscrip. & domi. Abb. in c. vigilanti. eod. ti. & Io. de Imo. in l. Pantonius. de acq. hæ. & Ro. in l. qui vniuersas. §. fi. de acq. pos. ¶ Nec ob. tex. in l. omnes. in fi. de pręsc. 30. an. iunctis no. per gl. in l. ait prætor. §. permittit. ff. de minquia rn̄deo, ꝙ illa lex determinatur per illa iura. s. quando ille contra quem præscribitur non esset impeditus impedimēto facti vel iuris: quia tunc nō habet locum illa lex, quia non est dubium ꝙ illa præscriptio 40. ann. non nocet illi qui iure impediente non voluisset agere. l. 1. in fi. C. de anna. exce. eodem modo si fuit impeditus agere impedimento facti. puta ignorantiæ vel alterius impedimenti, nā debuit restitui in inte. l. & Attilianus ait. ff. de ser. rust. præ. & no. d. l. si partem. cū si. ¶ Præterea videmus ꝙ aduersus præscr. 40. ann. conceditur restitutio sicut aduersus alios, vt no. gl. in §. quia temporales. in auth. de ecc. ti. & no. Inn. in c. 1. de resti. in integ. & Hos. in sum. de præscr. §. cæterum. ver. præscriptiones autem. & doc.
3 cōiter in c. auditis. de res. in integ. ¶ † Præterea in terminis ꝙ aduersus pręscriptionē 40. an. detur restitutio ex capite igno-
b rantiæ [b] tenet expresè Io. de Imo. in repe. c. fi. de pręscri. in antepe. char. ver. sed hic est aduertendum &c. & do. Abb. in d. c. vigilanti. qui loquitur in teminis illius decretalis quæ loquitur de præscri. 40. an. & similiter quadriēnium datum ad petendum restitutionem in integrum non currit ignoranti, ut probat Bal. in l. falsa. C. de fide instru. & do. Car. post antiquos

quos in cle.1.in 2.q. de resti.in inte.nec dicatur q̄ fauore li
tium minuendarum in præscriptione 40.an. non habet locū
4 restitutio : quia non reperitur hoc iure cautum. ¶†Præterea
etiam aduersus sententiā quæ transiuit in rē iudicatam datur
restitutio ex capite ignorantiæ. vt per Cyn.in l.j.C.de condi.
inde.& per Ang.& Imo.in l.Imperatores. ff.de re iu.cum cō-
cor.& hoc quādo sunt reperta instrumēta de nouo: vt ibi per
eos.quis de iure cōi pp instra nouiter reperta fauore litiū di-
minuendarū nō possit rescindi sn̄ia, vt hr̄ in l.sub prętextu.C.
de transa.Ex his ēt quæ notaui de intentione principis nō cō
sueuit esse qd quispiam contra camerā suam se præscriptio-
ne tueatur. maximè tali videlicet sine aliquo titulo oneroso.
5 ¶†Nec prędictis ob.si dicatur quod princeps præsumitur sci
* uisse illud quod sui officiales.* pro hoc allegabat id quod no.
Bar.in l.ne quid.ff.de incen.rui.naufr. cuius verba reassumit
Ant.de Bu.in c.1.de resti.spo. quia dico quod Bar. & domi.
Ant.ibi pro hoc nihil dicunt : imò contrarium probatur in
c.cum ad sedem. cum gl. in vers. interdictum vnde vi. extra
de resti.spolia.quia dominus habet probabilem causam igno-
randi factum procuratoris.l.quod vulgò.ff.pro emptorib.
¶Quinimò non constat etiam quod officiales ipsius princi-
pis habuerunt de hac re particulari scientiam, & non præsu-
mitur quod habeant scientiam omnium quæ continentur
in codicibus librorum vbi continentur multa negotia impli-
cata.l.pe.& ibi Bar.ff.de confes.& Bar. in l.non fatetur.eo.ti.
cum concor.¶Venio ad secundum principale.s.an illa con-
6 cessio sit perpetua vel temporalis.† & dico quod temporalis;
patet, quia non præcessit causa habilis ad translationem do-
minij perpetui tantorum bonorum, petebat enim domina Ia
coba sibi satisfieri de libris 24.& quod sibi prouideret de. vi-
ctu & pro alimentis. l.cum verbo victus.ff.de ver.sig. quæ
alimenta finiuntur cum vita l.hi.§.modus. ff.de trans. vnde
cum non præcesserit causa habilis ad translationem dominij
perpetui ipsorum bonorum, ideo verbum illud non potest
* importare illam perpetuam translationē dominij *bonorum
valentium. 4.vel 5.milia. vt no.Bart.in l.si constante.in 2.q.
vltimæ partis. ff.solu.mat. & sequuntur alij vbiq;.¶Pro hoc
facit quod no.gl.& do.in l.1.ff. de superficiebus. vbi habetur
quod qualitas pretij facit discernere qualiter intelligitur esse
contractus : & pro hoc etiam facit : quia responsio principis
mandatis assignari bona debet intelligi secūdum supplicatio-
* nem petentis*.l.defensor.§.qui interrogatus. ff.de interro.ac.
7 & instit. de inuti.sti.§.præterea.¶†Nec ad hoc vltimum ob.
quod no.domini de Rota sua conclusione 24.incipiente.Itē
si petatur.vbi dicunt quod si petatur committi causa cum po
testate procedendi summariè, simpliciter & de plano, sola fa-
cti veritate inspecta, ac terminis non seruatis vel abbreuiatis,
* rescribatur per hæc verba; audiat talis & procedat summariè*
&c.nihil cancellando, omnia petita viderentur commissa.c.
olim.de rescri.& c.cum dilecti.de dona.Ita formaliter dicūt.
& sic ista decisio videtur facere pro nobis non contra nos.
¶Et quod rescribens videatur se referre ad supplicata expres-
sè determinat Io.de Imo. in l.iudex postquam. ff.de re iudi.
in 8.columna.ver.iuxta prædicta insurgit dubiū &c.allegat.
d.l.si defensor.§.qui interrogatus. excipit tamē vnum casum
quē ibi ponit in quo videtur etiam rescribens excedere peti-
ta causa & fauore litium minuendarum.& hoc colligitur per
not.per Ioan. And.in c.vt nostrum. de appe.¶Secundò circa
hoc dicimus quod dato quod princeps voluisset assignari im
perpetuum bona ; tamen ex illo mandato nō fuit assignatum
8 dominium ante translationem faciendam per factores.l.fun-
di.ff.de acqui.posses.¶†Et maximè, quia mandatum fuit de
bonis certis & in genere : & in l.3.§.incertū.ff.de acqui.pos-
ses.sed ipsi factores assignarunt d.bona vsq; ad vitam eius.er
go non potest dici acquisitum ius in illis bonis nisi usque ad
vitam. ¶Nec adhuc ob.si dicatur quod malignitas procurato
ris vel factoris non debet attendi, sed voluntas principis do-
nantis.l.qui mihi donatum.ff.de dona.l.qui fundum.§.pro-
curator.ff.pro emp.quia respondeo. duobus modis, primò,
quia illa iura loquuntur quando mandatum fuit a tradente
super re certa & specifica : quia hoc casu nudum ministeriū
tradentis præstabat procurator : sed hoc mandatum fuit fa-
ctum in genere; ad procuratorem autem spectabat eligere: &
ista sunt adinuicē valde diuersi effectus. vt patet in c.1.de of-
fi.deleg.in 6.¶Secundò respondeo quod iura in contrarium
* loquuntur quando machinatio fuit in procuratore * illius
cui debebat acquiri : sed nos loquimur in procuratore illius
qui tradere volebat: quo casu machinatio talis procuratoris
bene impedit acquiri dominium illi cui tradendum erat: per
Bar. & glo.& doc. in.l.si is cui.C.de fur.vnde si mando pro-
curatori meo vt sibi rem tradat : & ipse in suo vsu conuertat,
tibi non acquiritur dominium:& per consequens nec condi
ctio furtiua quæ datur domino : secus si fuisset procurator
tuus. cætera supleat præstantia domini iudicis.

ADDITIONES.

a ¶Principem. And.Iser.de prohi.feu.alie.pro Fed. col.26.in vsib.feu.
Bal.l.sicut.in fi.C.de pręscri.30.vel 40.anno. Matth.Affl.in constitu.
quadragenali.de pręscript. fallit quando agitur de landiculis aut si-
milibus.Gui.Pap.deci.Delph.416.dixi in consue.Par.rubri.tit.4.ver.
* vlti. * Sequitur Feli.in c.ad audientiam col.9. extra de pręscrip.vbi
dicit Alex.hic loqui de duce Mutinæ,qui Papam recognoscit.Idem
in Imperio Romano tenet Bal.in l.sicut circa fi.C.de præscr.30. an-
no.Contra tamen tenet Franciscus Aret.consi.154.circa fi.vbi loqui
tur in communi Senarum habente iura fiscalia, vt præscribatur an-
nis 40.Et contra Alex.hic tenent quidam moderni dicentes,eum lo-
qui contra communem,in tracta.præscri.2.parte.5.partis.prin. quia
contra Fiscum præscribitur 40.annis. Bart.in l.in omnibus.ff.de di-
uer.& temp.præscri.Panor.in c.cum a nobis de præscr.præter quàm
in quatuor casibus specialibus,de quibus in d.l.fin.C.de sac.san.ecc.
Quòd præscribatur contra ducem 40.annis Rui.consi.115,nume.2.
& 7.lib.4. Natta.

b ¶Ignorantiæ.suprà consi.71.sed hoc non est simpliciter uerum , vt
* infra lib. 2.consi. 151.in fi. * Aduersus præscriptionem 40. annor.
datur restitutio ex capite ignorantiæ.Doc.in hoc articulo contrarij,
vt per Crauet.consi.201.5.dub. & vide Rui.consil.26. col.2.& fina.
lib.1. Natta.

* Officiales.] De hoc vide etiam notabiliter Rui.consi. 45.col.fin.lib.
4.vbi concludit,quòd,non obstante scientia officialium, venit con-
cedenda restitutio principi.Et v.de Alex.infrà consi.136.col. pen.lib.
1. Natta.

* Dominij.] De hoc verbo Assigno,vide Ias.cons.92.col.1.lib.1.Natta.

* Petentis.] Bal.in l.eam,quam,col.1.C.de fideicomm.dicit.Not.q̄ re
scriptum principis adaptatur ad ea,quæ præponūtur.Vide Ang.Are.
ti.in d.§.præterea insti.de inuti.stip. Natta.

* Summariè.] Vide Ias.optimè declarantem in l.Gallus.§. idem cre-
dendum col.2.ff.de lib.& posth. Natta.

* In procuratore.] Vide Ang.Imo.& Alex.in l.1.§. per procuratorem.
ff.de acqui.poss. Natta.

EPITOME.

CONDVCTOR qui iurauit per vnam cessatio-
nem solutionis cadit ipso iure à tota conductione.

CONSILIVM LXXXV.

Non puto id de quo quæritur longam disputa-
tionem exigere . ¶Propterea breuiter
respondeo postquam conductor anno præsenti non soluit af
fictum prout iurauit & promisit, quamuis non cessauerit in
a soluendo per biennium vel triennium cadit ipso iure a iure
suæ conductionis propter periurium.l.si quis maior.C.de
transa.& in terminis in contractu locationis decidit ita Bal.
in c.querelam. extra de iureiuran. super glossa.1.¶Per quam
decidit quod in terminis illius decretalis ille qui cum iuramē
te promiserat alteri annuam pensionem soluere si semel ces-
sauit soluere : & sic periurus fuit incidit in commissum : &
priuatur iure suo absque eo quod expectetur cessatio bienna
lis.iuxta.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& c.potuit. de lo
ca. & hoc ēt colligitur expressius ex alia gl.fi.in fi.in d.c.que-
relam. ¶Pro hoc bene facit,quia tex. in d.l.si quis maior, lo-
quitur nedum in contractu transactionis: sed etiam in pacto
b iurato, quod est generale ad omnes b contractus.l.ff.de pact.
no.glo.1.in fi.& in l.1.in prin.ff.de actio.& obliga. & ideo di
cūt doc.communiter in d.l.si quis maior. q̄ dispositio illius
legis habet locū in quolibet contractu iurato . bene facit tex.
ibi in versi.placitis. ¶Et eò præsertim, quia dispositio etiam
exorbitans tendens ad maiorem obseruationē iuramenti ex-
tenditur de vno casu ad alium ex identitate rationis : vt not.
in auth.sacramenta puberum.per glo.& doc.C.si aduer.ven-
di.

di. & l. 3. §. 1. ff. de contrario iudi. tute. ¶ Vbi autem non interuenisset iuramentum, an statim possit expelli cum cessat soluere, habetur in distinctione quæ traditur in l. ædem. C. locati. & in l. 2. C. de iure emphy. & in d. §. inter locatorem. vbi per Bar. & alios in auth. qui rem. vbi per Iaco. But. & Bal. C. de sacr. san. eccl. quod hic non discutio: quia non expedit stante iuramento vt in themate præsupponitur.

ADDITIONES.

a ¶Ipso iure. idem Alex. consi. 105. col. 4. li. 3. Ant. Petr. rep. l. 1. de iureiur. effec. 24. Hipp. Mar. sing. 226. Fran. Rip. c. 2. col. 5. de rescr. * Sequitur Ias. in l. 2. C. de iure emph. & in l. si quis maior. C. de transac. de hoc tamen vide Dec. in c. 2. col. 1. de rescr. Et Alex. sequitur Ias. in sua inuest. in verbo, & cum pacto ꝙ dicti Vassali. Et vide Ripam. in d. c. 2. de rescr. nu. 20. Dec. in l. quod te nu. 11. ff. si cer. pet. Natta.

b ¶Omnes. tam Alex. in li. 2. cōsi. 32. in fi. Bal. Ias. d. l. si quis maior. Matthe no l. Guid. Pap. consi. 32. col. 4. consi. 131. col. 9. Cor. conf. 25. li. 2. Dec. consi. 452. Alb. Bru. consi. 48. sed veritas est illic esse casum specialē. vt ibi Rimi. Tho. Parpal. Alci. & Cor. consi. 96 lib. 1. & latius consi. 246. lib. 2. * Ideo si vendidi tibi fundum pro centū, obligaui me de euictione ad duplum. soluisti quinquaginta reliquum iurasti soluere certis terminis, si non soluis potes cogi, & propter periurium perdis precium, & ego liberor ab euictione. ita Matthe. no. 51. refert Ias. in d. l. se quis maior & habui de facto. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quoddam reale, quoddam personale.*
2 *Immunitas dationum perpetuò concessa personæ, intelligitur ad vitam.*
3 *Princeps in dubio non censetur præiudicare fisco, nisi inquantum exprimit.*

CONSILIVM LXXXVI.

In causa Datiorum vini circa quoddam decretum Danielis quondā Concordiensis super quo dubitatur, vtrum tale decretum dicatur perpetuò durare, an verò dicatur temporale, & non habeat vires post mortem ipsius dominæ Antoniæ in ipso decreto vel priuilegio nominatæ? ¶ Et primò videtur dicendum ꝙ istud decretum semper & continuè debeat durare: quia ea quæ perpetuò conceduntur, semper & continuè durant. c. quæ ad perpetuum. 25. q. 1. c. perpetuæ. de elec. in 6. cum sim. ¶ Præterea priuilegium cōcessum a principe intelligitur continuè & semper durare. regula decet concessum a principe beneficium, de reg. iur. in 6. cum multis ibi allegatis in glo. sed istud priuilegium videtur huiusmodi: ergo &c. ¶ Sed his non obstantibus ego puto partem contrariam esse de iure veriorem, videlicet ꝙ tale priuilegium dicatur finiri per mortem dictæ dominæ Antoniæ.
1 ¶Et pro intellectu & solutione dictorum suprà, dico ꝙ † duplex est priuilegium, aliud reale, aliud personale. priuilegium reale semper durat donec res q̄ conceditur durat. c. 1. & 2. & per totum 25. q. 2. §. & hæc diximus. de ver. sig. c. abbate Sancti Syluani. priuilegiū verò personale expirat cum persona. c. petiisti. 7. q. 1. c. 2. de auth. & vsu pal. regula priuile. cū pluribus ibi alleg. de reg. iu. in 6. ¶ Sed istud priuilegium est huiusmodi, scilicet personale; ergo cum persona dictæ dominę Antoniæ expirat. ¶ Et ꝙ sit personale: satis manifestè apparet. nam cum concessum sit personæ & expresso nomine personæ dicitur personale: vt in c. quoniam abbas. de off. deleg. c.
a si gratiosè de rescr. in 6. ¶ Nam priuilegia etiam in dubio [a] intelliguntur personalia si personis concedantur: ita dicit glos. notabilis in summa. 21. q. 3. c. cū venissent. in gl. in verbo personaliter. de insti. ¶ Et clarius gl. in c. tua. in glo. fi. de his quæ
2 fiunt a prælat. sine consensu capi. quæ dicit † ꝙ vbi priuilegiū conceditur personæ sine præfinitione temporis, dicitur durare tale priuilegium vsque ad vitam ipsius. allegat optimū tex. in c. possessione. 26. q. 4. Sed in isto priuilegio apparet euidenter quod fuit concessum ipsi dom. Antoniæ tanquam personæ suæ vt apparet in pluribus locis, & præcipue in prin. dum dicit. dilectę nobis in Christo honestæ mulieri &c. ¶ Prętereà ibi narratur ꝙ multa alia priuilegia temporalia fuerunt concessa viro suo & ipsi mulieri, quoniam etiam molestabatur nuuc confertur imperpetuum, id est, donec vixerit. ¶ Nam verbum perpetuò exponitur, id est donec vixerit cui facta est talis gratia. Ita exponitur per glo. in c. gratiosè. de rescript. in versi. perpetuò, exponitur id est, donec vixerit. & glo. in c. si. in versi. perpetuus. eo. tit. & li. facit text. in l. 1. ff. pro socio. & text. & glo. in c. reperiuntur. in fi. 1. qō. 1. & plures alias exceptiones facit. & facit tex. & glo. in c. ex literis. de constit. cum multis alijs simi. ¶ Ecce apparet ex omnibus istis, quòd illud tale priuilegium fuit personale, & meritò cum persona extinguitur: regula priuilegium. de reg. iur. in 6. & in c. petijsti. 6. q. 1. & in l. leges. in fi. C. de leg. & in l. fi. C. de constit. princi. ¶ Et sic concludendum est ex omnibus supradictis ꝙ domini datiarij datij vini non tenentur nec obligati sunt ad obseruationem talis priuilegij siue indulti. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ imò ipsum decretum est reale, vt ex eius inspectione apparet. Nā ibi dicitur decernentes ex tunc quod in ipsa domo, taberna seu hospitio consueto panem, vinum & alia hospitio consueta vendere possis, tu aut illi qui eam afflictu aut pensione seu iure dominij tenent; vt dignum est, minimeque valeas in aliquo molestari. Nam notandum est verbum dominij, ꝑ quod apparet quod istud decretum voluit comprehendere quod etiā si alteri hæc domus fuerit alienata quod ille talis emptor possit vti tali beneficio seu priuilegio: quia cum appellatione dominij intelligatur de directo. l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pe. meritò de ipso in proprio significatu debebit intelligi, quia ad hoc respondeo, quod verba in priuilegijs nō plus operantur quàm ipsa sonant. c. porrò. de priu. cū si. nā cū in ipso decreto dicatur quod in ipsa domo seu hospitio vendere possis. Deinde subdit minimeq; valeas in aliquo molestari. & sic ipsa verba dicantur esse directa personæ, meritò dicitur personale. iuribus supra alleg. ¶ Non obst. verbum dominij: quia intelligitur de dominio vtili & non directo: nam verba etiam impropriantur secundum subiectam materiam. c. rogo 11. q. 3. c. causam. cum sim. de rescr. facit gl. in c. ad aures, de æta. & quali. c. Griselerius. 22. q. 4. cum sim. faciunt ea quæ not. in c. exhibita. & ibi per d. Abb. in princ. de iudi. & faciunt ea quæ no. in c. nam concupiscentiam. de consti. ¶ Facit ēt, quia ratio sequens restringit dictum generale præcedens. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. nam si dictus concedens voluisset etiam successores comprehendere, facile fuisset ei dicere, minimeq; valeas ac successores tui valeant molestari. vt in c. ad audientiam. de deci. & ideo cum non dixit & tacuit, meritò non voluit ipsos successores comprehendere. arg. tex. in c. nonne. de præsum. & in l. maritus. C. de procu. c. qualis. cum sim. 25. dist. ¶ Et si dicatur, quare non debemus ita illud verbum minimeq; valeas molestari, impropriare sicut verbū dominij. quia ad hoc respon. quia cum de natura ipsius priuilegij directi personæ sit esse personale & non reale iuribus supra allegatis, meritò potius debemus sequi naturam veram ipsius naturæ priuilegij quàm eius accidentia. ¶ Ad hoc facit in simili quod notabiliter dicit Specu. in tit. de inquisitione. §. pen. ver. quid si in litera. vbi dixit ꝙ vbi aliàs princeps possit committere causam in forma iudiciali & non iudiciali, & factis commissionibus, & inquisitionibus, ꝙ in dubio semper præsumere debeat ꝙ voluerit committere in forma commissionis iudicialis: quia res reuertitur ad naturam sui. c. ab exordio. 35. dist. cum simi. ¶ Ita dicimus in proposito ꝙ cùm ex isto decreto fiat præiudicium fisco: quia ipse fiscus minus recipit quàm reciperet nisi esset tale decretum, meritò vt facilius res reuertatur ad primum statum, scilicet ad commodū fisci debemus præsumere ꝙ fuerit priuilegium personale & & non reale. Et maximè, vt dictum est, natura priuilegij directi personæ intelligitur personalis, & vt minus præiudicetur fisco. ¶ † Et in dubio intelligimus semper principem noluisse iuri ipsius fisci derogare * nisi tantum inquantum expressam fecerit mentionem. arg. c. super eo. de offi. delega. & etiam quod dicit do. Ant. in c. ut debitus. de appel. Ex quibus omnibus concludo partes dicti iudicis esse in iudicando priuilegium ipsum fuisse & esse personale: & meritò cum persona extinctum fuisse: in regula priuilegium. de reg. iu. in 6. cum sim. ibi allegalis. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

a ¶In dubio. adde ꝙ concessio præsumitur personalis. Bald. consi. 115. lib. 1. Ioan. Ana. consi. 20. Alex. supra consil. 84. nume. 6. col. 101. in fi. infra eo. Lanc. Deci. in l. apud Iulianum. §. fi.
* Derogare.] Facit tex. in l. nec damnosa. C. de preci. impe. offe. Natta.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confessio qualificata non potest acceptari sine qualitate.*

CONSILIVM LXXXVII.

In causa Ludouici de Arengeria cum Ludouico de Gilinis fit dubium. ¶ An in executione sententiæ librarum 20. petita contra Ludouicum de Gelinis debeat admitti compensatio cuiusdã mercedis quæ dicitur deberi per Ludouicum de Arengeria Antonio quondam Michaelis de Rubena occasione fassorum quatuor mille factorum per dictum Ant. Ludouico de Arengeria ad rationem solid.4. pro cẽtenario & occasione 20. vitium lignarum factarum per dictum Anto. dicto Ludo. ad rationem solid. 4. pro qualibet vice. ¶Et pro parte dicti Ludouici de Gilinis dicitur ꝙ sic, eò quia apparet sufficientem confessionem Ludouici de Arengeria dum respõdet positioni inci. Itẽ ꝙ dic. Ant. ex dictis lignis & etiam positioni proximè sequenti. ¶Contrarium mihi videtur proculdubio esse verius. primò, quia in positione dicitur nõ credit nisi de quatuor mille quingentis fassis ex alia causa quam ex causa obligationis Ludouici de Gilinis. oportet enim quod dicta confessio acceptetur cum

a sua a qualitate. vnde si confiteor me tibi promisisse sub certa conditione, oportet quod tu acceptes confessionen cum illa conditione adiecta in ea. ¶Et ideo si confiteor me promisisse tibi. 10. vt tu dares mihi librum, non potest acceptare confessionem in ea tantum parte in qua dicitur qd promisi tibi. 10. ista habentur per gl. Bart. & omnes in l. si quidem. C. de exce. per Cy. & Bal. in l. 2. C. de do. ante nup. & Cy. in l. 1. C. de cõ

* fes.* in 13. q. & ibi dicit quod non refert an sit facta confessio qualificata in vno tantum. c. an in duobus tantum connexis: ar. l. etiam. §. 1. ff. de min. & in l. in hoc iudicio. ff. fa. erc. idem dicit Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de lib. le. & no. Spe.

* in ti. deposi. §. fi. versi. pe. & Arch. in c. 1. de confessis.* in 6. & no. doc. in c. bonæ. el 2. de post. prelato. cum si. sed dicta confessio est etiam in vno & eodem capitulo qualificata: ergo nõ potest diuidi. ¶Et bene aduertatis quod id dicta responsione nõ est illa aduersatiua: sed ex alia causa imò absq; ulla aduersatiua respondit. & sic sumus propriè in casu no. in d. l. si quidem. ¶Nec ob. si diceretur quod quando præsumptio est cõtra confitentem; tunc potest acceptari principalis confessio, & reprobari qualitas, vt per Bartol. in d. §. idem quæsijt. quia posito quod opin. Barto. esset vera quam tamen multi reprehendunt in confessione facta sub vno & eodem c. ut Sali. in l. 1. C. de confessis & Bar. in l. 10. ff. de ver. ob. ¶Tamen dico quod in casu nostro nulla est præsumptio iuris contra qualitatem adiectam in confessione: nam si in confessione confiteretur quod fecisset illos fassos pro alia causa indebita vel illicita esset bene præsumptio contra illam qualitatem. l. cum de indebito. in prin. ff. de proba. c. super hoc. de renun. l. meritò. ff. pro socio. l. si procurator. ff. de condi. inde. cum si. sed non ita dicitur in d. confessione quod fuerit pro causa illicita vel indeb. ¶Accedit, quia apparet etiam Iaco. principalem debitorem & laboratorem Ludouici de Gilinis esse obligatũ pro alia quantitate dicto Ludo. de Arengeria vltra quantitatem debitam per Ludouicum de Arengeria aduersus Ludouicum de Gilinis. nam est debitor in alijs libris 28. Bon. quas promisit Ludouicus de Arengeria soluere Philippo de Rubena intra certum terminum iam elapsum, de mandato dicti Ludouici vt constat publico instrumẽto producto apud acta absque eo quod soluerit, & constat quod Iacobus remanet obligatus. d. Ludouico de Arengeria, non autem ex mandato Ludouici est acquisita actio dicto Philippo. l. si cum Cornelius, ff. de sol. saltem cum non appareat de illa acceptatione vel ratihabitione dicti Philippi. l. si ego. ff. de ne. gest. & ista est illa causa propter quã dictus Ludouicus de Arengeria dicit Ant. fecisse dicta ligna. s. vt compensaretur in illa quantitate quæ est vltra dictas libras 20. petitas aduersus Ludouicum de Gilinis: ut etiam clarè patet ex responsione facta ad penultimũ positionem: & in hoc nulla est præsumptio iuris contra Ludouicum: quia potuit conueniri quod dicta ligna compensarẽtur in eo quod superest vltra quantitatem dictarum librarũ. 20. petitam. ¶Denique agit contra Ludouicum de Gilinis eò quia conduxit Iac. in laboratorem suum. certè pro eo Iacobo non potest opponi compensatio de eo quod debetur Anto. à Ludouico de Arengeria cum non appareat fuisse actum inter dictos Iaco. & Ant. se obligantes dicto Ludouico in solidum in dicto instrumento quod erant socij in certa obligatione adeò quod commodum & incommodum deberet ex eorũ conuentione esse cõmune inter eos. Ita decidit Bar. in repe. l.

* ex duobus.* in vlt. q. iuncti no. per eum in 6. q. ff. de duobus reis. & etiam quia non apparet quod tantundem quantundẽ est id de quo opponitur compensatio peruenerit de bonis dicti Ludouici be Arengeria ad dictum An. vñ per Bar. in d. l. ex duobus. in fi. ¶Præterea quomodo potest Ludouicus hanc exceptionem opponere cum non sit fideiussor Ant. nec etiam Iac. quod est fortius nam fideiussio non contrahitur sine verbis. l. blanditus C. de fideius. ergo non sumus in casu quod possit suffragari dicta allegata exceptio compensationis. l. vorum. cum si. ff. de compensa. ¶Fortificantur prædicta, quia in positionibus Ludouici de Gili. solum deducit vnum dictum in quo dicit quod Iac. tenetur Ludo. de Arenge. & Ludoui. de Gilinis ex forma statuti solum tenetur pro Iacobo laboratore, non pro Antonio, quomodo ergo potest dici quod Ludouicus qui tenetur pro dicto Iacobo opponere possit compẽsationem de eo quod debetur Ludouico de Arengeria non Iaco. seu Anto. certè non potest esse, si appareret Anto. consentire huic compẽsationi cum id tamen non apparet. tex. est in l. rem suam. §. creditor. & ibi gl. ff. de compensa. ¶Præterea non apparet ex positionibus dicti Ludouici de Gilinis & responsionibus eis factis quod istud debitum in quo dicitur Ludouicum de Arengeria teneri. d. Antonio ex causa dictorum lignorum fuerit creatum ante instrumentum factum inter dictum Ludo. dictos Iaco. & Ant. de quo apparet in actis: & cum potuerit esse ante, remanebat extinctum propter solutum factum in dicto instrumento. & probatio sua non concludit de necessitate & exceptio compẽsationis non est clara, ideo non releuat contra Ludouicum de Arengeria qui habet intentionem suam clarè fundaram ex instrumento. l. matrẽ. C. de proba. l. cum actum. cum ibi no. ff. de neg. gest. & no. in cle. fi. de rescr. & declarat Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nun. ¶Ex quibus patet quod ex multis capitibus, & ex quolibet per se non potest Ludouicus de Gilinis ex dicta cõpensatione se tueri, & ex his apparet nullo modo obstare nonnulla quæ per eximium aduocatum partis aduersæ copiosè allegata sunt Alex.

ADDITIONES.

a ¶Cum sua. Vide in eo. consilio 123. col. 4. * Vide ad prędicta Ang consi 304. incip. Visa dicta scriptura. & Abb. in d. c. bonæ de elect. col. pen. vsque in fi. comm. Natta.

* Et Cy. in l. 1. C. de confess.] Vide etiam ibi Bald. col. 3. & in l. 1. col. fi. C. de eden. Natta.

* Et Arc. in c. 1. de cõfesfis.] Et istud ibi sequitur Dom. vbi ẽt ponit no. dist. Istud ẽt. Alex. tradit cõsi. 66. col. pe. li. 6. Illa pars, q̃ facit pro cõfitente, põt improbari per probabiles rationes, & coniecturas Abb. in c. ad hæc col. 2. 3 no. de postul. præla. & in c. bonæ col. 3. in fi. eo. titu. Et ꝙ vbi sub diuersis orationibus concepta est confesfio possit pro parte acceptari, & pro parte respui; And. Sicu. consi. 3. Clementissimi Dei. col. fi lib. 2. Natta.

* Ita decidit Bart. in repe. l. ex duobus.] Quòd compensatio posfit opponi ex persona vnius quando sunt plures rei debendi. Alex consil. 149. in prin. lib. 2. Natta.

EPITOME.

STATVTVM vocat ad successionem cognatos proximiores in gradu, non per hoc excluditur repræsentatio iuris communis inter filios fratrum.

CONSILIVM LXXXVIII.

Quod concurrere debeant filius fratris præmortui & patrui eiusdem filij patris fratres in successione prædicta sicut est de iure cõmuni prouisum in §. reliquũ. in auth. de hær. ab intest. & in auth. vt fratrum filij. in princi. col. 9. nõ obstante ꝙ statutum dicat ꝙ succedant cognati masculi prout in gradu sunt proximiores vel concurrentes vsq; ad

ad quartum gradum, probatur per tex. iuncta gl. in l. cum ita. * §. in fideicommisso. in ver. proximo.* referendo ad tex. glo. ff. de leg. 2. Nam ibi dicitur in tex.† q si testator reliquit fideicō missum eis qui sunt de familia vel agnatione sua, intelligitur relinquere ei qui in familia seu agnatione tenebat gradū proximum. quod verbum exponitur in priorem gradum. l. proximus. ff. de ver. sig. l. 2. §. hæreditas. ff. de suis & legi. & tamen glo. in d. §. in fideicommisso. in verbo proximo relata ad text. vult q etiam illo casu vocabuntur filij fratrum pariter cum patruis, iuxta auth. cessante. C. de legi. hær. ¶ Et doc. ibi videntur communiter transire cum glo. excepto tamen Bal. qui illam gl. ibi reprehendit dicens q illa glo. non est vera in terminis illius. §. quia in §. in fideicommisso, prædicto, consideratur quis sit potior seu prior in gradu ad quem habuit testator maiorem affectionem:* & maiorem videtur habuisse ad fratrem quam ad fratris filium, secundum Bal. qui respondet ad d. auth. cessante. quia ibi loquitur in dispositione legis, sed text. in d. §. in fideicommisso, loquitur in dispositione testatoris, in qua consideratur ad quē maiorem habuit affectionē testator. & pro hoc allegat. l. 3. §. si duo plures. ff. de legit. tut. ¶ Sed in hoc Io. de Imo. in d. §. in fideic. reprehendit opi. Bal. & tenet opi. gl. quia in illo tex. dr̄ quod eodē modo vocant ad tutelā prout vocātur ad hæreditatem. ¶ Unde qn̄ in successione ita hæreditatis licèt non vocentur pariter filius patroni & nepos ex altero filio, sed solus filius tantum. l. libertus. ff. de bon. liber. non mirum si etiam iudicetur idem de liberti tutela: quia tutela & successio a pari procedunt vt d. §. si duo. & in aut. de hære. ab intest. §. ex his. cum si. & secundum Io. de Imo. responsio Bal. data ad tex. in d. auth. cessante. non est bona: quia tex. in d. §. in fideicommisso, non dicit magis inspiciendam esse affectionem quam dicat tex. in dicta aut. cessante. Sed solum dicit tex. in d. §. in fideicommisso, in proximiore gradu esse vocandos. quod quidem debet intelligi secundum ordinem successionis. vt in simili dicitur in d. §. si duo. & ita residet Io. de Imo. in d. §. in fideicommisso. in fi. & sic videtur

2 decidere casum nostrum gl. illa iuncto illo tex. ¶† Quinimò, dato quod illud quod dicit Bar. in d. §. in fideicommisso, esset verum, nō obstat quò ad casum nostrum, quia in casu nostro tractatur de dispositione legis & statuti, non de dispositione hominis vel testatoris. & fatetur Bal. gl. in d. §. in fideicōmisso verā esse in dispositione legis. ¶ Præterea reperio quod Bald. in d. consi. inci. In nomine Domini casus talis est, quidam Titius accessit &c. secutus est gl. in d. §. in fideicōmisso. per quā dicit quod si testator dixerit substituo filio meo proximos meos, quod videantur substitutæ sorores & filius alterius sororis premortuæ. alle. gl. præallegatam. ¶ Fortificantur prædicta per ea quæ dicit Bar. in l. 1. §. si filius. ff. de coniungen.

3 cum eman. lib. vbi dicit† quod iura quæ dicunt quod in materia successionis hæreditatis nepos in locum patris succedit, debent intelligi, id est, in gradum suum. si nepos succedere dicitur in gradum patris sui quò ad effectum succedendi, sequitur quod debet succedere hic filius fratris sicut succedere

4 pater suus. ¶† Corroboro, quia in statutis habet locum extēsio passiua procedens ab alijs regulis iuris commis in l. 1. §. ff. ad l. falci. & not. Bar. & alij in l. si quis seruo. C. de fur. & per id quod ibi no. gl. iuncta. l. vt tantum. §. 1. ff. de seruo corrupto. & no. in l. quod verò. ff. de legi. & Bar. ī l. omnes populi. in 2. q. prin. ff. ad tre. Sed de iure communi habemus regulā communiter dicētem quod subrogatum seu succedens in locum alterius sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriam. ff. si quis cau. c. ecclesia. el 1. cum si. vt lite pendente. sed dictus filius fratris succedit in gradum & locum patris sui. d. §. reliquum. & no. Bar. in d. §. si filius. ergo sicut statutum admisisset patrem istius filij fratris ad concursum cum fratribus, ita censetur admittere filium subrogatū & succedentem in locum & gradum eius. ¶ Corroborantur prædicta per illud verbum positum in statuto. dum dicit prout in gradu sunt proximiores, vt concurrentes vsque da quartum gradum. Nam posito quod filius fratris cū patruis suis diceretur concurrere in eodem gradu cum dicitur secum cur

5 rere videlicet in successione. præallegata aut. cessante.† nam concurrentes illi dicuntur qui simul ad ius aliquod consequendum de iure veniunt. l. vnica. vers. si verò non omnes. C. de cadu. tol. l. si finita. §. cum autem. ff. de dam. infe. & l. idem. in prin. ff. qui po. in pig. hab. & licèt alias verba prout in gradu deberent intelligi fortasse repetita in illo participio cōcurrens, tamē hoc casu in dicto statuto non debent intelligi repetita, ne alias induceretur correctio iuris communis. l. quod frater vt prior in gradu excluderet in totum filium fratris. ¶ Hoc probat no. gl. in c. cupientes. §. quod si pro 20. in ver. petere. de elect. in 6. vbi gloss. vult quod inquantum tex.

6 ibi dicit† quod si electi personaliter comparere, & suarum electionum confirmationem seu persecutionem vel executionem petere, nulla iusta causa interueniente contempserint, quod non debeat illud verbum personaliter referri ad verbum petere: sed solum ad verbum comparere, ne inducatur correctio iuris, licet alias si non resultaret talis correctio, fieret talis repetitio: & pro hoc vt statutum offendat minus ius cōmune & ius priuati licitum est verba statuti impropriare: probatur in c. cum dilectus, de consue. quem tex. ibi ponderauit Anto. de But. Io. de Imo. in no. ¶ Attento maximè quod etiam secundum istum intellectum plura operatur & multa disponit vltra & contra ius commune in præferendo masculos fœminis: & in alijs vt ex eius inspectione apparet. ex quibus concludo dictum filium fratris admitti ad successionem in locum patris defuncti vnà cum patruis. Alex.

ADDITIONES.

Istud consilium est duplicatum infra consi. 137. eod. lib. & ibi illud est magis correctum. Natta.

* Proximo.] De hac glo. in §. fideicommisso, vide Ias. consi. 4. lib. 1. Ias. in l si auiæ, col. 2 C. de successo. edic. Et Vide circa hoc etiam latissimè Dec. consi 1. & in l. si auiæ. C. de successo. edic. & Ias. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupilla. col. 2. Et quòd in dispositione. l. vel statuti. idem iudicandū sit de filio fratris, quod de fratre adeò vt concurrant, Alex. consi. 36. col. 3. lib. 6. Natta.

* Affectionem.] Pro confirmatione huius responsionis, quòd considerari oporteat in fideicommissarijs substitutionibus affectionem testatoris; non dispositionē legis, facit optima decisio Bar. in l. Lucius ad fi. ff. de vulga. & pupilla. quam refert, & sequitur Alex. consi. 16. col. 2. lib. 6 Et adde, quòd nepos nunquam subintrat locum patris, vbi aliqua qualitas requiritur, in qua deficit. Alex. consi. 123 col. 2. lib. 1. & contra distinctionem Alex. hic consuluit Ias. consi. 215. dub. 3. lib. 2. Et quòd in fideicommissis, nepos cōcurrat cum patruo Ias. consi. 159. dub. 2 lib. 4. Dec. consi. 73. 1. dub. Et aliter sentit cons. 217. Et quod in dispositione statuti concurrant, Dec. consi. 299. col. 3. q. 9. Et vide Deci. consi. 408. Circa finem vbi ponit, quid si sit dictum, salua gradus prærogatiua. & latè etiam ponit consi. 412. Et quod in fideicommissis non concurrant tenet consi. 478. col. penul. Et vide eundem consi. 480. dub. 2. vbi subtiliter considerat, quòd non vocantur nepotes cum patribus, quando patrui nominatim fuerunt vocati, quia præferuntur nominatis in genere, & multo magis non nominatis. & in statuto vocante fratres quòd filij fratrum concurrant, Deci. consi. 484. dub. 2. Et quod in statutis filius fratris concurrat, Dec. consi. 527. per totum. Et in emphyteusi Ruin. latè consi. 163. per tot. lib. 1. Et in terminis Alex. vide Bal. not. consi. 488. Casus talis est. Quidam Titius decessit, lib. 3. Et q differentia sit inter dispositionem hominis, & legis, vt vna recipiat fictionem, altera non; Alex. consi. 5. col. fi. lib. 7. Natta.

EPITOME.

PROCESSVS factus post recusationem est ipso iure nullus. Quid autem in facto post appellationem, distinguitur. nu. 9.

CONSILIVM LXXXIX.

1 Diligenter consideratis his quæ in themate continentur, circa primum dubium, † videtur prima consideratione dicendum, iudicem legitimè recusatum ne dum cognita recusationis causa potuisse procedere & sic processum valuisse. ¶ Et primò probatur per text. in c. iudex ab apostolica. de off. deleg. lib. 6. vbi iudex postquā est recusatus potest tamen de partis recusantis consensu delegare: ergo per recusationem nō desijt esse iudex causæ: quia si desijsset esse iudex, consensus nihil operaretur quò ad hoc vt posset causam alteri delegare. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iudi. in cap. significantibus. de off. dele. ¶ Secundò proba-

2 tur ex eodem. c. iudex. in fi. vbi habetur † quod lata sententia super recusatione omnino desinit esse iudex; ergo text. aperte

tè innuit q ante latam sententiam non desinit esse iudex. ergo si retinet iurisdictionem in habitu, licèt contra exercitium iurisdictionis possit obijci exceptio recusationis tamē si illa nō ob. & iudex procedat ad vlteriora, videtur tacitè pronunciare super exceptione & illam reijcere: vt in c. ex parte. cum ibi no. de appe. l. ait prætor. §. permittitur. & ibi per Bar. ff. de mi no. no. Bart. in l. a procedente. C. de dila. & idē doc. in c. 2. de dilat. & in c. exhibita. de iudi. ¶ Tertiò pro hoc facit recusatio & appellatio equiparātur: ut in c. super eo. el ij. de appell. no. Io. And. in rub. de app. sed si appelletur ab interlocutoria: & iudex a quo procedat ante inhibitionem sibi factam, pendet processus ex futuro euentu. quia si pronunciabit pro appellāte irritum fuisse processum dicti contractus. c. non solum. de app. in 6. & in d. c. exhibita. cum sim. sed verum est quod non fuit in proposito pronunciatū dictum iudicem fuisse legitime recusatum nec etiam cōstat probatam esse legitimam causam recusationis iuxta. c. suspitionis. de offic. deleg. ergo processus tenuit sicut & quando proceditur pēdente appellatione, vt dixi. nam ille qui ibi appellauit prætendit iudicem esse suspectum ratione grauaminis. facit quod habetur in cap. ad hoc. de appel. ¶ Quartò ad idem videtur tex. in l. non distinguemus. §. quidam. ff. de arbi. vbi etiam processus factus ab arbitro post recusationem non est ipso iure nullus. Vltimò con firmatur authoritatibus: nam istam opin. tenuit Innoc. in c. cum speciali, de app. Spe. in ti. de recus. in prima parte. §. qualiter. ver. quia si subdelegatus. & Lap. in c. iudex. & Ang. in l. quia poterat. ff. ad treb. & Io. de Imo. in l. quidam, de re iudi. ¶ Sed præmissis non obs. contrariam sententiam de iure probabiliorem esse puto per tex. in l. 1. C. si quacunque præditus potestate. vbi facta iudicis protestatione ab eo eximitur omnis iurisdictio. ¶ Secundò per tex. in c. requiris. in verbo tunc
3 demum, de app. vbi patet † quod postquam electi sunt arbitri qui cognoscere habent de causa recusationis, non potest iudex vti iurisdictione nisi tunc demum cum intra terminum præfixum ab arbitris ad probandum de causa recusationis nō fuerit probata causa recusationis: sed in themate nostro præsupponitur electos fuisse arbitros, ergo &c. ¶ Tertiò per text.
4 in c. legitima. de app. in 6. † vbi permittitur iudici potestas cognoscendi in causa principali solum quando arbiter intra terminum a iudice præfixum non terminat causam recusationis. ¶ Quartò per text. in c. iudex. vbi iudex recusatus non processit de cōsensu recusantis: sed in proposito iudex recusatus in causa nihil agere potest nisi de consensu recusatoris: nec ob. quod potest de consensu recusatoris, ergo non desijt esse iudex attento quod aliàs consensus recusantis nihil operaretur. d. l. priuatorum. quia respondeo quando recusatus cōsentit quod iudex procedat, tunc cessat causa propter quam priuabatur iudex iurisdictione. s. per suspicionem quam de eo pars habebat, ideo lex abdicat iurisdictionem ab eo non simpliciter; sed cum ista qualitate vt procedere possit de cōsensu recusantis. Vel secundum Io. de Imo. in d. c. iudex. potest responderi ad illum tex. quod licèt per recusationem eximatur a iurisdictione, tamen quia hoc est fauore recusantis potest euanescere ex eius facto & consensu. & hac ratione inspecta. tex. ibi in fi. uoluit ante latam sententiam super recusatione non expirare iurisdictionem iudicis recusati. s. quia potest cognoscere de consensu recusantis antequam feratur prædicta sententia non post. & hoc modo erit sublatum primum & secundum ar. adductum per partem contrariam. ¶ Quintò probatur, quia recusatio & appellatio a pari procedunt. l. apertissimi. C. de iud. & d. c. super eo. sed facta appellatione pendente sunt nulla. c. per tuas. de sen. excom. c. licet. eo. tit. li. 6. & li. 1. ff. nil nou. ap. pen. ¶ Vltimò probatur authoritatibus: nam hoc tenuit gl. in c. quoties episcopi. 2. q. 6. & in c. quia suspecti. 3. q. 5. & gl. in d. l. apertissimi. in ver. executore. & Hostien. & Io. An. in d. c. cum speciali. & d. l. legitima. & Bar. in l. quia poterat, ad trebe. & Lapus alle. 1. & Pet. de Ancha. in d. c. iudex. & idē tenet Sali. in d. l. apertissimi. ¶ Idem ibi uoluit Ant. scilicet quando iam essent electi arbitri, secus si non essent electi: quia tunc dicit procedere posse opi. Inn. ¶ Et ita dicit Dominicus de S. Gemin. in d. c. iudex. & d. c. quoties. volens
5 † quod quando sunt electi arbitri processus non ualeat per d. c. requiris. de app. & ita dicit velle Host. in d. c. legitima. Sed antequam sint dicti arbitri proposita tamen causa recusationis, tunc sunt opin. inter doc. an processus valeat: & tandem ipse tenet quod non per d. c. iudex. & ita dicit sentire glo. ibi in ver. proponatur. in fi. ¶ Istam opin. sequitur etiam do. Ab. modernus in disputatione sua incip. Clericali ordine. uolens
6 † quod processus factus post recusationem sit nullus [a] quia
a iudex recusatus procedens in causa antequam sit pronunciatum super recusatione facit contra iuris ordinē. d. c. cum speciali. & d. c. suspicionis ergo processus est nullus. alleg. l. prolatā. C. de sen. & ad hoc etiam allegat. d. c. iudex. ¶ Istud etiam in iudice delegato videtur tenere Ant. de But. in d. c. cum specia
7 li. vbi dicit † quod processus erit nullus quando iudex processit eo tempore quo ab eo erat abdicata iurisdictio. & dicit quod in delegato dicitur abdicata iurisdictio secūdum quod distinguitur in d. c. iudex. videlicet post recusationem si iudex procedat sine consensu recusantis, vt dixi post istā opin. ¶ Fa-
8 cit bene quod not. Inn. in c. cæterū. de rescr. vbi tenet † quod si iudex delegatus coram quo fuit opposita exceptio quando non poterat cognoscere vigore secundarum literarum, quia primæ tollebant secundas, & quo casu debet deuenire ad electionem arbitrorum propter dubium, vt in c. pastoralis. in prin. de rescr. post talem exceptionem procederet, processum esse nullum, secundum Inn. in d. c. cæterum. ¶ Et ideo refert Host. licet Inn. in d. c. cum speciali teneat processum factum a iudice non recusato ualere, tamen audiuit quādoque Inno. contrarium dicere. ¶ Non ob. primum & secundum argu. in contrarium adducta, quia ad illa fuit responsum. supra. in 4. arg. ¶ Ad tertium ar. respondeo, quod si intelligamus quod recusatio æquiparetur appellationi. s. ab interlocutoria, tunc respondendum est quod illud est verum quo ad formā, quia tam in recusatione quam in appellatione ab interlocutoria requiritur expressio causæ: vt in c. vt debitus, de app. & in d. c. suspicionis. non quo ad alium vt patet in d. c. si contra vnū. in fi. de of. dele. in 6. vnde videmus quod à iudice exequente non appellatur. c. nouit. de app. l. ab executore. C. quorum app. & tamen potest recusari. Item non appellatur a iudice nisi grauet. 2. q. 6. c. omnis oppressus. l. 1. ff. de app. l. ab executore. C. quorū app. & tamen potest recusari, & per multas alias rationes probant doc. in d. c. super eo. el 2. ¶ Quartò non ob. l. non distinguemus. §. cum quidā, de arbi. primò quia dicit Io. An. in addi. Spe. in tit. de recusatio. §. qualiter. versi. quid si subdelegatus. quod ille tex. facit pro & contra. nam negari non potest quin ille tex. faciat contra. opi. Inn. inquantū ibi dicitur quod saltem ope exceptionis infringitur ille processus qui post recusationem factus fuit. non obst. authoritates in contrarium allegatæ, quia respondeo primò quod magis communis sententia gl. & doc. est in contrariū & ab illa non est recedendum, vt habetur in locis vulgaribus. prætereà illi qui tenent opi. contrariam non loquuntur quod arbitri iam essent electi vt dixi. supra. &c. ¶ Et ex his infero ac decisionē
6 secundi dubij, s. an † iudice non legitimè recusato: & ab eo appellato ob nonnulla grauamina, si postea procedit valeant eius actitata: & an exceptionis ope vel ipso iure sint nulla. ¶ Et videtur dicendum quod non sint nulla si facta fuerint à iudi. post appellationem ab interlocutoria, ante tamen quam esset sibi inhibitum per iudicem ad quem, per c. non solum de appel. in 6. & ideo videtur quod debet attendi an appareat iustè appellatum vel non: primo casu veniunt reuocanda gesta ap. pendente. secundo casu non, vt habetur in d. c. non solum. §. 1. ¶ Tamen his non ob. concludo quod indubitatū est, processum esse nullum si factus fuisset post inhibitionē, vt ibi. & idem si factus fuisset postquam ipsemet iudex à quo detulisset app. quia per illam delationem omnem a se iurisdictionem abdicauit. c. cum appellationibus friuolis. de app. in 6. l. 1. in prin. ff. nil not. app. pen. l. intra vtilem. in princi. ff. de mino. ¶ Vbi autem neutrum istorum factum esset; & tunc
* dico quod aut nos quærimus vtrum gesta per iudicem à quo circa articulum a quo est appellatum valeant, dicendum est quod non quia quò ad illum incontinenti suspensa est iurisdictio iudicis à quo. c. dilectus filius. §. sarracenus. de rescrip. qui tex. ibi singulariter ponderatur ad hoc per Ant. de Butr. in vlti. no. & etiam in vlti. col. & cum eo transit Io. de Imo. & idem dicunt ipsi quò ad ea quæ sunt connexa illi articulo super quo est app. c. super eodem. de app. facit. c. licèt. & q ibi no. glo. in c. conualescat. de sent. excom. in 6. ¶ Quantum verò ad

rò ad capitula separata dicendum est quod attenditur an su-
per eis processum fuerit post delationem ipsius iudicis a quo
seu post inhibitionem: quibus casibus omnia sunt nulla. & si
non fuit delatum nec inhibitum secundum magis communẽ
opi. reuocantur attenta si iustificatur app. & si constet bene
appellatum. aliàs non per d.c.nõ solum. & latè prosequitur.
d. Abb. in d.c. super eo. post alios. ¶Et in casibus in quibus di-
xi supra abdicatam seu suspensam esse iurisdictionem iudicis
a quo ut per delationem vel inhibitionem vel simplicem ap-
pellationem quantum ad arti. super quo est appellatum, vel
quò ad illi connexa. verum erit dicere quod omnia gesta sunt
ipso iure nulla quò ad iuris effectum, vt probatur, 2.q.6. in c.
quoties episcopi. in verbo nihil erit. & in d.c. licet. cũ gl. ¶Est
verum quod si illud attentatum appellatione pendente con-
sistit non solum in iuris effectum; sed etiam in facto vt tradi-
tio possessionis vel rei: tunc quatenus respectu facti fuit pro-
cessum, requiritur reuocatio attẽtatorum. & de ista loquitur
tex. in d.c. non solum. & not. 2.q.6. arg. in gl. fi. & Lapus alle-
ga. prima. & Archid. in d.c. quoties episcopi. & Moder. in c.
7 concertationi, de appel. in 6. ¶† Quæ autem dicantur capitu
la separata de quibus. supra mentionem feci declarant plenè
* docto. in d.c. super eo. * nam sunt illa quæ non habent in ali-
quo impedire vel impugnare negotium principale: vt si con-
tra libellum actoris opponatur exceptio quæ concernat mo-
derationem executionis sententiæ ferendę: vt quia reus non
neget se debitorem in totum: sed dicat teneri ipsum exigi nõ
posse nec debere insolidum; sed quatenus facere potest: quia
si talis exceptio non admittatur per iudicem & per hoc appel
latur, appellatio dicitur esse super articulo separata: scilicet a
negocio principali. ¶Ex prædictis ergo comprehendet iudex
ex processu an post appellationem processum fuerit super ar-
ticulo super quo fuerit appellatum an super connexo, an verò
super separato: & sic an gesta sint nulla vel non, vt facilè colli-
gitur ex supradictis. ¶Quò autẽ ad id quod vltimo loco quę-
ritur quo remedio dicto domino Iaco. succurratur aduersus
executionem factam per iudicem a cuius sententia diffiniti-
ua fuit appellatum: & in hoc concludo quod nullum est fa-
uorabilius remediũ quam implorãdo iudicis officium à quo
petatur reuocari omnia attentata ap. pen. per allegatum. c. nõ
solum. in prin. per l. 1. in prin. ff. nil noua. ap. pen. officium
verò iudicis ad quem est illico facere omnia in pristinum sta-
tum restitui, ut ibi. & in c. bonæ. vbi plenè no. per doctor. ex-
tra de appellatio.

ADDITIONES.

2 ¶Nullus etiam antequã sit appellatum Paul. consi. 231. li. 1. consi. 113.
lib. 2. Ang. Aret. insti. de fideic. hæ. §. ergo si quidem. Phi. Fran. c. iudex.
co. 3. de offi. deleg. lib. 6. Deci. cons. 175. nisi recusans voluntariè cõ-
pareat & procedat. Panor. c. sciscitatus. de rescrip.

* Vtrum gesta per iudicem à quo.] Vide etiam Soci. not. declarantem
consi. 45. 3. dub. lib. 1. Quid si ante inhibitionem iudex ferat diffiniti
uam; Dic quod à diffinitiua poterit appellari, & potest appellans v-
tranque prosequi, vel vnam tantum. Et si in iudicio appellationis ab
interlocutoria obtinebit, diffinitiua est irrita. vt de præmissis habe-
tur per gl. & docto. in cle. 1. de dolo, & contu. Et antequam sit cogni
tum super appellatione interlocutoriæ non fit executio diffinitiuæ:
nisi sit tertia diffinitiua. cle. 1. versi. Similiter de re iudi. Natta.

* Docto. in d.c. super eo.] Dic quòd si appelletur ab expensis in quibus
fuit condemnatus ratione contumaciæ, nihilominus iudex in causa
principali procedit, ita Abb. in d. ca. super eo, el primo, de appella. Se
quitur Dec. confirmando cons. 33. col. 2. in fi. & idem Dec. in l. 1. C.
de bo. pos. sec. tab. col. 1. Vbi dicit, quòd vbi est facta inhibitio per
iudicem ad quem, Iudex, à quo super articulo etiam separato non
procedit. Aduertatur etiam, quia si in appellatione ab interlocuto-
ria Papa committat totum negocium, intelligitur, iustificato graua-
mine. Feli. in c. causam, quę col. 13. de rescr. quod not. quia habui de
facto. Et, vbi appellatur ab interlocutoria ad inferiorem à Papa, non
potest procedo omisso articulo appellationis, etiam de cõmuni par-
tium consensu c. 1. de fo. compe. in 6. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Confessio aeceptata non potest incontinenti reuocari.*
2 *Sententia lata non potest corrigi nec emendari. nu. 3. & 5.*
4 *Verba lata & data &c. non sunt de perfectione sententiæ.*
6 *Sententia incerta valet si per relationem ad statutum potest certificari.*
7 *Satisdare offerens debet habere fideiussorem paratum.*

CONSILIVM XC.

Duplicatum consi. 119. lib. 3. Natta.

Fere omnis vis huius consultationis reducitur ad hoc,
an dictus Domi. Henricus iudex potuerit de iure
addere dictæ sententię illam particulam quam addit circa p̃-
stationem fideiussoris. ¶Et omissis non necessarijs mihi de iu-
re concludendum videtur ꝙ non, maximè ex infrascriptis, nã
sententiæ debent proferri cum causæ cognitione & delibera-
tione matura præcedente; & antequam proferantur debent
in scripturam reduci & postquam scriptæ sunt debent emen-
dari & corrigi antequam pronuncientur: & postquam fue-
rint emendatæ debent pronunciari; posteà vero nõ possunt
corrigi nec emendari: ita est tex. in l. 2. C. de sent. ex peri. re-
ci. Sed in proposito nostro iudex prædictus cũ emendare vo-
luit, non emendauit antequam pronunciaret: sed post. & ꝙ
peius est non motu proprio, sed ad petitionem alterius & in-
stantiam partis, quæ cum vidisset latam esse a dicto iudice sen
tentiam continentem in effectu quod dictus Franciscus tene
retur pręstare dicto Aldroandino fideiussorem de euictione
possessionis petijt vt dictam sñiam emendaret pronunciando
Franciscum prædictum non teneri ad præstandum dictam
fideiussionem nisi pro quantitate ducatorum ducentorũ: &
ita fecit iudex: & per consequens non seruauit formam. d. l.
2. imò ex hoc apparet in iudice non præcessisse dictam matu
ram deliberationem ante prolationem sentẽtiæ. ¶ Confirmo
quia dictus iudex postquam confirmauerat sententiam arbi-
trorum continentem quod deberet præstari fideiussio absq;
limitatione certæ summæ & in dicta sententia partes ab ex-
pensis absoluisset: & sic pronunciasset super principali & ac-
cessoris, procurator dicti Aldroandini acceptauit: ideo nota-
rius actorum causæ videns iudicem peregisse actum iudican-
di & nihil amplius dicentem scripsit iudex in dicta sententia
illa verba, videlicet, pręsente domino Celano dicto nomine
& prædictis non consentiente nisi in parte & partibus &c.
¶Vnde si post hæc iudex emendare & corrigere voluit, non
dicitur fecisse in continenti. ¶Hoc probo per id quod singu-
lariter dicit Bal. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & post-
1 humis: in 2. colum. ubi voluit † quod licèt confessio facta in
iuditium possit absque probatione erroris reuocari dummo
do incontinenti fiat reuocatio, vt est glo. no. in c. fin. in verbo
iusta causa. de iureiuran. lib. 6. & ibi sequũtur doc. & no. Bal.
in l. edita. C. de eden. in repeti. Paduana, in pen. char. in verbo
sępe accidit. quod si quis vult emendare potest. & in l. prima.
C. de furtis. in 9. col. in verbo & not. quod interdum &c. ta-
men dicit Bal. in d. §. quidam rectè. quod si fuerit ista confes-
* sio acceptata per partem non poterit amplius reuocari * ab-
* sque probatione erroris. * argu. l. sicut. C. de act. & oblig. & il-
lam decisionem sequitur etiã Ludoui. Roma. in l. 1. §. si. quis
simpliciter. ff. de verbo. obli. ¶Et pro ea etiam bene faciunt.
no. per Dom. de sancto Gem. in c. 2. de ren. li. 6. circa 4. col. in
vers. quid si clericus turbatus &c. ¶Fortius voluit gl. in l. acto
rum. ff. de re iud. per illum tex. secundum primam lectu. quã
2 ibi approbat Bar. † quod sententia non possit corrigi vel emẽ-
dari à iudice postquam protulit verbũ cõdemno vel absoluo
seu æquipollens. ¶Et idem est de mente Bar. in l. iudex post-
quam. de re iudica. in ver. vltimo quæro &c. per illum tex. &
per d. l. actore. & ita etiã Bar. in l. moris. §. iste ferè. ff. de pœn.
per illum tex. & per Barto. in l. 1. in prin. in 4. colu. ff. ad tur-
pil. & Iaco. de Bel. in sua disputatione incipiente. In Christi
nomine cauetur lege municipali &c. Angel. in l. quemadmo-
dum. ff. de iudi. & Bal. in l. & si seruerior. C. ex quibus cau. in
fa. irroga. in penul. colum. & in l. quid ergo. §. pœna grauior.
in 10. colũ. ff. eo. tit. & in l. si quis filio exhæredato. §. fina. ff.
de iniusto testa. & in l. non dubium. in 8. col. C. de legi. & in l.
item Labeo. ff. fam. ercis. & in auth. interdicimus. C. de episc.
& cle. & in l. certi condictio. §. quoniam. in pen. col. ff. si cert.
peta. in quibus locis concludunt doct. quod si iudex pro ali-
quo delicto tulit condemnationem in centum & adiecit ꝙ
si condemnatio esset in plus vel in minus quàm deberet esse
ex forma statutorum quòd ex nunc reducebat eam ad debitã
quãtitatem, nihil operabitur dicta adiectio si est adiecta post
verbum condmeno, prout etiam tenet Salice. in l. ea quidem

19.colum.C.de accusa.¶Bene facit quod not.Specu.in tit.
de expensis.§.iuxta.versi.9.cum uer.sequen.& Ioan.And.in
capi.fin. de rescrip. vbi dicunt quod si iudex habet pronun-
ciare se incompetentem & condemnaret partem in expensis,
debet prius pronunciare super expensis,ne si pronunciet pri-
a us se incompetentem non valeat [a] postea pronunciatio su-
per expensis tanquam facta ab incompetenti . ¶Et hæc pro-
cedunt quod non valeat adiectio quando fuit facta post ver-
bum condemno:& in diuersa oratione, vt fuit in casu nostro
prout etiam voluit Bal.in 1.constitutione. C.§.quibus.& Io.
de Imo.in d.l.iudex postquam.in 14.colum. ¶Attento etiam
quod in casu nostro dicta clausula adiecta tēdit ad correctio-
nem ipsiusmet sentētiæ saltem in parte : quia prius erat pro-
nunciatum quòd præstaretur fideiussor de euictione posses-
sionis : quia intelligebatur pro tota reg.vt in l. si in rē prima.
per glo.& doc.ff.de rei ven.& in c.2.de libel.obla.sed per di-
ctam adiectionem non est pręstandus fideiussor pro euictio-
ne totius possessionis : ideo quando resultat talis repugnan-
tia non potest iudex se corrigere,vt not.Bald.in d.l.Labeo.&
Io.de Imo.in d.l.iudex.in 4. col. vbi dicunt ꝙ tūc non habet
id quod no.gl.in d.l.item Labeo. Accedunt not. per Guil.de
Cu.in l.quia arbiter.ff.de arbi. vbi dicit ꝙ iudex recitata sen-
tentia incontinenti desijt esse iudex præterquam in accesso-
rijs,puta quò ad expensas.l.Paulus. la 1. ff.de re iudi. iuncta.
d.l.iudex.& l.1.C.sententiam rescin.non poss. & l. post sen-
tentiam.C.de sentent. ¶Et pro hoc etiam allegat : quia cum
incontinenti sit acquisitum ius parti non potest per iudicem
sibi auferri, allegat in argu.l. huiusmodi. §. qui Stichum.ff.
de leg. 1.& l.statu libe.in fi.ff. de l.2.,& l.apud Aufidium. ff.
de opt.leg. sed dicto Aldroandino fuit acquisitum ius ex di-
cta sententia ita acceptata, per quam quasi contrahitur. l.3.
§.idem scribit. ff. de pec. ergo non potuit sibi ius quæsitum
auferri.¶Nec prædictis obstat si incontinenti contrarium al-
legaretur,ꝙ vbi sententia non est habita pro absoluta & per-
fecta debet posse corrigi.arg.l.contractus.C.de fi. instrum.&
no.Pau.de Cast.in d.l.actore.& per not.in c.qualiter.el 1.de
accu.& per doct.in d.l. iudex.quia tunc videtur incontinen-
ti facta correctio per ea quæ notantur in l. in bonę fidei.C.de
pac.& in d.l.contractus. & tantòmagis : quia dicta adiectio
facta antequam apponerentur illa verba lata & data & in his
scriptis sententialiter promulgata &c. per id quod in fi. not.
in l.fideicōmissa.§.1.ff.de leg.3. & in l.ex ea,in prin.ff.de test.
quia respondeo primò quòd apparet dictam correctionē non
dici factam esse incontinenti, ex quo iudex iam pronuncia-
uerat simpliciter & pars acceptauerat : & ideo actus factus ir
4 reuocabilis ; vt probaui suprà. ¶†Nec ad substantiam perfe-
ctionis sentētiæ requiruntur illa verba lata & data in his scri
ptis &c.vt voluit glo.ordin.& communiter approbata in ca.
fi.in verbo illustrium.in fi.de re iudi.lib.6. ¶Denique si veli-
mus attendere stylum & consuetudinem iudicantiū, certum
est ꝙ postquam iudices veniunt ad actum pronunciandi su-
per expensis ostenditur mentem suam esse amplius non iudi-
care aliud super principali : & ita est communis stylus, & sic
stylus esset contra dictum Franciscum . Item quia cum iudex
sine vlla reseruatione eorum quæ dicturus esset pronunciauę
rit nulla facta ante pronunciationē emendatione,si post pro-
nunciationem simpliciter factam voluit ad petitionem pro-
curatoris dicti Francisci emendare & corrigere, apparet ꝙ
circa huiusmodi correctionem & emendationem non pro-
cessit ante sententiam matura liberatio & causæ cognitio,me
ritò hoc fieri non potuit: vt probatur in d.l.2.C.de sentē. ex
pericu.reci.¶Præterea glo.& Bart.in l.actorum. & expressius
Bar.in d.l.iudex postquam. & Ange. in d.l.non quemadmo-
5 dum.& Bal.& alij in locis superius allegatis volunt† ꝙ iudex
non possit post verbum condemno simpliciter prolatum cor
rigere sententiam etiam si fuit facta correctio antequam iu-
dex diuertat ad extraneos actus.nec ob.d.l.contractus.& l.le
cta.ver.dicebam.ff.si cer.pet.cum simi. quia respondet Io. de
Imo.in d.l.iudex. ꝙ illa iura loquuntur quando actus fit ab
habentibus potestatem de nouo actum illum inchoandi. vn-
de ex quo incontinenti aliquid adijcitur, dicitur inesse . sed
nos loquimur in iudice,qui post prolatam condemnationem
vel absolutionem non potest aliquid facere de nouo vel adij-
cere per iura allegata pro prima parte:& maximè, quia sentē-
tia cum magna & rigorosa solennitate proferri debet. d.l.2.
& in c.fi.de reg.iu.li.6.Nec ob.id quod no.gl.in d.l.item La-
beo.§.1.ff.fami.ercis.& quod per illa no.Bald.& Ang.in d.l.
iudex postquam.vbi per hoc tenent contra Bar.ibi quia respō
detur secundum Io.de Imo.in d.l.iudex.quod illa glo.loqui-
tur quando illa adiectio fuit facta in eodem orationis conte-
xtu,quod quidem potuit iudex facere sicut potuit adijcere cō
ditionem.l.1.§.biduum. ff.quando appe.sit.& sic non sumus
in casu & magna differentia est an in eadem oratione an in di
uersa fiat aliquid,vt patet ex not.in l.si quidem.C.de excep.&
in l.exceptionem.C.de proba.¶Secundò respondeo quod il-
la glo.loquitur quando iudex modificaret illud quod antea
pronunciasset non autem correxerit in totum vel in partē: &
ita etiam intelligit Bald.d.l.item Labeo. sed in proposito no-
stro corrigebat saltem in parte : vt supra probaui ; ergo &c.
¶Non ob.quod no.Bal.in l.certa.in fi.C.quando prouo.quia
6 Bal.ibi querit † quid si iudex dicat, nos bannimus tales in cē
tum & plus & minus secundum formam statuti:& quæratur
an valeat bannum,dicitur primò videri quod non:quia incer
tam quantitatem continet, tamen dicit quod contrarium ser
uatur,quia satis est se supponere iuri.c.dānamus.§.fi. de sum.
Tri.quia respondeo quod Bal.ibi loquitur de banno quod
appellatur sententia interlocutoria.per no.in l.1.§.quid ergo.
ff.de ven.inspi.& no.Bal.in c.domino guerram.in prin.in ti.
hic finitur lex.& in l.fi.in vlti.col.C.si a non compe. iudi.&
in auth.item nulla.C.de epis.& cler.per illum tex.& in l.2.
de epi.aud.& in l si quis filio exhæredato.§.eius qui.ff.de in-
iusto testa.vbi etiam pro hoc allegat no.per gl.in l.1.ff.de re-
qu.reis.ideo cum iudex non sit functus officio suo, non mirā-
dum si potest retractare & corrigere, vt probatur in d. authē.
item nulla. & ibi Bal.quod secus est in diffinitiua.d.l.iudex.
cum si.¶Et ideo Io.de Imo.in d.l.iudex postquam.in ista ma-
teria facit differentiam inter interlocutoriam & diffinitiuam:
& quanuis Bal.& Ang.in d.l.iudex teneant contra Bart.tamē
ipsemet in locis in prima parte allegatis tenuerūt contrariū,
& secuti sunt opi.Bart.quam quò ad casum nostrum secutus
est Io.de Imo.in d.l.iudex, respondēdo ad allegata per Bal.&
Ang.ibi nam cōcludit Io.de Imo.quò ad casum nostrū quod
vbi adiectio tendit ad correctionem & solutionem sententiæ
in totum vel saltem,in parte;& tunc etiam si fiat incontinen-
ti non valeat per ea quæ ibi no.per Bar.cum suis concor.nisi
ex contextu orationis appareat iudicē ex lapsu linguæ errasse:
& sic in eo quod pcessit nullatenus consensisse:vt quando iu
dex dixit condēno imò absoluo.¶Et ita procedat secūdum eū
id qd no.gl.16.q.1.pdicator.& no.Bal.in d.l.j.C.de fur. in 9.
col.& in d.§.quib.& in d.l.nō dubium.facit.l.stichus,imò Pā
philus.ff.de ma.testa.¶Et sic apparet quod Io.de Imo.quò ad
casum nostrū tenet qd adiectio nō valet quia tendit ad corre-
ctionē & resolutionē sniæ saltē in parte vt etiam supra proba-
ui.nec in casu nostro fuit adiecta dicta dictio imò,per quā ap
pareat de errore ex lapsu linguæ . ¶Et per hoc patet rnsio ad
no.per Bal.in l.terminato.C.de fruct.& lit. expen.dū allegat
no.per gl.in d.l.itē Labeo.§.1.nā vt dixi illa gl. non procedit
qn post orationē simpliciter continentē, verbū cōdemno vel
absoluo, adijcitur in alia diuersa oratione clausula tēdens ad
corrigendū condemnationē prius simpliciter factam : vt sup.
retuli. ¶Pręterea quicquid sit in casu qōnis formatę per Bar.
& Ang.in d.l.iudex,dico quod casus qōnis nostrę est lōgè cla
rior q̄ sit casus quęstionis formatę p Bar.& Ang.in d.l.iudex.
quia in qōne nostra iudex simpliciter pronunciauit cōfirman
do laudum quantum ad dictam pręstationem fideiussoris. &
partem ab expensis absoluit pręsente procuratore Aldroandi
ni & acceptante.postea ad instantiam alterius partis iudex fa
cit dictam aditionē: sed in qōne formata per Bar.& Ang.non
interuenerunt ista q̄ arguunt dictā sniam non potuisse corri-
gi.per no.per Bal.in d.l.quidā rectè.& per d.l.2.C.de sen.ex
peri.reci.& alia.sup.alleg.¶Non ob. id qd voluit Pet.de Anc.
in consilio in ordine meo 199.inci.In Christi nomine iudex
&c.quia rnsio patet ex prædictis : nam ipse vr adhærere opi.
quā tenet Ang.in d.l.iudex,ɔ quē tenet Bar. & ipsemet Ang.
alibi & alij quos.s.retuli : & ad allegata p Pet.de Anc.fuit re-
spōsum s. ¶Deniq; in casu qōnis in qua loquitur Pet. de An-
cha. non interuenit dicta acceptatio partis & præcedens ab-
solutio facta super expensis,& ꝙ iudex nō motu proprio, sed
ad

ad instantiam partis addiderit prout supra deduxi. ¶Ex his modò infertur quod cum dictus Franciscus non præstiterit cum effectu dictam fideiussionem pro euictione possessionis simpliciter prout in laudo & in snia iudicio lata ante dictam aditionem continetur non pōt consequi executionem dictæ sententię contra dict. Aldroandinum: quia prius debet adimplere pro parte sua.l. Iulianus.§.offerri.ff.de act. emp.l.ædiles etiam.§.fi.ff.de ędil. edi.& attento ꝙ in specie Franciscus obtulit pręstare fideiussorem pro quantitate ducatorum ducentorum licèt ēt in genere obtulit se paratum omnia alia facere ad quę de iure tenetur,*illa generalis oblatio refertur ad alia, non ad augendā summam dictorum ducatorū ducentorum.l.doli clausula.ff.de ver.ob.l.vxorem. §. fœlicissimo. ff. de leg.3. ¶†Præterea oportebat quod duceret actualiter secū fideiussorem paratū se obligare simpliciter pro euictione dictæ possessionis.l.seruus si hæredi.§.fi.& l.statulib. rationem ff.de statu libe.l.qui decem.§.idem responsum.ff. de solut.& no.doc.in l.pretor.§.si quis paratus.ff.de ope.no. nun.& in l.si mora.ff.sol.ma.cum si. ¶Sed fideiussor oblatus.s.Ludouicus de Furno solum se obtulit paratum fideiubere pro dicta quantitate: ergo non fuit legitimè & perfectè adimpletū seu oblatum per dictum Franciscum. Ex quibus concludo ꝙ nō pręstita dicta fideiussione vel saltem non oblata legitima fideiussione pro euictione dictæ possessionis simpliciter non pōt obtinere Franciscus executionem sententiæ. ¶Ita vt superius conclusum est dico & consulo iuris esse. Ego Alex. de Imo. Boloniæ iura ciuilia legens.

ADDITIONES.

* Reuocari.] Alex. hic sequitur Deci.in l.1.C.de erro. calcu. Natta.
* Erroris.] Sequitur Ias.in l.error col.2.C.de iur. & fac.ign. Dicit tamen Ang.in l.si debitori. ff.de iudi.quòd a confessione mea possum appellare allegando in appellatione errorem. Natta.

a ¶Non valeat.imò,ex quo fit eadem sententia.

* Tenetur.] Ista clausula offerentis se facturum id,ad quod de iure tenetur,nō refertur ad specificata,vt Alex.hic dicit,& est incerta,ideò non releuat,vt Are.dicit consi.142.Circa.fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Mens prædominatur in fideicommissis.*
2 *Extraneus substitutus duobus filijs post mortem eorum, etiam vno decedente excluditur per superstitem.*
3 *Substituti inuicem non censentur plures etiam ex libertis grauati post mortem, nisi vltimus decedens grauatus sit de toto restituendo.nu.8.*
4 *Substitutio facta vltimo morienti, simpliciter intelligitur de parte illius tantùm, non de toto.*
5 *Substitutio licèt sit facta per verbum si vterque, vel si omnes decesserint, vno tamen decedente habet locum, nisi subsit persona quæ ex tacita mente substitutum excludat.*
6 *Filij filiorum licèt positi in conditione, non sunt substituti, nec possunt grauari.*
7 *Hęreditatem totam restituere post mortem si plures grauantur, vno decedente statim locus est fideicommisso in parte eius.*
9 *Substitutio nedum fideicommissaria, sed etiam directa ex coniecturis elicitur.*
10 *Emphyteusis non venit in restitutionem fideicommissi nisi sit hereditaria.nu.12.*
11 *Spes renouationis an legari possit.*
13 *Emphyteusis indistinctè venit in petitionem hæreditatis contra iniustum possessorem.*
14 *Pacto derogari potest futuris literis in emphyteusi, etiam pro se & liberis accepta cum domini consensu.*

EPITOME.

IACOBVS filius Iacobi Bonagratiæ fecit testamētum in quo primo loco vocauit filios suos masculos,& illis quandocunque deficientibus vocauit filias fœminas & eorum filios, quibus quandocunque deficientibus tertiò vocauit successores Bonagratiæ & his deficientibus quarto & vltimo loco pauperes,accidit quòd d.testator relinquit duas filias Iacobā & Catharinam, postea decessit Iacoba relicta filia Vrsina & Catharina relicto Alberto & alijs filiis. nouissimè deinde decessit d. Vrsina sine liberis relicto quodam Augustino suo hęrede ab intestato ex eo forte quòd erat consanguineus vel patronus & sic proximior do. Alberto qui est in quarto gradu contra quem do. Augustinus agit petitione hæreditatis. respon. Alexan. quòd bene etiam respectu bonorum quæ fuerunt Iacobi testatoris,& quòd rei non possunt excipere se in illis substitutos nec ex tacita substitutione inclusa in tertio gradu: quia nō est verum ꝙ plures post mortem & totum restituere grauati sint inuicem substituti, nec etiā ex eodem expresso tertio gradu tanquam successores d. Bonagratiæ patris testatoris: quia non apparet pro qua parte sint hæredes. Tum quia præmeditabant petere restitutionem fideicommissi nec habēt ius ante restitutionem.& hoc de prima quæst.ad secundam in nume.10.respon.d. Augustinum debere obtinere in petitione hæreditatis si ostendātur esse bona emphyteutica: quia satis est quòd reis possessoribus ius non competit.h.d.

CONSILIVM XCI.

Idem consul. infra consi.11.lib.3. vbi est correctum. & consi.103.lib.4. Natta.

Ponderatis his de quibus in themate fit mentio. & visis his quæ subtiliter & copiosè allegata sunt per vtranq; partem, procedam diuidendo hanc consultationem in duo dubia principalia. ¶Primum est, an stante dicta substitutione facta in testamento d. Iac.d. Alber. cum fratribus sit saltem tacitè vocatus ex tacito fideicommisso in dicto fundo: dato ꝙ dictus fundus fuit allodialis & remansisset in bonis & hæreditate dicti testatoris. ¶Secundum dubium erit, posito ꝙ sic, an attento ꝙ dictus fundus sit & est de iure emphyteusis dicti monasterij veniat in restitutionem dicti fideicommissi stantibus dictis inuestituris & stante dispositione dictæ bullæ. ¶Circa primum vr̄ prima considera-

1 tione dicendū quòd sic: quia in vltimis voluntatibus† mens testantis prædominatur quicquid omissum sit in expressione verborum saltem qñ agitur de fideicommissaria substitutione.l.cum virum.C.de fideicō.& l.vnum ex familia. & l.cum proponeretur.ff.de leg.3.facit lex.3.C.de libe. prete.& in l. in conditionibus.in prin.de condi.& dem. sed in proposito videtur ꝙ mens testatoris fuerit ꝙ dicta hæreditas deueneri ad dictum Albert.& fratres qui sunt de descendentibus eius; ergo pro expresso haberi debet: quod autem ista fuerit mens sua, colligitur ex ordine dispositionis testatoris, qui primò vocauit filios masculos ad successionem suam. in secundo verò gradu vocauit filias fœminas & eorum filios, quorum appellatione veniunt nepotes.l.Lucius.la vlti.de hęr. insti. & l.iusta.de ver.sign.& plenè no.per doc. in l.Gallus.§.instituens. de lib.& posth.& in l.liberorum.cum si. de ver.sig. in tertio verò gradu vocauit successores Bonagratiæ patris ipsius testatoris.& sic apparet ꝙ lineam descendentium ipsius testatoris cæteris præferre voluit. pro hoc etiam facit.l.cum acutissimi.C.de fideic.& l.cum auus.ff.de condit.& demon. & l. generaliter.in prin.& §.1.C.de instit. & substi. sub conditione factis. si ergo prætulit descendentes suos illis qui essent successores patris sui: & per consequens etiam adæquationem ipsius testatoris, multòmagis præferre voluit eos Augustino prędicto, penitus extraneo quamuis ab intestato succederet.

2 d.Vrsinæ filiæ suæ. ¶†Secundò confirmatur per ea quæ habentur in l.pe.C.de impu.& alijs substi.cum ibi not.iuncta. l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.cum ibi no.maximè per Bar.& Ang.& alios. & per l.si is qui ducenta.§.item si pater. de reb.du.vbi probatur ꝙ si testator pupillariter vel per fideicommissum substituit duobus filijs suis Titium extraneum post mortem dictorum filiorum siue per nomina collectiua vel simplicia vel distributiua facta sit d.substitutio, puta si vterq; eorum decesserit vel si aliquis eorum decesserit, vel post mortem eorū, quo vltimo casu intelligitur substitutio facta distributiuè. l.Lucius.§.Caio.ff.ad Treb.& l.fi.§.filium.ff.de leg.2.& declarant doc.in dic.locis.& Bal.in l.1.de condi.inde. tñ si conditio substitutionis eueniat in persona primi decedentis, non admittetur substitutus extraneus; sed admittitur

e ¶ Decedenti. & sic duobus illis simul concurrentibus Iaso. l. centurio. col. 24. de vulg. l. potest. col. 3. eo. consi. 53. consil. 41. consi. 89. col. 2. lib. 1. consil. 96. col. 2. lib. 4. Cur. senior consi. 42. col. 4. Cur. iunior. consil. 16. Pau. consi. 14. in prin. lib. 1. Cor. consil. 273. col. 1. lib. 4. Alci. l. in vulgari. gl. 1. de verbo. sig. adde Ant. de Pra. infra lib. 4. consi. 14. nume. 17. Alex. infra libr. 4. consil. 55. nume. 15. cum seq.
f Filijs supra col. 44. num. 1.
g ¶ Gratiadei. seu primi Bonagratiæ qui erat pater Iacobi testatoris.
* No. Io. And. in addi. Spe.] Istam decis. Io. An. sequitur Alex. consi. 29. dub. 3. lib. 5. Rui. consi. 8. col. pen. lib. 1. & consi. seq. vltimo dub. & tandem sequitur Alex. consi. 55. col. 4. lib. 4. Natta.
h Non spectat. idem latè Iaco. de San. Geor. trac. feu. ver. & cum pacto quòd de ipso feu. pos. col. 3. Ias. in prælud. feu. col. 13. consil. 152. consil. 207. lib. 2. consil. 138. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Emens ab aliquo non videtur fateri filium habere ius.*
2 *Fides præsumitur habita de pretio, dato termino soluendi.*
3 *Titulo resoluto etiam per legem, tamen non transfertur dominium ipso iure.*
4 *Actor in possessorio retinendę debet esse possessor tempore litis contestatæ.*
5 *Reintegrandæ nullum possessorium datur ei, qui sua culpa cecidit à possessione.*
6 *Titulum habens onerosum non tenetur condictione. l. si me & Titium. ff. si cer. pe.*
7 *Condictio ex. l. non datur contra tertium possessorem.*
8 *Actio non datur contra secundum emptorem ex l. 2. C. de rescin. ven.*
9 *Pœna cum committitur si non est cui saluatur. & numero 12.*
10 *Debitor non excusatur in casibus in quibus requiritur consignatio: etiam si creditor non reperiatur.*
11 *Citatio circunducitur neutro comparente.*
13 *Periurium non est citra dolum, & difficultas errorq́; iuris excusant.*
14 *Ignorantia iuris præsumitur & toleratur in milite.*

CONSILIVM XCII.

Perspectis his quæ in † themate narrata
sunt, nec non his
quæ copiosè subtiliter & eleganter in iure allegata sunt per
celeberrimum aduocatum Angeli de la Faitate rei conuenti
a Raphaele de Ferrarijs contra eum agentem. ¶ Puto partes
domini iudicantis esse in absoluendo diffinitiuè prædictum
Ange. præsertim ex infrascriptis. ¶ Et primò quia ex inspe-
ctione libelli apparet intentatum esse petitorium & posseso-
rium, idest rei vendicationem cum publiciã. & etiam posses-
sorium retinendæ: potest etiam dici alio respectu esse inten-
tatum etiam possessorium recuperandæ puta ratione natura-
lis seu corporalis possessionis apprehensæ per Angelum, ra-
tione verò ciuilis possessionis posset dictus Raphael dicere se
intentasse possessorium retinendæ quasi in ea turbatus per oc
cupationem naturalis seu corporalis possessionis prædictæ
iuxta ea quæ traduntur in l. naturaliter. §. nihil commune.
maxime secundum quintam lec. gloss. in l. clam possidere. §.
qui ad nundinas. in glo. & vtrobique tradunt doct. ff. de ac-
quiren. possess. & notant doct. in l. incerti. C. de interdictis,
& in cap. cum dilectus. de causa possessionis. cum suis con-
cordantijs. si bene consideretur non videtur quòd in aliquo
dictorum remediorum aut aliorum comprehensorum in di
cto libello possit actor obtinere. ¶ Nam quò ad rei vendi-
cationem vel publicianam non potest obtinere: quia posito
quòd Raphael probasset se olim fuisse dominum vel quasi
super quo non insisto postquàm circa hæc in themate vel al-
legationibus non fuit principale quæsitum aut difficultas.
Clarum est quod ex narratis in themate non comprehendi-
1 tur esse probatum dominium vel quasi, & † non sequitur,
Angelus vel author suus emit à Raphaele, ergo videtur fa-
teri Raphaelem fuisse & esse dominum; vt colligitur ex nota-
a tis per glo. in l. 1. quam ibi ad hoc ponderat Ange. [a] ff. de pu
bli. & patet etiam per no. per gl. in l. nec creditores. C. de pig.
act. & in l. ita & si fur. ff. commo. & per doc. in l. si alienum.
ff. sol. ma. & in l. rē alienan. vbi per Bart. circa 2. vel 3. colum.
ff. de pigno. actio. saltem hoc casu quo non agitur per acto-
rem ex aliquo contractu vel quasi contractu celebrato cum
eo conuento, imò de nullo contractu vel quasi contractu fit
mentio in libello. ¶ Tamen posito quòd pro parte actoris
esset probatum quod olim ipse fuisset dominus vel quasi ni-
hilominus stante venditione facta per Raphaelē dicto Guai-
no, & constituto per quod translatum fuit per Guainum il-
lud dominium quod habebat dictus Raphael tunc possi-
dens, sicut si actu Raphael tradidisset: vt not. per gloss. &
doct. in l. ab emptio. ff. de pac. not. Ioan. An. in addi. Specul.
in titu. de emptio. & venditio. §. primò, in addi. incipien. hic
dubitat. & Bald. in l. Celsus. ff. de vsucap. & ita communiter
tenetur. facit. l. quod meo. in prin. de acquiren. poss. & c. cum
venisset.

2 venisset.de resti.spolia.& ibi no.doc. ¶ † Attento etiam quòd præsumitur per dictum Raphaelem in dubio habita fides de pretio, vt not.in l.quod vendidi. ff.de contrahen.empt.& in l.procurator.§.quod si dedi.ff.de tribut.& in §.venditæ.insti tu.de rerum diui.& in l.in ciu le. C.de rei vendi.& præcipuè cum fuerit præfixus terminus solutioni: vt not. in dictis ll. ¶ Et stante etiam venditione & traditione facta per dictum Guainum dicto Angelo antequam posset dici dictum Guainum fecisse in aliquo contra contractum emptionis per eum celebratum cum dicto Raphaele illud dominium si quod habuerit Raphael fuit in effectu translatum in dictum Angelū mediante dicto Guaino.l.exemplo.in princi.ff.de act. empt. l.clauibus.ff.de contrahen.emp. ¶ Et non obstat si dicatur q Guainus non soluit in termino illam partem pretij quam promiserat cum iuramento dicto Raphaeli, ergo redditur indignus omni commodo dicti contractus & omni proprietate carere debet Guainus.l.si quis maior.C.de transf.& resoluto iure datoris.id est Guaini resoluitur ius acceptoris,idest Angeli l.ex vectigali.ff.de pig.l.si quis domū.§. 1.ff.loca.l.fi. §.sed quia.C.communia de leg.& c.1.§.rursus.in ti.qui.mo. feu.amit.c.nuper.de don.inter vir.& vxor.quia ad hoc respō-
3 deo primò quòd † dato quòd ex aliquo euentu resoluatur cōtractus emptionis,tamen non transfertur ipso iure dominiū in venditorem si venditor ex contractu & traditione dominium in emptorem transtulerat: vt est glo.in l.1.in fin. C.de inoffi.dona.quam Bal.ibi in fi.ad hoc ponderat pro multum notabili.quod est verum etiam si ipso iure ex dispositione legis vel statuti annullaretur titulus seu contractus emptionis ex post facto: vt not.Barto.in l.si ita quis.§.ea lege. ff. de verborum obligatio. in versi.quæro vtrū prohibitio legalis &c. & Bald.in l.1.in 3.colum.& in l.cum mulier.in 13.colum.in ver.& secundo dubio &c.ff.solu.matr.faciunt no.per eum in l. 1. in 6. q. C.si quid in frau.patro.& in l.traditionib. C. de pac.cum simi. ¶ Nec obst.ad hoc text.in d.l.si quis maior. in verbo proprietate careat. & in verbo rerum proprietatē &c. quia dico q licèt pœnæ de quibus in l. illa imponantur ipso iure quò ad eas pœnas ad quas potest adaptari, tamen quò ad pœnam concernentem translationem datorum & traditorū ei qui postea venit contra iuramentum non fit ipso iure: vt voluit Bal.& Sali.in fi.& etiam Pau.de Cast.& expressius no. ibi Sali.in 2.colum.exponendo illum tex.in verbo rerum proprietate careat.vbi expressè dicit q ille qui venit contra iuramentum non perdit ipso iure dominiū quod cōsecutus fuerat ex illo contractu iurato, sed debet ad reddendum conueniri condictione ex illa l.si quis maior. ¶ Hoc etiā fuit de mēte gl.in verbo.rerum proprietate.dum dicit quod species datæ reddentur &c.ponderandum est verbum reddentur,quod importat idem quod retro dare.l.cum quidam vxori.ff.de lega.2.& l.verbum reddendi.ff.de verborum signific.& consequenter translationem dominij faciendam ex isto actu redditionis.§.sic itaque.insti.de act.l.scire debemus.§.fi.ff.de ver-
4 borum obliga. ¶ † Quòd aut in possessorio non possit obtinere ostenditur: nam in possessorio retinendæ oportet q actor possideat tempore litis contestatæ: vt instit.de interdi. §. hodie constat autem q Raphael non possidebat tempore litis cōtestatæ nec ante à tempore quo vendidit dicto Guaino: quia per constitutum appositū in instrō venditionis translata fuit omnis possessio ciuilis & naturalis in emptorem. d. l. quod meo.& d.c.cum venissent. & tradit Bar.in l.interdū.in prin. ff.de acq.pos.& in repeti.l.3.in 2.& 3.q. C. de pig.post gl.in d. l.ab emp. & postea etiam fuit apprehensa possessio corporalis seu naturalis per Ange.meritò illa esse non pōt apud d. Raph.d.l.clā possidere.§.qui ad nundinas.iuncta l.3.§.ex cō-
5 trario eo.tit. ¶ † Nec ēt potest obtinere in possessorio recupe-
* randæ: * quia ēt si accipiamus illud possessorium quod consueuit esse magis fauorabile & latum, tamen illud datur his qui sine causa iusta & sine culpa sua ceciderunt à possessione non interueniente aliqua culpa 3.q. 1.reintegrandæ. & not. expressè Inn.& alij post eum in ca. sæpe de restitu.spo.ibi dū Inn.post mediū dicit imò plus videt &c.& expressius ibi Ant. de But.circa pen.col.& Io.Calde.& alij post eū.in c. cum ad sedem.eod.tit. Lapus allegatione 52.sed ita est qđ dictus Raphael ex iusta causa cecidit à possessione: scilicet ex causa venditionis & suæ voluntariæ traditionis, ergo nō potest dici eū fuisse aut spoliatum possessione aut sine iusta causa cecidisse à possessione . an aūt si postea redijt ad nō causam possit dici d.Raphaelem posse obtinere per condictionem sine causa dicam infra. ¶ Nec obstat si diceretur q imo remedium possessorium potest dari etiam ei qui culpa sua & facto suo cecidisset à possessione: vt no. Host.& alij post eum iñ c.accedēs. el 1. vt lite non contest. vbi volunt per illum text.secundum vnum intellectum q quando quis cecidit à possessione sua p suam culpam vel negligentiam possit implorare officium iudicis vt restituatur in pristinum statum ad suam possessionē vel quasi. quia respondeo vt etiam respondet Anto.de Bu.in in d.c.sæpe.circa vlti.col. & do.Abb.in d.c.accedens. col. 5. q tale officium iudicis in casu prædicto competere posset ēt ecclesiæ,vt loquitur tex.in d.c.accedēs.vel minori vel absenti quibus competet restitutio,alijs autem non daretur pro rebus priuatis, quia supposita negligentia nō subesset legitima causa dandæ restitutionis. sed nos non sumus in minore vel ecclesia vel absente,qui cecidit à possessione ex causa alicuius absentiæ propter quam veniat restituendus in integrum,igitur,&c. ¶ Non obst.id quod no.Inn.in c.dilecti, de maio. & obe.& in c.bonæ.de app.dum dicit dari officium iudicis etiā contra tertium possessorem.quia respondeo,q Hosti.in c.dilecti. loquitur quando fuit appellatum extraiudicialiter: & tunc per viam attentati officio iudicis fit restitutio in pristi-
* num statum.per d.c.bonæ. ¶ Item Host.in d.c.bonæ.* loquitur quando sine iusta causa res mea ad te peruenit: quia non est æquum te locupletari cum iactura mea. & fundat se per id qđ habetur in l.si me & Titium.ff.si cer.pe.& regula locu-
6 pletari.& in c.quia 5.de iudicijs.cum si. † cōstat aūt q hoc remedium hoc casu sibi locū non vendicat, quia ad Ang.res peuenit ex iusta causa emptionis & in tit.oneroso.& clarū est q remedium in d.l.si me & Titium.cum si.non hēt locum contra eum q rem hēt tit.oneroso, vt not.Bart.in d.l.si me & Titium.per id qđ habetur in l.si eū seruum.cū ibi no.eo.ti.& in l.mater.C.de rei ven.nec ēt habet locum qñ agenti posset esse consultum contra alium alio remedio per nota. in præall. l.si eum seruum.secundum Bart.& alios scribentes in d. l. si me & Titium. vnde aut nullum remedium competere potest contra Guai.dicto Raphaeli, vt quia non incidit Guainus in pœnas de quibus loquit tex.in l.si qs maior.C.de transf.& tūc multò minus debet posse agi ꝯ Ange. qui in nullo peccauit, nec pōt competere actio Rap.ꝯ Guainum,& sequitur qđ non debet posse ꝯ Ang.ex remedio. d.l.si me & Titium. vel simili vt proximè dixi. ¶ Nō ob.ēt si diceretur q ex verbis generalib. dicti libelli potest dici etiam intentatū remedium cōditionis ex d.l.si quis maior.quia rñdeo primò q tale remedium non fuit intentatum: qa ad discernendū quale remediū sit intentatum discernit ex medio concludendi, i.ex narratione illius per quod fit locus illi remedio: vt no.Barto.in l.certi condictio.in princ.in 2.col.ff.si cer.peta.in l.si prius.ff.de no.ope. nun.in 6.opp.secundæ partis.& Ang.in d.§.nihil commune ad fin.circa quintam lec.& Bal.in l.2.ad fi.C.de pet.hære.& Ant.de Butr.in c.fi.in 5.notabi.de iudi.& in c.ex parte. B.de foro compe.in 5.& 6.notabili.per illum text.sed medium cōcludendi in medio conditionis.d.l.si quis maior.est quia vētum fuerit contra contractum iuratum, vt patet ex d.l.si quis maior,cum ibi nota.de hoc autem nulla est facta mentio in libello, sed medium concludendi ibi est in eo q res spectat ad actorem iure dominij vel quasi & ēt possessionis in qua se di-
7 xit molestari pp occupationem Ang.&c. ¶ † Secundò respondeo q dicta condictio non pōt dari ꝯ dictum tertium possessorē quia oīs condictio regulariter est personalis. §. appellamus.insti.de actio. sed personalis actio non datur contra tertium possess.l.fi.§.fi.ff.de cōtrah.emp.l.1.§.si hæres.ff.ad trebel.& bene ad propositum nostrum probatur in l. cum precibus.C.de rerum permuta.vbi si dedi tibi fundum vt tu mihi dares domum: & tu accepto fundo vendidisti eam Titio, & postea non vis mihi dare domum & sic non obseruare promissa quanuis ego possum agere contra te condictione ob causam vel actione præscriptis verbis vt fundum reddas vel vt obserues promissa, tamen ad hoc non possum agere cōtra dictum Titium.ad idem.l.dolus. C.de rescindenda vēditione.vbi similiter quando dolus primi tēporis est causa pp quā potest rescindi venditio sibi facta non per hoc dicto venditori datur

ri datur remedium agendi cōtra Titium qui emit ab illo primo emptore: ita in proposito, posito quod Guai. incidisset in periurium non debet afficere singularem successorem habentem causam ab eo vt ea actione personali agi posset cōtra eū. ¶Et ad hoc ē adduco no. p Pe. & Cy. in l. 2. C. de rescin. ven.
8 in 11. q. vbi quærunt. † an si tibi vendidi fundum minus dimidia iusti pretij, & tu eum vēdisti Titio, ego postea volo agere pro rescissione dicti contractus vt consequar restitutionē meæ rei vel supplere mihi iustum pretium, an possum experiri contra dictum Titium possessorem? & dicunt ꝙ non: qa actio personalis non datur contra tertium possessorem, vt dictum est. ¶Et subdunt ꝙ si teneremus ꝙ in casu d. l. 2. haberet locum remedium restitutionis in integrum, prout nonnulli ibi tenuerunt, quorum opi. communiter damnatur, tūc distinguendum esset, scilicet quod an ille Titius emptor secundus scienter emit, quia sciebat competere aduersus primum cōtractum remedium restitutionis in integrum. & tūc posset dici etiam contra ipsum tertiū remedium restitutionis in int. competere vel non, nisi in subsidiū, scilicet primo non existente soluendo. l. in causa. la j. §. fi. cum duabus. ll. sequen. ff. de mino. ¶ Item etiam quantum ad casum nostrum tenet Bal. in d. l. 2. in 13. q. & Sali. ibi in 12. q. ¶Bene facit quod no. Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua versi. 127. quem allegat dominus aduocatus Ang. ¶ Per hoc etiam videtur responsum si allegaret quod potest dari condictio sine causa aut similis cōdictio contra dictum Ang. quia, vt dixi, huiusmodi cōdictiones quæ dicuntur personales d. §. appellamus, non dantur cōtra tertiū possessorem. in libello enim condictionis sine causa habeo dicere ꝙ tibi sine causa solui vel promisi. l. 1. ff. de condi. sine causa. declarat Bald. ponendo formam libelli in l. edita. in 19. col. C. de eden. in repe. Paduana, apparet ergo ex aliquo intentato remedio non posse dictum agentem obtinere. ¶Alia ē ratione videtur dictum Ang. esse absoluendum, quia non videtur ꝙ aliquo modo sumus in casu quo dici pos-
9 sit Guai. incidisse in pœnam d. l. si quis maior. † Nam presupponitur ꝙ illo mense Septembris quo tempore fieri debebat dicta solutio constat d. Raphaelem esse absentem & in aliam prouinciam se contulisse. & constat ꝙ Gui. qui tempore contractus erat eiusdem fori cuius erat dictus Raph. non tenebatur in aliam prouinciam se conferre & ibi soluere Rapha. vt determinat Bal. in l. acceptam. in 14. q. C. de vsu. & Bal. & Io. de Imo. post eum in l. cum filius. §. fin. de ver. ob. ¶ Nec vr ꝙ esset necesse * ꝙ Guai. in termino se offert paratum si esset qui reciperet postq̄ presupponitur constabat Raph. non adesse. l. si fundum. alias incipit statim. §. Marcellus. ff. de leg. cōmis. l. per rem. §. fi. l. cū quidam. §. si pupillo. ff. de vsuris. ¶ Ad hoc quod no. Host. in ti. de loca. prope fi. circa pe. col. ver. ꝙ si hæredi. aliàs sub ver. quid si emphyteuta promisit. vt ibi dixit ꝙ si hereditate proprietarij iacente lapsum est bienniū vel trienniū, an emphyteuta dicatur cecidisse iure suo? & dicit ꝙ non, & ꝙ sequutus est emphyteuta postq̄ non fuit cui solueret. allegat iura proximè allegata. ¶Ita ē dicit Dy. in c. cum quis in ius. de regu. iur. in 6. vbi q̄rit, quare est ꝙ mortuo stipulatore sine hr̄de vel relicto hærede cui non potest iure solui, non cōmittitur pœna ipso iure vt in iuribus s̄. proximè allegatis. sed contra mortuo promissore committit licèt restitutio concedatur, vt l. ad diē. ff. de ver. ob. iuncta l. qui in alterius. cū glo. ff. de reg. iur. & respōdet ꝙ hoc ideo est, quia casus cōtingens in persona creditoris non debet extendere obligationē debitoris. ar. l. qui occidit. §. pe. ff. ad l. aqui. & l. nunq̄ crescit. ff. de reg. iur. sicut contra contingens in persona debitoris non debet variare obligationis conditionem. l. 2. §. ex his. ff. de ver-
10 bo. ob. Bal. ē idem sentit. in l. 2. in fi. C. de iur. emph. ¶†Nec ob. quod not. glo. in d. l. per rem. §. fi. in verbo inculpata, qa bene fateor ꝙ vbi requiritur depositio & consignatio vt est ad impediendum cursum vsurarum iam inceptarum non excusatur debitor licèt nō reperiatur creditor postquàm opus est depositione & consignatione quæ sine creditore fieri potest. l. si creditori. C. de vsur. aut nos quærimus in casu in quo non requirebatur depositio & consignatio, vt est regulariter quando tractatur de effectu non incurrendi moram vel pœnam vel cursum vsurarum nondum incæptarum; & tunc si est cui offeratur, debet offerri & sufficiat sola oblatio. l. si parte. C. de vsur. & no. in d. l. acceptum. cum sim. & ad hunc casum habuit respectum glo. in d. l. pecuniæ, vt patet per l. quā allegat: sed si non erat cui offerretur, tunc non potest fieri oblatio, & absque oblatione securus est debitor. d. §. Marcellus. cum alijs s̄. allegatis. ¶Nec obst. quod not. Bar. in l. si reus paratus. in fin. ff. de procurat. dum dicit ꝙ quando quis vult soluere vt pœnam euitet, si non reperit creditorem cui soluere posset debet authoritate iudicis facere consignari & coram iudice offerre per illam. l. si reus paratus. & ad hoc vt sciatur vtrum ille creditor reperiatur vt quia fortè esset forensis fiat præconium de hoc: arg. l. si eo tempore. C. de remis. pig. quia dico ꝙ decisio Bart. intelligitur in casibus in quibus requirebatur consignatio & depositio prout loquitur illa. l. si reus paratus. vt ibi declarat Bal. & Bar. in l. si seruum. §. nunc videamus. in fi. ff. de verbo. obl. nam etiam quandoq; ad euadendam pœnam requiritur oblatio, depositio & consignatio. l. 2. in fi. secundū vnum intellectum glo. C. de iure emphy. & d. l. si creditori. ¶ Et ꝙ ita debeat intelligi illud qđ notat Bar. in d. l. si reus paratus, in fi. patet per id quod ipsemet no. in d. §. nunc videamus. & in l. item illa. ff. de consti. pec. dum dicit ꝙ satis est ꝙ ille qui nō habet cui soluat dicat soluerem si haberem cui. & non requiritur depositio vel consignatio. item aliàs esset contra dictum §. marcellus. ¶ Nec obstat si diceret ꝙ dictus Gui. non seruauit illud, scilicet ꝙ iuerit ad domum dicti Raph. & dixerit, soluerē si haberem cui: rn̄deo primò ꝙ licèt nō leuis sit authoritas Bar. tamen Hosti. in loco s̄. allegato & alij de quibus supra dixi videntur esse in diuersa sn̄ia, s. ꝙ sit tutus debitor eo ipso ꝙ non erat cui solueret. & hoc videntur bene probare dicta iura allegata per Hosti. & alios de quibus supra dixi, licèt Spec. dubitare videatur in tit. de loca.
11 §. nunc aliqua. vers. 21. ¶Pro hoc facit quod videmus † quod vbi reo præfigitur in citatione terminus vt cōpareat ad respōdendum libello actoris si neuter comparuit, citatio circunducitur, & reus non incurrit moram vel contumaciam: quia actoris non interest. l. 2. in fi. ff. si quis in ius voc. non ierit. secundum communem intellectum docto. ibi reprobantium glo. quæ ibi contrarium tenuit, facit l. arbiter calendis. ff. de arbi. & l. post edictum. §. 1. ff. de iud. & sic ibi non requiritur ꝙ reus aliquid faciat, sed satis est quod actoris non intersit, vt quia etiam ipse non comparuit. ¶ Item in pari culpa melior debet esse conditio rei. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb.
12 oblig. ¶†Nec expedit ꝙ debitor dicat, soluerem si haberem cui, quantum ad hunc effectum vt ostendat se habere animū soluendi & non incurrendi moram: quia dico ꝙ istud non est per hoc necessarium; quia lex presumit quem velle soluere debitum ne moram incurrat, quæ est delictum: ita no. Bart. l. si creditor, ad fin. ff. de legat. 1. & in l. gerit. ff. de acquiren. hereditа. in versic. pone quòd debitor in diem &c. ar. l. meritò. ff. pro socio. & vbi appareat debitorem siue creditorē non adesse, videtur cessare mora in reo per rationes prædictas. Nec in contrarium allegat Bart. in l. aliquam. vbi hoc probare videtur. ¶Nec obst. si pro opi. Bart. allegaretur tex. in l. fin. de leg. commis. quia respondeo quòd text. ibi non dicit ꝙ debitor teneatur offerre quando scit creditorem non adesse. Sed ponit ibi contingentiam facti alias esset contra dictum. §. Marcellus. qui loquitur in eadem materia. ¶ Nec etiam obst. si diceretur quòd fortasse Rapha. dimiserat domi procuratorem ad recipiendam solutionem, quia respōdeo vt dixit Bar. in l. continuus. in §. cum ita. ff. de verborum obligatio. quod creditor debet probare se hoc fecisse, alias non imputatur debitori per dicta l. arbiter calēdis, & sic elapso mense septimo quo fieri debebat solutio non constituitur pro illa quantitate in mora Guil. nisi interpelletur à Rapha. quod soluat, vt notabiliter decidit Barto. in dicta l. item illa. in versi. quæro quid
13 erit postea. ff. de consti. pecu. ¶†Item posito quòd dici posset Guai. fuisse in culpa ex eo quòd non dixerat soluerem si haberē cui, non videtur quòd per hoc incurrat pœnas. dicta l. si quis maior. quia cumulatio pœnarum contra regulas iuris communis sit propter periurium: ita not. glo. ibi in verbo, rerum proprietate. & sequuntur doc. ibi. Sed ita est ꝙ in periurium quis non incidit sine dolo.* l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiu. & no. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in 3. col. ff. de offi. proconsu. in ver. sed nunquid iudex qui iurat. & Bal. in l. fi. in aliquibus lecturis vt ibi refert & sequitur Pau. de Cast. ff. qui satisd. cog. per d. l. qui iurasse. & not. doc. in c. 1. de delic. pue.

& Pau.

Cagnol. in L. 2 n. 114. C. de rescin. vend.

* & Pau.de Cast.in d.l.qui iurasse.* in prin.& est optimus text. 22.quæstio.2.§.item opponitur.¶Pro hoc bene facit gl. in c. breui.de iureiu.communiter approbata, quæ voluit quod licèt difficultas quandoque non excuset a pœna conuentionali quę cōmittitur ratione moræ vt q̄n debitor esset obligatus ad dationem quantitatis pecuniæ sub pœna, tamen semper excu
* sat a periurio [b] cum propter difficultatem esset dolus requisitus in periurio.facit quod no.in c.ex literis.de spō. ¶ Et ideo tex.in l.si quis maior præallegata voluit illis pœnis illaqueari eos tantum qui essent etiam ferè doli capaces id est maiores: cum ergo dictus Guai.non teneretur exsoluere seu deponere & consignare: scilicet si volebat solum consequi q̄ non incurreret moram & pœnam posito quod debuisset dicere, ego paratus sum soluere si esset hic creditor qui acciperet: quis diceret eum ex hac commissione fuisse in dolo stante absentia Raphael.cui promissum erat cum iuramento soluere & numera re certè non videtur ex hoc deprehendi dolus: cum quælibet
* iusta causa vel etiam iniusta causa excuset a dolo. * l.igitur. §. pen. ff.de lib.causa.& no.glo.in l.1.in fi.de abigeis. & in l.plagii.la 2.C.ad l.faui.de plagi.¶Et dicit ibi gl.q̄ error iuris quā
c uis non sit iusta causa,excusaret a dolo. [c] ¶Et præsertim istius iuris implicati & intricati quantum ad istum casum propter intricationem iurium & authoritatem docto.alias legum quibus proximè supra dictum est, quo casu talis error æquipara-
* tur probabili errori facti, * vt est singularis tex. in c.cum dilectus.secundum An.de Bu.ibi: de consue. & non præsumitur quem vellere deierare.l.fin.C.ad l.iul. repe. ¶ Et ideo non est præsumendum quod potius Guai. voluisset incurrere periurium & tot pœnas potius quàm illa verba simplicia dicere id est si esset creditor, soluerem, cum sciret ibi non esse creditorem. vnde secundum Ang.in d.l.plagii.ex solo iuramento cōcurrentibus aliquibus coniecturis præsumitur quid factum
13 fuisse per iuris ignorantiam.¶†Et hic accedit cōiectura quod Guainus dabat & dat operam rei militari,& talibus quo ad exceptionē permittitur ius ignorare. l.regula post. ff.de iuris & fac.igno. & isti alii quibus propter rem militarem vel aliā causam permittitur iuris ignorantia præsumuntur in dubio po-
* tius per iuris errorem fecisse quàm per malitiam * seu dolum: vt probat tex.no.quam ad hoc ibi ponderat Bald.in l.pen. C. de his qui sibi ascribunt in testamento. ¶Facit quod no.gl.in auth.de incest.nup.in prin.in verbo sciens. & vbi scilicet imponit pœnam pro delicto quod non potest committi sine dolo,vt pro furto vel falso:& tunc nunquam dolus & lata culpa æquiparantur: vt no. Bart.in l.1.§.non autem.in 2.col.ff.si qs test.lib.esse iuf.fue.& Sal.in l.senatus.C.de his quæ sibi ascri: & periurium est huiusmodi, vt dixi supra. ¶ Ex quibus puto dicto Guai. saltem iuranti & alleganti se putasse de iure non tenere offerre credendum esse & cum stantibus prædictis non incidisse in penas de quib.quæritur vigore d. l.si quis maior: & ipsum ad illas pœnas non posse cōueniri: dictum vero Ange.omnino aliis etiam rationibus de quibus supra esse absoluendum per quæ non oportet insistere. An Guai. debeat perdere illud quod supra lucratus est ex venditione facta Ange. nam aut non incidit in pœnam d.l.si quis maior. & tunc res clara est: Aut incidit,& tūc teneretur ad restitutionem rei vel æstimationis: & tunc non debet attendi quanti vendidisset Guai. Ang.iuxta. l.3. ff.ad l.fal. ¶Alia plura copiosè deducta sunt per dominum aduocatum Ange. super quibus non insistam,prædicta ad præsens sufficere arbitratus, quæ & iuri & æquitati conuenire putaui &c. Alex. Paduæ iura ciuilia legēs.

ADDITIONES.

a ¶Ange. Ant.Negusa.tract.de pign.par.2.tertio membro,nu.64. Ale. consi.43.col.2.lib.4.consi.115.lib.6.

* Recuperandæ.]No.quòd Remedium recuperandæ non competit,vbi contractus resoluitur ob fidem non seruatam, & ita Alex.hic ponderat Ruin.consi.34.col.4.lib.j.Et idem repetit consi.seq.quod comprobatur,quia non competit etiam,vbi contractus posset rescindi ob metum.Abb.in cap.super hoc col.11.super gl.in Verbo, resignationis, de renuncia.Aduerte etiam quòd remedium competeret,vbi contractus fuisset conditionalis,seu alio modo imperfectus.Alex. consi.33. lib.6. Natta.

* Host.in d.c.bonæ.]Istud dictum Host.refert Alex.in d.l.si me, & Titium,q̄ qui lucratur ex re ad me pertinente sine causa conueniri potest iudicis officio fac.l.planè,& l.si.ff.de pet.hær. Natta.

* Necesse.]Vide Areti.vbi eadem ponit consi.162.inci. Verum est, vbi not.distinguit,& allegat eadem iura,quæ hic ponit Alex. & Ias. post Alex.ibi in l.ad diem.ff.de verb.obliga. Et de istis etiam per Rimin. in l.non hoc.col.pen.& fi.C.vnde legi.Dec.consil.566.in fin. Et vide etiam aliquid per Alex.consilio 45.colum.2.lib.2.& Rui. consi.150. in fi.lib.j. Natta.

* Sine dolo.]In periurium non incidit quis sine dolo. Idem tradit Fel. in c.1.col.13.de iureiuran.& Alex.& ibi.latè Ias.in l.qui iurasse. ff.de iureiuran. Natta.

* Et Pau.de Cast.in d.l.qui iurasse.]Et quòd d.l.si quis maior non procedat,nisi in periurio dolosè commisso,tenet etiam Alex. in d.l.fi.ff. qui satisda.cogan.Circa fin.Ias.consi.84.col.4. lib.1. Sed contrarium tenet idem Ias.consi.179.lib.2. Natta.

b ¶Periurio.Bert.consi.69.lib.j.Franc.Rip.tra.de peste fo.3.

* A dolo.]Respondet Ias.in d.consi.179. q̄ quando quis cognouit causam iniustam & in ea perseuerat,dicitur in dolo.l.3.§.is, qui nescit, ff.de lib.hom.exhi. Natta.

c ¶A dolo.Alex.l.si quis id quod.ff.de iurisd. om.iu. Alcia.tra.de præsump.reg.3.præsum.30.limita.infra eo.lib.consi.103.nu.14.

* Facti.]Error iuris intricati æquiparatur errori facti. de quo vide not. Soc.in rub. ff.de reb.dub. Et no.dictum Ange.de quo infra meminit Alexan. Natta.

* Per malitiam.]Istud dictum Bal.allegat etiam,& sequitur Alex. consilio 133.in fin.lib.6.pro quo facit,quia si potius præsumitur imperitia iuris quàm donatio secundum Cu.in l.non fatetur.ff.de confessis, quem sequitur Alex.consi.164.in fin.lib.5. Ergo multum minus delictum,cum anima cunctis rebus sit præferenda.c.cum infirmitas de pœni.& remissio.l.sancimus.C.de sac.san.eccl.Et vide Rui. consilio 145.nume.12.lib.5. Natta.

CONSILIVM XCIII.

Duplum supra consi. 5.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis excludit substitutum sub conditione si decesserit sine liberis, fallit si testator erat in dignitate constitutus.*
2 *Doctor vel consiliarius principis habent dignitatem.*
3 *Naturalis tantum non excludit substitutum, si substitutus sit de legitimis & naturalibus descendentibus testatoris.*
4 *Naturalis legitimatus non excludit substitutum a nobili, vbi alias excluderet.*
5 *Legitimati non succedunt in feudo nec in emphyteusi ecclesiæ.*
6 *Legitimare in præiudicium tertij non potest quis habens potestatem a Papa vel Imperatore.*
7 *Papa nō potest legitimare filium regis in præiudicium fratris.*
8 *Inferiora a Principe non potest dispensare sine causæ cognitione.*
9 *Substitutus post mortem testatoris habet ius in spe, & debet citari in legitimatione.*

EPITOME.

TITIVS solutus ex soluta filios habuit quinque, moritur mulier illa non desponsata a Titio, quæ licèt habitaret in domo & familia Titii, tamen cum aliis ignorante ipso Titio se miscebat viris, & nonnulli putabant eos vel aliquos eorum non esse filios ipsius Titii quanquam is Titius suos diceret, & vt legitimarentur perquisiuit vt infra. Quidam Sempronius multis præditus virtutibus comes Imperialis & apostolicus factus est & genuit filios aliquos inter quos fuit Seius: euenit q̄ is Sēpronius sub quodam Principe Vicario Romanæ ecclesiæ in temporalibus pro parte sui dominii & existente campione a maiestate imperiali cōstituto pro alia parte sui dominij viuens in crimine læsæ maiestatis contra dictum Principem prolapsus est, & crimine tali damnatus laquei pœnam luit,eius bonis confiscatis filii non participes criminis post patris calamitatem vixerunt sub ipso principe.& Seius prædictus ad legitimandum vocatus est, & eos Titii filios in loco per eundem Principem tento in parte dominii ab Imperatore dependentiam habentis legitimauit apostolica & Imperiali authoritate. postea Titius ab intestato moritur.Lucius frater defuncti dicit ad se hęreditatem defuncti spectare multiplici ratione. primo quia licèt Sempronius authoritate apostolica & Imperiali

periali potuerit legitimare ante, & similiter eius filii & descendentes, tamen postea propter incursum crimē læsæ maiestatis huiusmodi priuilegium amisit & similiter filii authoritate per patrem acquisita priuati intelliguntur & amplius legitimari non possunt: & ita legitimatio prædicta est nulla. Secūdò quia mulier alia cum aliis, vt supra se miscuit viris quod facile probabitur: & quos suos putabat Titii legitimari facere non potuit. Tertio in instrumento seu testamento patris dicti Titii & eius fratris hæc verba scripta reperiuntur: & ita ipse pater eorum ordinauit & seruari iussit: vltra alia in eo testamento disposita videlicet, & si aliquis suorum filiorum tam natorum masculorum quàm nasciturorum seu posthumorum vnius seu plurium masculorum quandoque decederet sine liberis & descendentibus masculis, iussit, voluit & mandauit dictus testator quod pars decedentis seu decedentium sine liberis & descendentib. masculis perueniat & peruenire debeat iure substitutionis ad alium seu ad alios superuiuentem seu superuiuētes vel ad eorum seu alicuius eorum liberos & descendentes masculos in stirpes & non in capita &c. Cum igitur dictus Titius nulla alia bona habeat nisi de his quæ sibi a patre suo relicta fuerunt: restat vt dicti asserti legitimati nō possint succedere ipsi Titio defuncto ab intestato cum nō sint ex legitimo nati matrimonio. Modo quæritur stantib. supradictis an prædicti legitimati & filii asserti dicti Titii succedant ipsi Titio: an frater ipsius Titii virtute aliquorum iurium & rationum prædictarum præferatur eis in bonis &c. & consiliū requiritur in scriptis a quouis iurisconsul. si veritas est & dictus frater præferatur legitimatis vt supra si verò de iure præferri nō posset non quæritur in scriptis consilium.

CONSILIVM XCIIII.

Consideratis his quæ in themate narrantur. ¶Videretur fortasse prima consideratione dicendum, dictum Lucium fratrem dicti defuncti esse excludendum a dicto fideicommisso paterno: quia dictus testator scilicet magister Bartholomæus dictam substitutionem fideicommissariam fecit dictis Titio & Lucio reciprocè sub conditione si aliquis eorum decederet sine liberis & descendentibus masculis sed ita est ꝙ dicta substitutio dicitur euanescere per existentiam filiorum naturalium tātum: quia regula est, ꝙ filius naturalis regulariter excludit substitutum vocatum in casu in quo institutus decedat sine liberis. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff ad treb. l. cum pater. §. volo. l. Lucius. §. fi. de leg. 2. no. gl. in c. in præsentia. in versi. si sine liberis de proba. & in c. Raynaldus. in ver. legitimus. de test. & Io. And. in additio. Spe. in tit. de testa. §. 1. super versi. itém quid si duobus. ¶ Secundò, quia dato ꝙ requireretur dictos descendentes esse legitimos & naturales, tamen attento ꝙ fuerunt legitimati videtur hoc sufficere, quia nihil differre videntur a legitimis & naturalibus vt in aut. qui. mo. na. eff. leg. in §. liceat. & in aut. qui. mo. natu. effi. sui. §. & quoniam varie. §. relinqui. & in §. illud. & in §. adoptiuus. cum si. Vnde tenuit Iac. de Are. quem sequitur Io. An. in addi. Spe. in ti. de succes. ab inte. §. fi. ad fi. ꝙ substitutio facta per illa verba si decesserit sine liberis, deficiat per tales naturales legitimatos. quam opin. plurés sequuntur & præcipuè Ant. de Bu. in c. per venerabilem q̄ filii sint legi. bene facit. l. Imperialis. §. itaque. & quod ibi Bald. & Sal. C. de nup. & quod no. Bald. in l. cum acutissimi. & in l. eā quam. in 9. col. C. de fidei. ¶ Sed præmissis non obstantib. contrarium puto esse de iure verius in proposito nostro, ꝙ naturalis non facit deficere conditionem dictæ substitutionis: qa testator in dicta restitutione reciproca dum dicit, si aliquis eorum decesserit sine liberis & descendentibus masculis, intellexit de legitimis & naturalibus: non autem de naturalibus tantum vt patet per sequentia verba dum dicit, & si contingeret dictum Titium, Lucium. & omnes alios eius testatoris filios masculos legitimos & naturales & posthumos decedere quandocunque sine filiis legitimis & naturalib. masculis siue posthumis legitimis & naturalibus & sine nepotibus filiis & naturalibus masculis ex eorum vel alicuius eorum filio vel filiis legitimo & naturali vel legitimis & naturalibus masculo vel masculis & sine liberis & descendentibus masculis legitimis & naturalibus, ita ꝙ omnino deficiat linea masculina ipsius non obstantibus filia vel filiabus legitimis & naturalibus ex filiis masculis legitimis & naturalibus ipsius testatoris vel aliquo ipsorum nec earum vel alicuius earum filiis descendentibus legitimis & naturalibus sed extantibus filia vel filiabus vna aut ex pluribus legitima & naturali vel legitimis & naturalibus testatoris sine posthuma vel posthumo ipsius testatoris legitima & naturali vel legitimis & naturalibus aut eius filiæ legitimæ & naturali uel earum filiarum & naturalium filiis legitimis & naturalibus, tunc in eo casu adueniente scilicet defecto filiorum masculorum & omnium descendentiū legitimorum & naturalium suorum masculorum duntaxat substituit tempore testator dictis Titio & Lucio & omnibus aliis ipsius testatoris filiis masculis legitimis & naturalib. suprascriptis Camillam eius filiam & quamcunque aliam ipsius testatoris filiam legitimam & naturalem &c. Nam apparet ꝙ testator prædictus magis dilexit quemlibet filiorū quàm dictas filias suas fœminas, & tamē quādo substituit filias suas fœminas dictis omnibus suis filiis masculis testatoris voluit eas admitti ad substitutionem si dicti omnes filii masculi testatoris decederent sine liberis & descendentibus legitimis & naturalibus. & sic dato ꝙ aliqui vel omnes filii masculi testatoris decessissent cum descendentibus naturalibus tantum, tales naturales non exclusissent dictas filias testatoris a substitutione: quia naturales tantum sunt legitimi & naturales quos extare voluit testator ad hoc vt excluderentur filiæ testatoris a substitutione; multo magis dicendum est ex mente testatoris fuisse ꝙ decedente Titio filio testatoris cum filiis naturalibus tantum non excludātur d. Lucius filius masculus testatoris a substituti ne reciprocè facta inter eos cum fuerit magis dilectus d. Lucius quàm dictæ filiæ testatoris circa dictam conditionem substitutionis & sic melioris conditionis esse debet ex præsumpta mente testatoris, vt ar. l. Publius. §. 1. ff. de condit. & demon. & aut. hoc amplius. C. de fideicom. & per id quod no. Bart. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & post. & in

1 l. fi. ff. ad treb. ¶† Secundò probatur dicta verba cōditionalia apposita in dicta substitutione reciproca videlicet, si aliquis eorum decesserit sine liberis, interpretantur de naturalib. tantum quando apparet ꝙ in aliqua alia parte testamenti facta esset mentio de naturalibus tantum, secundum Bartol. in d. §. si quis rogatus. & Frācíscum Tigrini. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. sub cond. fac. arg. l. qui filiab. in prin. ff. de leg. 1. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de leg. 2. eadem ratione debet interpretari de legitimis & naturalibus quādo de talibus scilicet legitimis & naturalibus est facta mentio in reliquis partibus testamenti prout est in proposito nostro in quo testator nullam mentionem fecit aut prouisionem de filiis naturalibus tantum. ¶ Tertio probatur, quia quando testator erat in dignitate constitutus, tunc non videtur in dicta cōditione substitutionis reciprocæ facta per verba prædicta intellexisse de filiis naturalibus tantum, vt est casus in d. §. si quis rogatus. & idem dixit ibi Bart. si testator non erat in dignitate constitutus tamen erat homo honestæ vitæ vel venerabilis obseruationis, ita ꝙ ei esset verecūdum si sua cognatio siue sua domus deueniret ad bastardos. arg. l. 1. §. generaliter. ff. de vē. in pos. mit. & l. 1. §. de ven. inspi. ver. publicè. ff. de ven. inspi.

2 & in d. §. si quis rogatus. in verbo conditionem &c. ¶† Sed ita est ꝙ dictus testator erat doctor artium & medicinæ, & consequenter in dignitate constitutus. c. quanto. de magi. & no. docto. in prima constitutione codicis. & in l. ex eod. ff. de test. mili. & in l. 1. in princ. per Bal. ff. de iusti. & iure. no. Bart. in l. fi. C. de iude. & in l. generaliter. §. fi. ff. de decur. & in l. omnes. C. de decu. lib. 10. & ibi propriè sequitur. Bart. de doctore in medicina vbi dicit eum habere dignitatem: & idem est in doctoribus artium, vt no. gl. l. lege Iulia. la 1. in verbo Oratores. ff. ad l. iul. de vi pu. Erat insuper præfatus Consiliarius principis & quàm bene æstimatus & reputatus, & sic etiam ista ratione poterat dici in dignitate constitutus cū pars corporis principis esse censeatur. l. quisquis. C. ad l. iul. maie. vbi dum text. dicit virorum illustrium qui consiliis & cōsistorio nostro intersunt, senatorum etiam. nam ipsi pars corporis nostri sunt, & cæ-

& cætera. & etiam sola ratione dignitatis doctoratus doctor dicitur nobilis.l.2.§.fi.ff.de excu.tu.no.Bart. in l.iudices. C. de dig.lib. 12.& Cyn.in l.prouidendum. per illum tex. C.de posth.& dicit ibi Cyn. q doctor dicitur magis nobilis quàm ille qui est nobilis genere: vt ibi per eum. ¶†Quartò confirmatur per id quod voluit Sali.in d.l. generaliter. §. cum autem. vbi dixit q etiam quando est de qualitate & conditione testatoris,& an senserit de legitimis & naturalibus,an verò de naturalibus tantum dictum est q si substitutus erat filius legitimus & naturalis testatoris, vt in casu nostro; tunc naturalis tantum non excludit substitutum venientem per fideicommiss.vt in proposito nostro:quia per substitutionem fideicommissariam tractatur de succedendo testatori,non autem ei cui facta est substitutio.l.cohæredi.§.cum filiæ. ff.de vul. & pup. & l.precibus.in fi.C.de impu. & aliis substi. vnde extantibus legitimis & naturalibus prout est dictus Lucius non debent admitti naturales tantum in bonis & hæreditate dicti testatoris per id quod habetur in auth.licèt.C.de natu.libe. & ita dicit consuluisse dominum suum Richardum de Sal.hanc vltimam rationem tamen non pono pro constanti, magis adhæreo præcedentibus quas puto tutiores.

4 ¶†Quintò quia etiam dato q alias legitimatus excluderet illum qui fuisset substitutus per hæc verba si institutus decesserit sine filiis legitimis & naturalibus,tamen fallit quando essemus in casu in quo propter dignitatem seu conditionem personæ testatoris filius naturalis tantum absque legitimatione non fecisset deficere conditionem fideicommissi relicti sub hac conditione videlicet si institutus decesserit sine liberis iuxta d.§.si quis rogatus. qa tunc etiam si talis naturalis sit legitimatus non excludit substitutum quem testator substituit in casu in quo institutus decederet sine filiis legitimis & naturalibus per eandem rationẽ ar.d.§.si quis rogatus.ita expressim firmat Ang. in sua disputatione incip. Nobilis quidam genere. pro hoc etiam adducit id quod habetur in c.naturalis.in ti.si de feu. fue. contro. inter do.& agnat.

5 † vbi legitimati non succedunt in feudo; quia non est verosimile nobilem concedentem feudum de tali prole sensisse.pro hoc adducit q emphyteusis ecclesiæ ad tales naturales non transit propter nobilitatem ecclesiæ concedentis, quæ taliter natos abhorret cum haberi non possint sine peccato mortali. allegat no. per Bart.in d.§.si quis rogatus. & clarius voluit Bal.in d.l.generaliter.§.cũ autem.& Bald.in addi. Spe.in ti.de loca.in 10. col. in ver. emphyteusis ecclesiæ &c. & Io.de Imo.in l.quod dicitur.in antepe.col. ff.de verb.obli. quibus locis volunt dicti doct. q sicut feudum non videtur concessum pro naturalibus etiam legitimatis, ita nec emphyteusis ecclesiastica,quia sunt infames. allegat not.per Azo.in summa. C.ex quib.cau.infamia irro. ¶ Bene faciunt not.per Spe.in ti.de loc.§.nunc aliqua.versi.67. & per Bart.in suo cõsilio inci.Neratius.& per Io.An.& alios in d.c. in præsentia. & per Dy.& Bal.in l.Lucius.§.fi.ff.de leg.2.& Bal. & Ange.in l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alien.iur.Bald.in l.parentes.in fi.ff.de in ius vocan.& Moder. in c.statutum. el 2.de hære.in 6.¶Et cum dicta decisione Ang.in disputatione præallegata,concordat etiam An.de Bu. in c.per venerabilem qui filii sint legi. circa antepe. cartam licèt perfectè non referat Ang.& sic stante dicta qualitate personæ testatoris non intelligitur eum sensisse de talib.naturalibus etiam legitimatis. ¶Fortius tenuerunt quamplurimi magnæ authoritatis viri q etiam in quolibet testatore etiam qui non esset nobilis in dignitate naturalis legitimatus non faciat deficere dictam conditionem fideicommissi, ad quam perimendam requirebãtur filii legitimi & naturales, vt tenuit Bal.in l.Lucius.la vlt.ff.de hære.insti.& in l.si ita quis.§.si cuius.ff.de leg.2.& in l.si quis posthumos.in prin.ff.de lib.& posthu.Et consuluit Io. Cald. in consi.1.sub ti.qui filii sint legi.est de mente Bal. etiam in l. 1.C.de do.cau.mortis.& clarè etiam vult Sal.in d.§. cum autem.& Pe. de Anch.in consi.306.inci.In Christi nomine circa primum dubium &c. & Io. de Imo. in d.§. si quis rogatus. in fi.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pup.per l. fi.C.de his qui veniam ætа.impe.¶Et quia verba debent intelligi in dubio de legitimitate naturali per l.Statius. §.Cornelio. ff.de iur.fisc.& l.ex ea.§.insulam.ff.de verb.oblig. & l.fideicommissum. ff.de condi.& demon.& l.filium diffinimus. ff.de his qui sunt sui. ¶Et quia non est verosimile superiorem voluisse derogare iuri tertii.& sic substituti.c.super eo.de offi.dele. l.2. §.si quis a principe.ff.ne quid in loco pu. ad quod bene faciunt no. per Io.An.in regula sine culpa.in 2.q.prin.de reg.iu. in 6.in mercu.& per alia plura de quibus per eos in dictis locis.¶Et quãuis non dicam quod in aliis terminis quàm in nostris illa sit

a vera[a] vel non vera opi.q legitimatus regulariter excludat substitutum;tamen in terminis nostris bene hoc affirmo in testatore qui erat in dignitate & conditione prædicta constitutus per no.per Ange.in dicta disputatione cum aliis supra allegatis.¶Item sexto confirmo: quia dicta legitimatio non fuit facta a Papa vel Imperatore sed a comite asserente se habere authoritatem a Papa & Imperatore ex priuilegio concesso patri suo & filiis, vnde succedit illud quod dicit Ant. de Bu.in d.c. per venerabilem,in 21.col.in ver. vnum tamen puto &c. vbi

6 dicit se putare q † habens potestatem a Papa vel Imperatore[*]

* non possit legitimare ad præiudicium alterius etiam respectu spei,quia tales concessiones intelliguntur sine alterius præiudicio.cap.pastoralis.de priui.& d.c.super eo. & l.ex facto.in prin.de vul.& pup.¶Et ideo dicit Bal.in l.cum filius.ff.de testa.mili. q comites sacri palatii qui habent potestatem legitimandi legitimare non possunt in præiudicium legitimorum: quia ius alienum minuere non possunt, nisi tenor priuilegij expresè dictaret contrarium.arg.l.impuberi. ff.de admi.tut. cum si.¶Et propterea dicit Bald.in auth. præterea. C.de nat. lib.per illum tex.quod comes non poterit legitimare bastardos extantibus legitimis:quia præiudicaretur legitimis in successione nisi consentiant legitimi.facit quod no.Bar. in auth. item si quis eo.ti.& Bald.in d.c.domino guerram,in princ.in pen.col.in tit.hic finitur lex Conra. deinde inci. consue.reg. & Mode.maximè Pau.de Cast. in l.Gallus. §.& quid si tantũ. in fi.de lib.& posthu.& in suo consi.21. incip. In Christi nomine super eo quod primo loco &c. ¶ Per quem apparet qd dictus comes non præiudicauit dicto Lucio substituto in iure fideicommissi & respectu spei substitutionis prædictæ: q̃ quidem spes fideicommissi mortuo dicto testatore erat in cõsideratione & æstimabilis & licita: vt probat Bart. in l. is potest.in 2.vel 3.col.ff.de acqui.hær. vnde videmus q talis fideicommissarius substitutus licitè petit mortuo testatore sibi caueri pendente conditione fideicommissi per hæredem cui facta est substitutio de conseruandis bonis fideicommissi & resti.in euentum conditionis fideicommissi: vt per totum titulum.ff.vt leg. vel fideicom.no.c.& C.vt in pos.leg. ferè per totum.& l.inter omnes.ff.qui satisd.cog.& ibi no.¶Septimò cõfirmo per id quod notabiliter decidit Io.de Imo.& Do. de S. Gem.in ca.in grandi. in prin.de sup. neg.præla. in 6.vbi fortius dicunt

7 † quod Papa non possit legitimare filium regis Aragonum ad præiudicium fratris ipsius regis: qui frater Regis erat secundo genitus, & ad quem regnum de consuetudine deferebatur decedente primogenito etiam si talis legitimatio fieret viuente Rege & de volũtate Regis:quia nõ debet posse auferri sibi secundo genito hoc futurum ius sine causa. iuxta no.in c.quæ in ecclesiarum, de consti. & in l.fi. C.si contra ius.& in l.rescripta.C.de preci.impe.offe. ¶Et dicunt non obstare id quod no.Bart. in d.l.Gallus.§.& quid si tantũ. quia illud secundum eos procedit in patrimonialibus quæ possunt per patrem auferri consanguineo: ideo ad tale præiudicium consanguinei potest pater sine consensu consanguinei facere legitimare filium suum, secus est in his quæ non sunt in libera potestate ipsius qui facit legitimare filium naturalem vt in proposito:quia bona subiecta restitutioni fideicommissi non erant in libera potestate dispõnẽ.ipsius Titii. l.fi. §.sed quia. & in authen.res quæ. C.communia de leg. ¶ Et dicunt etiam q Papa legitimando aliquem in dubio intelligitur legitimare sine præiudicio alterius.c.quamuis.de rescr.in 6.& per hanc decisionem & rationem clarè apparet quod dicta legitimatio ad præiudicium dicti Lucij non subsistente alia iusta causa fieri non potuit,nec trahitur ad ius dicti fideicommissi auferendum substituto de quo mentio facta non est.

8 ¶ † Et licet alias in principe præsumatur iusta causa.vt no.Iac.de Are. & Cy.in d.l.rescripta.in 3.& 4.q.& Iac. de But. in l.fi. C.si contra ius. Et An.de But.& Io.de Imo.in d.c.quæ in ecclesiarum. & in c. cum te.de re iudi.& Ant.de But.in c.constitutus. de reli.domi.& dom.Abb.in c.cum olim.de re iudi. ¶ Tamen secus est in inferiori a principe.vt inquit Bald.in l.si testamentum. C. de te-

de testa. nam in eo requiritur quod causæ cognitio præcedat quando dispensat: vt no. Inno. in c. veniens. de filijs. presb. & Spec. in ti. de leg. §. qualiter. ver. dicunt autem quidam. & Io. An. in c. 2. de schisma. & in inferiore requirit ꝙ sit causa probabilis licet non ita in principe: vt nota. Bald. in d. l. rescripta. in versi. 3. quærunt doct. &c. & de natura legitimationis est ꝙ interueniat causa vt no. Ant. de But. in d. c. per venerabilem. in 3. col. & Pet. de Anch. in consi. 229. quia habet vim dispensationis, quæ non debet fieri sine causa j. q. 7. §. nisi. & ca. tali.
9 ¶† Octauò comprobatur, quia si dictus Titius volebat legitimari facere dictos filios suos quò ad derogandum & perimendum fideicommissum sibi iniunctum in bonis & hæreditate dicti testatoris oportebat saltem facere citare dictum Luciū de cuius præiudicio agebatur, alias nō poterat dicta legitimatio valere ad præiudicium dicti Lucii nō citati. l. nā ita diuus. ff. de adop. ¶ Attento ꝙ erat iam dicto Titio acquisitum ius in spe licita & approbata vt prius dixi. & ita colligitur ex no. per Bart. & alios in d. §. & quid si tantum. & per Cano. in d. c. per venerabilem. & est de mente Bal. in l. fi. C. quib. res iudi. non nocet. & in d. l. j. in vlti. col. C. de inoffi. dona. & in prin. c. circa pen. col. & Io. de Imo. in c. nisi cum pridem. §. personæ. de renun. & Pe. de Anch. in consi. 269. inci. In Christi nomine ex tenore priuilegii. ¶ Accedit id quod no. An. de But. in c. per venerabilem. dum tractat quorum citatio requiratur. vbi dicit ꝙ si in legitimatione legitimans non facit mentionem de iure alteri quæsito, dato ꝙ legitimatio valeret illo non citato tamen non valebit ad præiudicium illius. ¶ Et in istis terminis semper consulendo secutus sum istam partem. quam approbo vt verissimam, licet in aliis terminis & multis alijs in contrarium concurrentibus in legitimatione facta a Papa de plenitudine potestatis derogando specialiter & expresè fideicōmisso alias [b] consuluerim excludi substitutum fideicommissarium. & ita fuerit iudicatum & rectè in casu illo. ¶ Ex quibus intrepidè concludo dictos legitimatos non excludere d. Lucium a iure succedendi ex substitutione fideicommissaria in bonis & hæreditate dicti testatoris a quo fuit institutus d. Lucius. ¶ Et ex superius dictis apparet clara responsio ad allegata in contrarium. nam non ob. dum dicitur ꝙ filius naturalis et non legitimatus excludit substitutum: quia respon. ꝙ imò nō excludit, quia verba si decesserit sine liberis & descendentibus adiecta in dicta substitutione reciproca intelliguntur de liberis legitimis & naturalibus vt patet per sequentia verba testamenti. & etiam hoc modo intelligitur quādo testator erat in dignitate constitutus, vt probaui in primo secundo & tertio ar. secundæ partis. ¶ Et etiam non ob. ꝙ fuerint legitimati ꝙ nihil a legitimis & naturalibus differre debeant, & per consequens debeant excludere substitutum vt plerique tenuerunt: quia respon. ꝙ non procedit in testatore existente in dignitate seu conditione in qua erat dictus testator, nec procedit in legitimatione facta ab inferiore vt a comite: & saltem non cōsentiente nec citato substituto & non facta mentione de iure dicti fideicommissi vt hic probaui in 5. 6. 7. & 8. arg. secundæ partis. Alex. Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶ Vera supra consi. 2.
* Imperatore.] Sequitur Dec. consi. 425. 2. dub. col. 3. & in c. pastoralis nu. 8. de appel. Natta.
b ¶ Alias supra consi. 2.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tribuens executionem instrumentis intelligitur de puris.*
2 *Exceptio procedens ex eodem fonte non censetur sublata.*
3 *Debitum annuum non potest deduci ante tempus.*
3 *Tabelliones creare ad quem spectat.*
5 *Iuramentum non supplet solennitatem probatoriam.*

CONSILIVM XCV.

In causa & lite vertente inter spectabilem d. Fran. de Granellis agentem & Iacobū & Petrum de Macholarijs & Tonollum de Dolsonibus reos conuētos. ¶ Viso processu & his quæ multum eleganter & copiosè allegata sunt per eximium dominum aduocatum reorū attingam ea quæ videbuntur mihi de iure veriora & sufficere ad victoriā reorum. ¶ Et in primis moueor, quia negari non potest ꝙ dictum instrumentum confessionis debiti celebratum die 14. mensis Decembris anni proximè præteriti est collatum in diē videlicet in diem festi sancti Michaelis proximè futuram vt ex inspectione instrumenti & productionis continetur: & attento quod ab initio fuit oppositum dictam petitionem admittendam non esse, & sic fuit opposita exceptio ad impediēdum processum, sequitur quod iudex debet pronunciare non esse procedendum ad vlteriora super dicta petitione actoris agentis & petentis antè diem & absoluere reos, eo quia actor male agit petendo ante diem. l. 1. in fi. ff. quando dies vsusfru. leg. ce. l. item quia. ff. de pac. l. cedere diem. ff. de verb. sign. insti. de exc. §. temporales. l. exceptionem. & ibi declarat Bart. & alii post eum. C. de proba. & no. Inn. in c. pastoralis. de exce. & in c. 1. de plus peti. & Bart. & alii post eum in l. eum qui ita. §. qui ita. el 2. ad fi. de verb. obli. & in l. lecta. ff. si cert. pe. ¶ † Et
1 licet statutum tribuat executionem instrumentis publicis qualem de iure habent sententiæ diffinitiuæ tamen per hoc non dicitur tribuere executionem instrumentis in diem si agat seu petatur ante diem, quia proculdubio constat si lata esset sententia condemnatoria ad diem & executio peteretur ante diē non procederet petitio si opponeretur exceptio imò impediretur processus & executio, quia alias cōsequeretur quis plus debito. §. plus autem. instit. de actio. iuncto d. §. temporalis. ¶ Pro hoc etiam in specie in l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudic. ¶ Per hoc patet huiusmodi exceptionem non intelligi reiectum a statuto, ꝙ ēt satis patet vltra prædicta ex statuto permittente opponi exceptionem pacti de non petendo. & cōstat ꝙ ille qui ex contractu est obligatus soluere creditori nō purè sed ad diem dicitur interim ante diem habere exceptionem pacti ꝙ ante diem non petatur. Sic & ille qui conuenit se teneri vsq; ad certum tempus, si post tempus conueniatur, habet exceptionem pacti de non petendo. l. eum qui ita. §. qui ita. el 1. ff. de verb. obli. l. obligationum fere. §. placet. ff. de act. & obli. & d. l. quia. ¶ † Pro hoc ēt facit, quia qn̄ exceptio vel de-
2 fensio procedit ex eodem fonte [a] ex quo procedit petitio nunquam huiusmodi exceptio videtur reiecta a statuto denegante exceptionem, vt per Bal. no. in aut. præsente. C. de fideiu. & in l. ex prædiis. C. de euic. & in l. peremptorias. in versi. quero condemnatis. C. sent. resc. non pos. cum sim. ¶ Et nunquam intelligitur reiecta exceptio quæ ex ipsa petitione resultat. l. veteres in fi. ff. de iti. actuque priua. quia actor seipsum excludit Ro. in l. si vero. §. de viro. in 32. fallentia. ff. sol. matri. facit. l. si procu. §. sed si alius. ff. qn̄ app. sit. ¶ Posset hoc idem aliis pluribus mediis comprobari. Sed non puto expedire propter eius euidentiam. ¶ Tamen circa hoc vr̄ ꝙ vnum posset fortasse dominum iudicantem prima facie reddere dubitatē, quia actor non petiit executionem fieri ante tempus, sed quia ad aures suas peruenisse asserit ꝙ dicti rei vociferando dicunt quod ipsi non tenent* nec obligati sunt soluere dictas denariorū quātitates in terminis prędictis: imò petit declarari dictū instrumentum meruisse & mereri executionē contra p̄dictos in terminis de quib. supra & sic videt ꝙ non petat executionem fieri ante tempus sed conferatur in tempus in instrumento contentū. ¶ † Sed respon. & dico hoc non obstare: qa ius de futu-
3 ro saltē reo opponente non potest in iudicium deduci [b] etiam qn̄ nata est actio nisi qn̄ esset debitum annum, qa tunc ne cogat actor singulis annis de iure suo experiri, potest actor in iudicium deducere ius de futuro & petere ꝙ reus condēnetur ad dandum singulis annis id quod annuatim soluere promisit, p l. malè agitur. C. de præscr. 30. an. l. 1. cum ibi not. per doc. C. de fideic. no. gl. & doc. in l. non quemadmodum. ff. de iud. & Bart. in l. 2. ad fi. C. de fideic. & p Bar. & alios in l. de pupillo. §. si in pluribus. ff. de ope. no. nun. & in l. vbi aūt. §. qui fortè. ff. de verb. obli. & in l. libertis quis. §. 1. & in l. pecuniæ. ff. de ali. & ci. le. & in l. 1. C. de sen. q̄ sine cer. quan. & per Ang. in l. cum notissimi. C. de præsc. 30. an. & tn̄ ex promissione annua est nata obligatio a principio & actio. l. si cum §. stipulatus. ff. de verb. obl. l. senatus. §. fi. ff. de do. cau. mortis. ¶ Præterea moueor p ea q̄ notabiliter traduntur per Bar. in l. si finita. §. cū eleganter. ff. de dam. infec. circa vlt. col. vbi quærit an quis possit petere pronunciari sibi actionē competere. & concludit ꝙ si quis habet actionem & certus est actionē sibi cōpetere & tūc potest

potest iure dictæ actionis petere pronunciari sibi actioné cópe-tere,& istud est idem q̄ petere reum códemnari. l.quáquá. C.de sent.quæ sine cer. quan. & ex tali sententia fit executio ad id quod debetur.l.si prætor.in prin.ff.de iud.Si vero est in certus actor incertitudine tali cuius declaratio commissa est declaranda arbitrio boni viri, vt quia lex dicat aliquid esse faciendum arbitrio boni viri, tūc per illum cui est tale quid implendum arbitrio boni viri potest implorari officium iudicis, vt declaretur sibi actionem competere.l.Thais.§.sororé. ff.de fideicom.lib.l.Labeo.ff.de statulib.Si vero incertitudo pende ret a facto aduersarii tunc potest agere producendo petitioné suam etiam incertam.l.1.§.quid autem.ff.quorum leg.l.si indebitum.ff.rem ra.ha.l.iulianus.§.si quis colludéte. ff.de ac.emp. ¶ Modo in proposito non erat incertus actor an sibi cóveteret actio ex incertitudine causa a facto aduersarii: quia facultas agendi quæ competere posset actori in proposito nostro causabatur a facto ipsius agentis & a contractu per ipsum celebrato.ita quod non poterat prætendere probabiliter ignorantiam.l.quamquam.ff.ad vellei.c.ab excómunicato.de rescr. nec etiam erat incertus actor incertitudine tali cuius declaratio commissa esset arbitrio boni viri. vnde sumus in primo casu posito per Bart.in d.§.eleganter. in quo ipse vult q̄ ista sint paria peto pronunciari mihi actionem competere contra te & dicere peto te códemnari mihi, & vtroq; casu oportet hoc fieri iure actionis competentis. ¶Sed ita est q̄ quis non potest petere ante diem condemnari reum ad soluendum saltem si opponatur exceptio impeditiua iudicii, quia non debet ante diem vexari & inquietari: vt d.§.temporales,cum aliis.s.allegatis. ergo nec ante diem debet qs posse petere declarari sibi actionem competere: quia hæc sunt paria vt dictum est, & ꝓ certo eadem est ratio in vno casu quæ est in altero: ergo idem ius esse debet.l.illud.ad l.aquili. c.2.de trans. prælat. ¶Vnde videmus quod qñ quis conuenitur ante diem & iudici constet q̄ obligatio est in diem debet condemnare reum ad soluédum ad diem si non est opposita exceptio ab initio ad impediédum admitti petitionem actoris: Secus si sit talis exceptio opposita: vt declarat Inn.in d.c.pastoralis. & Bart.in d.§.qui cum ita.sic ergo est in potestate rei prouidere ne ante diem vexetur.& sic patet quod non est in potestate actoris posse reum inquietare ante diem. ¶Propterea dico in casu proposito acto
c rem peti pœnā c duplicatarum induciarum iuxta dictum. §. temporales.cum seq.plus voluit Ang. & Sal. in d.l. exceptionem.& in l.quod si in diem in prin. ff.de peti. hære. & in l.1. C.de condi.ex l.& Fulg.& Lud.Ro.in d.l.lecta. q̄ etiam si nó sit opposita exceptio per eū ad impediendū iudicium, tñ sit repellendus actor a iudicio per iudicem & absoluendus reus ab obseruatione iudicii qñ iudici ex actis constat obligationem fuisse a prin.in dié,maximè per d.§.temporalis. ver.alioquin. & per alia allegata per eos, super quibus non est opus insistere cum fuerit oppositum petitionem non debere admitti. ¶Et licèt dictus dñs Fran. in libello narret q̄ dicti rei vociferando dixerant se non teneri soluere in terminis prędictis, tamé hęc non est de iure causa propter quam permittatur actori agere ante diem reo opponente, licèt qñ quis diffamat alium sibi esse obligatum possit esse iusta causa ad faciendum sibi statui terminum ad agendum,iuxta.l.diffamari.cum ibi no. C.de ingenu.& manum.& in l.Titia.ff.de accu. & in l.si ea. C.qui acc. & no.in l.1.C.vt nemo inuitus.& per Inn.in c.conquerente, de offi.ord.quia aliter non pōt esse bene consultum diffamato.Sed casus noster est diuersus,quia eueniéte termino est cósultum actori: quia potest tūc executionem suam petere quá sibi expeditam tribuit statutum in casibus ibi prouisis. ¶Præterea talem vociferationem præcessisse non probauit actor in hoc iudicio. ¶Alio principali fundamento etiam constat agétem obtinere non posse: quia statutum sub rubrica de instrumen.execu.mandan.tribuit executionem instrumentis publicis, & verbo fertur q̄ alio statuto cauetur q̄ ad essentiam publici instrumenti requiritur quod sit subscriptum a secundo notario,& est oppositum & deductum q̄ dictum assertum instrumentum non fuit scriptum ab eo qui esset notarius, & qd licet diceretur subscriptum a Matthæo de Platono, tñ qd dictus Matthæus non erat tunc notarius nec est probatum saltem legitimè quod ante dictam stipulationem d. Matthæus fuit creatus notarius ab habente potestaté creádi tabelliones.

4 ¶†Nam non sequitur do.Fran.dixit.se creare eum notarium, ergo potuit eum creare notarium: qa hoc spectat ad Imperatoré & Papam & ad habentes potestatem ab eis,& magistratus in locis & terris suæ iurisdictionis, & ad illos qui hoc habent ex consuetudine, non ad alios vt no.Inn.in c.cum P. tabellio. de fi.instr.& Spe.& Io.And.in ti.de instr.edi. §.restat. versic. sed quis potest.& Gui.de Cu.Bar.& alii.in l.nec ei. §.eorum. de adop & per Bal.in rub.C.de fide instr.in 2.col. ¶Et per testes examinatos in causa non probatur q̄ d.dñs Franc. habuerit potestatem creandi tabelliones. ¶ Et posito quod in dicto asserto instrumento interuenerit iuramentum dictorū reorū, tñ non ꝑ hoc habet illa scriptura vim publici instrumenti: nā statutū tribuit dictam executioné non contractui sed instrumento pub. vt patet ex verbis statuti: vnde non est curandū an contractus fuerit iuratus.vel non. plus voluit Bart. in l.si quis
5 ꝓ eo.ff.de fideiusf.in 7.membro. † q̄ quando ad actū requirit certa solennitas probatoria non validetur ille actus iuramento si nō interueniat illa solennitas probatoria: quia talis solénitas est iure publico introducta, vnde non pōt pactis vel iuramentis priuatorū tolli.l.ius publicum.ff.de pac.l.nemo. pōt. ff.de leg.j.c.si diligenti.de fo.compe. ¶Non insisto circa exceptionem simulationis:quia non est necessaria stantibus prædictis nec etiam angustia temporis,quia in præsentiarum præssus sum nec celeritas discessus nuntii dictorum reorum vlteriorem moram patiuntur. Alex.Paduæ iura ciuilia legens.

ADDITIONES.

a ¶Fonte.Ro.consi.42.Visis Alex.infra eo.consi.119.num.2.

* Non tenentur.]Nunquid statutum tribuens executionem instrumétis puris,verificetur in instrumentis purificatis, vide Alex. in l.hoc iure,quam legit cum lege præcedenti.ff.de verb.obli.& Arec. in l.fi. §.fi.eo.ti.& aliquid per Are.in l si mihi,& tibi.§.in legatis. ff.de leg. 1.in no. Et de q.Alex. Vtrum creditor in diem possit agere ante dié, vt adueniente die sibi soluatur, ponit Mat. deci.179. pluries per diuersos. Natta.

b ¶Deduci contrariū quotidie practicatur in prætorio Parisiensi. Sed ille stylus debet restringi vt procedat quando reus fatetur vsque ad illum finem interrogetur,sed si negat maxime in debito conditionali,non debet ante tempus nisi quatenus opus esset probationem perituram conseruare,dixi in consue.Parisi.§.78.

c ¶ Pœnam. non est verum ex quo petitionem confert in tempus & sic non plus petit.

CONSILIVM XCVI.

Duplum supra consi.23.& lib.4.consi.19. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statuta punientia nubentes aliter quàm statutum sit, quod valeant,& contra, quod non valeant.nu. 2.*

3 *Lex prohibens contrahi matrimoniū cū raptore, q̄ non valeat.*

4 *Filia nubens inuitis parentibus non potest exhæredari:nisi nubat indigno.nu. 5.*

6 *Consuetudo quia mista,fortior est statuto laicorum.*

CONSILIVM XCVII.

Principalis dubitatio mihi consistere vr̄ circa validitatem dicti statuti disponentis qđ nemo contrahat matrimonium cum muliere virgine minore 20.an.absq; consensu patris aui vel proaui: & illis deficientibus,fratris,alias qui contrafecerit eam habeat indotatam, nec pater nec aliqui eius consanguinei compellent illam dotare, sed talis contrafaciés eam accipiens teneatur condecenter eā dotare secundum sui patrimonii facultaté & ipsius mulieris conditioné. ¶Et prima consideratione videretur dicendum statutum valere, qa videmus quod licèt statutum laicorum ex toto non possit legé diuinam corrigere.c.cum inferior. de mai. & obe.l.nā & magistratus. ff.de arbi.tñ potest illā distinguere & in certis casib. immutare: patet in c.a nobis. de decimis. & ibi no.& in l.fi.C.de fidei.& in l.si vnus.C.de test.iuncto c.in omni.de testi.& c.nouit.de iudi.& plenè no.in l.j. ff. de consti.priu.& in l.fi.C.si contra ius vel vti.pub.& in c.quæ in ec-
1 clesiarum.de consti.cum si. ¶†Secundò, quia statutum nó infringit matrimoniū quod est quid spirituale,sed imponit pœnam contrahenti non seruata forma prædicta: vnde cum exactio illius pęnę sit separata a matrimonio, separatorum separata debet esse ratio c.edoceri.de rescri.c.cum apostolica. de his quæ

quæ fiunt à præla.l.miles.§.defuncto. ff.de adulte. ¶ Tertiò, quia statuentes videntur moti sancta & honesta ratione scilicet ne virgines 20.an.propter imbecillitatem ætatis & fragilitatem sexus agerent contra propria commoda. ar.l.si pater. C.de sponsa.& l.2.C.ad velle.l.fi. §.filii aũt. C.de bo. quæ li. nec est virginalis pudoris eligere sibi maritum.32.q.2.honoratur.debet ergo valere statutum, quia est fundatum in honesta & probabili ratione.ar.c.erit.4.di.nam in matrimoniis cõtrahendis non solum quod liceat, sed quod honestũ sit considerandum est.l.semper in cõiunctionib.in prin. ff.de ri.nup. ¶Quartò pro hoc facit id quod no.Inn.in c.1.de spon.vbi voluit ꝙ quò ad substantialia matrimonii consuetudo nõ possit inducere seu statuere, sed quò ad accidentalia vt quò ad dotẽ possit.ar.c.Ray.de test. ¶Quintò videmus ꝙ de iure ciuili matrimonia debeant esse libera.l.Titia.in prin·ff.de verb.ob.l.2. C.de inu.stip.& tamẽ requiritur consensus patris, vt not.27. q.2.sufficiat.¶Sextò probatur ꝑ id quod habetur.in c.j. & in c.super eo.de cog.spi.& 30.q.5.c.aliter. vbi probatur valere consuetudinẽ disponẽte circa matrimonii validitatem.¶Septimò ꝑ id quod habetur in l. cum ita legatum. & l.hoc modo. ff.de condi. & dem. vbi licèt mulier ex dispositione testatoris prohibeat cum certis ꝑsonis contrahere,non tñ vr̃ illa dispositio viduitatẽ inducere aut auferre libertatẽ contrahendi matrimoniũ.Sed in proposito ꝑ statutum non impediuntur mulieres commodè posse contrahere matrimonium, imò statutũ emanauit vt cum grauiore consilio contrahatur. ¶Octauò ꝑ l.adiicimus.C.de muri.lib.11.vbi mulier ex patre monetario nata prohibetur extraneo nubere. & ideo Bart. ibi ex hoc infert ꝙ si statuto caueť ꝙ inter homines diuersarum sectarũ [a]

a non contrahatur matrimonium quamuis non valeat statutũ quò ad hoc vt faciat matrimonium irritum si contrahatur,attento qđ est res spiritualis sup qua laici non possunt statuere cũ non sit de iurisdictione sua sed ecclesiæ: tñ valebit quantũ ad hoc vt contrafaciẽtes puniantur si poterant honestè nubere seruata forma statuti,vt qa in qualibet secta sunt tot quot commodè contrahi possunt,ꝑ id quod habetur in d.l.cũ ita legatum.cum l.seq.¶Nonò ꝑ id quod voluit gl.no.in c.cum secundum.in versi.certoq; casu.de hęr.li.6.quę voluit quod si lex ciuilis contraheñti mulieri matrimonium certo modo imponat pœnam priuationis lucri delati à iure ciuili eidẽ mulie-

b ri:erit talis lex seruanda quò ad dictam pœnam [b] in terris nõ subiectis iurisdictioni tẽporali ecclesiæ.& illam glo.sequitur An.de Bu.in d.c.1. de sponsa. ergo cũ tractemus de priuãdo mulierẽ dote sibi danda in qua mulier dicitur prętẽdere ti. lucratiuum.l.fi.§.si a socero.ff.quæ in frau.cre.sequitur qđ a statuto potuit tali lucro priuari, & tanto magis in casu nostro in quo statutum non vr̃ excludere mulierem a dote in effectu, quia voluit ꝙ accipiens eam in vxorem teneatur eam dotare. ¶Hanc opinionẽ vr̃ amplecti Bal. in l.omnẽ.C.ad tertẏ.vbi di-

c cit valere [c] statutum puniens contrahẽtem matrimonium cũ filiafa.sine consensu patris: quia cõtrahere matrimonium cũ filiafami.sine consensu patris est contra bonos mores omniũ maximè prudentium & inducit odium capitale.l.3.§.si emancipatus.ff.de bon.pos. contra tab. non valere debet statutum ꝓdictũ non quia vetet substantiam matrimonii: quia hoc non põt facere nisi Papa, sed quia punit malos mores & in repu.

* facinora seminãtes. & cum d.opi. Bal. * concordat ei Lu. Ro. in ru.ff.sol.ma.& voluit idẽ Bal.in l.1.§.ius naturale. ff.de iusti.& iure.vbi putat ꝙ si propter publicam vtilitatẽ fiat statutũ ꝙ nullus accipiat Gabellinam in vxorẽ sub certa pœna valeat statutũ ad pęnã.arg.l.si tutor.C.de interd. matri. & l.hac edictali.C de secun.nup. ita etiam Bal. in ru. extra de consti.

2 in pe.col.& in c.clerici.de iudiciis.¶†Sed præmissis non ob-

* stantib. contrariam sñiam in proposito*casu de iure veriorem puto,maximè ex infrascriptis:quia ad matrimonium contrahendum ꝑ dictam mulierem clarum est quod nullo iure cõi ciuili aut canonico requirebatur consensus fratris, quinimò de iure canonico non requiritur consensus patris.ca.cũ cãm. de rescr.& in d.§.sufficiat.& no.32.q.2.hoc sanctum.& in d. l.eum q.alias incipit,Paulus. ff.de statu ho. Igitur si ꝑ statutũ mulier arctatur ad cõtrahendũ cũ consensu fratris dicitur auferri libera facultas matrimonii cõtrahendi, vt est bonus text. in c.cum tale.§.rescriptis.alias incipit si arbitrio. ff.de condi. & dem.¶Et quamuis statutum non inualidet matrimoniũ,tñ adiiciendo ꝙ maritus cogatur illã indotatã habere: & intelligamus ꝙ in casu nostro mulier repellatur a legato dotis sibi relicto in testamento patris,sequitur ꝙ statutum imponit pœnã tam marito quàm mulieri: vñ sicut non valet statutũ prohibens principale id est matrimonium contrahi, vt omnes tenent,eo quia matrimonium pertinet ad ecclesiam. c.tuam.de ordi.cog.c.lator.qui filii sint legi.ca.2.de donat.inter virum & vxo.iuncto.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. & no.doc.in c.statutum.el 1.de hær.& Iac.Bu.in l.1. de const.in princi.& Bal.in l.nemini.C.de nup.& in l.eum qui.aliaa incipit. Paulos.ff.de sta.ho.Et Ang.in consi.29.inci.Titius existens.& l.j. §.ius naturale.ita nec valebit statutum quatenus imponit pœnam facientibus seu contrahentibus principale matrimoniũ ꝙ non potuisset statutum prohibere contrahi:ita probatur in l.Seius.& Augerius.ff.ad l.fal.per quam. l.multa in simili dicit Bart.& istam doctrinam colligit Bald.in l.1. C.de indi.vidui.tol.vbi dicit ꝙ si non valet statutum prohibitorium nec

d etiam [d] pęnale per d.l.Seius.& Augerius,& quia secundum eũ nunquam pęna legis potest incipere a permissis. l.ab administratione.C.de leg.& no.Bal.in l.oẽs populi.in 8.col. ff.de iusti.& iu.& Pe.de Anch.in repe.c.canonum statuta.de consti. in ver.adde.id quod no.Bal.&c. ¶ Confirmatur, quia si directè prohiberi nõ põt matrimonium ꝑ statutum vt nemo agat, nec etiam debet posse indirectè prohiberi vel retardari d.c.statutum.el j.de hæreti.l.si sponsus. §.1. ff.de do.int.vir.& vxo. & in c.cum qđ vnã.de re iu.li.6.¶Sed si diceremus valere statutum dictã pęnam imponens sequeretur ꝙ ꝑ indirectum prohiberetur libertas matrimonii contrahendi.l.1.§.q hominẽ. ff.quarum.rerum ac.non datur.l.hæres meus. §.fi. ff.de condi.& dem. nã impositio pęnæ facta per statutum ciuitatis inducit iustũ metum,vt inquit Bart.in l.creditor.in fi.princ. ff. de sol.& Host.& Io.An.in c.fi.de ap.& Ang. in l.liber homo. in prin.ff.de hære.insti.& Bal.in l.falsus.in vlt. col. C.de fur. & Bal.in d.l.omnem.in fi. C.ad ter.cum igitur omni iure cautũ sit quod matrimonia debeant esse libera.c.Gemma.de spõ. & in d.l.Titia.de ver.obli. exceptis vinculis inductis a iure canonico cui in materia matrimonii est standum.c.fi.de se.nup. & in l.liberorum.§.notantur.ff.de his qui no.infam.Non potest dici valere statutum prædictum contra ius cõe conditũ *

laicis seu inferioribus a Papa cum per illud statutum prohibetur matrimonium contrahi sine consensu patris.& ꝑ consequens libertas matrimonii restringatur & auferatur stante dicta impositione pęnæ per prædicta.¶Bene faciunt quę no.per gl.& doc.in d.l.1.C.eo.ti.& ad idem quod no.glo.& plenius per Host.& Io.An.in d.c.fi.de sec.nup.& per gl. & doc.in l.1. C.eo.ti.¶Et ad idem quod no.glo. 32. q.5.de pub.quæ voluit

3 †ꝙ sicut non valet prohibitio legis prohibentis mulierem raptam contrahere matrimonium cum raptore iuxta ea q̃ habẽtur in c.pe.de rap.& in l.1.C.de raptu virgi. Ita etiam non valebit dispositio iuris ciuilis imponens pœnam contrahenti

* matrimonium * cum raptore auferendo ipsi mulieri lucrum ab ipsa muliere delatum iuxta ea q̃ habentur in aut. de rapto. muliere.in fi.& in d.c.cum secundum.de hær.in 6.& Abb.in c.1.de sponsa.licèt Io. And.in d.c. cum secundũ. voluerit in certo casu contrarium:sed illa glo. non contradicit casui no-

* stro vt infra dicam. ¶Et istam opin.ꝙ non valeat statutũ * imponens pęnã contrahenti matrimonium cum filiafa.sine consensu patris tenuit Io.An.in c.statutum.in nouella. & cum eo concordat ibi Do.de San.Gem. multo ergo magis in casu nostro in quo statutũ requirebat consensum fratris,q nullo iure ciuili aut canonico requirebať. ¶Hãc ẽt opi.sequiť Au.de Bu. in d.c.1. de sponsa. vbi quò ad propositum concludit qđ non valet statutum imponens pęnã ꝑ quã annullať contractus matrimonii si talis pęna imponitur damnũ infligendo, bene fatetur ꝙ si statutum imponeret pœnã auferẽdo lucrũ ab ipsa datum tunc bñ valeret,ita loquitur gl.in d.c.cum secundũ. Sed in proposito nostro statutum imponens pęnã marito vt dotare mulierem teneať de suo proprio,& infert damnum.¶Item quò ad mulierem quãtum ad casum nostrum statutum aufert dotem quam ipsa mulier habebat a patre ex dispositione vltimę voluntatis paternæ. & sic posito quòd vera esset opinio gl.in d.c.cum secundũ.quò ad auferendum lucrũ ab ipsa lege delatum. tñ illud nõ ob. nã lex facilius suum denegat auxiliũ speciale q̃ auferat prouisionem inductã ab ipsa lege cõi. vt no. gl.in

gl.in l.assiduis.C.qui po.in pi.ha.& in l.1. C.si aduer. ven.& do. Abb.in d. cap.1. de spon. reprehendit opin.Ioan.Andr. ¶Concor.etiam Fede.de Se.consi.275.inci. Casus talis est statuto cauetur ꝙ filii spurii.& Iac.Bu.idem tenet in statuto pœnali in d.l.1.ff.de const.prin.& etiam Pe.de Anch. in commẽto.c.canonum statuta.de constitu.in 26.col.in versi.ex prædictis patet qualiter se habent leges in materia ista matrimoniorum de statu mona.&c.vbi per omnia trãsit cum opi. Io. An. in d.c.statutum.& illam firmat quia prout non valet pœna cõuentionalis libertatem matrimonii contrahendi impediẽs tãquam fit contra bonos mores.d.l.Titia.& in d.c.quia mo.Ita nec pœna posita a statuto quia si non potest fieri pactum nec per statutum.vt no.in ru.de decu.lib.10. & si statutum super principali,id est matrimonio non valet, non debet valere super accessorio d.l.Seius & Augerius. ¶Et huic opi. videtur ẽt adhærere Bal.in l.conditioni.C.de condi.insti. ubi allegat no. in d.c.statutum.Illam etiam apertè probat Ang.in l.consulta. C.de test.faciens mentionem de decisione Io.And. in d.c.statutum.& cum eo ibi transit.Ita etiam facit Io.de Platea in d.l. adiicimus. vbi circa illam quæstionem quam ibi tangit Bart. remittit se ad no.per Io.An.in d.c.statutum.in qua ẽt ipse Io. An.residet.in addi.Spec.in ru.in ti. de Spon. ¶ Pro ista parte etiam in terminis consuluit Pe.de Anch.in cons.21.inci. pro solutione dubiorum q.quæ vertitur &c. Nam in casu suo statutum dictabat† ꝙ filia non posset nubere absque consensu
4 patris & matris sub pęna priuationis bonorum & successionis contingentis in bonis patris & matris:quęrebatur an propter hoc filia potuerit excludi ab hæreditate & bonis patris & matris,& an contra dictum patrem possit agi pro dote constituẽda.finaliter concludit pro filia.& statutum non ob. quia secũdum eum text.in d.c.honorantur.32.q.2. & alii canones qui exigunt consensum parentum in nuptiis filiarum sunt de honestate non de necessitate. vt in d.c. sufficiat.cum ibi notatis. & iura ciuilia requirentia consensum patris sunt correcta de iure canonico per iura quę supra allegaui. & si ita est secundũ quod iura ciuilia sunt correcta, non videtur valere statutum qđ reducit nos ad ius ciuile, & discedit a iure canonico, quo iure magis regulantur matrimonia & sunt de eius foro d.ca. tuam.& d.c.fi.de sec.nupt.cum conc.allegatis.¶Non ob.secũdum cum ꝙ dictum statutum debet valere quatenus pœnam imponit ex causa quæ honestati congruit d.c. honoranter. iũcto d.c.erit autem lex. qa respondet ꝙ postquam per iura canonica est concessa libera facultas filię contrahendi matrimonium sine consensu paterno non videtur posse per leges & statutum talis libertas & potestas metu pœnæ coarctari: vnde videmus ꝙ pœnæ legales inductæ contra secundo nubentes intra annum sunt correctæ per id quod habetur in c.fi.de secũ. nup.cum si.& non debet posse per indirectum prouideri circa id quod directo principaliter non poterat.c.veniens. de iureiu.pro hoc etiam allegat id quod habetur in d.c.Gemma.& d.l.Titio centum.§.1.ff.de condi.& dem.¶Vnde concludit si tale statutum intelligatur medulliter & ad corticem prout iacet non valet.vel si dicimus valere, dicit ꝙ debebit referri ad intellectum iuris cõis. s.qñ filia contraxisset cum infami vel turpi persona seu cum indigno contra patris voluntatem, ita quod propter hoc patrem vel eius famã offenderet: vnde tũc erat iusta causa exhæredationis.l.j.§.emancipatus.de bo.pos. contratab.secus si cum digno contraxit:quia licitè facit, ideo pœnam non meretur.l.Gracchus. C.de adul. ¶ Et sic apparet quod Pe de Anch. vult quod quò ad auferendum lucrum & commodum delatum a iure cõi non valet dictum statutum: vel intelligatur qñ cum indigno cõtraxit. ¶Facit quod voluit gl.no.& ibi etiam Arch.36.q.1.ca. de raptoribus.vbi notatur
5 † ꝙ si filia nupsit inuito patre non tenetur eam dotare nisi nupsit indigno,secus si digno.ar.l.3.§.emãcipatus. vt etiam no. Bal.in l.1.in 4.col.ff.sol.ma.& Io.And.& Ant.de Bu.in c.accedens.de procu.& per dñm Abb.in c.cum causam . de adul. & ita modificatur quod no. in d.c.hoc sanctum . & in l.obligatur.§.lege.cum si.ff.de act.& ob. ¶ Vnde cum præsupponatur dictam mulierem esse nuptam vni non ignobili & non indigno opera matris interueniente, & tractetur de dote sibi a patre in testamento relicta,nõ video ꝙ dictum statutũ habet dictæ mulieri & eius marito obstare. Cessat enim in casu nostro ẽt præsumpta mens statuentium, quę vr̃ fuisse prouidere, ꝙ non nubant puellæ cum ignominia domus & familiæ: & cessãte ratione debet cessare dispositio legis.l.adigere.§.quãuis.de iure patro.ca.cum cessante . de appel.& ista sine dubio quò ad casum nostrum est magis cõis opi. vt patet ex supradictis.ideo in iudicando non est ab ea discedendũ, vt tradit glo. vulgaris.¶Et per prædicta satis patet responsio ad allegata in contrarium: tñ specialius rñ. ¶Et primò dum dicebatur ꝙ statutum põt distinguere ius diuinum: nam verum est dummodò statuentes disponant circa rẽ pertinentem ad suum forũ. c.fi.de reb.eccl.non alie.& in auth.cassa.C.de sac.san.ecc.sed dictum statutum non est huiusmodi : quia contra matrimonium & eius liberam contrahendi facultatem non habent directè vel indirectè potestatem dicti statuentes, vt supra probaui: ergo &c.¶Similiter non ob.secundum arg. dum dicebatur ꝙ saltem quatenus statutum imponit pęnam separatam a matrimonio debet valere:quia separatorum separata debet esse pęna:quia respõ. quia sicut nõ valet prohibitio super principali, ita nec dispositio super pęna imposita illis qui contra principale cõtraherent.l.Seius & Augerius. & l.nõ dubium. C.de legi.& d.c.Gemma.cum aliis supra alleg. ¶Non obst.secundum arg.dum dicitur qđ statuentes fuerunt moti facta & iusta ratione vt d.c.honorantur.& d.l.semper. quia responsũ fuit supra referendo consilium Pe.de An. præterea ar. posset procedere vbi statutum fuisset conditum circa ea quæ pertinent ad forum & potestatem statuentium: sed hoc non est huiusmodi: vt est dictum. Ad quartum dum dicebat ꝙ statutum circa accidentalia matrimonii: vt quò ad dotem potest disponere per no. per Inn.in c.1.de spon.respon.ꝙ qñ statutum disponeret ꝙ vxore prædecedẽte in matrimonio sine liberis maritus lucretur certam quantitatẽ dotis posset dici valere statutum: quia per hoc statutum nõ impeditur libera facultas matrimonii contrahendi, sicut bene impeditur qñ mulier non potest sine consensu fratris nubere d.l.cum tale. & patet quia videmus quod pactũ lucrandæ dotis inter vir.& vxo. valet. l. 2.ff.de pac.dota.l.j.in prin.ff.de do.præle. & cum sit tale pactum dr̃ auferre liberã facultatem contrahendi sicut non valet promissio pœnæ.l.Titia.cum si.& alii post eum in d.ca.de sponsa.vbi vide But. vbi faciunt differentiam inter statuta disponentia de dote lucranda & statuta pęnalia de quibus quæritur in casu nostro.¶Ad quintum ar. dum dicebatur ꝙ matrimonia de iure ciuili dicunt esse libera : & cum requirebatur consensus fratris de quo quærimus: præterea ius ciuile disponebat matrimonia debere esse libera præterquam a quibusdã inter quę erat consensus patris: & quia per hoc plurimum auferrebatur libertas matrimonii contrahendi: ideo fuit de iure cõi correctum cui stãre debemus supra rñsum est. ¶ † Non
6 ob.sextum ar.de eo qđ habetur in c.super eo. de cog.spi.quia respon.ꝙ ibi loquitur in consuetudine ecclesiæ nos autem loquimur in statuto condito a laico. ¶ Pro hoc bene facit ẽt qđ no.Host.& Io.And.in c.fi.de sol.& An.de Bu. in c.quæ in ecclesiarũ. de consti. vbi voluit quod consuetudines quæ sunt fauorabiles ecclesiis valeant cum vim legis habeant: secus in statutis laicorum non Imperatoris secundum Io.An. in d.c.licet fauorabilibus per id quod no. in d.c. quæ in ecclesiarum. & in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. vel secundũ do.An. & Io.de Ligna.& Io. de Imo. in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.& do.Abb.in d.c.1. de sponsa.qñ consuetudo est mixta laicorũ & clericorum potest inducere quæ spectant ecclesiæ. c.cũ venissent ad forum de eo qui mit.in pos. causa rei ser. & eodem modo rñ.ad id qđ habetur in c.aliter. 30.q.5.vel aliter.vt per doc.in c.quia in d.c.aliter.non agitur de consuetudine imponẽte penã per quã libertas cõtrahẽdi matrimonium impediatur.¶Nõ ob.quod habetur in l.cũ ita.& l.hoc modo.ff.de cõdi.& dem.qa ibi nõ dicebatur impediri libertas matrimonii contrahendi: licèt detur occasio vt cũ aliquib. non contrahat matrimoniũ,dũmodo cũ aliis contrahi possit: secus qñ mulier arctatur ad contrahendũ matrimoniũ sine consensu alterius, vt probatur in d.l.cũ tale.§.exceptis.& eodẽ modo rñ.ad l.adiicimus.& qđ ibi no.Bart. ¶Præterea illa est dispositio iuris ciuilis cui in matrimonio non est standũ, sicut videmus in seruis inter quos non est matrimonium inspecto iure ciuili. l.cum ancillis.C.de ince. nup. secus inspecto iure canonico. c.1.& ferè p totũ.de coniu.seruorũ. hoc ẽt plenè probat Ioã. An.in c.fi.de secun.nup.& plenè per Pe.de Anc.in c.canonũ.

in 24.

in 24.col.& no.Bal.in l.qui contra.ad fi.de incest. nup. & secundū primā rōnē quam dedi.ad d.l.adiicimus. cum ibi not. per Bart.& dictam l.cum ita legatum. etiam respondi ad no. per Bal.in d.l.1.§.ius naturale.& in dicta rub.de consti. ¶Praeterea ibi loquitur qñ apparebat q statutum emanauerat non in odium contractus, sed propter publicum fauorem: & sic principaliter ad fauorē alterius.bene facit qd no. An. de But. in d.c.1.de spon.cum exce.& ad d.l.hac edictali. ¶Non obst. id quod no.per gl.in d.c.cum secundum.quia rñdetur quod gl.contraria in d.c.puellis.vr̄ esse verior: vt dixi s̄. ¶Secundo respondeo q nos non tractamus de statuto auferente lucrum delatum ab ipso statuente vt loquitur gl.in d.c.cū secundum. Sed loquimur in pęna infligente damnum rerum suarum marito. & etiam quò ad mulierem tractamus non de lucro delato a statuto, sed de legato relicto a patre in testamento. ideo aliud esse debet in casu isto per no.per gl.in d.l.assiduis.¶Nō ob.id qd̄ no.Bal.in d.l.omnē. qa ipse loquit̄in statuto disponente q contrahens matrimonium cū filiofa.sine cōsensu patris incidat in pęnam.& fundat se quod contrahere matrimonium sine cōsensu patris est contra bonos mores, & inducit odium capitale secundum eum. quæ ratio non ita militat in nubente sine consensu fratris: quia nullo iure cautum est de consensu fratris requirendo: sed de consensu patris sic. Præterea opi. Bal.est magis cōiter reprobata in casu illo & communior ac verior est opin.Io.And.saltem in casu nostro: vt superius demōstrasse puto,& ita æquius & verius esset arbitror.

ADDITIONES.

a ¶Sectarum.idem tenet Alex.in statuto prohibente nubere extra territorium infra consi.151.nu.3.lib.2.

b ¶Pœnam.sequitur Alex.consi.68.ad fi.lib.4.

c ¶Valere.dic quod omnia huiusmodi statuta ex iusta causa facta sint valida.adde Bal.tract.stat.ver.consensus.nu.j.Bald.Ias.l.j.in fi.ff.de iustitia & iu.Io.Lup.repe.c.per vestras.§.sed si filia. de dona.inter virum & vxorem.

* Opinio Bal.] Communiter improbatur vt dicit Alex. hic in fin. Rui. consi.144.in fi.lib.5. Natta.

* In proposito.]Vide Fel.in c.ecclesia sanctæ Mariæ col. 20. de consti. Et Statutum non valere concludit Dec.consi.231.in 1.dub. Natta.

d ¶Nec etiam.Idem Alex.in d.l.Seius & Augerius. col.1.in rub. ff.sol. matri.in fi.supra consi.59.nume.5.Ant.But.consi.35.Anch.consi.21. Cur.senior consi.27.col.j.2.cōs.28.col.1.Dec.consi.231.in l.nuptias. de reg.iu.Ant.Cor.sing.versi.statutum.Hippolit.Marsi.no.189.sum. Syluester.versi.matrimonium.2.q.2. sed errant vt dixi super consue. Pari.tit.10.in rubri.

* Matrimonium.]Statutum prohibens mulierem obligari,nisi seruata certa sollennitate,non comprehendit causam dotis, tanquam prohibitiuum matrimonii,secundum Ant. de But. consi. 35. de quo vide Ruin.consi.61.col.4.lib.3. Natta.

* Statutum.]Istud idem amplectitur Dec.consi.231.2. dub.vbi vult, quod filius contrahens matrimonium sine consensu patris exhæredari non posit,etiam ducens indignam; & ibi in 4.dub. concludit, q ea de causa non potest alimentis priuari: quia aliter diceretur necare.Et eadem dicit in l.nuptias.ff.de reg.iu. Natta.

EPITOME.

VERBA notarij in instrumento de eo quod tempore instrumenti interuenire potuit, probant inter cōtrahentes.

CONSILIVM XCVIII.

* Breuiter *puto dictos petentes in communionē deduci dicta bona empta per patruum nomine suo proprio & suorū hæredū non esse audiendos. ¶Primò rōne expressæ conuentionis de qua in instrumento prædicto.

1 qa nō ob.allegatus defectus sigillorum, qa rñ.† q p verba notarii contenta in instrō p quę asserit q ea oīa de quib.in instrumento sunt sigillata sigillis dictorū cōtrahentium ad maiorē firmitatē & robur roborata probant sigillum vtriusq; partis interuenisse.& qñ notarius asserit aliquid quod pōt præsentialiter tunc instrō interuenire talis assertio probat quò ad cōtrahentes q illud interuenerit nisi ꝯrium appareat.vt no.gl.in l. j.C.de fi.inst.& iure hastæ fis. lib.10. & ibi doc. no.Io.An.& Imo.in c.cū in iure.de offi.dele.& Iac.Bu.in l.optimam.C.de ꝯh.& com.stip.& Bar.& alii in l.sciēdū.ff.de ver.ob.& in aut. si qs in aliquo.C.de edē.cū si. ¶ Vñ cum probet p verba dicti

2 instrumenti q interuenerunt: † quāuis nunc non extent seu non appareāt, tñ cñ instrm̄ habeat ea q̄ erant de substantia instrumenti publici stabitur instrumento,* vt no.in c.inter dilectos,de fide instru.in glo.in verbo pro ea, & alii post eum ibi sequuntur: nisi fuisset actum inter partes q absque sigillis nō valeret instrumentum,secundum Host.Ioan.And.An.de Bu. ibi arg.l.contractus.C.de fi.inst.& c.2. de pac. & c.j.de transactio.quod non fuit in casu proprio quantū ex instrumento colligi potest.Ad hoc etiam facit quod no. Bal. in l.falsus. C. de fur.in vlt.col.in verbo dubitari potest &c. & per hæc appa ret dici non posse q contractus non fuerit habitus pro absoluto & perfecto a partibus.iuxta l. si is qui.cum ibi not. ff.de testa.& d.l.contractus. quia, vt dixi, verba dicti instrumenti probant sigilla interuenisse:& qui vult dicere contrarium, q tunc non interuenerit,habet necesse illud probare. l.generaliter.C.de non nume.pec.l.precibus.C.de proba.l.2. ff.de pro

3 ba.¶†Secunda ratione non debent audiri petentes bona conferri,cum præsupponatur q non erant socii bonorum dicti fratres tempore quo bona de quib.est quæstio fuerunt acquisita:quia quædam habebant diuisa quædam non: sequitur q bona empta debēt omnino remanere apud hæredes eius qui suo nomine emerat.vt l.si vnus ex sociis. §.si vnus. ff.pro socio.& notat Bar.& doc.in l.Titium & Meuim. §.altero.in fi. ff.de admi.tut.& in l.si patruus.C.commu. vtriusq; iudi.vbi Bart.clarè circa vlti. col. & Bart.in l.j. C.si quis alteri vel sibi cum concordantijs.Ex quibus concludo vt supra.

ADDITIONES.

* Breuiter.]Idem etiam consi.38.lib.3.In isto casu laboriosè admodū consuluit Cœpolla vt apparet eiusdem consi.22. Natta.

* Stabitur instrumento.]Istud est ex eo quia sigillum non erat necessarium,ideo eius amissio,& defectus non vitiat,& istud dictum Innocentij in d.c.inter dilectos,sequitur Fel.in c. cum ordinem col. 2.de rescrip.vbi ponit multa in simili, & quòd ex defectu ceræ vel sigilli priuilegium non vitietur tenet Dec.per illud dictum Inno. in consi. 146.col.pen. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Testis si ex eius dicto apparet de causa,inimicitiæ,repellitur.*

2 *Causam subesse sufficit,licèt absit odium.*

3 *Reconciliatio de recenti non creditur.*

4 *Amico inimici nec etiam sorori offensi creditur. nu. 5.*

CONSILIVM XCIX.

In causa inquisitionis formatæ cōtra Iacobū & Alc. de Lauerno:& Io.Benedictū, & Dominicū Paruū de Lauerno eorum nepotes. ¶Visa inquisitionis copia & probationis testium receptorū in cā & aliis scripturis mihi exhibitis principaliter puto discutiendū an probata sit legitimè intētio curię inquirentis q̄ inducit prædictos testes: videlicet Bart.ab Ecclesia,& Catharinā & Cęciliā sorores Dominici quondam Georgii de Lauerno & Christoforū qnondā Bar. & Bunaiūctā & Borgofor. ¶Et mihi vr̄ qd̄ nō sit legitimè probata intētio curiæ.¶Capio primū testē Bar. & iste nō probat: quia iste est inimicus Iacobi de Lauerno contra quē deponit:

1 † nā in suo testificatu primo dicit quod Iacob. de Lauerno ex proposito lapidē quē habebat in manibus proiecit in ipsum testē & eū percussit in facie à latere dextro cū sanguinis effusione,q̄ iniuria illata ipsi testi dicitur esse atrox. §.atrox. insti. de iniu.l.ptor.§.fi.ff.eo.& atrox iniuria dr̄ parare inimicitiā grauissimā.vt inquit Bar.in l.3. §.fi. ff.de adim. leg. & ad hoc ęquiparat atrocē iniuriā & litē ciuilē omnium bonorum: qa q̄libet p̄dictorum parit iniuriam grauissimā. allegat id quod habetur insti.de iniuriis.§.atrox.& in l.propter litē. ff.de excus.tut. ¶Cōstat aūt q testis inimicus repellitur saltem qñ inimicitia est capitalis vel quęstio capitalis qñ est causata lite vertēte super omnib.bonis vel maiori parte bonorū: vt not.p gl. & do.in auth.si dicatur. C.de testi.& in corpore vñ sumitur. & no.Host.& Io. An.in c.cū oporteat.de acc.post gl.ibi in verbo inimicis:ergo idē qñ inimicitia cāta est ab atroci iniuria q̄

2 illi æquiparatur vt proximè dixi. ¶†Ad hoc vt quis censeatur

a esse inimicus sufficit cā[a] inimicitiæ:licèt sit sine mentis odio. vt no. vult Inno.in c.cū te.ad fi.de re iudi.arg.3.q.5. c.2.& in c.seq.& sequitur Bal.in l.pręscriptione.in 25.col.C. si contra ius vel vti.publ.& Sal.in l.j.in prin. ff.de testib. & in d.auth. si dicatur.¶Facit quod no.Inn.in c.cum p.de acc.ad fi,vbi dixit q satis est q quis sit suspectus de odio vt repellatur a testimoni

monio in causa criminali. bene facit tex. in c. inquisit. eod. tit.
Et ideo licet in secunda examinatione testis prædictus dicat
ꝙ non habet odio dictos inquisitos; tamen non sufficit postq̃
subest causa inimicitiç vt dixi. ¶Et quamuis tempore quo iste
testis secundo loco fuit examinatus remisisset & odium & ini
micitiam, quia in secundo testificatu dicit ꝙ non habuit ini-
3 micitiam cum eis, nec per hoc creditur idoneus † quia inimi
b cus cum quo de recenti [b] facta est pax non censetur idoneus
testis. vt est text. no. 3. q. 2. accusatores. el 1. & no. Inn. in præ-
allegato. c. cum oporteat. ¶Ergo cum non appareat ꝙ ante tẽ-
pus secundæ testificationis remisisset iniuriam aut pacẽ fece-
rit, licet ipso secundo testificatu appareret tantum ꝙ non ha-
beat odium contra eos per hoc non redditur testis habilis ad
testificandũ contra prędictos inquisitos. ¶ Et posito ꝙ causa
inimicitię processisset a dicto Iacobo: tamen hoc non facit ꝙ
* inimicus eius sit idoneus testis: * vt no. Bal. in l. athletæ. §. dãt
remission. ff. de excu. tu. & per id quod not. ibi glo. in verb. in
causa quam legem dicit ibi Bal. rarò aliter reperiri. & no. An.
de But. in c. veniens. el 2. de sponsa. nisi quando iudici posset
constare ꝙ in fraudem fuisset causata inimicitia ne ille posset
testificari contra eum. l. 1. §. cum quis. & ibi Bart. ff. de quæst.
& Io. And. in c. fi. de test. Bar. in l. sed & si quis. §. illud. ff. quis
cau. in l. 2. §. sed si agant. ff. de iud. ¶Et sic dictus Bart. tanquã
inimicus Iac. non est idoenus testis. ¶Ita nec etiam Alex. fra-
4 ter dicti Iacobi: patet, quia videmus ꝙ † non solum inimicus
repellitur à testimonio: sed amicus inimici. c. repellitur. &
c. cum apparet. & in cap. cum P. de accusa. l. sciendum. & ibi
Bart. ff. de leg. no. Pet. Cy. & Bal. in l. si quis testibus. C. de te-
sti. no. in l. liberi. C. de inoff. test. cum si. & eodem modo ini-
micus fratris mei debet reddi suspectus contra me. ¶Pręterea
iste testis videtur deponere quod Alex. dedit Auxilium Iaco-
bo tenendo eum in terra per capillos: & quod Iaco. vulnera-
bat eum; tamen si nõ probatur de facto principali ipsius Iac.
c per dictum testem nec etiam [c] dici potest esse probatum de di
cto auxilio contra Alex. vt not. per Bar. in l. si is qui rem. §. si
tu Titium. in fi. ff. de fur. cuius dictum communiter sequun-
tur doct. ¶Secundus testis est dicta domina Catharina: ista
etiam non probat, tum quia vnus testis non plenè probat.
capitu. cum a nobis. de testi. l. secunda. ff. eodem titulo. & tan
tòmagis quando est mulier quæ secundum quod dicebat
Ioann. de Are. etiam de iure ciuili non potest esse testis in cri-
minali causa: vt refert Io. And. in addi. Specu. in tit. de teste.
ver. Item ꝙ est mulier. per rationes ibi relatas per eum: verũ
quia aliqui in hoc contradicunt opi. Iac. de Are. de iure ciui-
li. ideo non facio in opi. sua magnum fundamẽtum. Propter-
ea debilitatur dictum eius, eò quia inter eam & dictos inqui-
sitos interuenerunt causę odij & inimicitię. saltem præsum-
ptiuè: patet quia ipsa deponit quod dicti inquisiti minati fue
runt contra eam licet non fuerit percussa: & quod dicti in-
quisiti protulerunt verba iniuriosa dicendo putana vacca va
al bordello. & iniuriam intulerunt fratri ipsius testis ingre-
diendo domum eius armati vt offenderent Ioann. qui secum
5 erat in mensa iuxta. l. lex Cor. in prin. ff. de iniur. † & iniuria
illata fratri intelligitur etiam illata sorori quò ad repellendũ
eam a testimonio ferendo. l. lex Corn. in princ. & ibi Bart. l. 1.
2. & 3. ff. de lib. cau. & l. cum scimus. C. de agr. & censi. li. 11.
l. 1. alias 2. & ibi Bal. C. si qua præditus po. l. 1. cum gl. ibi Bal.
C. de rap. vir. & sufficit quod præcessit vera vel præsumptiua
causa odij, licet sit sine mentis odio, vt suprà dixi circa præce
dentem testem, posito ẽt ꝙ non essent istæ causæ tales quę in-
ducerent inimicitiam capitalem vel grauissimam, & sic ex to-
to non repellerent testem; tamen minuunt fidem testis arbi
trio iudicantis: vt no. gl. & do. in d. c. cum oporteat. & glo. in
l. 2. in prin. ff. de test. expressius gl. 3. q. 5. in c. accusatores. aliàs
est in c. accusatoribus. in gl. quæ inci. arg. ¶Non probat ẽt ista
testis: quia dicit ꝙ Iac. percussit Ioannem in capite duabus p-
cussionibus ex quibus resultarunt vulnera, sed primus & ter-
tius testis contradicunt: quia dicunt ꝙ percussit Iacob. Ioan-
nem tribus percussionibus ex quibus resultarũt quatuor vul
nera, & hoc per no. in c. in nostra. de testib. ¶Non probat etiã
Cecilia secunda testis ratione causarum inimicitiæ quas dixi
circa præcedentem testem pręterquam ꝙ ista non dicit ꝙ in-
quisiti minati fuerunt contra eam. propterea prout mihi in
facto præsupponitur, ista est ætatis 17. anno. ergo non potest
esse testis in causa criminali. in l. testimonium. ff. de testib. &
saltem concurrentibus aliis supra proximè dictis causis qui-
bus laborat iste testis, videt quòd quamuis ista Cecilia fuerit
recepta in testem ex officio iudicis, & ad motum iudicis, &
non ad petitionem alicuius accusatoris vel inuestigatoris aut
querelantis non sit integer testis prędicta. ¶Præterea non ha-
bet contestem aliquem idoneum & legitimum: vt patet ex su
prà dictis & infrà dicendis: alij duo testes non probant: quia
sunt singulares: & non interfuerunt percussionibus seu quan
do fuit perpetratum assertum delictum. l. testium. C. de testi.
ca. licet causam. de probat. sunt etiam aliquæ varietates inter
prędictos primos tres testes & etiam inter primam & secun-
dam eorum examinationem. & allegatur etiam defectus
probationis temporis ratione mẽsis de quibus tactum est per
clarissimum dominum aduocatum inquisitorum; & non pu
to aliter super illis insistendum. Ex quibus omnibus conclu
do nos esse in terminis. l. absentem. ff. de pœnis. dum Iuriscon
sultus ibi dicit, sanctius enim est relinqui impunitũ facinus
nocentis, quàm innocentem damnare: & per consequens cõ
cludo dictos inquisitos esse absoluendos.

ADDITIONES.

a ¶Causa. Hyppol. Marsi. singul. 178. l. prima. §. præterea. numero 3. de quæst. Ias. l. sororem. C. de his quibus vt indign. consi. 167. colum. 5. libro 4. Alex. in lib. 4. consil. 127. num. 19. Iudex tamen debet arbitrari. & dictum Inno. in d. cum Io. & And. vt loquitur etiam in teste ignorante non est simpliciter verum.

b ¶Recenti. Alc. trac. præsum. reg. 2. præsum. 11.

* Testis.] Vide quæ circa hoc scribit Iason. in l hæreditas columna secunda. C. de his quibus, vt indignis. Et Alexand. hic sequitur Iason. consiglio 167. colum. penulti lib. 4. Et inimicitia debet esse euidens, non dubia, vt repellatur, Ias. in l. sororem. C. de his quibus vt indig. Natta.

c ¶Nec etiam, infra lib. 4. consi. 127. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Mulier cui legantur alimẽta in domo hæredum tenetur ibi morari & ad operas obsequiales.*

2 *Fundans se ex tempore debet illud determinatè probare.*

3 *Qualitas requisita ad actum debet specificè probari.*

4 *Tempus ante dictum à teste censetur repetitum.*

5 *Testes singulares in vniuersali quando non sufficiunt.*

6 *Taxa si fiat alimentorum relictorum de hæreditate, non considerantur bona emphyteutica, nec proprietas, sed prouentus bonorum hæreditariorum. nu. 7.*

CONSILIVM C.

* Super primo casu * causæ vertentis inter dominam Iacobam vxorem Vgolini de Gandolfis agentem & dominam Matthæam vxorem quondam præstantissimi doctoris d. Matthæi de Vrbino se defendentem plura dici possent: sed attingam ea tantum quę magis substantialia esse putabo. ¶Et in primis pręsuppono quòd intentio dicti magistri Antonij testatoris fuit quod dicta domina Bartho. nurus sua posset commodè habitare cum heredibus ipsius testatoris; & debere simul cum eis viuere & alimenta percipere: secus si hoc commodè facere non posset: quia tunc voluit, quòd posset habitare in domo dicti testatoris in camera in qua stabat tempore quo maritus suus viuebat, & ibi deberet habere victum & vestitum secũdum possibilitatem suæ hæreditatis. ita colligitur ex verbis ipsius testamenti dum in eo dicit, ꝙ reliquit dictis duabus vxoribus dictorum suorum filiorum victum & vestitum & habitationem in domo ipsius testatoris secundum possibilitatem suæ hæreditatis: & ita quòd si ambæ, aut ipsarum altera non posset habitare & commodè
* morari cum hæredibus suis vniuersalibus * quòd vnaqueque ipsarum possit & valeat habitare in dicta domo dicti testatoris, scilicet quælibet in camera sua in qua habitabat & stabat tempore quo mariti viuebant & ibi habere debeant victum & vestitum secundum possibilitatem suæ hæreditatis.

1 ¶† Nam eo ipso quod testator vult aliméta præstari in domo
habitationis hæredum apparet quod hoc adiecit fauore hæ-
redum: nam tunc hæredibus minus grauis est alimentatio.l.
Caio.§.fi.cum ibi not.per Bar.in fi.ff.de alimen.& cib.leg.&
not.in l.illis.ff.de cond.& demon.& in l.1.C.de leg.& in cō-
a si.[a] incip. Quidam sibi filios hæredes & isto casu debet præ-
stare seruitia in domo legatarius secundum qualitatem suæ
personę, vt inquit Bart.in d.l. Caio.§.imperator.& Bal.Ang.
& Sal.in d.l.1.C.de lega. nam vt inquit Bal.& prædicti alij
in d.l.1.debet præstare operas obsequiales in domo & non
ibi stare tanquam corpus mortuum.d.l.illis liberis.ibi in ver-
bo obsequio,&c. ibi etiam videtur Pau. de Cast.& in d.l.di-
uortio.in prin.ff sol. ma.¶Et sic tale legatum habet annexam
conditionem morandi cum hæredibus.& si legatarius condi
tionem non impleuit adeò quod per eum stetit, legatario te-
netur.d.l.illis liberis.¶ Constat autem ex tempore quo lega-
ta per dominam Iacobam vt hæredem dominæ Barth. petun
tur ipsa non vixit nec morata est cū hæredibus: sed seorsum
in camera. ¶ Vnde est videndum an sit probatum quòd ip-
sa domina Bartho. commodè non potuerit cum hæredibus
habitare: & sic quod per eam non steterit. ¶Et super hoc in-
uenio ex pluribus testibus octo de hoc fuisse: & oēs singula-
res, & consequenter non probant.c.licet causam.de proba .c.
pone.de elect.prout plenius infra dicam : alia ratione etiam
non probant: vt infra sigillatim deducam.¶Et in primis atte-
stationem Ioannis Blasij primi testis & ipse non probat : quia
deponit quòd audiuit pluries dominam Barth. altercantem
cum Antonio:& Antonium cum ea & successiue cum magi-
stro Ioanne Baptista post reditum eius dicta domina Barth.
semper existente in dicta camera in qua habitauerat cum ma
rito. Nam aduertendum est quòd iste testis non deponit quo
anno fuerit ista altercatio: nisi quod deponit quod fuit tem-
pore quo dicta domina Bartho. erat vidua : vnde potuit esse
quod ista altercatio fuit post multos & multos annos post-
quam ipsa desierat viuere & morari cum dictis hæredibus :
& habitauerat in dicta camera & prope tempus quo demum
mortuus est Antonius & domina Nina, & sic non concludit
quod de anno 1446. a quo tempore vult dicta domina Iaco-
ba consequi alimenta pro tempore inde secuto per annos 10.
& nouem cæperit illa altercatio.Nam illo anno & ante etiam
domina Bartholomæa: vt actor asserit cæperat non morari cū
hęredibus, vt ipsemet Iacoba fatetur in suis positionibus : &
si morata fuisset cū hæredibus & vixisset cum eis non potest
dicere sibi alimenta ab eis non fuisse præstita. nisi probaret
aliunde habuisse.l.fi.C.de alimen. pup. pręstan. & ibi doct.
& not. Bart. & alij in.l.cum seruus.ff.de verb.obl.¶ Cum
ergo non sit probatum quòd ab anno illius temporis quo ip-
sa cæpit seorsum habitare seu aliquo alio limitato & certo
tempore fuerint altercationes & discordiæ inter eam & hęre
des propter quas commodè non potuerit ipsa cum eis mora-
ri & viuere, non potest optinere: quia cum ipsa petat alimen-
ta pro ipsis annis 20.incipiendo ab anno 1446. & mense Fe-
bruarij. quibus temporibus non est murata cum hæredibus
fundamentum intentionis suæ est ostendere quòd sine culpa
sua dicto tempore non habitauit per illam.l.libertis. & patet
ex verbis testamenti . ¶ Ergo oportet probare quòd toto di-
2 cto tempore non potuit commode cum eis morari:† quia il-
b le qui se fundat ex tempore[b] debet de tempore illo probare.
l.matrem.C.de proba.l.eum actum . & ibi no.ff.de neg.gest.
no.in clemen.fi.de rescrip. & per Bar.plenè in l. non solum.
§.sed vt probari.ff.de ope.no.nun.cum si.hoc autem nō pro-
bat iste testis qui de nullo limitato tēpore deponit, ergo eius
probatio tanq̃ obscura & incerta non releuat.c.in presentia.
de prob.l.Pomponius.scribit si fundamentum.§.fi.de rei vē-
dica.l.neque natales.C.de probat.¶ Non probat etiam iste te
stis alia ratione : quia dicit quod nescit an illa altercatio quā
audiuit , fuerit causa propter quam dicta domina non posset
habitare & morari familiariter cum dictis hæredibus, non cō
cludit ergo iste testis : & sic non probat vt dixi. Nam non
omnis altercatio debet dici causa iusta propter quam quis nō
possit commodè cum alio habitare : nam vt docet experien-
tia quæ est efficax rerum magistra c.quam sit.de elec.in 6.non
est dare quod inter plures simul commorantes aliquo tempo
re non occurrant aliquando altercationes:& tamen simul ui-
demus eos cohabitare & viuere.¶Oportebat ergo probare il-
lam fuisse probabilem causam propter quam diceret non pos
3 se commodè simul morari , † quia qualitas requisita ad
c actum debet specifice[c] probari.l.2.§.docere.ff.vi bon. rap.l.
1.§.ait prætor.& ibi Bart.ff.ne quid in flumi. publi. & decla-
rat in notabili quæstio.Io.An.in c.1.de homic.in 6.in nouel-
la.& Bal.in l.si quis nō dicam repere.in 3.vel 4.colum .C.de
d episc.& cle.& dicit Bar.[d] not.in consilio incipiente commu-
ne Lucignani. super tertio dubio. quod vbi quis se fundat in
culpa alicuius siue agendo siue excipiendo debet deduci illa
culpa certa & limitata , allegat.l.prætor edixit.in prin. ff.de
iniur .l.item exigit.ff.de dol.c.vt circa.de ele.in 6.¶Iste testis
non probat aliquam culpam dictorum hæredum & potuit
esse quod iustam habuit causam altercandi Antonius seu ali-
us qui cum dicta domina altercaretur ex facto & causa ipsius
dominæ ita quòd non potest dici quod ista probatio aliquo
modo sufficiat : & iste testis deponit quòd credit etiam dictā
dominam habitasse in dicta camera pro sua maiore parte q̃d
testator non ita disposuit, sed in casu in quo commodè cum
hæredibus morari non posset:& est singularis iste testis:quia
dicit quòd se teste tantum præsente audiuit ista. ¶ Secundus
testis est Guidatellus Euangelista qui ijsdem rationibus non
probat, qui dicit quòd audiuit bis vel ter Antonium altercan
tem cum domina Bart.sed quod non recordatur quæ verba
fuerint: & nescit quę causa fuerit altercationis, nec à quo pro
cesserit:& quod peius est de nullo certo & limitato tempore
deponit:non enim dicit quo anno vel tempore hæc fuerint:
vnde per prædicta circa præcedentem testem apparet non
probare. ¶ Præterea iste testis & etiam primus nihil dicit de
discordia cum domina Nina, & tamen domina Iacoba in suis
positionibus & actis solum deducit quod domina Bartholo.
discessit ab habitando cum hæredibus propter discordias
quas habuit cum domina Nina . ¶Et propter hoc etiam dico
quod tertius testis, scilicet Petrus Barthol.non probat, ma-
ximè quia de aliquo certo anno seu tempore non deponit :
& quod nescit causam propter quam recesserit ab habitando
cum dictis hæredibus : & licet interrogatus a quo procede-
ret discordia inter dictos Anton.& dominam Bartholom. di-
cit se non aliter scire : nisi quod multoties ipsa domina Bar-
tholomæa habitante in dicta camera & volente aquam de pu
teo dictæ domus non poterat habere , & quod ibidem habi-
tante fuit clausum ostium per quod de dicta camera descen-
debatur in domum : & quòd nescit quis clausit : tamen hoc
nō sufficit:quia dicit quod hæc fuerunt tempore quo iam d.
domina Bartho. habitabat in dicta camera : & non dicit quo
anno : & sic potuit esse prope tempus quo demum decessit
Anton. & domina Nina qui decesserunt per plures annos an
te dominam Barthol.& sic pauco tempore durasset causa im
pedimenti qua cessante debebat dicta domina Barthol. stare
cum hæredibus : vt infra dicetur . & sic non concludit ista
probatio de aliquo limitato & certo tempore quo incæperit
istud impedimentum . ¶Et etiam aduertatur quòd iste testis
non deponit quod tempore quo dicta domina Bartho. habi
tabat familiariter cum hæredibus culpa & impedimentum
processerit a dictis Barth.vel domina Nina : & quod commo
de non potuisset stare cum hæredibus : & sic non probat per
ea quę dixi circa primum testem:& licet dicat, quòd tempore
quo dicta domina Barthol. habitabat in dicta camera multo-
ties non potuit aquam de puteo habere dictę domus, hoc ni-
hil facit ad rem, quia non dicit q̄ propter culpam hæredum
hoc fuerit : nec quando dicta carentia aquæ eo tempore quo
iam habitabat in dicta camera, fuit causa discessus ab hæredi-
bus.& licet similiter dicat q̄ habitante dicta domina Bartho.
in dicta camera, fuerit clausum ostium per quod de dicta ca-
mera ascendebatur in domum & nescit per quem: certe hoc
non releuat ijsdem rationibus. & licet quandoque contingit
claudi vnum ostium, non sequitur quin postea aperiatur ali-
quo petente : & dicit fuisse prædicta præsente dicta domina
Barth.& Bartholomæo.& neminem dat cōtestem.¶Quartus
testis est Guido Negotii qui fuit hæres dictæ dominæ Barth.
qui non probat quia non deponit de certa & limitata culpa
hęredum,& solum dicit q̄ vidit dictam domi. Barth. esse di-
scordem cum Ant.& domi.Nina,quinimò dicit q̄ non recor
datur de cā discordię, nec dicit q̄ talis aut tāta esset discordia
quod

quod fuerit iusta causa propter quam commodè non posset habitare & morari cum hæredibus: & sic non probat, vt dixi circa primum testem: nec deponit de vllo limitato tempore seu anno: & interrogatus quibus præsentibus dicit se teste domina Bartho. domina Nina & Ant. & neminem ostendit cótestem. ¶ Quintus testis est domina Elisabet quę similiter non probat: quia deponit de tempore quo iam habitabat domi. Barth. in dicta camera: quia dicit ꝙ quando ipse testis venit ad habitandum in vicinia dictę domi. Barth. domi. Barth. habitabat in d. camera. & quod nescit quæ fuerit causa propter quam dicta domina Barth. discessit ab habitando cum dictis hęredibus: nisi quod postquam ipsa testis venit ad habitandum in vicinia dominus Ant. erat in lite & discordia cum d. dom. Barth. & vt plurimum ei non loquebatur nisi vociferando: & nolebat ꝙ acciperet aquam de puteo: & quod intraret in domum eorum: tamen non deponit quo tempore hoc inciperet fieri seu quo tépore viderit hoc, & sic potuit esse prope tempus quo d. Ant. mortuus est. & non de anno 1446. nec alio ibi proximo tempore, & per consequens non concludit de tempore pro quo domina Iacoba agit. ¶ Interrogata de causa scientiæ dicit ꝙ prędicta vidit & audiuit, vt suprà testificata est, & interrogata de tempore dicit continuè donec Bar. vixit & donec vixit Antonius, quę vltima verba testis intelligũtur, de tempore de quo supra dixit a tempore quo ista testis venit ad standum in dicta vicinia, quo tempore dicit ꝙ dicta domi. Barth. iam habitabat in dicta camera in qua habitauerat in vita mariti, alias testis deponeret de tempore quo ipseme t interrogatus in causa scientiæ non deposuerat aliquid scire.

4 ¶ † Et ꝙ tempus ante dictum intelligatur repetitũ, voluit no. Bart. in l. Labeo. ff. de suppel. leg. & Bal. in l. de quibus. in pen. col. ff. de leg. & in l. apud antiquos. C. de fur. & Anto. de But. in c. fi. in pe. col. de cósue. ne testis videatur variare prius dicto arg. c. cum tu. de testib. & sic probatio talis testis nó cócludit aliquo modo in tempore: & per consequens non dicitur probare de presentia, & interrogatus quibus præsentibus dixit se teste domina Barth. domi. Nina & Anto. & alijs conuicinis & tamen nullum conuicinum habet contestem. & sic est etiam singularis. ¶ Et quamuis Petrus tertius testis sit conuicinus, tamen non deponit; prout fecit ista mulier nec probat. vt superius ostendi. ¶ Et licet super interrogatorijs dicat ꝙ credit ꝙ dicta do. Bart. elegit habitare in dicta camera quia Ant. non contentabatur quod staret cũ eis & ꝙ causa euitandi scandala: tamen nullam rationem assignat quæ concernat tempus quod dicta domina Bar. discessit ab habitando familiariter cum dictis hæredibus, vel quæ ostendat ꝙ de anno 1466. aut 1457. aut certo & limitato tempore vel anno. d. domi. Bart. commodè non potuerit cum dictis hęredibus habitare: & sic habuerit iustam causam non habitandi cum eis, & testis deponens per verbum credo saltem qñ reddit rationem inferentem: verum est illud quod dicit credere, sed non probat: vt plenè no. in l. testium maximè per Cy. C. de test. & per Bar. in l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. ar. & habetur plenè in c. quoties. de test. & in c. literis. de præsum. & Spe. in ti. de teste. §. 1. in ver. qui deponit de credulitate. deniq; iste testis solum deponit de discordia cum Anto. sed domina Iacoba solũ deducit in suis positionibus & capitulis ꝙ propter discordias quas habebat Barth. cum do. Nina discessit ipsa domi. Barth. ab habitando cum dictis hæredibus: non autem dicit ꝙ discesserit propter discordias cũ Antonio. ¶ Sextus testis est Hieronymus ser Nicolai qui non probat: quia deponit de auditu ab alio & non recordatur à quo, ergo nulla est eius probatio. d. l. testium. C. de test. ca. tam literis. de test. & maximè quando non recordatur à quo audiuerit, quo casu ét sola fama non probaret: quamuis diceret se audiuisse à maiore parte si non recordaretur a quo, vt dicit Inn. in c. qualiter & qñ. de accu. Barth. in l. si minore. §. si plurium. ff. de quæst. in ver. quæro si testis interrogatus à quibus personis audiuisti &c. & ibi communiter sequuntur alij & vbique. & licet dicat iste testis ꝙ aliquãdo audiuit dictum Antonium altercantem & vociferantem contra ipsam dominam Bartho. tamen non dicit quòd propter hoc non potuerunt commode habitare cum hæredibus, nec dicit quo anno istud incęperit aut quo tempore fuerit: & sic de tempore necessario ad victoriam dictæ dominæ Iaco. non concludit vt dictum est. Nam interrogatus de tempore dixit viuentibus dicta domina Bartho. & dicto Antonio & licet super interrogatorijs dicat quòd dicta discordia continuè donec Antonius vixit fuit inter eos: tamen non deponit de tempore initij huius discordiæ, & clarum est ꝙ non intellexit testis de omni tempore incipiẽdo à prima die qua Ant. cœpit viuere: cum non possit intelligi continuè, s. a tempore quo cœpit esse discordia, debet in dubio fieri interpretatio cótra producentem: vt in d. c. in pręsentia. & no. do. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. ob. & in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ¶ Et quamuis super dictis interrogatorijs testis dicat ꝙ credit ꝙ discordia erat tanta quòd non potuisset stare ad habitandum & comedendum, & tamen deponendo per verbum credulitatis, & non specificando culpam limitatam non probat: vt circa alios testes dictum fuit. ¶ Prætereà iste testis dicit se credere quòd discordia processit ex vtraque parte, sed maximè ex parte Antonij, & sic negari non potest, quin dicat vtrunque fuisse in culpa, & qñ vterq; culpam committit, melior est conditio rei ne ex culpa sua* actor commodum cũ alterius iactura sentiat per l. apud Celsum. §. Marcellus. ff. de doli excep. l. 1. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. ¶ Præterea d. Iacoba deducit ꝙ d. Barth. discessit propter discordias quas habuit & habebat cum do. Nina: & iste testis non dicit se vnquam fuisse præsenté alicui discordie cum dom. Nina. ¶ Septimus testis, s. Petrus Ant. Laurentij dicit se in effectu nihil scire. ¶ Octauus testis Anto. aliàs Tantus Masioli qui deponere videtur plus quam aliquis alius, tamẽ non probat, quia licet dicat ꝙ per tempus 12. ann. quibus ipse stetit in domo prędicta do. Bar. non poterat ascendere in salã, & coquinã, & dicat quod fuit Ant. tamen super hoc interrogatus in causa scientię secũdum formã interrogatorum dominę Matthęę nullam causam scientię per sensum corporis reddit ꝙ dictus Anto. fuerit ille qui fecit claudi, ergo non probat, vt no. in l. solam. C. de testi. & in c. cum causam inter archiepiscopum. de testibus, & in hoc ꝙ Antonius fecerit, neminem habet contestem. ¶ Et dato quòd fuisset semel clausum ostium, non sequitur, ergo Ant. hoc fecit ne domi. Bartho. possit ascendere horis cógruis ad mensam, quia variis ex causis contingere potest ostiũ vno certo spatio stare clausum probabili ratione & postea aperiri, ita quod certè dici non potest talem probationem concludere. & interrogatus quibus præsentibus dicit se teste domina Bartho. & domi. Nina & dicto Anto. & aliis de domo, & nullus de domo examinatus est qui hoc dicat, ita quòd iste testis videtur vnicus præsertim in

5 tépore. ¶ Nec prædictis obstat si diceretur † quòd testes singu-

c lares[c] sufficiunt ad probandum quid vniuersale: puto quem fuisse vsum iurisdictione seu fuisse in quasi possess. iurisd. per not. per glo. & Iacob. Butr. in l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. & per Innocen. in d. c. qualiter & quando. & per Spec. in tit. de inquisit. §. 1. versi. quid si vnus. & versi. seq. & Pau. de Leaza. in sua disputatione incipiente. Contra instrumentum debiti opponitur, & Bal. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & Bal. in l. 1. C. de testa. & in l. actor. C. de probat. facit quod no. Cy. in l. 2. C. quæ sit longa consuet. quasi satis esse videatur quod testes in vnum rei finem conueniant & concordent, vt inquit Old. & Bal. in l. 1. C. si vnus ex plu. app. per l. qui. C. de pęnis. cum simil. quia respondeo quòd ibi tractatur de probatione alicuius rei in qua sit tempus de necessitate, tunc testes singulares nullo modo probant etiam si velint probare aliquid in genere. ita est de mente gloss. ordinariæ quam ibi ad hoc sequuntur doc. in d. l. ob carmen. §. fina. vbi glo. vult quòd licèt ad probandum in genere quem possedisse sufficiant testes singulares, tamen secus est vbi quis vult probare possessionem alicuius limitati temporis quod & voluit Bartol. & alii in l. Celsus. ad fin. ff. de vsucap. Anto. de Butr. in cap. licèt causam. de probatio. per id quod not. gl. 3. quæstio. 9. nihilominus: & ita etiam vult Paul. de Leaza. in disputatione suprà allegata. & Ioann. de Imo. in c. inter pares. ff. de re iudi. sed in proposito nostro tempus erat de substantia: scilicet quòd ante annum 1446. tempore quo dicta Bartholom. discessit ab habitando cum dictis hæredibus dicta domina esset in discordia cum ea adeò quòd dicta domina Bartholomæa non posset commode habitare cum dictis hæredibus: ergo non sufficit probare per testes singulares. ¶ Secundo respondeo quòd vbi tractatur de probando non vnum totum vniuersale:

sale: sed tractatur de probando aliquas causas ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei. non sufficiunt testes singulares vnde si volo probare quòd aliquis sanctus frequenter fecit miracula non sufficit si probo per vnum testem quod sanauit vnum claudum: & per alium testem quòd illuminauit vnum cæcum: & sic de singulis. no. Arch. in c. nec mirũ. 27. q. 5. & originaliter fuit dictũ Vincētij & aliorũ in c. venerabili. de testib. per c. licet. ex quadam. eo. tit. & no. Ant. de Bu. in c. cum oporteat. de accus. vbi ex hoc infert quòd si volo probare Titiũ esse hæreticum, & probatur per vnùm testem quòd Titius dixit quòd Christus non uenit in virginem: & per aliũ probatur quòd ipse dixit quòd personæ Trinitatis non sint æquales, non probabunt illum esse hæreticum per prædicta. & hoc etiam not. Salic. in l. testium. C. de testibus. ¶Pro hoc etiam dicit Ant. de Bu. in d. c. cum oportet, quòd si vnus testis dicit quòd Titius occidit Stephanum & alius dicit quòd occidit Malegonellam non probatur Titium esse homicidam. quia talis causæ potius inferunt multiplicationem delicti, quam quòd probent vnum totum. ¶Pro hoc etiam dicit quod si vnus testis deponit ꝙ Titius est vsurarius quia mutuauit Ant. 10. sub vsuris: alius deponit qđ mutauit octo sub usuris, non probabunt Titium esse vsurariũ: & tenuit Fed. de Senis consi. 64. inci. Cum procu. &c. in fi. & in consil. incip. quæstio talis est nunquid constitutio. & Laurentius de Rodulph. in cap. consuluit. de vsu. quæstio. 117. ¶Sed in proposito tractabatur de probando culpabilem discordiam dominæ Ninę quam habebat cum dicta domina Barthol. adeò quod non posset commodè ibi habitare, ergo licèt testes singulares probarent culpam etiam multiplicatam, non dicuntur tamen sufficienter probare. ¶Fortius videtur quòd de iure verius sit quòd etiam testes vbi tractatur de probando aliquid in genere non sufficient testes singulares: vt voluit Hostien. in summa de testibus. §. quæ diuersitas. versicu. quid si agatur de decima. vbi etiam refert ibidem tenuisse Goffred. vbi voluit quod ad probãdum quasi possessionem iurisdictionis vel quasi possessionem iuris decimandi non sufficiunt testes singulares: vt etiam voluit gloss. in d. c. nihilominus. ¶Nam dictum testis regulatur secundum causam seu rationem quam assignat: vnde si non assignat causam vel assignat minus sufficientem non probat: vt not. in cap. quanto, de rescriptis. & in d. l. solam. cum similib. & ideo ex quo testis est singularis in causa per eum allegata in qua non habet contestem non probabit. ¶Item, quia ratio per quam testes singulares non probant actum particularem habet etiam locum in actu vniuersali. ¶Et in hac opin. videtur etiam residere Innocen. in dicto capit. qualiter & quando, el secundo. de accusation. ibi dum dicit, sed alij dicunt contra. &c. nam illa est vltima opinio. recitata per Innocent. & illa videtur approbata per eum, vt not. Ioann. Andre. in dicto capit. de pœnis. in sexto. in nouella. in cap. primo. de senten. excommunic. in 6. & Bal. in authen. ex testa. in princip. C. de collat. facit quod not. glo. in l. qui filium. §. sabinus. ff. ad Trebellia. & in l. si idem cum eodem. in fine. ff. de iurisd. omni. iudic. & ideo qui aliter allegat Innocent. in capit. qualiter & quando, corruptè allegat. istam opin. vt tutiorem videtur etiam approbare Innocen. in dicto capitu. licèt ex quadam. & cum ea transit Specula. in titu. de teste. §. iam de interrogatorijs. versicu. idem de tempore. in fine. & ibi Richard. Malumb. vt refert Bal. in dicta l. ob carmen. §. fin. in lectura antiqua: quia quilibet testis est vnus solus, & vnus non probat. capit. cum dilecti. & in capi. bone. de electio. l. iurisiurandi. C. de test. Ita etiam tenet Ioann. de Imo. in d. cap. cum oporteat. & in dicta l. inter pares. in quarta colum. Quinimò secundum eum opinio contraria non probatur per aliquem text. vnde non debemus recedere a regula quæ habet quod testes singulares non probant, quantò magis in casu nostro in quo agitur de probando impedimento: ad quod non reperitur quod sufficient testes singulares, qui etiam alijs defectibus laborant. ¶Secundò etiam quod in casu in quo domi. Iaco. probasset quod propter discordias quas secum haberet domina Nina & dominus Antonius non potuisset commodè morari cum hæredibus, tamen non potuisset domina Iacoba obtinere pro tempore quo domi. Bartho. superuixit post mortem dictæ domi. Ninæ & Antonij. Nam domina Iacoba in suis positionibus secundo loco pro-

ductis asserit quòd domina Barthol. super vixerit post mortem dominæ Ninæ & Antonii per decem annos. & testes dominæ Iacobæ videnter deponere quod decesserunt de anno 1459. vt deponit quartus testis scilicèt domina Elisabeth, Petrus Bartholomæi: & Marcus Bartholom. & Simon An-
* tonii. nam cum per mortem eorum cessaret impedimentum* cessare etiam debebat accusatio. d. Bartol. in l. prima. §. dies. ff. quando appella. sit l. ab hostibus. §. sed quod si mater. & l. sed si per prætorem. §. sed cum feriæ. §. quoties. ff. ex quibus cau. ma. l. Titia. Seio. §. vsuras. cum similib. ff. de legat. secundo. ¶Et pro certo valde rigorosum videtur quòd hæredes dictæ dom. Barth. quæ dotes suas exegit a principio: & donec vixit per tempus 20. annorum, & vltra ista alimenta non pe-
6 tierit si nunc huiusmodi exactio hæredi concederetur † puto etiam verum quòd vbi probatum fuisset de impedimento quòd in dicta taxatione alimentorum non debuissent computari bona emphyteutica seu fructus talium bonorum receptorum ab ecclesia pro se filiis & nepotibus cum testator voluerit præstari alimenta secundum possibilitatem suæ hæreditatis in quo non veniunt huiusmodi bona secundũ magis communes conclusiones: vt Bartol. in l. item videndum. §. fina. ff. de peti. hæredit. & in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat. cum concordantiis. vt referendo aliàs dixi & scripsi. in d. l. quod dicitur. nec etiam assignari debuisset dictæ legatarię de fructibus legitimæ descendentium dicti testatoris per not. in l. vxori. & in l. vltima. ff. de vsufruc. lega. & in authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. per Salic. in authen. quòd locum. C. si mun. secundo nupt. facit. l. proponamus. §. quarta. ff. de
7 inoffic. testam. ¶†Clarum etiam est quòd in dictis alimentis
f præstandis debet haberi ratio fructuum [f] qui percipiuntur ex bonis hęreditatis, & non debet vendi proprietas bonorum pro dictis alimentis præstandis. l. Imperator. & ibi not. doct. ff. ad Trebel. l. qui bonis suis. & ibi Angel. ff. de cessio. bonor. l. ius alimentorum. in princip. ff. vbi pupil. educa. debeat. & not. Barto. in l. penul. in princip. ff. de alimen. lega. & no. Angel. in l. diuus. ff. de petit. hæredit. & in l. 1. C. de leg. & in authen. nisi rogati. C. ad Trebel. & Bald. in l. voluntatis. C. de fideicomm. & Salicę. in l. 1. eod. titu. & in l. fi. C. vbi pupil. educa. debe. ¶Debuit enim primò deduci æs alienum*. l. si vniuer-
* si. C. de lega. & l. vsufructu bonorum legato. §. de legatis. ff. ad leg. fal. iunctis no. per Bald. in l. voluntatis. verb. quęro nunquid legatum arbitrium. & super istis vltimis fuit plenè & copiosè allegatum in allegationibus pręstantissimorum docto-
* rum* cum processu transmissis. Ideo circa hoc non putaui expedire vlterius insistere.

ADDITIONES.

* Super primo casu.] Idem etiam consi. 3. lib. 4. In hoc eodem met casu pro hæredibus aduersus nurus alimentarias consilium reddidit Andr. Sicu. consil. 63. præclarè scribitur. lib. 2. Sed pro alimentarijs ꝯ hęredes cõsuluit Cor. cõs. 286 pro plenis cõsultationis. li. 3. Natta.

* Cũ hęredibus suis vniuersalibus.] Illud est ẽt de iure cõ. quia põt recedere subsistente iuxta causa recedendi, secundũ Bar. in d l. Caio §. si puta, secundũ eũ, si vxor sit iuuenis & nõnulli in domo eius pudicitiæ insidiantur, scribit Ias. cõsi. 44. col. 2. 1. lib. Et de istis scribit Ias. in l diuortio col. 7 ff. sol. ma. Et inter cætera no. ꝙ legatario incũbit onus probãdi cãm iustã, quod est difficile. ita Per de Anch. cõs. 154. inci. Super j q̃sito multũ insistendo Et vide ẽt plenũ cõs. Pau. de Ca. cõsi. 167. cõsiderandũ est hic li. 1. Et qd si fuerit dictũ, Si habitauerit cum filijs; & filij moriũtur. Soc. cons. 68. li. 1. cũ cons. seq. Et iusta est cã recedẽdi, si pcutitur. Ale. cõs 66. in fi. li. 2. vbi ponit de prę̧p. Et eodẽ mõ filiis, qui habet vxorẽ si pp nouercales cõtentiones, seu quia pr̃ sit improbatæ vitæ, & ducit sui similes in domo, non possit cũ patre habitare pr̃ debet eũ & vxorẽ extra domũ alere. Bal. no. in trac. do. 7. parte. 34. Priuilegio. Et in hac materia vide plenum. consi. Cra. cons. 268. Et de nouerca non habitante cum priuigno secundum iusta testatoris. Rui. consi. 34. lib. 2. Natta.

a ¶Consi. 211. adde infra lib. 3. consi. 133. nu. 2.

b ¶Tempore. Bal. Sali. l. fi. C. ne ser. ex suo fac. Soci. consil. 42. col. 3. lib. 1. consi. 283. col. 3 lib. 2.

c ¶Specificè. Alex consi. 119 col. 2 eo li. cons. 3. nu. 7. li. 2. Cur. sen. consi. 59. nu. 7. consi. 73. col. 2. Ias. l. si extraneus. in fi. de cond. cau. da. l. nõ solũ. §. sciendum. col. 1. d. ff. de no. ope. nun. Dec. l fi. col. 12. C. de edic. di. Adri. c. post cessionem. col. 7. de prob. consi. 524.

d ¶Bart. consi. 193. [illegible]

* Ne ex culpa sua.] Adde tex. in l. si seruũ. §. seqtur. ff. de ver. ob. Natta.

e ¶Singulares. supra consi. 72.

* Impedimentum.] Nota bona iura, quod cessante impedimento cessat excusatio, ad quod facit quod scribit Anton. de Butr. in cap. ex

ratione

ratione de appellat.adductus per Alex.consi.19.col.2.supra eod. de appellante,qui non potest habere copiam Papæ non sufficit si semel fuerit impeditus , sed oportet,quòd duret impedimentum,& constet illud durare.Idem Ias.dicit in l.fi.nu.15.C.de iu.emph. Natta.
f ¶Fructuum.in lib.5.consi.72.col.2.Bal.consi.30.lib.2.Ant.Imo.Ale. l.Imperator.ad Treb.Pau.Alex.l.maritum.in fi.l.si maritus.sol.mat. Lance.Dec.l.apud Iulianū.§.hæres.de leg.1.Deci.l.diuus. de reg.iu.
* Aes alienum.] Quæ debeant deduci antequam præstentur alimenta legata.Vide Picum.in §.Titia. q. 61. Et vide etiam ibi.q.63.ponit And.Sicu.in preall.consi.63.& dum ibi in 1.dub.dicit,ꝙ hæres detrahit primo alimenta sua,adde Bal.in l. 1.§.officio,in fi.ff.de tut. & ratio. distra. vbi per illum tex. dicit, quòd non tenetur quis coarctare victum suum propter alimenta matris, vel alterius cuiuscunque et si largas habeat facultates. Tamen aduerte quia Bart.ibi loquitur secundum dispositionem iuris communis. Sed vbi hæres grauatus est ad præstanda alimenta, tenetur etiam vltra vires hæreditatis ad ipsum legatum : ideò dubitabile videtur dictum And.Sic.nisi respondeatur ꝙ etiam non confecto inuentario non tenetur vltra vires vt per Ias.in l.fi.§.& si præfatam. col.pen.C.de iu.delib.Et quòd in rebus feudalibus,emphyteuticis,subiectis fideicommisso.non possint alimenta constitui Paris.consi.98.lib.2.in fi. Natta.
* Doctorum.] Circa ista allegauit Andr. Sicul.in præallega. consilio 63. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas data non subdito reuocari non potest contra. numero 7.*
2 *Priuilegium præsumitur reale : contrà quod personale. numero 13.*
3 *Communitas non potest dare meram immunitatem.*
4 *Statutum valet vel consuetudo quòd forenses teneātur ad collectas pro bonis ibi sitis.*
5 *Princeps supremus solus potest vti clausula non ob. nu. 9.*
6 *Concessio immunitatis propter merita vt valeat constare debet de meritis aliter quàm per confessionem.*
8 *Princeps vel inferior potest auferre dominium ob bonum publicum.*
10 *Descriptus ad collectas statim vt scit debet appellare.*
11 *Immunitas ecclesiæ non transit ad eius emphyteusim.*
12 *Prouisione manente per modum legis sufficit generalis reuocatio quò ad exemptiones non clausas in corpore iuris.*

CONSILIVM CI.

Visis instrumentis exemptionis & contractu & literis Illustrissimorum principum & statutis de quibus in themate ante scripto mentio habita est. ¶ Videtur prima consideratione dicendum dictum ser Anto. ad collectas, & alia onera subeunda occasione dicti quartesij cogi non posse ex pluribus.¶Et principaliter stante instrumento immunitatis exemptionis in latissima forma rectè per homines & commune Rodigij Bartho.de la Mella pro se & suis hæredibus & successoribus ac bonis & rebus vt latè in instrumento mihi exhibito continetur.¶Nam constat quod adunantia generalis Rodigij, id est concilium generale quod dicitur repræsentare totum populum,vt not.glos.in rubri.C.quæ sit lon.consue.c.in causis.ad fin.de elect.c.si compromissarius. eo. titu. libro 6.l.municipalibus.ff.de conditio.& demonstra. potuit dictam immunitatem Barto. & eius bonis concedere, attento quod Bartol.ante non erat ciuis in loco nec illi subditus.* l.prima.& l.fina.C.de his qui spon.mun.pu.susce.& no.Specul.in tit.de censi.§.nunc dicendum. versicu. quid si vniuersitas pactum. & idem tenet domi. Anton. in c.2.de immuni. ecclesi.¶Nam dicit Ioann. And.in d.versi. quid si vniuersitas.
1 in addit.incipien.per hanc post Abb.& Odof. † quod Mutinensis effectus ciuis Bononiensis sub pacto quòd non teneatur ad collectas vel munera subeunda non tenebitur ad ea.& subdit quòd Guido de Suzar. determinat quòd si longissimo tempore fuit seruata consuetudo quòd venientes ad habitandum in ciuitate vel districtu: vt liberi & immunes essent omnibus oneribus & exactionibus cuiuscunque speciei, & vigore dictæ consuetudinis quidam qui veniunt ad habitandum in districtu dictæ ciuitatis, puta in villa Sancti Ioannis fruebantur hoc priuilegio, & fecit ciuitas statuta quòd habitatores in villa Sancti Ioannis debeant facere & conferre ad certum laborerium quòd ibi fiebat per commune,non obstat aliquo priuilegio, quærebatur an illis qui vigore dictæ consuetudinis priuilegio ciuitatis fruebantur præiudicet hoc statutum . & decidit quod non postquam ius eis acquisitum erat, quod eis inuitis auferri non potuit. allegat. l. si post mortem.§. fina.ff.de bonor.posses.contra tabul.& ff.de po.l.fina.& cap.mutare.& capit. quod semel.de regu. iur.in sexto. ¶Ex quo infertur quòd dicto priuilegio immunitatis non habet obstare reuocatio facta per Illustrissimos principes Nicolaum & Borsium vel alia reuocatio quam dictū commune Rodigij fecisset vel facere vellet : videtur enim transiuisse in contractum cum commune Rodigii acquireret illū Barto.in ciuem & propter beneficia habita & recepta ab eodem, vt in dicto immunitatis priuilegio continetur ; & per consequens immutabilis: vt l.quod semel.ff.de decre. ab ordi.fac.& ibi not.glo.& Bartol.in l.omnes populi . in 3.quæstio.principa.ff.de iustit.& iure.¶Idem tenet Bald.in l.si cum mihi.ff.de donat.vbi per illam leg. inquit secutus Nicolaum de Mata. quòd si statuto cauetur quòd quicunque venerit ad habitandum & steterit ibi per certum tempus sit exemptus a collectis, & si ciuitas post ea faciat statutum in contrarium in præiudicium illorum qui venerūt, illi iuuantur exceptione vel actione de dolo per d.l.si cum mihi. ¶Et propter hoc dicit se consuluisse in ciuitate Senarum quòd priuilegium quod datur benemeritis quod possunt ibi securè morari : eo quia eorum opera illud commune recuperauerat quoddam castrum erit irreuocabile: quia priuilegium concessum quod non pendet ex sola authoritate concedentis ; sed ex iure alteri quæsito propter aliquod eius factum non potest reuocari per illum text. & facit secundum eum l. Attilius Regulus.ff.de dona.& l.si pater.in fi.eod.titu. vbi donatio facta ob merita non potest reuocari : vt not.Bald.in l.fina. C.de condit.ob causam.& idem Bald.in l.qui se patris. C.vnde liberi. in versic.vti scitis.¶Et idem tenet Imol.Ioann.And.& alij canon communiter in cap. nouit.de iudi. vbi dicunt quòd priuilegium concessum non subdito vel priuilegium aut statu-
a tum quod transiuerit in contractum reuocari non potest . * & idem not. Archid. 11.quæstio.prima.quicunque.in c.licet canon.de elect.in sexto.arg.l.perfectam.C.de dona. quę sub modo l.2.ff. de decur.ab ordi.fac.& 22. quæstio. 2. qui non enim vt not.in c.constitutus.de relig.do.& not. doct.in cap. in nostra.de iniur.& Cyn.& Moder.in l.non amplius.§.1.ff. de legat.primo. ¶ Ad idem quod not. Bald. in l.donationes quas diuus.C. de donat.inter virum.vbi dixit priuilegium ciuitatis concessum comitatensibus aliquo ab eis dato reuocari non potest : quia transiuit in contractum : & quilibet etiā princeps suum contractum tenetur seruare. cap.1.de natura feudi.cap.1.de probat.& ibi not. Ioan. And.l.digna vox. C. de leg.& Bald.in l.ex imperfecto. C.de testam. ¶Sed dictum priuilegium immunitatis emanauit præcedente supplicatione impetrantis & offerentis se empturum & acquisiturum in d.l.terra Rodigij alia bona, ergo videtur esse quidam contra-
* ctus * per epistolam initus iuxta.l.consensu,de actio. & obligat.& l.1.in fine.ff.de contrahen.empt.¶Fortificantur prædicta, quia ad hoc vt præcedens speciale priuilegium exemptionis intelligatur reuocatum, non sufficit generaliter esse pri-
* uilegijs derogatum : sed specialis derogatio requiritur : * vt l.3.& ibi not. per gloss. & Andr.de Baru. C.de silen. lib. 12. quam gloss. cum tex.ad hoc reputat singularem Bald. in c.1. in fi.quo tempo. min.in vsib. feud.& Bal.in l. non plures. C. de sacrosan.ecclesi.vbi dixit quod per legem generalem nunquam derogatur priuilegio speciali seu singulari : nisi de eo fiat mentio. vt d.l.3.& not. Bald.in l.fina. C. si contra ius . & 2.constitu.versicu.si qua verò.per illum text. probatur in ca. cum ordinem. de rescriptis.facit quod not. glos. penulti.de ca.mona.libro 6.& not.Archi.16.quæst.1. reuertimini. ¶Sed in literis derogatorijs dictorum principum non est facta specialis mentio de priuilegio immunitatis prædictę concessionis per commune Rodigii : ergo non intelligitur esse reuocatum dato ꝙ poterit reuocari. & maximè attento ꝙ Illustrissimus Princeps Borsius videtur in literis suis se restringere ad reuocationem immunitatum de quibus facta erat mentio in schedula in literis suis in clausa iuxta petitionem hominum communis Rodigij & Lendenariæ, de qua schedula de immunitate prædicta Barthol. seu ser Anton. non erat facta mentio.

mentio.& sic videtur princeps se referre ad immunitates de
quibus præcesserat supplicatio & interrogatio.arg.l.si defen-
sor.§.qui interrogatus.ff.de interro.act.& insti.de inuti.stip.
§.preterea.& eò potissimè:quia per dictam reuocationem au
ferebatur ius quęsitum tertio.& sic debet strictè capi & inter-
pretari.l.si quãdo.C.de inof.testa. & l.impuberi.ff.de admi.
tut.c.super eo.extra de ele.non enim præsumitur principem
velle auferre alteri ius sibi quęsitum : vt plenè Bart.in l.ambi-
tiosa.in 3.col.de decre.ab ordi.fac.cum si. ¶Nec debet prin-
ceps sine iuxta causa auferre ius tertio quæsitum: ita dixit gl.
22.dist.in c.1.no.Inno.& Ioann.And.in c. innotuit de elect.
¶Nec obst.etiam si diceretur ꝙ priuilegium immunitatis prę
dictæ fuerit personale, & sic non debuerit egredi personam
dicti Bart.l.qui tali.ff.solu.ma.l.sordidorum.C.de excu.mu.
li.10.l.1.ff.de iure immu.c. priuilegium.de re iud.li.6.quia
respondeo quòd clarè constat ex verbis illius priuilegij quòd
illa concessio fuerit realis & non personalis: patet ex illis ver-
bis videlicet, propterea quòd dictus Bar. & sui hæredes seu
successores & pro omnibus & singulis rebus & bonis & iuri-
bus quibuscunque in posterum sint & intelligantur perpe-
tuò exempti &c.& etiã ex alijs verbis sequentibus: videlicet,
& ipsa bona mobilia & immobilia, iura & actiones exempta
intelligantur à prædictis &c. & subditur in fine priuilegij ꝙ
debebat latissimè interpretari.¶Nemini ergo dubiũ est quod
cum etiam dicta immunitas fuerit concessa rebus debet cum
re ad quemlibet singularem successorem & possessorem trãsi-
re.l.forma.§. quamquam. de censi.. & not.in l.sordidorum.
præallegata.in c.cũ venissent.de inst.& per gl.25.q.2.in sum-
a ma.vbi etiam fortius dicit gl. † quòd priuilegium in dubio
præsumitur esse reale.& idem glo.in d.§.quamquam. & Spe.
in tit.de instru.edi.§.nunc autem.uer.seq.& Io.An.in regula
b priuilegium,[b] in mercurialibus.arg.l.fi. ff.de constit .prin.&
c.cum dilecti.de dona.¶ Et sic infertur quòd dicta immuni-
tas transiuit ad eius partes dicti quartesij præsertim cum in
instrumẽtis alienationũ eiusdẽ exprimatur specialius. ¶ Sed
præmissis non obstantibus contrariam sententiam veriorem
puto : quia dicta immunitas à commune Rodigij concedi
3 non potuit eo modo quo concessa fuit. ¶† Nam regula est ꝙ
* communitates immunitatem concedere nequeunt*.l.vacua-
tis.C.de decur.lib.11.& l.immunitates.C.de agr.& cen.li.11.
& l.1.C.de decur.l.1.C.de his qui vac.a prin.& l.1.C.de im
mu.ne.conced.li.10.¶Fallit quãdo ille qui subditus non erat
seu ad munera subeunda cogi non poterat se sponte constrin
git ad aliqua onera ea conditione quòd aliquibus muneribus
sit immunis : vt est casus in l.2.ff.de iure imm. ¶Et ideo si qs
aliunde veniens ad habitandum in hanc ciuitatem se confe-
rat & ciuis efficiatur cum hoc quòd à collectis sit immunis,
valet concessio immunitatis:Ita not.Bart.in præalle.l.uacua-
tis.per d.l.2.& ita intelliguntur aliæ authoritates quas allega
ui suprà.¶Nec mirum cum ille efficitur ciuis huius ciuitatis
& per consequens tenetur ad munus seu onera personalia in
ciuitate ista ad quæ prius nõ tenebatur.l.cum neque. & l.pri-
uilegio.C.de incol.li.10.& l.libertus.§.sola.ff.ad muni.vn-
de licet sibi concedatur immunitas à collectis,& sic à mune-
ribus patrimonialibus quæ imponuntur personis pro rebus:
vt l.rescripto.§.fi.cum ibi no.ff.de mun.& ho.causa reipu.in
alia re conueniendus est nec satis factum est : quia ad aliqua
munera seu onera.s.personalia cogi poterit ille qui prius co-
gi non potuisset: & ita propriè loquitur Spec.& Io.An.in tit.
de censi.in d.§.nunc videndum & Ant.de But. in præallega-
to.c.de immuni.eccle.s.quando concessa est immunitas à col
lectis & sic à muneribus patrimonialibus, quæ imponuntur
personis pro rebus:& per consequens remanebit nouus ciuis
obligatus ad alia munera, s.personalia & merè realia iuxta di-
stinctionem plenè traditam per Guili. in.l.neminem. C.de
sac.san.eccle.& per Cy.in.l.voluntarie. C.de excu.tu.& per
Bar.in.l.1.de mul.& in quo loco.li.10.& per An.de Isernia.
& Bald.in c.1.quæ sint regalia.& per eum in c.non minus.de
imm.ecclesia.& per Sali.in l.fi.C.sine cen.vel reli.¶Et eadem
ratione posset procedere & valere cõcessio dictæ immunitatis
generalis quando facta esset ad certum tempus ei qui effice-
retur nouus ciuis:quia elapso tempore immunitatis in con-
cessione præfixo remaneret obligatus ille ad onera pro residuo
temporis,vt sic procedat ar.de re ad tempus.l.miles.§.quod
dicimus.& l.in fraudem.§.pen.ff.de test.mili.¶Sed in propo
sito nostro dictæ immunitatis concessio facta fuit ei qui iam
cogi poterat ad munera saltem merè patrimonialia quæ im-
poni possunt etiam forensibus & non subditis pro bonis exi
stentibus in territorio. d.l.rescri. §.fi.& l.1.C. de mul.& in
4 quo loco.li.10.¶† Et etiam potuisset cogi ad collectas quæ
imponuntur personis pro rebus stante statuto prædicto in lo-
co vel stante consuetudine quod etiam forenses pro bonis ibi
sitis teneren̄tur ad collectas.nam licèt ad ea quæ personis pro
rebus imponuntur de iure communi non teneantur foren-
ses qui habent bona in loco.d.l. rescripto.§.fi.cum gl.& d.§.
sola.& ibi Bart.tamen per statutum potest induci quòd col-
lectæ forensibus imponi possint : vt signanter no.Bal.in l.1.
in 7.colum.C.de sen.quæ pro eo quod interest profer.¶ Et
dicit Bar.in præalle.l.1.in pe.col.de mul.& in quo loco lib.
c 10 quòd in Italia omnes ciuitates habent consuetudinẽ[c] im-
ponendi collectas etiam forensibus possidentubus bona in
territorio, vt pro dicto quartesio ante dictam concessionem
immunitatis potuisset cogi dictus Bar.ad onera.¶Et pro com
mune Rodigij fuit facta sibi perpetua & generalis immuni-
tas ab omnibus oneribus & collectis personalibus & realibus
vel magis in latissima forma pro se & hęredibus &c.& sic in
aliquo non subueniebatur v.g.commune Rodigij.quæ ex di-
cta con cessione priuilegij plurimum læsa fuit, & sic non su-
mus in terminis.d.l.2.ff.de iure immu.quia ibi concessa fuit
immunitas illi qui non poterat ad onera cogi, hic secus. &
ibi concessa fuit immunitas illi qui se ad aliqua onera obliga-
uit, & sic non fuit generalis immunitas : hic autem secus .
¶Et sic patet ꝙ hęc est eadem ratio prohibitionis quòd nõ po
tuerat concedi dicto Bart.immunitas sicut si concessa fuisset
subdito & ciui,& cum non accesserat Bart.nec accedere pro-
misit ad habitandum in terra Rodigij non possumus dicere
quòd in illlo versata sit vtilitas communis Rodigij cuius in-
teresse dicitur terra liberis hominibus repleri.l. 1.ff.solu.ma.
¶Et pro ista opi.optimè facit.l.fina.C.si contra ius vel vti.pu-
bli.vbi rescripta contra publicam vtilitatem non tenent ; ni-
si interuenerit secundus iussus principis.in auth. vt nulli. in
§. & hoc. versi. videmus. vel nisi interuenerit clausula non
obstante.l.vt.l.nec dannosa.cum ibi no.per Cyn. C.de preci.
5 impe.offe.& no.Cyn.in l.fi.ad fi.C. si contra ius.¶ † Sed so-
lus princeps non autem populus vel inferior potest uti clau-
* sula non obstante lege,* vt lege forma.C.de offi.præfe.præt.
& in c.fi.de off.arch.& facit quod no.gl.in c.fi.de hære.in 6.
& in proposito nostro quòd populus non possit vti clausula
* non obstante * lege no.Bal.in.l.cunctos populos.in 1.col.C.
de sum.Tri.& fide cath.circa statuta præmissa. & in l.rescri-
pta.C.de preci.impe.off.in 2.col.& Ang.in l.nemo potest.
de leg. 1.¶Nam ablata est potestas populo in hoc per d.l.ua-
cuatis.ergo aliquo modo non potest populus ad hoc manum
extendere.l. 1.§.de qua re.cum ibi nò.per Bar.ff.de postu.per
doc.in l.3.ff.de test.& plene.per d. Ant.in c.cum omnes.de
const.cum concor.¶ Item videtur obstare.l.1.& l.fi.C.de his
qui mu.spon.susce.quia respondeo quòd casus est valde dissi-
milis & diuersus & ratio diuersa.ibi.n.ille qui ad aliqua mu
nera cogi non poterat sponte aliquod onus subijt per quod
videbatur renunciare in reliquis immunitati sibi competen-
ti.Nam nolens in totum sibi quo ad immunitatem præiudi-
care ea lege subijt onus quod non teneretur ad alia onera vel
quòd teneretur ad quædam tantum: certè valet hæc conuen-
tio per quam sibi conseruat ius à lege sibi quæsitum.¶ Sed iste
Bartholomæus ante concessionem immunitatis nulla immu
nitate iuris communis aut priuilegio gaudebat, imò potuis-
set vt dixi,sicut & reliqui ibi habitantes ad onera cogi : vnde
ipse quò ad immunitatem tractat de lucro captando, com-
mune Rodigij de damno euitando.Sed in casu dictæ.l.1.& l.
finalis.erat econtra,quia ibi ille qui cum republica conuen-
tionem fecit tractabat de iure suo aliqualiter conseruando &
in totum non diminuendo,quę inter se valde differunt: vt pa
tet in l.fi.C.de acq.poss.& in.l.fi.C.de codi.¶Nec ob.si dice-
retur ꝙ imò ex causa põt per communitatem immunitas con
cedi.vt d.l.1.C.decur.lib.10. ergo propter merita beneficia
* recepta per cõmune*Rodigij à d.Bar.potuit dicta immunitas
cõcedi secundũ ꝙ in instrõ continetur: quia rñdeo ꝙ ibi in d.
l.j. specialiter tñi permittitur vt possit cõcedi immunitas do-
ctoribus

ctoribus & medicis, sed dictus Bar. non erat doctor nec medicus, ergo ad eum non debet fieri extensio. l. quod verò ff. de leg. & l. ius singulare eo. ti. & l. v. ff. ad muni. ¶ Praetereà dato q ex causa puta propter merita: licet communitati concedere immunitatem alicui. † dico q oportet de talibus meritis cõstare aliter quam per illam simplicem assertionem de qua in instrumento: vt eleganter voluit Io. And. in addi. Spe. in rubri. de reb. ecc. non alie. vbi dixit quòd si praelatus concessit * ad vitam Titio redditus praediorum ecclesiae & impedere in futurum promittebat quandiu viueret interueniente consensu capituli; & quaerebatur an valeret. & videbatur quod sic: quia pro vtilitate ecc. in bene meritos factum fuit. 16. q. 5. Io. in c. 1. de so. & in c. 1. de spõ. & donatio facta ob merita p̃stita & p̃standa reuocari non potest. C. de dona. q̃ sub modo. l. pe. & C. de reuocan. dona. l. 2. & 3. & l. generaliter. in princ. contrarium dicit ipse fuisse iudicatum: quia licèt possent praelati moderatè donare iuxta seruitij meritum in c. ad haec. in c. relatum. de testa. tamen cum ex causa aliquid permittitur, nõ est occasio sumenda * pro causa c. solitae. de maio. & obe. l. furiosi. §. 1. ff. ad leg. Iuliam maie. sed veram & sufficientem causam ad id quod procedere oportet. bene facit secundum eum l. iubemus nulli. vltra princi. ibi sciente sibi nulla occasione vel tempore ad vicissitudinem beneficij collati &c. C. de sacrosan. eccl. absit enim secundum ipsum quod in prohibitis certo casu permissis stetur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamen. ff. de probatio. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. ¶ Et per hoc concludit q requiritur quod verè constet de meritis: aliàs non tenet. * vt ibi latius per eũ & id est not. Bart. in l. si fortè. per illum tex. ff. de constitutio. pecu. vbi dicit quod si quis non potest donare nisi pro meritis & seruitijs non sufficit simplex assertio donantis. * pro quo est illud quod not. gloss. & doctor. in l. si dona. C. de colla. & ad idem l. fina. C. de exer. & quod ibi not. Bar. & Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. & Bar. in l. per diuersas. C. manda. & quando non credatur in proposito nostro soli assertioni, no. glo. in l. 1. C. de his qui a princ. va. lib. 10. quam etiam sequitur Bald. in l. illud. ad fin. C. de sac. san. eccle. denique si bene inspiciatur dictum instrumentum exemptionis non bene constat quòd aliquis excepto vno facit mentionem de istis meritis & seruitiis. In factis autem ab vniuersitate inspicitur factum vel dictum a maiori parte: nõ autem dictum vnius. l. quòd maior. ff. ad munici. c. 1. de his quae fiunt a maio. parte. c. facit. ca. in omni. de test. & l. vlti. ff. de test. ¶ Secundò principaliter posito quòd dicta immunitas concedi potuerit, nonne est illi derogatum per literas excelsi principis Nicolai in quibus expresse fit mentio de immunitate Bartol. & etiam per alias literas illustrissimi Ducis Borsij. ¶ Nec obstat quòd dicta concessio immunitatis transiuisset in priuilegium subiecti seu in contractum propter benemerita, &c. quia respondeo. ¶ Primò quòd illud quod dicitur de benemeritis nihil releuat ad faciendum transire in contractum per ea quae suprà proximè dixi. † respondeo etiam praedictis quòd etiam priuilegium concessum non subdito, vel quod etiam transiuit in cõtractum potest per superiorem reuocari [d] ex causa propter publicam vtilitatem. hoc primò probatur in l. quod semel. ff. de decre. ab ordin. faci. loquitur enim ibi in decreto, quod transiuit in contractum: vbi per gloss. & clarius ibi not. Dyn. & Barto. & tamen potest reuocari in causa publicae vtilitatis, & ita illum text. allegat ad hoc praecisè Ange. in l. 2. ff. de his qui sunt sui alien. iu. ¶ Pro hoc etiam est text. in c. in nostra. de iniur. & dam. dato. secundum intellectum. Innocen. vbi superior. ea quae in contractũ transiuerunt putà priuilegium vel statutum quod transiuerat in contractum potest ex causa propter publicam vtilitatem reuocare quando reuocatio tendit in praeiudicium subditi sibi ipsius reuocantis & ibi hoc apertè firmat Anton. de Butr. qui dicit quòd opin. Bar. in d. l. omnes populi tenentis quòd non possint reuocari statuta quando transiuerunt in contractum: vt quia statutum dicat si quis de alieno territorio venerit ad habitandum in ciuitate sit immunis a collectis, &c. debet intelligi talis decisio in non subdito reuocanti statutum: sed dictum Inno. in d. c. in nostra. procedit in subdito per illũ text. & idem tenet Ant. de But. dom. Card. & Io. de Imo. in d. c. nouit. de iud. & in c. quae in ecclesiarum. de constit. & Ioan. de Fa. & d. Dominicus in c. 1. de constitu. in 6. ¶ Sed dictae reuocationes factae fuerunt a dictis principibus: quia semper omnes dicti exempti subditi fuerunt, & fuerunt factae reuocationes ob publicam vtilitatem, id est, ob necessitates communis Rodigij & aliarum communitatum & sic ob causam; vt in literis dicti domini Nicolai continetur, & etiam in literis supradicti principis Borsij dum dicit, potius publico quam priuato bono consulentes, &c. inhęrens authoritati Imperatoris & Iurisconsultorum dicentium publicam vtilitatem priuatae semper praeferendam. l. 1. in fi. C. de cad. tol. auth. res. que. C. communia de leg. l. pen. de princi. cre. ¶ Et alia verba superioris in quibus eius intentio * fundata est probationem dictae causae faciunt, vt in cle. literis. cum gl. de proba. & not. in c. nonnulli. in gl. pen. de rescr. & facit l. fi. ff. de hęre. instit. & l. regula. §. sed & si quis. ff. de iur. & fac. ign. Quod superior, qui aliàs id quod transiuit in contractum reuocare non potest nihilominus cum causa illud reuocare possit tenet Bald. in l. dona. quas diuus. C. de donat. & idem videtur ipse velle in l. fi. in prin. ff. de pe. allegat. l. qui fundus. C. de omni agro deserto. lib. 11. facit. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei ven. & l. Lucius. ff. de euic. l. venditor. §. & si constat. ff. comm. praed. & l. 2. & quod ibi Ang. * & l. bene à Zenone. C. de quad. prae-
8 scrip. † vbi propter publicam vtilitatem permittitur principi
[e] auferre dominium rei priuatae: & sic auferre [e] ea quae sunt de iuregentium quae aliàs auferre non posset: vt plenè not. in l. fi. C. si contra ius. & in l. 1. ff. de constit. princi. & in d. ca. quae in ecclesi. per Inno. & in c. quia plerique. de immu. ecclesi. & Barto. in proœmio Digestorum. ¶ Et etiam permittitur hoc inferiori a principe: scilicet quòd posset cum causa auferre ius alteri quaesitum: vt not. glo. in cap. constitu. in versicu. a quocunque. de reli. dom. & per glos. 25. quaestio. 2. in summa. & Bartol. in d. l. proœmio Digestorum. ¶ Et idem Bartol. in dicta l. quaecunque. in l. fin. C. de fide instrumen. & iure hastae fis. libro 10. vbi dicit quòd per illam l. videbatur quod illi qui emerant a commune Perusij * vendẽti res bannitorum non cogantur reddere bannitis ex forma capitulorum pacis hoc dicentium, tamen contrarium dicit esse verius: quia sicut Imperator potest auferre res priuatorum propter publicam vtilitatem: vt proximè dixi quinimò in principe semper praesumitur esse causa: nisi contrarium apparet: vt not. Cyn. & Bald. in l. rescripta. C. de preci. imper. offeren. & Iaco. Butrig. in l. fi. C. si contra ius. & Anto. de Butr. in cap. cum inter. de renun. & in d. c. quae in ecclesiarum. & in d. cap. constitutus. & Bald. in l. si testamento. C. de testamen. facit. c. in praesentia. de renun. c. cum inter. & cap. sicut. de re iudic. & quod not. gloss. in l. relegati. ff. de pen. ¶ Nec est dicendum quod superior voluerit auferre ius quaesitum dicto Bar. & alijs habentibus causam ab eo quinimò contra fuit de mente dictorum principum. Nam in literis Nicolai expressa fit mentio de immunitate Bartholomaei & in literis praesentis principis largior quàm esset in ipsa supplicatione & interrogatione: prout etiam interdum contingit. l. 1. §. stipulanti. & §. si quis. ff. de verbo. obl. nam in dicta reuocatione sunt verba geminata & pregnantia, vt patet ibi exemp. eorum qui in dictis communitatibus adiuncti siue exempti appellantur & quorumcunque huiusmodi, &c. vnde verba illa geminata & duplicata debent latiorem effectum inducere quàm verba simplicia quia ostendunt disponentis latissimam & enixam voluntatẽ, vt est tex. valde sing. in l. balista. ff. ad Treb. & gl. in c. ex eo. versicu. vt omnia & singula. de elect. in 6. & glo. in clem. j. in verbo quibuscunque. de iud. & gl. in l. cum poena. in gl. 2. ibi dũ dicit quocunque modo &c. ff. de arbi. ¶ Et intentio principis fuerit auferre ius contractum tertio patet ex verbis dictarum vltimarum literarum. ¶ Et praesertim dum dicitur in eis ex
9 certa scientia & de plenitudine nostrae potestatis. † per quae verba colligitur principem voluisse auferre ius tertii etiã quomodocunque quęsitum: sicut quando apponitur clausula nõ obstante, quae aequipollet praedictis clausulis: vt not. in c. statutum. in glo. in verbo literarum. de rescript. in 6. & in c. j. in glo. in verbo nascatur. de constit. eo. lib. & no. glo. in l. fin. C. si contra ius. & plenè Ioan. Andr. in c. de excess. praelato. in 6. in nouel. & in cap. nonnulli de rescriptis. ita voluit dominus Anton. & Ioan. And. in d. cap. quae in ecclesiarum de constitut. vbi concludunt quòd nisi dubitetur an princeps voluerit

 auferre

auferre cum effectu ius tertij inspiciatur an constet an vti voluerit plenitudine potestatis: puta quia dixerit non obstante leg. allegat no. per Cy. post glo. in d. l. si. C. si contra ius vel
10 vti. ¶ † Tertiò principaliter corroborantur pdicta ex his quæ
* dixit Ang.* in l. 1. §. si quis tutor. ff. quãdo ap. sit. vbi per illum tex. dicit quod ibi erat casus in terminis & communiter ignoratur secundum eum quod si aliquis habet immunitatem à datijs & collectis & alijs grauaminibus & describitur in libro
* debentiũ soluere collectas* & alia grauamina si postea requiratur, vt soluat: non sufficit priuilegium immunitatis allegare excipiendo quod nõ debet soluere propter priuilegium: imò incontinenti cum scit se descriptum & per consequens se vocatum ad collectas & onera debeat appellare infra tempus datum ad appellandum & sic intra decem dies quod reputabat
f ibi Ang.f esse notãdum quod nescitur practicari. & per Bar. & glo. in l. hi qui. & in l. si ascribatur. C. de ap. & in l. 1. C. qui ad ciui. mu. li. 10. & bonus casus. in l. 2. in prin. ff. de vac. mu. ¶ Ergo si apparet dictum Bar. vel aliũ de prædictis qui habuerunt causam ab eo habuisse sentẽtiam de reuocatione dictæ immunitatis seu vocatum fuisse ad onera soluenda, & per ipsos non fuisse appellatum, sequitur quod amplius querelæ locus non est vel ad plus vltra annum à die grauaminus audiri non ha-
* buerunt, vt. l. quia grauatos. C. de cẽs.* l. 11. & per id quod not. Bal. in l. forma. ff. de censi. §. si cum ego. & sic videtur concludendum Bar. ab ecclesia inuestitum & ipsum ser Ant. habentem in effectu causam ab eo licèt mediate teneri ad collectas
* & onera. & dixit Andr. de Iser. in c. 1. quæ sint regalia.* super
11 verbo. & plaustrorum & nauium, † quod laicus tenens in em-
g phyteusim rem ab ecclesia tenetur ad collectas g soluendas propter fructus quos percipit, dato qđ ecclesia cogi non possit, quia secundum eum res sumit conditionem à persona nõ
* ecõtra.* l. 1. C. de impo. lucra. descr. li. 10. & gl. in l. fi. in fi. C. de inoffi. test. & ar. in l. pecudum. ff. de vsuris. & l. 1. & 2. ff. de sta. ho. & l. iustissimè. ff. de ædi. edi. & ita de consuetudine solitum est seruari vt alibi dicunt do. Facit. l. quæro, & quod ibi Bar. ff. de usufr. leg. & l. 2. ver. pu. functionum, C. de iure emphy. & l. nequæ. de impen. & l. si pendentes. §. si qui cloacarij. ff. de usufru. de quo articulo vlterius non discutio: præsertim quia de eo in scripturis nec in themate hæsitatur. ¶ Et ex pdictis patet euidens ad allegata in contrarium responsio quod concessio in forma prædicta non tenuit: vt plenè sum prosecutus in primo principali fundamento deducto in fauorem communis Rodigij. ¶ Secundo respondeo derogationibus factis dictæ immunitati. ¶ Tertiò respondeo ex negligentia possessoris vocati ad onera & non appellantis: vt hæc omnia superius sunt seriosè deducta. ¶ Non obst. quod dicebatur dictã immunitatem non subdito reuocari non posse: & quia videtur in contractum transiuisse propter merita: quia dico quod dicta reuocatio facta fuit per superiorem cui dictus Bart. & reliqui erant subditi: nec est verum quod facta fuerit per modũ contractus, quia non extat quod dictus Bart. se ad aliquid obligauerit per se vel per aliũ nomine suo nec illa narratio meritorum aliquid operatur vt plenius sigillatim discussum est suprà circa omnia. ¶ Præterea si concessio imunitatis non tenuit, frustra de reuocationis validitate tractatur. ¶ Item colligitur alia responsio in negligentia in non appellando de qua supra dixi. & per hoc patet quod non oportet specialius responderi ad id quod in contrarium dicebatur: videlicet quod ad hoc vt reuocatio priuilegij teneat; requiritur quod de priuilegio mentio fiat: vt in l. 5. C. ad Silla. cum si. nam ad hoc specialius respondeo, primò quod in literis Marchionis Ni-
12 colai fit de immunitate Bartholomæi mentio. ¶ † Præterea in literis præsentis Ducit fit mentio generaliter de omnibus & quibuscunque exemptis in dictis communitatibus. vnum dico quod ad hoc vt intelligatur derogatum priuilegijs immunitatum non clausis in corpore iuris, satis est quod in lege aut in statuto vel prouisione emanante per modum legis: pro vt dictam reuocationem pro lege haberi & registrari voluit dictus princeps, fit mentio facta in genere de priuilegijs immunitatum: licet singularis mentio de quolibet facta non sit: ita voluit Fed. de Sen. cõsi. 47. incip. Habita super. casu præ dicto collatione & declaratione conuenienti &c. allegat. c. qa sæpe. de elec. &c. officium. in gloss. concedentes. de hæret. in 6. & tex. in cle. 1. & ibi no. in clemen. 2. in fi. de sepul. concordat tex. in cle. ex frequenti. & in cle. cum ex eo. de sen. exc. & quod not. gl. in l. 1. in ver. rescrip. C. de na. lib. & in auth. de non alie. §. & hoc autem. & in auth. de tabelli. in verbo participans. & quod habetur in c. 1. de exces. præla. in 6. cum ibi plenè not. per Io. An. in nouella. & not. plenè Bart. in extrauagãti ad reprimen. in verbo non obstante. & in l. fin. C. si contra ius. & Bal. de pace. Costi. in verbo libellarium. alias est super verbo nõ obstat: & Lapus maximè, & doct. & Mode. in c. 1. de const. in 6. in terminis proprijs. no. Pau. de Cast. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de le. 1. & Io. de Imo. in l. licitatio. §. earũ. in fi. ff. de publ. sed de dictis exemptis generaliter est facta mentio in dictis literis, ergo illud sufficit. ¶ Nec etiam ob. qđ debeat intelligi facta reuocatio de illis qui in scedula nominati erant. & ꝙ in dubio videatur princeps voluisse auferre ius quæsitum tertio: quia respondeo quod imò in proposito contrarium est verum. Et opportunè deduxi suprà circa principale fundamentum. ¶ De reuocatione dictæ exemptionis etiam constat ex quadam confirmatione statutorum Rodigij facta per Marchionem Nicolaum die 18. Iulij. 1440. iuncto statuto per ipsum firmato sub rubrica quod omnes soluant collectas &c. vbi prouisum est quod omnes habentes possessiones & bona super pollicino Rodigij teneantur soluere collectas, & grauamina & alias factiones facere, exceptis his quibus per idem statutum vel per illustrissimum dominum Marchionem sit vel fuerit concessa immunitas & exemptio specialis; & est in confirmatione clausula derogatoria: vnde illa exceptio firmat regulam in omnibus alijs casibus. l. quæsitum. §. inde Neratius. ff. de fun. instru. leg. no. in l. in his ff. de leg. ergo exceptis exemptionibus à Marchione concessis derogatum est omnibus. ¶ Nec obstat quod statutum illud debet intelligi de exemptionibus de futuro, non de exemptionibus in præteritum concessis. cum illud verbum fuerit, positum in dicto statuto debet intelligi & accipi in statutis, vt importet futurum tantum, vt not. gloss. & doct. in capit. 2. de constitutionibus. in 6. & gloss. & doct. in capit. 1. de cler. non resi. eo. li. & gl. & Bal. in l. cum tale. §. pe. ff. de cond. & demon. & not. Bal. in l. omnes populi. in 6. q. prin. in vers. pono. &c. ff. de iusti. & iure. & in l. cum lex. ff. de leg. & Cy. & Bal. in l. leges. la 2. C. de legi. & cano. in c. fi. de quæst. & Moder. in l. cum in secundo testa. ff. de iniuf. test. quia respondeo ꝙ illud esset verum vbi solum appositũ fuisset illud verbum fuerit: sed in dicto statuto dicitur sit vel fuerit: ergo si statuẽtes voluissent intelligi de futuris exemptionibus, non erat necesse addere illud verbum sit. vnde apparet quod voluerunt sentire etiam de immunitatibus concessis tempore dicti statuti: aliàs illa verba nihil importarent. in l. si quando. in princi. ff. de lega. 1. & in c. si Papa. de priu. in 6. bene facit quod no. Bald. in rubrica. C. de contrahe. emp. in 9. q. & quod habetur in præal. l. balista. ¶ Nec etiam ob. si diceretur quod etiam in casu isto extabat concessio immunitatis facta per d. Marchionem Nico. Bart. dummodò solueret singulo anno ducatos quinque, quia ex quo illa cõcessio fuit facta per Marchio-
13 nem Bart. † vnde in dubio debet intelligi personalis, & non transit ad successores. l. 1. §. fi. ff. de iur. immu. & plenè no. in l. sordidorum. C. de exc. mu. lib. 10. ¶ Et quod in dubio talis concessio immunitatis debeat intelligi personalis, firmat gl.
* & doc. in c. cum venissent.* de inst. & glo. 16. q. 1. in c. possessionis. Io. An. in regula priuilegium. in mercurialibus. & Pe. Cy. & Bal. in l. fi. ff. de consti. princ. & Bar. in l. 1. C. eod. per illum tex. & Cyn. in l. hæredes. C. ad velle. & Ray. & Bar. in l. quia tale. ff. sol. ma. & ibi in terminis nostris firmat hoc expresse Io. de Imo. & Paul. de Leaza. in sua disputatione incipiente Papa scribit episcopo. & pro ista opi. videtur casus nõ violando in l. forma. §. quamquam. ff. de cen. secundum Io. de Imo. in d. c. cum venissent. idem tenet ibi Pet. de Anc. referens ita tenuisse Old. prout refert etiam Bar. in l. pater. ff. de serui. leg. & pro hoc allegat. quia priuilegium est restringendum: vt no. Io. An. in c. olim. de ver. sig. & 3. di. paruulæ. in l. si quando. C. de inoffi. test. etiam per Bar. in præalle. l. fi. ff. de consti. prin. Ex quibus concluditur, d. ser Anto. non debere dicta immunitate gaudere. Nec etiã prædictis ob. quod dam aliud priuilegium immunitatis concessæ filijs quondam domini Ant. mihi nuper exhibitum: quia respondeo vt dixi supra circa immunitatem dicti Barth.

CON-

ADDITIONES.

* Subditus.]Sequitur Lud.Roma.cons.252.pro decisione propositę cõsultationis.1.dub.Et adde,q immunitas & est contra publicam utilitatem,ideò est stricti iuris.Alex.consi.125.col.2.lib.2. Et quòd statutum,concedens immunitatem contra ius commune,ualeat Albe. de Rosa.2.parte Statuto.q.139.Attamen statutum. Sed quod priuilegiũ sit strictissimè intelligendum,& quòd non ualeat sine clausula, non obstante, Petr.de Anch.consi.260.In quæstione,quæ uertitur.Et de immunitate concessa ei, qui prius non erat subditus Rui.cons. 105. lib.5. Natta.

a ¶Non potest.infrà lib.4.consi.54.Pau.consi.229.consi.317.lib.1.Bertran.consi.150.x.ponitur.col.j.lib.j.Andr.Tiraq.re.l.si unquàm.uersi.don.largitus.nu.13.C.de reuo.dona.

* Contractus.]No.de rescripto respondente supplicatis, ut contractus videatur initus per epistolam.Idem Alex.dicit consi. 216. col.3.lib.2.Priuilegia similia sunt epistolæ, si continent salutationem. Item si continent aliquid faciendum;Sed si continent aliquid perfectum,signata supplicatione,est gratia. Et plenum ius quæritur etiam ignoranti.Bal.in l.falsus.col.11.vers.item scias.C.de furi. Natta.

* Requiritur.]Idem tradit Ias.consi. . : libr.1.& in l.1.col. pen.ff.de consti.prin.Alex.in l.si mihi,& tibi.§.in legatis in fi.ff.de leg.j.& Alexan.infra col.pen.videtur intelligere in priuilegijs clausis in corpore iuris.Et confirma.opi.Alex.hic ex quodam dicto Barto.relato per eundem Alex.consi.193.col.fi.lib.2.& d.gl.approbat pluries Bald. ut per Alex.consi.155.col.2.lib.6.Et corrobora ut per Ripam.in l.j.nu.58.ff.de vulg.& pup.subst. Natta.

b ¶Priuilegium.& ibi Phi.Tra.Bal.consi.24.consi.375.in fi lib.4.Ange.consi.1.col.2.Anch.consi.327.Alex.l.quia tale.ff.sol.mat.Ias.l.apud Iulianum.§.si quis alicui.col.2.de leg.j l.si sic la grand.de verb.ob.consi.27.libr.j. consi.218. lib.2. Bald.l. vectig.C.de vect. in addi. Spec.ti.de instr.edi.

* Nequeunt.] Vide not.Fel.in c.accedentes.col.pen. & fin. Ias. consi.101.lib.4.Et uide Alex.consi.30.dub.3.lib.5.& consi.148.col.pe.libr.6.Fallit in ciuitate regia quia ciuitas franca à superis potest concedere franchisiam inferis;Bald.consi.406.lata fuit sententia in fin. lib.5. Et quod ualeat in præiudicium municipij concedentis.Bal.tenet consil.240 Quòd dicta Franchisia li.4.Et quòd communitas non possit, sequitur Dec.consi.638.col.2.Et q valeat in præiudicium concedentis communitatis,Ange.consi.138.Visis omnibus suprascriptis in fine.Placet distin.Fel.in c.accedentes.col.fi.& Alex.consi.30.dub.3. libr.5.videlicet,communitatem non posse, nisi accedat causa remunerationis.Et de prædictis.Pau.Paris.consi.68.ult.dub.lib.1. Natta.

c ¶Consuetudinem.quam etiam testatur Alex.infra lib.2.consi.68.nu.22.v.col.52.Dec.consi.694.Ant.Ru.consi.9.nu.10. Guid. Pap. Dec.Delph.297.& communis praxis huius regni.

* Non obstante lege.]Quòd inferior non possit tenet Pau.de Cast. cõsi.34.incip.Super primo dubio uidetur dicendum, quod legitimatio colum.3. lib. 4. Ias. in l. rescripta. col. 1. C. de preci. impe. offer. Natta.

* Non obstante.]Intellige quando populus prohibetur statuere: ut in casu. d.l. vacuatis. & ita loquitur Bald. in d. l. cunctos populos colum.9.aliàs statuit contra ius commune, Dec. in c. quæ in ecclesiarum.in 1.no. Natta.

* Per commune.]Immunitas remuneratoria conceditur per decuriones;Alex.consi.160.versus fin.infra lib.2.& consi.216.col.2.infra eo.lib.Contra quod facit, quia ubi quis prohibetur in specie aliqua donare,non potest in illis remunerare, sed debet in alio id facere: vt patet in prælato,& minore,secundum Are.consi.24. quatuor dubia. in fi.Ergo respublica prohibita concedere immunitatem, non poterit in illa remunerationem facere. Natta.

* Concessit.]Facit quod scribit Bal.consi.75. quidam tutor.li.1.de tutore, ut non possit uendere plus quàm æs alienum minoris subsit. quia quod permittitur ad certam causam, eatenus uidetur cõcessum quatenus causas requirat. Natta.

* Non est occasio sumenda.]Dum dicitur, q non est sumenda occasio pro causa,quid inter se differant.Bal.in c.cum ordinem. col.5.uersi.pone ergo extra de rescri. Natta.

* Non tenet.]Istud dictum Io.And.refert etiam, & sequitur Alex. supra consi.55.col.2. hoc eodem lib. Natta.

* Assertio donantis.] Sed in istis terminis immunitatis, q stetur dictis decurionum de meritis Ias.tenet consi.101.lib.4.Rui.n.consi.217.colum.2.lib.1.Et istud dictum Io.And.refert Pau.de Cast.in l. iubemus nulli,in prin.C.de sacr.san.eccle. Et quòd non stetur dicto decurionum,facit quia non statur dicto iudicis dicentis impedimentum subesse.Ias.in l.1.col.13.5.not.ff.de offi.eius,& ibi Dec.nu.69.& Dec. in c.cum Romana.3.not.de appel Et in prælato Ias.in prælud.feud.nu.90.Et in materia immunitatis,q stetur dicto decurionum Rui.cons.175.li.1.Dec.consi.191.sub nu.4. Natta.

d ¶Reuocari in consi.216.lib.2.consi.16.col.pen.libr.5.Pau.consi.200.in fi.lib.2.Albe.Bru.consi.10.col.9.Fran.Rip.respon.6.col pen. resp.7.col.4.sub tit.de rescri. Cur.iunior.cons.1.nu.24. Matth.Afflic.dec.Neapo.124.

* Intentio.]Principis æstimatio est quando, ob superuenientem noxã, Priuilegium sit reuocandum.gl.fi.in c.suggestum.de deci. Natta.

* Ang.]ff.qui sunt sui,uel alie.iur. Natta.

e ¶Auserre.in consi.190.col.2.l.2.Iacobi de San.Geor.tract.feud.uers.& adhæren.& Fede.ad fi.Alb.Bru.consi.12.col.30.consi.132.Ias.cons.133.col.8.lib.2.consi.46.col.4.lib.3.

* Perusij.] Quòd ex causa Princeps ualeat uenire contra coniunctum suum Rui.consi.105.lib.5.Et ibi.in fi.dicit,q iusta est causa,vbi de nouo superuenit aliquod non prius cogitatum. Natta.

* Ex his quæ dicit Ang.]Vide Ias.aliter tenentem in l.fi.in fi. de consti.princ.Et sequitur idem Alex.consi.136.col.3.infra libr. 2. & sequitur Feli.in c.cum accessissent.col.12.de consti. Vide etiam Ias.in l. præter.§.fi.col.pen.ff.de ope.no.nunc.Et in l.falso.C.de diuer. rescrip.& consi.25.uol.3.vbi videtur discedere à dictis Ang. Quod rep.Claud.Aquen. in d.l. fin. respondens fundamentis Iason & Modernorum, qui referunt in tracta.præscri.4.parte q.30.& Ang.sequitur Dec.consi.638. col.2. Natta.

* Collectas.] Alex.hic sentit quòd immunis debet scribi in libro non debentium soluere,sed contra videtur, q in quocunque libro cogatur describere cum qualitate immunitatis Io.And.in add. Spec. in ti.de interro.act.§.j.uers.primus si agatur. Natta.

f ¶An sequitur Dec.cons.638.Lud.Goza.consi.23.

* L.quia grauatos.C.de censib.]Facit quod per d.l.quia grauatos dicit Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum uersi.Quæro intra quantum tempus.ff.pro soc.dicens, q à sententia arbitratoris quis conqueri debet infra annum. Natta.

* Et dicit Andr.de Isern.in c.j.quæ sint regalia.]Istud dictum sequitur Cur.in tract.de consuetu.fol.23. colum.2.& fol.32.col.4.uers.nono limita. Natta.

g ¶Collectas.bene fac.tex.in l.licitatio.§.fi.de publica.l.unica. C. qui.mo.excusan.hi qui post imple.lib.10.adde Bald.consi.31.lib.1. Andr.Iser.c.uno.quæ sint regal.col.2.in usi.feud.Phili.Fran.c. quamquàm.de censi.in 6.Fran.Rip.trac.de peste.fol.99.& respon.22.col.5, cum seq.sub ti.de præscr.Bertr.consi.4.Supposita.lib.1.

* Non è contra.]Contrarium uult Bar.in l.priuatæ.C.de excu. mun.li.10.quia hoc modo emphyteuta ecclesiæ grauaretur duplici onere pensionis,& collectarum,licet dicat de consuetudine non seruari Perusii,sicut etiam hic dicit Alex.Hanc q. tangit Ias.in l.1. col.7.C. de iur.emphyteu.Illa distinctio uidetur æqua,quòd si pensio correspõdet fructibus,emphyteuta ecclesiæ non grauetur per ea, quæ tradit Alex.consi.4.libr.5.Et quòd emphyteuta ecclesiæ grauari possit collecta pro parte ad eum spectante voluit Feder. de Sen.consi. 3. incip.Quæstio talis est,refert Ias.in l.1.col.2.prope fi. C. de indic. uidui.tollend. Vide latè D.Albertum in tracta.de statut.excluden.fœmin.8.artic.princ.q.22.& q emphyteuta teneatur,etiam quòd pensio correspondeat fructibus, facit quia ipse percipit fructus suo iure,& tanto magis id procederet si registrasset bona. Quando autem aliquis emit fundum, deinde conducit cum pacto franchitandi, id est,quousque exsoluerit precium,videtur,q tunc teneatnr ad collectas,sicut tunc etiam periculum rei spectat ad ipsum.l. sicut.§. 1. cũ glo.in uerbo Exoluat.ff.loca.Et uide Alex. consi.4.libr.5. & dictum Bart.in d.l.priuatæ,sequitur Parpal.in l.placet.C.de sacr.sanct.eccle. vbi dicit pro Bar.allegari glo.in terminis.in l.honorem.ff. de mune.& honor.& de emphyteuta, q teneatur ad collectas, consuluit latè Socin.consi.119.lib.1.Roman consil.73.2.dub.Consuluit etiam Cur.Senior consi.36.per tot. Vbi dicit istud esse quia emphyteusis datur sub modica pensione, & sic sentit præfatam distinctionem; Contra quam facit,quia conductor ad lõgum tempus tenetur ad onera collectarum quia habet ius in re.Alex.consi.1.col.3. lib.4. Pro distinct.facit, quia pensio succedit loco fructuum. Bald. in c. Domino guerram.§.hic consequenter hic finitur.l.Corra.Salice.in l.fructus. C.de actio.emp.Et appellatione fructuum venit pensio Alex. in l. diuortio.col 9.solu.matrimo.Allegat pro hac parte And. de Iser.in ca.1.in uerbo Plaustrorum. colum. 2. quæ sint regal. Item Luc. de Penn. in l.fin.C.de fun. limi. libr. 10. penul.colum. dicens quòd dominus directus pro annuis reditibus tenetur soluere collectas.Pet.de Vbal. in tractat.collectarum in fine tenet in emphyteuta ecclesiæ partem negatiuam;licet dicat non esse distinguendum an canon sit magnus, uel paruus. Natta.

* Firmat glo.& doct.in c.cum uenissent.]Contrarium in terminis exẽptionis tenet Ias.latè in l.si sic stipulatus sum, neque per te, col. 4. cum seq.ff.de uerb.obli.& consi.217.lib.2.& Alex. aliud sentit consi.193.1.dub.lib.2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Conditio sat est quòd habeatur aliquo momento pro impleta.*
2 *Dispositio censetur modalis,non conditionalis.*
3 *Testamenti scientia præsumitur ex narratis.*
4 *Legatum agnoscens se obligat ad onus illi annexum.*
5 *Oblatio uerbalis non sufficit in eo qui tenetur rationes reddere.*
6 *Legatarius non liberatur à modo implendo licèt hæres sit in mora.*
7 *Oblatio debet fieri congruo loco & tempore.*
8 *Confessio & promissio erronea etiam geminata condicitur.*
9 *Rationes reddere promittens renunciat remissioni sibi de hoc facta.*

CON-

CONSILIVM CII.

VIsis & ponderatis his quæ narrantur in themate. ¶Cir
ca primum dubium quo quæritur vtrum ex eo ꝙ
negauit & recusauit dictus Barth. reddere rationem dicti cō-
* puti *ad partem debeat carere commodo legatorum sibi di-
cto Bartho. relictorum? ¶Et videtur prima consideratione di-
cendum quod non, quia tempore quo prima legata assignata
fuere dicto Barthol. per tutores testamentarios dicti Nicolai
dictus Barth. obtulit eisdem tutoribus se paratum facere qui
tationes & alia ad quæ tenebatur virrute dicti testamenti: vt
narratur in instrumento rogato de ann. Mccccxlvij. die iij. mē
sis Ianuarij. vnde cum steterit per dictos tutores quominus
conditio liberandi & quitandi dictum Nicolaum & redden-
di rationem dicti computi adimpleretur, pro impleta habe-
tur. l. j. C. de instit. & substi. sub condit. fact. l. iur. ciuili. ff. de
cond. & demonst. ¶Et in specie ꝙ sufficiat stetisse per tutores
quominus conditio impleatur & pro impleta habeatur, pro-
batur in l. 3. §. non solum. ff. de stat. libe. facit l. si ex legati cau-
1 sa. iuncta l. seq. ff. de verb. obl. ¶†Plus dicit Bald. & Saly. in d.
l. 1. C. de inst. & substitu. ꝙ sufficit ꝙ aliquo momento condi-
tio habeatur pro impleta, & sic ꝙ aliquo momento steterit
per illum cui impleri debebat conditio. ar. l. si quis hæredem.
C. de insti. & subst. bene facit. l. si hæres cui fideicommissum.
ff. ad l. falc. & in l. cum quidam. C. de condi. inse. vbi litera di-
cit: nisi ipse oblatas pecunias &c. & ibi no. Bart. & no. Ioan. de
Imo. in l. si testamento. la ij. ff. de condit. & demon. ¶Et licèt
Pet. & Cyn. in d. l. 2. in 5. q. C. de insti. & substi. tenuerint con
trarium; eò quia vltima mora nocet. l. illud. ff. de peri. & com
mo. rei vend. l. fin. §. pe. ff. quorum lega. tamen contraria opi.
præcedens dicitur verior per suprà allegata pro illa parte. &
ad allegata per Cyn. & Pet. potest responderi: vt not. per Bar.
in l. cum quidam. s. ꝙ iura loquuntur quando aliquid erat in
obligatione, nos autem loquimur in eo quod erat positū in
conditione. ¶Sed præmissis non obstantibus contrarium pu-
to in casu nostro esse de iure verius, & præsertim ex infrascri-
2 ptis. ¶†Et primò præsuppono ꝙ dicta legata intelligātur fuis
se relicta dicto Bart. sub modo vt colligitur ex verbis testamē
ti, ibi, dum dicitur ei prædicta suprascripta legat. & etiam alia
suprà facta relicta & confessata in dictam uachetam fecit di-
cto Bart. cum hac conditione & onere quod ipse Barto. tenea
tur & debebat quietare & liberare hæredem ab omnibus in q
bus vsque in præsentem diem dictus testator eidem Bart. tene
ri reperiretur. item etiam cum conditione ꝙ vltra prædicta
dictus Bartho. teneatur reddere & facere bonum computum
& rationem eius hæredis vnius hæredi cōputi tenuti ad par-
tem Venetijs per ipsum Barto. & Marcum de Guiditionibus
pro rata contingente ipsum testatorem. item vnius alterius
computi tenuti Venetijs. &c. ¶Nam dicta verba cum hac con
ditione & onere non denotant propriè conditionem sed mo-
dum. l. ea conditione. C. de rescind. vend. & ibi not. Bal. & Sa
ly. qui etiam pro hoc allegant. l. nihil. cum ibi not. per Bartol.
ff. de coniung. cum emanc. liber. probatur etiam in l. cum res.
& ibi not. Bald. C. de donat. & in l. quoniam. & ibi Bald. & Sa
lyce. C. de rerum permut. ad idem text. in l. si societatem me-
cum. in prin. & quod ibi not. ff. pro socio. & ibi Barto. in prin
ci. & l. Meuia. ff. de manu. testam. & l. 2. §. fina. ff. de donatio.
¶Et not. Bar. l. quibus diebus. §. Termilius. circa primam col.
ff. de condi. & demonstra. vbi dicit ꝙ si testator legat tibi cen-
a tum ea conditione [a] vt aliquid facias, ꝙ hoc non obstāte erit
modus, & non conditio. per d. l. Meuia. & per d. l. 2. §. fina. &
ideo dicit quod illa verba prolata à testatore cum conditio-
ne &c. non accipiuntur propriè pro cōditione cum commu-
niter testatores quid sit, ignorent. & ideo significatio verborū
magis inspicitur. ¶Et ideo dicit Ioan. Andr. in addi. ad Specu.
in titu. de instrum. edit. §. nunc aliqua. in pen. col. ꝙ si testator
instituit extraneum hæredem & postea multa legata reliquit
& ad illa deputat executores cum plena potestate & in institu
tione fuerit vsus his uerbis, instituo Titium mihi hæredem
vniuersalem in omnibus bonis meis hac conditione quòd nō
succedat nec possideat dicta bona nec eorū partem possit ha-
bere nec recipere possessionem illorum donec suprà dicta le-
gata per dictos executores fuerint plenè soluta qd dicta non
faciunt conditionem, sed denotant quoddam onus impositū
hæredi in prohibendo apprehensionem hæreditatis ad certū
tempus, allegat id quod legitur & not. in d. c. verum. ¶Confir
mo: quia vbicunque verba possunt se habere ad modum & cō
b ditionem, potius denotant modum: [b] vt not. Bart. in l. cum
mota. iuxta principium. C. de transact. per l. quæro. §. inter lo-
catorem. ff. locati, & sequuntur communiter doc. in d. l. cum
mota, & Cyn. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. versi. nunc
veniamus ad secundam speciem. & no. Moderni in d. §. inter
locatorem. & Bald. in l. & si post tres. ff. si quis cau. col. 4. uersi.
iuxta hoc quæro quod in dubio præsumatur &c. ¶Nec obst. l.
à testatore. ff. de cond. & demon. quia ibi hoc operatur natura
absoluti ablatiui: vt per Barto. ibi & in d. §. Termilius. ¶Com-
probatur etiam quia testatori in dicto testamento confessus ē
se teneri dicto Bartol. à Norfinio præsenti & stipulanti flore-
nos mille ex quadam concordia facta cum dicto Bar. vt latius
in dicto testamento patet & successiuè facta sunt legata plura
dicto Bart. & demum adiecit testator dictam clausulam & p̄-
dicta suprascripta legata & omnia alia suprà facta relicta & cō
fessata dictus Baptista fecit dicto Bart. cum hac conditione &
onere uidelicet &c. Sed ita est quod sine dubio dicta confes-
sio de qua supra, non redditur conditionalis sed modalis: qa
confessio ipsa erat absoluta & perfecta sic in esse producta &
de natura conditionis est quod insit vel adiiciatur rei produ-
cendæ, non autem in esse productæ. l. cum tale. §. j. ff. de cond.
& demon. & ita pro not. allegat istum tex. ad hoc Bald. in d. l.
& si post tres in 6. col. & not. etiam Bal. in d. l. cum mota. & in
d. l. si societatem mecum. in lectur. Flor. & facit l. Thais. §. Sti-
chus. ff. de fideicom. lib. ¶Et in proposito no. Sal. in l. ea con-
ditione. per illum tex. C. de rescin. vend. vbi dicit hanc esse ra-
tionem illius. l. quia illud quod erat explicādum veniebat im-
plendum post actum venditionis perfectum. ¶Sicut ergo quò
ad dictam confessionem illa dispositio dicitur continere mo
dum non conditionem; ita etiam esse debet quò ad alia lega-
ta: quia testator confessioni & legatis pariter sub eadem deter-
minatione adiecit illa verba: s. cum hac conditione & onere:
quia quando plura sub eadem determinatione ponuntur de-
bet intelligi vt pariformiter determinentur. l. si legatarius §. fi
na. ff. de leg. 4. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. l. quamuis. C.
de imp. & alijs subst. ¶Secundò principaliter præsuppono cū
aliquid legatur sub modo si legatarius. modum nō adimplet,
priuatur legato, & si illud acceperat restituere tenetur illud
hęredi. l. si hæres. ff. de condit. ob causam. l. libertos. §. Lucius.
ff. de aur. & argen. leg. & not. per Bar. in d. §. Termilius. in vlt.
col. ¶Ex his ergo sic præsuppositis infertur quod cum domi-
nus Bart. recusauerit implere modum prædictum in reddēdo
dictum computum ad partem, vt puncto narratur, ꝙ ipse te-
netur ad restitutionem prędictorum legatorum quibus venit
3 priuandus. ¶†Nec potest prætendere ignorantiam testamen
ti dictus Bar. cum de eo habuerit scientiam: vt patet in instru
mēto ex quo petijt satisfactionem legatorum & obtulit se pa
ratum facere quietationem, & alia quæ tenebatur vigore dicti
testamenti & illud sufficit: vt de se patet. ¶Et etiam patet ex
not. per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 4. q. ff. de verb.
obli. & Bald. in c. j. §. pen. in tit. imperā. Lotharius. in vsib. feu.
& Ang. consi. 59. incip. Quidam paterfam. habens. &c. l. 1. C.
de pac. iunc. l. de his. & l. non est ferendus. ff. de transac. ¶Pro-
batur etiam de scientia contentorum in testamento per instru
mentum acceptationis tutelę quo instrumento etiam apparet
ꝙ dictum testamentum peruenit ad manus dicti Bar. & istud
sufficit, vt in d. l. non est ferendus. per quam dicit ibi Bal. pro-
* bari ꝙ ills qui vidit testamentum * præsumitur habuisse no-
titiam totius testamenti, sicut ille qui habuit penes se acta prę
sumitur omnia legisse: vt in c. constitutus. de test. ¶Nec potest
negare Bart. se non teneri reddere rationem illius computi tē
ti ad partem de quo in testamento mentio facta est; quia cum
dictus Bartholomęus agnouerit dicta legata & obtulerit se pa
ratum facere ea ad quæ tenebatur vigore dicti testamenti vi-
sus est fateri se teneri reddere dictam rationem; nisi probaue-
4 rit se post testamentum reddidisse, † quia qui agnoscit legatū,
dicitur se obligare ad subeundum onus illi legato iniunctum.
c. officij. de testam. l. sed si non seruus. in prin. ff. ad l. falc. l. cū
ab uno. ff. de leg. 2. no. glo. in l. Titia. cum testamēto. §. qui in
vita. in versi. petitione. eod. tit. ¶Non obstant ea quæ in cōtra-
rium allegabantur: quia dictus Bart. obtulerat se paratum fa-
cere

5 cere ea ad quæ tenebatur virtute testamenti:† quia respondeo ꝙ ista obligatio non fuit legitima & sufficiens: quia ille qui tenetur reddere rationes debet producere & offerre scripturas legendas in quibus continentur rationes & offerre reliqua in quibus restat debitor: vt est tex. in l. cum seruus. ff. de cond. & demon. ¶ Et si dicatur debita non sunt clara, debet realiter & actualiter offerre fideiussorem de reddendo id in quo apparebit eum restare debitorem in calculo rationum: vt l. seruus si hæred. §. fi. de stat. libe. Et nisi dicta oblatio liberorum seu scripturarum & fideiussoris realiter & actualiter fiat non dicitur oblatio legitimè facta: quia non sufficit verbalis oblatio. l. qui x. §. idem responsum. ff. de sol. & d. l. seruus si hæred. §. fi. not. Barto. & alij. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de nou. ope. nuncia. & l. acceptam. C. de vsuris. & in proposito nostro in eo ꝙ habet rationes reddere not. Ang. & Io. de Imo. in l. si mora. ff. sol. mat. & in l. 4. §. prætor. ff. de re iud. & Ange. in l. si quis dicat. ff. de manumis. & in l. si residuum. C. de dist. pig. in l. insu

6 lam. ff. de verb. obl. ¶† Secundò respondeo ꝙ posito ꝙ opin. Bald. & sequacium in l. j. C. de institu. & substitu. sit vera in dispositione conditionali, videlicet ꝙ semel stetit per illum in cuius persona debebat impleri conditio quominus fuerit impleta, habetur pro impleta, & non tenetur amplius ad implendum ille cui erat impositum onus conditionem implendi; tamen aliud est in eo cui est impositum onus implendi modũ prout fuit in casu nostro: quia licet semel stetisset per illũ in cuius persona debebat modus impleri quo minus impleret, & quantum ad potestatem consequendi legatum non obst. legatario quod modus non sit impletus. l. j. C. de his quæ supr. modo. tamen hæres postea petierit impleri modum, dico qđ

c debet impleri, c quia pro obseruantia talis modi competit obligatio & actio hȩredi ad cuius vtilitatem fuit adiectus modus. l. 2. & ibi plenè not. C. de donat. quæ sub modo. nota. per Bar. in d. §. Termilius ad fi. Sed ita est qđ vbi cõpetit obligatio & actio: quàm vis ille cui dicta actio competit semel fuerit in mora non extinguitur dicta actio. l. qui. x. in prin. ff. de solu. l. illud. ff. de peri. & commo. rei vendi. & istud est quod not. per Barto. in d. l. cum quidam. C. de condi. inser. quæ ratio cessat in eo quod relictum est sub conditione. l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. causa testam. ¶ Præterea etiam quando tractatur de implemento conditionis ad hoc vt dicta cõditio habeatur pro impleta, omninò requiritur quod appareat ꝙ ille in cuius persona debebat impleri noluerit: vt in dict. l. in testamento, la ij. ff. de cond. & demonst. ¶ Et non videtur ꝙ ex uerbis dicti instrumenti in quo dicta oblatio Bartholomæi continetur, appareat ꝙ hæres dicti Bart. seu tutores eius noluerint

7 ꝙ dicta conditio impleretur. ¶† Denique oblatio debet fieri congruis loco & tempore. l. si soluturus. ff. de solut. l. mora. in princ. ff. de vsu. vnde debuit Bart. præmonere tutores vt se ꝑmonerent alias prouiderent circunspiciendo scripturas testatoris ad dictam rationem pertinẽtes data aliqua temporis cõmoditate eis ar. l. quod dicimus. & l. ratum. ff. de so. ¶ Nec ob. etiam prædictis quia quando petijt. Nicolaus a dicto Bar. reddi rationem dicti computi ad partem intentauerit cõditiones ex statuto & non actionem ex testamento: quia respondeo qđ est bene verum ꝙ ad hoc vt Nicolaus potuisset in illo iudicio intentato consequi declarationem priuationis dictorum legatarum erat opportunum intentare & adducere per viam testamenti: quia per statutum non prouidebatur circa priuationẽ. Sed si nunc vult Nicolaus consequi vt priuetur dictus Barto. dictis legatis: eò quia non adimpleuit modum seu modos oẽs copulatiuè expressos in dicto testamento vt tenebatur. iuxt. l. si hȩredi plures. ff. de cond. inst. & l. si is qui ducenta. §. vtrum ff. de rebus dubijs. nihil repugnat quominus possit hoc facere, & per ea quæ facta sunt in alio iudicio in quo intẽtata fuit conditio ex dicto statuto: satis erit quod appareat ꝙ Bart. recusauit computum & rationem prædictam reddere. ¶ Nec fuit necessarium ꝙ in dicta requisitione vel petitione reddendȩ rationis fieret mentio ꝙ legata fuerant relicta dicto Bar. cum dicto onere reddendæ rationis, & quod nisi redderet intendebat Nicolaus petere quod priuaretur Barto. dictis legatis: qa postquàm certus erat Bartho. de dictis legatis cum dicto onere relictis, non erat amplius de hoc certificandus. l. 1. in fi. ff. de ac. emp. l. item veniunt. §. petitum. ff. de petitio. hære. vnde postea succedit dispositio legis, quæ facit morosum teneri ad pœnam priuationis, sicut quando debitor est obligatus ad speciem sub pœna, satis est quod constituatur in mora circa speciem præstandam, & si non præstat incidat in pœnam: quia tenetur de interitu vel ad aliam pœnam si promissa est. in glo. l. si ex legati causa. & l. ita stipu. ff. de verb. ob. & l. quod te. ff. si cert. pet. ¶ Et hæc tantò magis procedunt cum in dicto iudicio intentato fuit productum etiam dictum testamentũ: quãuis non esset opportunum per prædicta. ¶ Et quia hic casus & culpa commissa per dictum Bart. est sufficiens in faciendo eum incidere in pœnam priuationis, qua dignus meritò iudicari debet propter eius infidelitatem & ingratitudinem attentis maximis beneficijs in eum à testatore collatis: vt satis ex testamento colligitur. ideo non opus est insistere circa alias culpas & infidelitates allegatas contra dictum Barth. de quibus in themate fit mentio. ¶ Actio autem quæ competit dicto Nicolao contra dictum Barth. pro dictis legatis restituendis est condictio ob causam seu sine causa: vt d. l. libertorũ. §. Lucius. cum glo. in verbo vlt. ff. de annuis lega. & in d. l. si hæres. ff. de condi. ob causam. ¶ Et ex his solum remanet aliud dubiũ quo quærebatur vtrum siue possit siue non possit priuari d. Barto. legatis an nihilominus possit dictus Bar. compelli ad implendas dictas conditiones quas propriè dixi esse modos siue nõ? dicendum est ꝙ sic: vt probaui per not. per Bar. in d. l. cũ quidam. iuncta. l. 2. C. de his quæ sub modo. Item ex eo: quia dicta oblatio facta per dominum Bart. non fuit legitimè & efficaciter facta ut suprà probaui: & actio quæ competit pro implendis conditionibus. id est modis prædictis est actio ex testamẽto. per d. l. 2. & not. Bart. in præallegato. §. Termilius. ad fi. ¶ Circa aliud dubium quo quæritur vtrum ex quo non apparet dictum Nicolaum vt hæredem prædictum uel dictum Bart. tanquàm tutorem occasione dictæ compositionis factæ cum dictis de Guiditionibus in aliquo tamen dictis de Guiditionibus teneri & per eos nihil solutum esse ex dicta causa ꝓ dicto Nicolao per prȩfatum Barth. competat conditio obligationis & promissionis factæ ex dicto instrumento manu dicti ser Anto. de Matthæsel. celebrato de anno 1462. die 4. Nouẽ

8 bris.† breuiter respondeo ꝙ si ex tenore dictæ compositionis factæ cum dictis de Guiditionibus de qua in dicto instrumento fit mẽtio nullibi appareat dictum Nicolaum vel alium suo nomine teneri in aliquo dictis de Guiditionibus resultat conclusio ꝙ dicta promissio & obligatio facta per Nicolaum tanquàm per errorem facti possit condici per condictionem indebiti vel sine causa. l. is qui plusquàm. ff. de condi. indebi. l. ꝙ sine causa. ff. de condi. sine causa. à pari. n. procedit promissio & solutio. l. fin. C. ad l. falc. l. si patronus. ff. de donat. sed ille ꝙ omnino indebitum per errorem soluit repetit. l. j. & ibi plenè not. ff. de condi. inde. & l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. ¶ Igitur idem esse debet si per errorem promisit: præsumitur aut per errorem promisisse vbicunque apparet rem aliter se habere, vt si promittitur tanquàm debitum, & apparet ꝙ non erat debitum: vt in proposito nostro. leg. cum de indebito, in prin. cum gl. ff. de proba. l. de ætate. §. qui iusto. cum ibi no. in gl. ff. de interro. actio. l sed si. in prin. ff. de cond. indebi. l. stip. C. de iur. & fac. igno. & plene not. Bart. in l. non fatetur. ff. de confess. & per doct. in c. fin. de confes. cum sim. & hoc procedit sine dict. Nicolaus semel siue etiam pluries confessus fuisset se debere, ut probat glo. prima cum ibi notabiliter traditis per Bal. in l. 1. in 1. nota. C. de erro. calcu. ubi ex illo tex. colligitur arg. quòd erronea confessio etiam sæpius repetita potest

9 reuocari. ¶ Quantum verò ad aliud dubium quo quæritur an dictus Bartholomæus propter promissionem per eum factam de saldando dicto & de socijs dictæ societatis de Luca rationẽ & computos & libros dictæ societatis cum restitutione reliquorum capitalis & lucri vt constat per instrumentum rogatum manu Ser Michaelis. Io. de Tri. de anno 1465. die 23. Septemb. intelligatur renunciasse remissioni sibi Bartholomæo & alijs tutoribus factȩ per dictum Baptistam testatorem in testamento ad reddendum rationem administrationis tutelȩ eorum saltem pro comprehensis in dicta eius promissione? & breuiter respondeo ꝙ sic. quia ex quo dictus Bartho. habebat scientiam testamenti & comprehensorum in eo, ut suprà ostẽsum est, & per consequens sciebat dictum testatorem liberasse eum à reddenda dicta ratione administrationis, & nihilominus dictus Baptista promisit dicto Nicolao & socijs saldare com-

re cōputa & rationes dictæ societatis cum consignatione suæ partis capitalis & lucri, videtur in hac parte voluisse renūciare dictæ dispositioni testatoris.* l. 4. §. fi. ff. si quis caut. l. si patronus. ff. de donat. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. ¶Præterea in testamento reliquit ei liberationem à reddenda ratione administra. quò ad ea quæ gereret vt tutor vel curator; & si quando conueniretur actione tutelæ, vt tutor vel curator haberet locum dispositio testatoris: sed in proposito nostro dictus Nicolaus à dicto Bartholomæo non conuenitur pro eo quod gessit tāquàm tutor & curator Nicolai, sed pro quo gessit tanquam vnus ex duobus administratoribus deputatis per certos socios ad administrandum quādam societatem pluriū sociorum inter quos socios erat d. Nicolaus, & conuenitur dominus Bar. ex sua promissione quam facit ibi non tāquàm curator Nicolai, sed tanquam administrator deputatus p oēs dictos socios ad administrandam dictam societatem. ¶Igitur isto casu non habet locum beneficium quod sibi tanquam tutori vel curatori erat cōcessum à testatore. pro hoc bonus tex. in l. 3. §. j. sed ibi quidam tutor sit, non tamen tanquam tutor administret. &c. ff. iudica. solu. l. si debitor. §. 1. ff. ad Trebe. facit. l. si paterfam. §. si duos. & quod ibi not. ff. de adopt. ex quo in promissione dictus Bart. & Marcus de Guid. fecerunt mentionem de officio administrationis eis dato videntur tanquā administratores deputati per socios ad dictam administrationem promisisse. l. fi. ff. de instit. l. cum post. §. 1. ff. de administ. tuto. l. pen. ff. si quis caus. not. in l. sciendum. §. tutor. ff. qui satisd. cogan. & per Bart. in l. j. §. nunciatio. cum suis concordā. ff. de ope. nou. nuncia. ¶Circa aliud quo quæritur an d. Nicolao possit obstare exceptio præscriptionis, & breuiter respondeo ꝙ non: quia ad excludendum cum dictis rationibus requireretur præscriptio xxx. annorum. l. sicut. & l. omnes. C. de pscrip. xxx. annorum. & tantum tempus non est decursum à tēpore mortis testatoris. ¶Præterea obstaret mala fides ipsius Barth. qui scientiam habuit obligationis suæ, & ideo nullo tēpore pręscripsit etiam in casu isto, etiam secundum omnes cōclusiones traditas in c. fi. de præscrip. & regul. possessor. lib. 6. & plenè. per doct. in l. sequitur. §. si uiam. ff. de vsu. ¶Insuper præscriptio non potuit incipere cursum donec Nicolaus fuit in minore ætate & non peruenit ad ætatem perfectam. l. fi. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necessaria. vt l. non est incognitum. C. quibus non obijcitur longi temporis præscriptio. ¶Nec etiam iure municipali in statutis mihi transmissis quicquam dispositum esse inuenio quod dicto Bart. habebat suffragari uolentl se præscriptionis exemptione tueri. ¶Et ita dico & consulo ut superius.

ADDITIONES.

* Computi.]Pro isto Bartholomæo ꝙ non fuerit constitutus in mora, ita ut non amittat, consuluit Aret. consi. 150. quod incipit uisis diligenter. Natta.

a ¶Ea conditione. Ant. de But. consi. 48. Pau. consi. 5. col. 1. lib. 1. Aretin. 149. col. 1. Fel. c. cum Io. col. 1. de fid. instrum. Anto. Cor. in singu. uersicul. manumissio. Iason. Dec. l. debitori. C. de pact. Iason l. 3. col. 4. de legat. 1.

b Modum. bene facit. l cum ab eo. ff. de contrahend. empt. l. quoniam asseueras. C. de rer. permut. glo. l. 2. ff. in diem adiec. Pet. Cyn. Bald. d. l. cum mota. Aret. consi. 149. col. j. Cor. consi. 291. lib. 3. Dec. l. debitori. col. 2. C. de pac. dixi in consue. Paris. §. 13. gl. 7. nu. 3. in fi. limita infrà consi. 119. col. 1.

* Testamentum.] Immo uidetur, ꝙ qui penes se habuit testamētum, præsumatur illud legisse, ut Aret. tradit consi. 15. in fi. Natta.

* Testatoris.]Qui soluit scienter indebitum videtur donare. fac. l. Campanus. ff. de ope. liber. Natta.

c ¶Impleri. idem in conditione quandiu legatum non est executum. l. cui fundus in fin. & ibi Bart. Bald. Imo. de condi. & demon. Bar. Ange. Pau. Cor. l. pe. & fi. C. de cond. infer. Pau. Soc. l. iure ciuili. de cond. & demonstr.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituitur aduersus. l. si quis in tantam. C. unde ui. sed num. 12.*

F *Author rapinę tenetur in quadruplū damni a se & socijs dati.*

3 *Vi bonorum raptorum tenetur quis etiam circa uim ablatorum si paratus erat uim inferre.*

4 *Qualitas & æstimatio quorum iuramento probatur.*

5 *Actione iniuriarum tenetur etiam pro ui turbatiua uel expulsiua.*

6 *Socius excedens non uidetur iure suo facere.*

7 *Præsumitur in delictis consulentem eum cui consuluit non fuisse facturum.*

8 *Nocturnum tempus suspectum.*

9 *Ianuam frangens causa odij an teneatur de furto accidente.*

10 *Lex si quis in tantam, habet locum in re communi.*

11 *Priuilegia militis nō habent locū in his, qui nō iurant, ut olim.*

13 *Dolus uerus & præsumptus quomodo differant.*

14 *Error iuris notorij non excusat a uero dolo.*

15 *Pœna priuationis non habet locum nisi ubi lex dicit.*

16 *Pœna nunquam in dubio censetur imposita ipso iure.*

17 *Pœna priuationis etiam si ipso iure imponatur, requiritur sententia declaratoria ante executionem.*

18 *Rebellio nō dicitur nisi sit principaliter conflictum supremi principis.*

CONSILIVM CIII.

Videtur prima consideratione dicendum stantibus his de quibus in themate dictum Comitē Nicolaum non teneri in quadruplum pro allegata violentia: quia cum ingressus fuerit castrū & arcem Spilimbergi in quo & qua habebat partem pro indiuiso cum dictis dominis consanguineis suis, videtur qđ hoc fecisse præsumatur pro iure suo & sic impune. l. meritò. ff. pro socio. l. j. §. ui possidere. versi. sed qui per uim. ff. de ui & ui arma. ¶Et ꝙ non fecerit ani mo rapinam cōmittendi patet: quia multa prætiosa bona salua fecit: ex coniecturis. n. declaratur qualis fuerit animus. l. j. §. diuus. ff. ad l. Corne. de sicca. l. 1. cum glo. 2. eod. tit. c. significasti. el 2. de homici. ¶Secundò etiam hoc deprehendi pōt ex eo: quia ipso Comite existente cum dictis gentibus armorum & factis dictis clamoribus petijt ut rocha aperiretur dicendo ꝙ nolebat ingredi: sed se uelle saluas esse res & bona: & non fuit auditus, quinimò fuit ei recusatus aditus. vnde videtur ꝙ ei licuerit etiam cum per prius possidebat pro iure suo attento ꝙ denegando ingressum Comiti Nicolao dicebatur sibi vis fieri cui licuit per uim resistere & possessionem ingredi. ut probatur in l. clam possidere. §. fina. ff. de acqui. pos. iuncta. l. 1. §. uim ui. & l. 3. §. eum igitur. ff. de ui & ui arma. & nota. plenè in l. 1. maximè per Bart. & alios post eum. C. vnde vi. & not. in c. olim. de restitu. spol. tertiò quia posito ꝙ ipse Comes Nicolaus fregisset portam arcis & eam ingressus sit, tamē de furto vel de damno dato ab alijs teneri non debet. l. qui iniuriæ. in prin. ff. de furtis. ¶Quartò videtur excusandum pr ę fatum Comitē, quia est miles armatæ militæ qui putauit hoc sibi impune licere: nam in milite ad pœnam euitandam potius præsumi debet iuris error, quam malitia. vt l. penul. C. de his qui sibi ascrib. in testamento. bene facit quod not. doct. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Ange. in l. plagij. C. ad l. Flauiam. de plagi. dum dicunt ꝙ vbi miles rem propriam p aliū possessam propria authoritate inuasisset, excusatur à pœna illius legis si ex præsumptionibus apparet quod errore introductus hoc fecerit: quia non est illud contra ius naturale: ut patet. in §. penult. instit. ui bono. rapt. & not. gl. in l. regula. in prin. ff. de iur. & fact. igno. ¶Quintò quia dictus Comes est minor xxv. annis. meritò videtur ei succurrendum saltem per medium restitutionis in integrum aduersus omnem pœnam & iacturam quam incurrere possit occasione alicuius delicti culpa commissi. l. 1. C. si aduersus deli. facit l. aut facta. §. causa. uersic. pœna. ff. de pœnis: † vnde dicit Bar. & alij. in dict. l. si
1 quis in tantam, quòd quando minor inuasit sine dolo rē per alium possessam putans hoc sibi licere dato quòd incidat in pœnam. d. l. si quis in tantam, tamen petere poterit restitutionem in integrum. ut not. specificè gl. in c. 1. in uerbo rigor, de dolo & contuma. & ibi not. doct. sequentes distinctionem & doctrinam Bart. in præallegata. l. si quis in tantam. ¶Et dicit Bald. in l. si quis in tantam. in 2. colum. post Iac. de Aren. quia ex quacunque causa etiam leui putauerat minor se posse de iure inuadere rem per alium possessam restituetur in integrum quasi non intelligatur esse in vero dolo. facit l. igitur. §. potest ff. de libe. causa. accedit quia aduersus dolum saltem præsum
* ptum succurritur minori. * l. 1. §. accusationem. in fin. ff. ad Turpil.

ad Turpil.l.j.§.fi.ff.de edendo.no.gl.& doc.in l.vbi. in prin. eo. tit.& no.Bart.in l.j.§.nunciatio.in pen.col.ff.de no.oper. nun.& in l.auxilium.ff.de mino.cum sim. ¶Sextò, quia atten to quod præcesserat declaratio seu decretum Illustrissimi domini Ducis Mutinæ cuius prædicti de Rangonibus sunt vasalli in qua declaratione facta inter dictos de Rangonibus inter cætera cōtinebatur quod intra terminum xv.dierum omnes arces terræ & fortalicia dictorum de Rangonibus ponerentur in manibus Comitis Guidonis, & in fine dictæ declarationis continetur quod præfatus Princeps vult illam valere & illam solemnem sententiam & decretum cui non debeat ꝑ dictos de Rangonibus contra fieri aliquo modo sub pœna indignationis suæ, & sub qualibet alia pœna quæ per ipsū Principem videretur imponenda contra facienti: & dictus dominus Vincelaus & Comes Vgo steterunt in dicta arce Spelimbergi: & non assignauerunt secundum ipsam insertam declarationem videtur ꝙ licuerit ipsi Comiti Nicolao filio & hæredi dicti Comitis Guidonis facere dictam inuasionem & dictā rapinam præcipuè propter dicta verba. s. sub pœna indignationis &c.quasi tanquàm inobedientes circa prædicta videantur haberi vt rebelles dicti Principis & priuati feudo, & licitè poterunt offendi etiam in bonis prædictis. hoc probari videtur per id quod habetur in c.j.§.porrò.vers. sed & qui dilator.in tit.quæ fuerit prima causa benef.amit.ibi dum text. dicit indignationem domini non admittit.& glo.exponit,i.feudo priuari potest. vnde dicit ibi Bald.quod illud est menti tenendum * pro literis apostolicis in quibus dicitur alioqui indignationem apostolorum se nouerint incursuros: quia talia verba intelliguntur comminari priuationem beneficiorū ecclesiasticorum. ¶Prætereà dicti domini Vincelaus & Comes Vgo non obediendo dicto Principi & eius decreto cēsentur rebelles Principi: quia rebellis idem est quod nō obediēs. c.sanè.el 2. de offi.deleg.c.inter quatuor.de maio. & obe.c.fi. de præb.& in proposito not.Pet.de Anch.in clem. pastoralis. de re iud.in princ.in verbo nota. sed ita est quod rebellis potest impune offendi.l.3.§.fi.ff.de sica.l.proditore.ff.de re. mili.& capi.& detineri vt serui.l.transfu.ff.de acqui.rer.dom.& eadem ratione possunt bona eorum capi ita inquit Bar.in extrauaganti qui sint rebelles.in verbo rebellando.in ver.de pœna horum rebellium &c.facit quod not.Bart.in l.vt vim.ff.de iust.& iure. ¶Sed præmissis non obstantibus dico mihi de iure videri dictum Comitem Nicolaum teneri in quadruplum

2 bonorum mobilium raptorum & ablatorum. ¶†Ad qđ ostendendum præsuppono quod caporalis qui hominem dolo ꝑ violentia damno seu rapina coadiuuauit tenetur in quadruplum pro damno dato vel rapina facta à se vel ab his quos ad iuuari fecit l.2.in princ.§.j.iuncto.§. si quis non. & ibi nota. gloss.& docto.ff.vi bono rap.& in l.quoniam multa, C. ad l. iul.de ui. ¶Et non refert an ipse armatos coadunauerit an eis ab alio coadunatis vtatur ad rapiendum.d.l.2. §. dolo autem. versic.siue igitur. ¶Et dicitur capitalis & principalis ille qui incitauit & conduxit vel coadunauit alios vt caput.l. in hoc. ff.de ser.corru.ibi.not.doct.& Bald.in l.1. C.de ser.fug.in 5. col.vers.quæ ergo dicantur.& not.doct.in d.l. quoniam multa.& Bal.in l.non ideo minus.C.de accu.in 8.q. ¶Et plus dicit Inn.in c.sicut dignum, de homici. quod vbi non posset discerni damnum datum ab vno & damnum datum ab alio, ꝗuis nullus fuisset caporalis quilibet teneretur insolidum: argu.l.si plures.ff.ar.fur.cæsa.& cum alijs ibi allegatis ꝑ eum. ¶Hoc præsupposito dico ꝙ si apparet Comitem Nicolaum fecisse coadunationem prædictam aut vsum fuisse dicta coadunatione ad infrascripta, & probatum sit de ingressu in dictā arcem per vim puta frangendo vel dirumpi faciendo portam arcis seu ingrediendo cum schalis dicto Comite Vgone cum suis famulis existente in dicta arce; & probata sit ruptura camerarum & fractura capsarum, & quod illi qui cū dicto Comite Nicolao ingressi sunt exportabant bona satis dicitur probatum vt dictus Comes Nicolaus teneat ad quadruplum dicti damni. Nam eò ipso quòd probata est violentia. dicitur probatus dolus.d.l.2.§.doli.ff.vi bon.rapt. ¶Violentia autē dicitur facta eò ipso ꝙ dictus Comes Nicolaus cum prædicta magna armatorum turba & clamorib. dicendo saco saco cette cette.& similia & factis portis & cameris ingressus est arcē. & dictus Comes Vgo ibi existens per territus de arce aufugit. l.3.§.si quis autem visus.& l.vim facit.ff.de vi & vi arma.l.creditores.ff.ad l.Iul.de vi priua.l.1.§.quid si ui.uersi.& à iusto. ff.quod vi aut clam. ¶Plus dicit Ioan.And.in addi.Spec.in ti-

3 tu.de rapto.in §.j.in prin.†ꝙ etiam actione vi bon.rapt.tenetur quis pro exportatione bonorum alterius palam facta, quāuis nulla violentia interuenerit dummodo exportantes seu rapientes essent parati vim facere si quis restitisset: * quia attēditur propositum.arg.c.cum voluntate de sent.excommu.& l. qui iniuriæ.in prin.ff.de fur. vbi est casus clarus ꝙ si quis accessit ad domum alterius, & de domo rapuit bona nemine ibi existente tenetur actione vi bon.rap. si paratus erat vim facere vbi resistentem inuenisset.& not.Bar.in l.1.ff.vi bon. rapt. bene facit lex 2.§.damni.versic.etiam quis.& quod ibi no.eo. titu. Quod autem Comes Nicolaus cum sua turba esset paratus vim facere patet, quia erat cum trecentum equis & militibus armatis & cum totidem peditibus. Nam dicit Ange.in d.l. si quis ex domo.ꝙ animus inferendæ violentiæ præsumitur ex & quod ad locum quis accessit armatus, adeo ꝙ ex hoc tenebitur actione vi bon.rapt.pro bonis exportatis etiam si in loco nullus erat qui resisteret: & ita dicit esse de mente Iac.de Are.& Ray.in d.l.si quis ex domo.& dicit Ange.se ita multoties practicasse. ¶Pro eo facit: quia præsumitur contra eos q incedunt armati: * vt not.glo.& ibi Bal.c.1.§. si quis rusticus. cum seq.in verb.& quem, in tit.de pace tenen. vel saltem coadunatis hominibus facta est talis bonorum exportatio etiā si nemo resistentiam faceret, est tunc locus actioni vi bon. rapt. quasi intelligatur habuisse animum ad violentiam inferendā, si quis restitisset, & ita etiam colligitur ex no. per Bar.in d. l.1. ff.vi bon.rapt. ¶Et quamuis Comes Vgo intelligitur vi expulsus de dicta arce, & sic à possessione rei immobilis. vt d.l. 3.§. si quis autem visis. tamen nihil repugnat quo minus pro rebus mobilibus tunc exportatis seu ablatis possit agi actione vi bo.rapt.l.j.§.si fundus.ff.de vi & vi arma.& sic ad quadruplū. quamuis bona non peruenissent ad ipsum expulsorem.d.l.1. in princ.& §.illud.& §.qui autem vi.& §.si fundus. cum glo. ff.de vi & vi armat.l.3. §. pertinet. & l.penult. eodem titul.

4 ¶†Et si dubitatur de quantitate rerum raptarum seu ablatarum, & earum valore probatur etiam per iuramentum solum eorum qui damnum passi sunt.l.si quando.C. vnde vi. c. sup eo.quod metus cau. ¶Est verum ꝙ iudex pro personarum atque negocij qualitate potest quantitatem taxare vt ibi: & illa iura sibi locum vendicant etiam si agatur actione vi bon. rap. & sic ad quadruplum. vt not.doct. in dictis locis. ¶Et non solùm habet locum dicta ꝓbatio æstimationis & damni per iuramentum quando interuenit violentia: sed etiam si sine uiolentia dolus seu maleficium interuenit * propter difficultatē probationis: vt patet ex not.per gl.in d.c.fina.in gl.j.& ibi dū dicit signanter ex maleficio &c.& hoc ibi tenet Imo.& alij. & dicit Io.de Imol.ibi hanc esse communem opi.& idem sentit gl.fin.in c.dilecti.ad fin.de for. compet. & ibi dum dicit per dolum &c.& gl.inst.de verb.obl.§.non solum.in verbo probare.& probatur in l.semper.§.in hoc interdicto cum gloss.& ibi not.Bart.ff.ꝙ vi aut clam.& in l.in actionibus.ff. de in litē iuran.& no.etiam Bar.in l.1.§.si cista.ff.depo.& in l.eos.§.fi. ff.de fur.aduersus nau.cau.& Spec.in titu.de furt.§.1.uer.sed si res assignauit.& Bald.in rubr.C.depositi.& in l.si res.C. de or.cog.& in c.j.§.iniuria.de pace iura.firm. & in l.qui accusare.C.de eden.& in l.nauta.ff.naut.cau. Et Ang.in d. l.si quādo. ¶Surgit autem difficultas probationis in talibus: quia pecunia & similia secreta patrimonij non ostēduntur cuilibet, imò nostra interest secretum tenere patrimonium: vt l.2. C. quando & quibus quarta pars debeat.li.x.l.fin.C. de alimen. pu.præstan. & si damnum passus petit quantitatem rerum & æstimationem earum verosimilem: puta suæ conditioni conuenientem, iudex debet sequens verosimilia ita taxare, & damnum passus ita iurare debet & in tantum reus condemnari: ita legitur & notat.in d.l.si quando.& in d.c.super eo. Fateor autem quod in dicto quadruplo simplex æstimatio rerum cōputatur, vt inst.vi bo.rap.§.j.& no.in d.l. 2.in princ.in uerbo quadruplum.ff. eo.titu. ¶Et omnia bona quæ in dicta arce inuasa vel in domibus dictorum domini Vincilai & Comitis Vgonis inuasis erant quadruplari debent si contractati fuerunt & an si nunc eorum restitutio fieret.l. pen.ff.ui bo.rapt. l.qui ea mente.ff.de fur. ¶Exigo autem contractationem interuenisse;

tertenisse; quia rapina furtum est & valde improbum. l. 2. §.
damni. vers. cæterum. ff. vi bono. rapt. l. j. eo. titu. l. si vendide-
to: §. cum raptor. ff. de fur. & institu. vi bo. raptorum. in prin.
& ibi specificè text. facit mentionem de contractationem etiã
si constat furtum sine contractationem non committi. l. 1. ff.
5 de furt. inst. de obl. quæ ex quasi delicto. §. j. ¶† Insuper dico
stantibus prædictis posse dictum Comitem Nicolaum conue
niri actione iniuriarum à dicto Comite Vgone ex eo quia di-
ctus Comes Vgo iusto terrore perterritus fugatus est & expul
sus ab arce prędicta: probatur, quia pro vi turbatina vel expul
siua datur actio iniuriarum. l. iniuriarum. §. si quis ne prohi-
beat. versic. aut si quis in ea. & ibi notant doc. ff. de iniurijs. &
l. qui pendentem. ff. de act. empt. & not. Barto. in l. extat. ff. qđ
metus causa. secundum probatur in l. item apud Labeonem.
§. si quis bona. & ibi expresè not. Bart. & Ang. ff. de iniuriis.
¶ Et no. Bald. in l. si quis à se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. vbi
dicit ꝙ expulsus per vim à possessione fundi vt loquitur illa
lex habet quatuor remedia ciuilia, s. interdictum vnde vi. rei
vendicationem, & actionem triticariam & actionum iniuria
rum. ¶ Non est enim inconueniens ꝙ in proposito Comes Ni
colaus pro rapina rerum mobilium facta teneatur dictis do-
minis Vincelao & Comiti Vgoni actione iniuriarum: quia ex
pulsus & fugatus est de possessione arcis, & sic diuersa seu plu
ra sunt facta. bene facit. l. nunquàm plura. ff. de priua. deli.
¶ Vnde videmus pro expulsione de fundo dari interdictũ vn
de vi & pro bonis mobilibus existentibus in fundo raptis &
ablatis datur actio vi bon. rapt. d. §. si fundus. ¶ Imò tunc ui-
demus ꝙ vbi vnum tantum esset factum, tamen ex eodem fa-
cto potest competere actio. l. aquil. ad damnum & actio iniu-
riarum ad vindictam ciuiliter intentatam. & quamuis alterã
eligere teneatur, tamen ea electa potest adhuc consequi quod
plus est in altera. l. qui seruum. ff. de act. & obli. & l. j. ff. vi bo.
rapt. & no. in l. nam alias incipit item. §. fi. ff. nau. cau. sta. & in
sti. si quadru. paup. fecis. dica. §. fina. & per Bar. in l. j. §. dixerit
aliquis. ff. de publ. Ex quibus apparet qđ teneatur dictus Co-
mes Nicolaus ad dictum quadruplum, & qualis probatio suf
ficiat; & quod etiam tenetur actione iniuriarum. ¶ Nunc re-
6 stat respondere ad allegata in contrarium. ¶ † Et primò non
obst. quod Comes Nicolaus videatur fecisse pro iure suo qđ
habebat in arce. l. meritò. & l. j. §. vi possidere. suprà alle. quia
respondeo ꝙ quando socius in re communi facit vltra quam
facere ei liceat iure communionis, & sic si interponit vltra q̃
exigat ratio partis suæ non præsumitur facere pro iure suo seu
iure communionis: vt est text. in d. l. duo fratres. in fin. & ibi
not. doct. ff. de acqui. hæred. & in d. l. meritò. in fin. sed dictus
Comes Nicol. conducendo in dictam arcem noctis tempore
trecentos equites armatos & totidem pedites cum dictis cla-
moribus: s. saco saco &c. & frangendo portam arcis & came-
ras & capsas dictorum Comitis Vgonis & domini Vincelai
seu eorum habitationis fecit vltra quam exigeret ratio partis
suæ; ergo non potest dici ꝙ præsumatur quod fecerit pro iu-
re suo. ¶ Præterea non potest socius vti re communi ad alium
vsum. l. Sabinus. & ibi not. ff. communi diuid. & d. l. meritò.
sed dicta arx non erat destinata per dictos socios vt poneretur
aut daretur in prædam vel vt ita dixerim in sacomanum; ergo
non potest dici quod Comes Nicolaus videatur prædicta fe-
cisse pro iure suo. & præcipuè quia non erat verosimile quod
Comes Nicolaus partem bonorum suorum si quam ibi habe
bat, voluisset ponere in prædam & sacomanum. l. cum de in-
debito. in princ. ff. de probat. c. super hoc. de renunc. & sic ꝓ-
babiliter apparet quod dicendo saco saco &c. intendebant po
nere ad sacomanum bona dictorum. Vincelai & Comitis Vgo
nis prout incontinenti fecerunt. vnde ex his quæ incontinen
ti secuta sunt, declaratur qualis esset animus à prin. l. si ventri.
§. fin. ff. de priui. cred. c. officii. de elect. ¶ Præterea expulit fa-
mulos Comitis Vgonis de dicta arce, vt in themate narratur,
& sic excessit terminos communionis. ¶ Non obst. ꝙ multa
prætiosa salua fecit Comes Nicolaus: quia cum deliquerit &
actum illicitum fecerit qui iure communionis licite fieri non
poterat, vt proximè dictum est, præsumitur contra eum. s. ꝙ
habuerit animum nõ saluandi bona domino Vincelao & Co-
miti Vgoni, sed saluandi pro se aut ad libitum suum aliter di-
sponendi vt indicat actus rupturæ camerarum & capsarum,
& illæ exclamationes saco saco &c. facit lex prima. C. de sicc.
& l. si non conuicij. C. de iniur. ¶ Et est doc. Dyn. in regula in
obscuris. lib. 6. quam multum commendat Bald. in l. ob hæc
verba, circa medium. ff. de his qui not. infam. dum dicit ꝙ
7 † si quæratur vtrum ille cui datum est consilium vel manda-
* tum esset aliàs facturus * vel non, & sic vt videamus in casu an
consulens teneatur, & concludit ꝙ in dubio præsumendum
est contra consulentem: s. quod ille consilium dedit aliàs non
erat facturus quia cum certi sumus de actu illicito, s. de consi
lio dato ad delinquendum debet in dubio fieri interpretatio
contra ipsum consulentem. ad hoc reputat notabilem doctri.
Dyn. in d. c. in obscuris. & idem voluit per alias rationes Bal.
in l. data opera. in 13. col. C. qui accusa. non poss. ¶ Præterea
vna præsumptio elidit aut tollit aliam, & multò magis plu-
res tollunt vnam. l. diuus. ff. de restitut. in integr. l. cum de in-
debito. in prin. ff. de prob. c. in nostra, de testa. Sed contra di-
ctam presumptionem allegatam per Comitem Nicolaum ex-
tant aliæ quæ resultant ex dicta fractura camerarum & capsa-
rum, & ex dictis clamationibus, ergo &c. ¶ Non obst. etiam
dum secundò dicebatur ꝙ Comes Nicolaus petiit vt aperire-
tur & fuit sibi denegatus aditus: nam respondetur ꝙ posito ꝙ
8 ita esset, iustè denegabatur aditus † quia accessit tempore no-
cturno, quod est tempus suspectum. c. consuluit. de off. deleg.
l. fin. ff. de effr. & expi. l. hoc edictu. §. Labeo. ff. de his qui de-
ie. uel effu. not. glo. & doc. l. more Roma. ff. de ferijs. dum alle
gant. l. si soluturus. de solu. & Bal. in l. acceptam. in 2. q. C. de
vsuris. & in l. fi. C. de condi. insert. Salic. in d. l. non minorem.
in fi. C. de trans. ¶ Item non accessit cum solita Comitiua: sed
cum trecentum equitibus armatis & totidem peditibus: & cũ
tantis clamationibus: vnde iustus fuit error armatorum. l. iij.
9 §. qui armati. ff. de vi. & vi ar. c. j. quod metus caus. ¶† Tertiò
non obst. l. qui iniuriæ. in princ. ff. de furtis. quia respondeo
primò ex his quæ Bart. in l. furti. §. ope. in princ. eod. titu. per
illum tex. vbi vult ꝙ si aliquis inimicitiæ vel iniuriæ causa ia-
nuam alicuius effregit, & alius fracta ianua furtum fecit, fran
gens ianuam non tenetur de furto: vt d. l. qui iniuriæ. verum
est si frangens ignorabat furtum ibi debere committi, secus si
deprehendebat esse ibi committendum furtum ab aliqua per
sona certa uel incerta, tunc frangens ostium tenetur pro illo
furto: quamuis ipse non fregerit ostium vt furtum committe
retur. & vult Bart. in d. l. ope. per illum tex. & iste est casus no
ster, quia Comes Nicolaus audiebat turbam clamantem saco
saco. &c. etiam deprehendebat rapinam esse committendam
fractis ianuis arcis. arg. l. Labeo. vers. idem Tubero. ff. de sup.
leg. ¶ Secundò respondeo ꝙ illud quod habetur in d. l. qui in-
iuriæ. non habet locum in eo qui armatos coadunasset ad in-
uasionem vel eis coadunatis vsus esset: quia tunc tenetur de
damno & rapina facta ab aliis. per d. l. 2. in princ. & §. 1. & §.
2. & §. si quis non homines. vi bon. rapt. & plus voluit Innoc.
ꝙ vbi discerni non posset damnum datum ab uno, & dãnum
datum ab alio, quilibet tenetur insolidũ: etiam si nullus fuis-
set principalis coadunator. & hoc oportunè puto suprà dedu
ctum esse. ¶ Non obst. quartum argumentum dum dicebatur
ꝙ Comes Nicolaus excusandus est, quia est miles armatæ mi
litiæ: quia respondeo ꝙ vbi quæreretur an miles, inuadendo
rem suam propriam per alium possessam excusatur à pęna in
ducta per l. si quis in tantam. & per Ang. in d. l. plagii. qa illud
non erat contra ius naturale, s. ꝙ rem suam propriam ꝑ alium
possessam non posset quis propria authoritate apprehendere:
sed nos quærimus vtrum excusetur ex eo ꝙ apprehendit non
solùm partem suam, sed etiam totum expulsis aliis dominis &
possessoribus: quo casu & gl. & omnes in d. l. si quis in tãtam,
fatentur quod incidit in pœnam illius l. quia talis inuasio est
10 contra ius naturale. ¶† Et non facit differentiam an quis rem
inuadat totã quæ sit pro parte inuadentis, & pro parte sit alie-
na, quærendo an incidat in pœnam respectu illius partis q̃ est
aliena: quia eadem est ratio partis respectu partis, quæ est to-
tius respectu totius. l. quæ de tota. ff. de rei uend. nam res com
munis mea & tua respectu partis quantum ad me & meam fa
cultatem disponendi dicitur aliena. l. 1. & 2. l. portionem. C.
de communi rerum alien. ¶ Vnde glo. in d. l. si quis in tantam,
ad fin. dubitauit an dispositio illius legis pœnalis habeat locũ
in inuadente totam rem communem per alium socium pos-
sessam in totum: & vult in effectu ꝙ sic: quia respectu partis
ipsius inuadentis priuabitur iure suo, & applicabitur ei cui

uim

vim intulit: pro parte verò consocij tenebitur ad restitutionẽ rei & ad æstimationem ipsius partis consocij. hoc est ꝙ vult dicere.glo.in versic.3. quæro quid si rem communem ibi dũ dicit ꝑ parte socij teneor & pro mea parte diuersimodè &c. vt etiam ibi clarè aperit Iacob.Butr.& rectè. potest etiam dici
11 †ꝙ ea quæ à iure in priuilegium concessa sunt militibus non
* vendicant sibi locum in militibus nostri temporis, * qui non iurant eo modo quo olim tenebantur, nec alia seruant, vt no. in l.penul.& ibi Guil.de Cu.& Bald.ex qui.cau.maio. & not. Iac.de Belu.in auth.de manda.princ.§.fi.post glo. tamẽ præcedenti responsioni magis adhæreo. ¶Tertiò modo respondet Ang.in l.sed si lege.§.scire.ff.de pet.hære. ꝙ in casibus in quibus dicimus militem,& similes excusari, illud procedit si consuluit peritiores à quibus ita sibi consultum fuit, iuxta ea quæ not.in l.in bonorum.ff.de bono.poss. & in l. iuris igno-
12 rantia per doc.C.qui admit.¶†Non ob.dum quintò dicebatur excusari Comitem Nicolaum vel saltem sibi per restitutionem in integrum subueniri ratione minoris ętatis: quia respõdeo.quod minori non succurritur quando fuit in dolo commisso faciendo in delinquendo.l.si ex causa.§.nunc uidendũ & §.si in commissum.ff.de mino.l.j.C. si aduersus deli. Et iõ glo.& doct.in d.l.si quis in tantam.concludunt communiter quod adultus qui in dolo fuit incidit in pœnam. d. l. si quis in tantam. & aduersus eam non restituitur in integrum.

¶Quòd autem isto casu fuerit in dolo & non sit dignus excusatione, patet: quia Comes Nicolaus non solum apprehendit possessionem partis suæ verùm etiam inuasit possessionẽ partis aliorum: & cum adunatione tot armatorum noctis tempore,& cum ex fractura & dictis clamoribus saco saco &c. per vim arcem ingressus est, sed si præsupponimus violentiam, ergo dolum.l.2.§.doli mali.ff.vi bonorum rapt.& not. in d.l.si quis.§.fin.ff.ne quis eum qui in ius vocan. vi exi. ¶Nisi aliqd ex aduerso sufficienter probetur ex quo appareat dolum cessare & errore motum fuisse existimando sibi licere, quod in casu nostro dici non potest.cùm vt dictum est, faciendo inuasionem circa id quod est alterius dicitur fecisse contra ius naturale: vt not.glo.magna.& doct.in dicta l.si quis in tantam. dum tractant de milite & rustico.& probatur in l.1.§.fi.ff.de fur.¶Sed minori non succurritur circa errorem iuris natura-
* lis,* vt no.glo.in l.regula.in princ.ff.de iuris & fact.ignoran. & in l.si adulterium cum incestu. post principium. per illum text.ff.de adult.facit l.2.C.de in ius vocand. ¶Et licèt aduersus dolum præsumptum succurratur minori: vt no. in dict.l. vbi.tamen si erraret circa ea quæ sunt contra ius naturale nõ excusatur à dolo vero: vt patet ex not.per glo.& doct. in d.l.si quis in tantam. in quæstione de milite, rustico & minore. & not.etiam expressè Ange.in l.ex consensu.§.fin.ff.de ap. & sic nos non sumus in dolo præsumpto sed vero, stante violentia. d.§.doli.& aliis perspicuis indiciis de quibus suprà dictũ est.

13 ¶†Nam differentia est inter verum dolum & præsumptum: quia verus dolus dicitur quando de eo apparet ex indiciis manifestis.l.dolum. C. de dolo. sed dolus præsumptus quando indicia non sunt ita manifesta seu præsumptiones non sunt ita manifestæ adeò ꝙ omnino dolum non concludunt, vt si quis non vult restituere vel soluere illud quod potest & etiã scit uel scire debet se restituere vel soluere debere, hic est dolus præsumptus.l.si procur.§.dolo.& l.dolus.ff.manda. vel si iudicis præcepto non paret.l.non potest dolo.ff. de regu.iur. ita Bar.in repet.l.quod Neru. in 4.q.ff.depositi.& alii in d.l. vbi.& Bald.in l.pignus.in 5.col.C.de pig.act. ¶Non sumus ergo in casu in quo dictus Comes Nicolaus omiserit facere id quod sciret aut scire deberet se facere oportere; sed sumus in casu in quo deliquit faciendo violentias & inuasiones de quibus supra & ad eas vtendo coadunatione armatorum noctis tempore,& ea perpetrando quæ sunt contra ius naturale in quibus non succurritur minori: vt dixi. ¶Et quando quis explicat actum de se illicitum consistentem in faciendo; tunc censetur esse in eo dolo manifestè de quo loquitur tex. in d.l. dolum.secundum doct.ibi per l.primam.C.ad l.Cor.de sica. quæ loquitur in milite, qui non excusatur ab illo dolo: sed tamen miles excusatur à dolo præsumpto non à vero.l.pen. C. de his.qui sibi ascrib.in test.& not.Ang.in d.l.vbi in princ. ff. de eden.Sed dicta inuasio & violentia eo modo facta erat omni iure illicita,& sic erat factum tale ꝙ erat de genere prohibitorum,ergo non potest dici ꝙ non fuerit in dolo vero, nec apparet tunc extitisse causam leuem aut grauem propter quam circa dolum motus fuerit Comes Nicolaus ad dictam inuasionem faciendam saltem eo modo quo facta est. ¶Et dato ꝙ Comes Nicolaus allegaret se propter aliquam causam saltem
* coloratam * vel leuem fuisse motum ad dictam inuasionem faciendam absque eo dolo non sufficeret eam per ipsum allegari, sed oportet probatum esse ꝙ ipse tunc habebat notã illam causam, & quod sibi dictum fuerit ante dictam inuasionẽ qđ sibi licebat prædicta facere propter illam causam.& quod Comes Nicolaus ei ita dicenti crediderit: quamuis nimis credulus, nam posset fortasse dici quod tunc excusaretur à dolo qñ non errasset circa ea quæ sunt iuris naturalis vel quasi: aliàs licèt simpliciter allegaret nunc quandam causam iniustam, &
* diceretur ꝙ fuit motus propter illam * non sufficeret qa oportet ꝙ appareat ꝙ illa fuerit causa * propter quam tunc motus est.& sic ꝙ si illa causa non intercessisset non ita fecisset, argu. l.qui cum vno.in princ.de re mili.ita not.Ang. & Io.de Imo. & adhuc expressius Raph.in l.ex consensu.§.fi.de appe. dum
14 tractat an iusta causa excusat à dolo.plus dicit ibi Angel. †ꝙ sicut causa quæ à iure naturæ est reprobata non excusat à vero dolo, ita nec causa quæ reprobata est à iure ciuili notorio & indubitato. & cum hoc transit ibi Ioan.de Imo.circa principium ultimæ chartæ. ¶Postremò non obst. dum dicitur ꝙ potuit Comes Nicolaus prædicta facere; eò qa dominus Vincelaus & Comes Vgo non paruerũt decreto Principis cui erat adiecta pœna indignationis: quia respondeo primò quod propter hoc non intelligitur ꝙ fuerit priuati feudo prædicto.

¶Primò, quia illa verba sub indignatione nostra.&c.secũdum quod dicit Bart.in extrauaganti.qui sint rebelles. in verbo indignationem. talia verba aliud non important nisi ꝙ verbum sonat, scilicet quod Princeps nõ se exhibebit gratiosum ei cui pœnam indignationis comminatus est. ¶Nec obst.tex.in d.c. 1.§.porrò.versic.sed & qui delator.quæ fuerit prima caus.be-
* fic.amit. * quia ibi sunt verba legislatoris loquentis in subiecta materia priuationis feudi quæ ibi tractabatur: vnde illa verba intelliguntur ibi secundum subiectam materiam. tituli.l.imperatorem.ff.de in diem addic.l.si vno.in princ.ff. lo-
15 cat.¶Pro hoc facit,†quia pœna priuationis non imponitur ni-
a si a vbi est lex quæ hoc dictat.in authen.de non eligẽ.secundo nub.§.cum igitur.versicu.sicut.n. patres ibi nec quælibet lex est quæ hoc dicit &c.quem ibi alleg.Bald.in auth. ex testamẽto.C.de secund.nupt.in pen.col.& dicit glo.in c.fi. de iur. patronat.quam ibi not.doct.præcipue dom.Abb.ꝙ vt pœna priuationis imponatur, requiritur quod expressè cautum sit.

¶Et fortius dicit glo. 19.q.1. in summa nisi lex specialiter exprimat imponi debere pœnam depositionis non debet quis deponi: sed non fuit in dicto decreto imposita vel comminata pœna priuationis nec specialiter nec expressè, ergo &c.pro hoc,quia in pœnis mitior via eligenda est.l.si præses.ff.de pœnis.l.cum quidam.ff.de libe. & posthum. & in regula in pœnis. ¶Nec enim pro omni contrafactione vasalli dictus vasallus priuatur feudo.nam etiam si veniat contra iuramentum
* fidelitatis, tamen non perdit vasallus feudum, nisi in casibus* in quibus iura hoc exprimunt.probatur in c.j.§.illud. in ti. quæ fuerit prima causa benefic.amit.& not.doct.in c.1.§. illud similiter.eo.tit.& expressè Andreas de Isernia in c.j. qua-
16 liter vasallus iurare debet. ¶†Item posito ꝙ expressè in comminatione Principis dixisset sub pœna priuationis: tamen cõtra faciens non intelligebatur priuatus, sed erat opus priuatione.c.non solum.cum glo. in verbo sub pœna excommunicationis.de regu.iur.in 6. & ita in dubio semper intelligitur
* pœna imposita.s.non ipso iure, * sed per sententiam ferendã. vt declarat Bald.post Petr.& Cyn.in l. quæ ex relatione.in fi. C.de leg.& in authent.qui semel.in j.colum. C.quomodo & quando iudex bene facit quod not.gloss. in c. quicunque, in verbo inuadente.de hæredit.in 6.in c.cupientes.§.si verò præuentum de elect. in 6.notant etiam expressè & clarè doct.maximè Anto.de Butr.& alij.post eum. in c.si diligenti. de foro compet. ¶Et videmus ꝙ in casibus in quibus vasallus incurrat pœnam priuationis requiritur ꝙ regulariter per sententiã priuetur, non autem ꝙ ipso iure priuetur.c.fin. quo tempore miles.c.j.de feud.sine culpa non amitt.not.glo.& docto.in c. item.quia §.item si fideles.in verbo.concubuerit.in titu.quibus

bus mod. feud. amit. & not. Bald. ibi. in fin. in princ. illius. ca. & not. gl. & doct. in c. 1. §. tabulis. de prohib. feu. alie. per Feder. & plenè tractat Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & no. Ange. in l. eorum. ff. de damn. infect. ¶Prætereà etiam quando priuatur vasallus ipso iure feudo, tamen non dicitur priuatus priusquàm appareat dominum feudi velle feudũ ad se reuerti, vt inquit Bald. in l. fina. C. de reuoc. donat. per not. in l. 2. ff. si ager vect. vel emphy. pet. bene facit. l. 2. & quod ibi not. doct. C. de iure emphy. ¶†Et regulariter etiam quando
17 imponitur ipso iure antequàm possit attentari executio pœnæ debet fieri declaratoria. c. cum secundum. §. fi. & ibi nota. doct. de hæreti. in 6. cum suis concord. ¶Vnde dicit Bal. in d. c. quæ in ecclesiarum, versic. 2. verò casu. in 9. col. quod etiam quando vasallus ipso iure esset priuatus, tamen antequàm feratur sententia declaratoria non potest dominus feudi se intromittere de corporali possessione. c. licèt episcopus. de præben. in 6. l. 1. & fin. C. si per vim vel alio modo. facit quod no. in l. cum duobus. §. idem respondi. el 2. in gl. in verbo dominum. ff. pro socio. & in l. fin. C. de sacrosanct. eccle. ¶Quinimò attento ꝙ dicta inuestitura facta de Castro Spilimberti fuit concessa dictis de Rangonibus pro se & descendentibus masculis cum illa clausula, videlicet, reuertẽdo ad eos de vno
* in alium.* ¶Et sic operantur illa verba vt dato quod vnus eorum delinqueret etiam in personam domini, feudum non rediret ad dominum; sed ad descendentes, vt signanter cõcludit Bald. in c. 1. circa. 3. colum. in titu. si vasal. feud. priuetur. & in c. 1. de uasallo qui contra constit. Lotharij feud. alie. sentit etiam ipse in c. 1. §. denique, circa princ. in tit. quæ fuit prima causa. benefic. amit. & expressius ibi Iacobus Aluarotus in 7. conclusione post alios idem tenentes quos ipse ibi refert. ¶Potest etiam dici ꝙ verba dicti decreti Principis in d. c. fuerunt impersonaliter concepta: quia non dicunt per quem vel per quos debeat fieri dicta consignatio fortiliciorum etiam videretur ꝙ in ea parte vitiaret, vt in anth. si quando. C. de cõsti. pecunia, tamen hoc vltimum non pono pro constanti: qa non expedit stantibus tot alijs tutis respõsionibus de quibus supra. ¶Prætereà de priuatione feudi non fit bona illatio ab bona mobilia dictorum de Rangonibus inuasa vel rapta.
18 ¶†Non obst. ꝙ non obediens Principi censetur rebellis, &
* sic debet posset impune offendi in ære & persona:* quia hoc fragile videtur quò ad casum nostrum vt patet ex notatis per Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo rebellando. quia
b verum est quando aliquis esset rebellis circa statum [b] Imperij principaliter. ¶Sed licèt quis non obedierit Principi circa alia quæ principaliter concernerent factum aliorum, tunc nõ patitur pœnas quas patiuntur rebelles Imperij: licèt largè dicatur rebellis. d. ca. sanè. quia tunc non dicitur principaliter
* rebellare* contra prosperitatem Imperatoris vel Imperii ut requirit text. in d. extrauag. qui sunt rebel. & bene. Et plus di-
* cit ibi Bart. quod non patitur pœnas rebellionis Imperij* ille qui rebellaret contra aliquem regem vel Principem vel cõtra propriam ciuitatem: quia principaliter tunc non fit contra Imperatorem seu prosperitatem Imperii ad hoc quod no. in l. hostes. ff. de capti. in pen. col. versic. circa prædicta quæro, &c. quod not. Bald. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di. & cum hoc etiam concordat Petr. de Anch. in d. clem. pastoralis. ¶Cùm ergo dicta capitula per Principem ordinarentur saltem principaliter pro commodo & quiete & pace dictorum de Rangonibus, vt ipse Princeps asserit in præfationibus dictorum capitulorum, & fuerit facta inobedientia aliqua immediatè Imperatori vel Imperio, non sumus in casu pœnarum prædictarum quę rebellibus imponuntur. alię possent dari responsiones, sed istæ meo iudicio plusquàm sufficiunt. Ex quibus concludo vera esse quæ supra firmaui & allegaui nec aliquid in contrarium obstare. Alex. de Imo.

ADDITIONES.

* Minori.] Vide Alex. in l. 2. col. 1. ff. si quis in ius uocan nõ ierit. Natta.
* Tenendum.] Vide ad hoc Fel. in c. 2. col. 3. de maio. & obe. & Alex. infra hoc eodem consi. col. pen. Et Fulg. no. consi. 3. Titius. Ias. in l. 1. notab. ff. si quis ius di. non obtemper. Natta.
* Si quis restitisset.] Dic ꝙ rapina est vbicunque nolenti res aufertur. c. pœnale. 14. q. 5. & uidetur, ꝙ si uis non sit adhibita, fit furtum manifestum. l. cum vendidero. §. cum raptor. ff. de furt. & utrum rapina possit esse sine vi. vide Alex. in l. 3. §. quòd prætor. ff. ne quis eum, qui in ius uoc. est vi exi. Natta.
* Armati.] Præsumitur contra armatos, ut latè etiam ostendit Hipp. in pract. crim. §. pro complemento. nu. 42. Et qui se armat præsumitur de bello, & rixa cogitare Bal. in l. j. col. 2. C. de ser. fug. Natta.
* Interuenerit.] Nota ꝙ vbi adest dolus statur iuramento damnũ passi, ut concludit Innocen. in c. super eo, quod met. caus. & est communis opin. ut concludit Ias. in d. l. si quando. cart. penult. In dolo autem præsumpto, & commisso in omittendo, non procedit. Fely. in c. sicut. colum. 6. de re iudicat. Adde etiam quòd in furto hoc procedit ut stetur iuramento furtum passi Alexan. latè in l. damnum. ff. de damn. infect. Et uide Petr. de Anch. consi. 286. Ex prædicta facti narratione liquidò deprehenditur. vbi consuluit in quodam, qui subreptis clauibus aperuerat capsam defuncti, & cohæres eius dicebat illic esse multa bona preciosa. an contra eum iurari possit per dictũ cohęredem in litem. Idem in tabellione, & iudice, qui ubi conuicti sunt de dolo, damna, & interesse probantur per sacramentum. Bald. latè in d. l. qui accusare. C. de eden. Et adde ꝙ dicitur semper adesse difficultas probationis, vbi res non potest ad oculum demonstrari. item ꝙ in actionibus bonæ fidei sufficit dolus aduersarij, Ias. in l. in actionibus. col. antepe. ff. de in lit. iuran. Natta.
* Facturus.] De hoc vide Dec. in l. consilij. ff. de reg. iur. Et tradit Bald. consi. 250. in q dom ni. col. 1. lib. 1. Natta.
* Temporis.] Vide Dec. & Ias. in rubr. C. de testa. mil. Natta.
* Iuris naturalis.] Vide Alex. in l. iustè possidet. col. 2. ff. de acq. pos. vbi loquitur in minore, muliere, & rustico, utrum teneantur pœna legis si quis in tantam. Natta.
* Coloratam.] Excusantur à pœna qui iusta ratione aliquid se facere crediderunt Bal. consi. 243. in fi. lib. 4. Natta.
* Propter illam.] Oportet quòd per indicia, & coniecturas constet delinquentem motum fuisse ex illa causa ficta, & iniusta, & colorata secundum Areti. consil. 80. col. 2. Et plures limitationes ad istam regulam ponit Cur. Iunior. in l. 1. §. fi. col. pen. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Natta.
* Causa.] Oportet ꝙ illa causa colorata procedat, vt excuset Dec. consi. 452. col. 2. Natta.
* Quæ fuerit 1. cau. bene. amit.] Quid si sit dictum, in quantum cari pẽditis gratiam nostram. Gramma. decis. 40. Natta.
2 ¶Nisi. Ias. l. quod te. col. 10. si cert. pet. Dec. l. pen. col. 2. de iurisdictio. omn. iudic. latè Andr. Tiraquel. rep. l. si unquam. versicu. reuertatur.
* num 25. cum seq. C. de reuoc. dona. * Vide de hoc etiam Felyn. in c. 2. colum. 1. de rescript. Ias. in l. quod te. colum. antepen. ff. si cert. pet. Natta.
* Nisi in casibus.] Idem tenet Curt. iunior. consi. 137. col. 3. Ias. in l. cum quidam colum. 4. ff. de lib. & posth. Natta.
* Non ipso iure.] Idem latè tradit Felyn. in cap. Rodulfus. colum. 18. de rescript. Et præceptum sub pœna est quædam comminatio, Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. in princ. ff. de reg. iu. Natta.
* Declaratoria.] Idem tenet Gramma. decis. 105. nu. 60. Natta.
* In alium.] Nota hoc, quòd feudum reuertitur ad agnatos, idem si cõcessum fuit generi, vel si concessum sit pluribus principaliter attẽtis meritis singulorum. ut Dec. scribit consi. 544. col. fi. Natta.
* Et persona.] De his, qui non eunt ad confinia, nec obediunt officialibus ponit Dec. consi. 410. circa fin. Natta.
b ¶Statum. Andr. Iser. c. uno, quæ sint rega col. 31. & de stat. cont. libr. eccle. colum. 9. in usib. feudo. Cald. consi. 1. sub titul. de accusatio.
* Alberic. Brun. consil. 28. * Idem tradit Fel. in ca. 3. col. 4. de maio. & obed. & Ias. consi. 86 col. 3. lib. 3. & consi. 139. in fi. lib. 4. Dec. in c. sanè. il secundo. de off. deleg. Brun. consi. 28.
* Rebellare.] de rebelli Dec. consi. 544. col. j. & consi. 604. in prin. Cur. Iun. consi. 137. col. 3. Natta.
* Imperij.] Vide Alexand. vbi circa hoc aliter sentit in consil. 13. col. 2. libr. 6. Et uide eundem supra hoc eo consil. colum. 2. & adde bonum text. in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de rapt. ubi dicitur, in ciuilibus dissensionibus, quamuis sæpe per eas repub. læditur, non tamen in exitium reipublicæ contenditur. per quem text. dixit Bald. consi. 59. licet eleganter pro & contra, libr. 1. quòd dimicantes inter se ratione officiorum, & status in communi, non dicuntur propriè rebelles. quod etiam dicit Pet. de Anch. consi. 287. Iste B. de Guarnerio. col. 1. de quo per Alex. consi. 113. in fine. infra lib. 2. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de falsificante intelligitur de usuali in eo loco.*
2 *Pœnæ capitalis appellatione uenit exilium.*
3 *Denarius falsus non est denarius.*
4 *Statutum de amputatione manus non habet locum in arida.*
5 *Gabella non debetur de contractu nullo.*
6 *Verba generalia restringuntur ad habiles.*
7 *Verba generalia non comprehendunt minima.*

CON-

CONSILIVM CIIII.

1 Statutum *loquens quod si aliquis falsificauerit † monetam puniatur pena suspensionis, ignis & confiscationis omninm bonorum, non habet locum
a in falsificante vel fabricante monetam [a] reprobatam in loco in quo falsificat: vt est de facto Ferrariæ vbi est prædictum statutum, & ibi quidam fabricabant bagatinos quæ falsa dicitur moneta tanquam facta ab eo qui non habet potestatē, vtrum puniri debeat pœna suspensionis & ignis & etiam confiscationis bonorum? & dicebatur quod non p tex. in l.eleganter. §. qui reprobos.ff.de dolo.iuncta gl. ¶ Adducebatur vltra, quia
b statutum loquens de moneta intelligitur de moneta vsuali [b] & expendibili in loco statuti, vt voluit Spe.in titu. de solu.§. nunc aliqua. versi. pone. vt dicit statuto quæritur ꝙ pro tali delicto soluantur 10. libræ intelligitur de vsuali pecunia & concurrente in loco. ¶ Facit c.2.de decimis. vbi si alicui conceditur decima beneficiorum intelligitur de pecunia vsuali & currenti. ¶ Facit quod ibi voluit Pau.de Leaza. & Io.An.in addi.Spe.in d.versi.pone.& Cyn. in l.in minorum.in quibus cau.in integr.resti.& do.An.& alii in c.quanto.de iurei. Bar. in l.Pau.de solu.moneta etiam potius consideratur respectu vsus quàm alterius.facit gl.& Guil.de Monte Lauduno. in d.cle.2.de decimis.& ꝙ habetur in c.2.de malefi.& Bal.in l.acceptam.C.de vsuris.& in l.illud.C.de sacr.san. eccl. & in l.si quis.C.de don.& in l.2.communia de le.& in l.quicunq;.C. de seruis fugi.& qđ voluit Old.in consi.372. & Ro.in consil. 120.incip.Circa primum dubium. & Old.in consi.13. & qđ voluit Pet.de Anch.in d.cle.2.de decimis. vbi allegat quoddā consi.Bald.& quod ipse voluit in d.c.cum olim.de cen.vbi allegat Old.ergo cū tale statutum loquatur de publica pecunia,
2 debet restringi: vt dixit Sal.in l.2.C.de fal.mo. ¶ † Et quod falsificans monetam regis vel alicuius ciuitatis vel baronis punitur pœna capitis, vt in l.2.C.de falsa mone. & hanc penam capitis interpretatur gl.non capitis materialis sed ciuilis, * quia deportatur l.fi.C.de vete.nun.po.li.11. & idem voluit Ioan. Cremonensis qui in contingentia facti liberauit quendam ꝙ falsificauit monetam ciuitatis Bononiæ ab amputatione capitis, vt refert Io.An.in c.quanto, de iureiurā.& sequuntur oēs scribentes. ¶ Dicit gl.sing.in l.2.C.ne Chris.manc. quam allegat pro singulari Imo.in l.2.de pub.iu. vbi dicit gl. quod ap-
c pellatione sententiæ capitalis vel pœnę capitalis venit exiliū. [c] ¶ Et facit l.eos.§.super.his.de ap.vbi interuenit fideiussor, ergo non intelligitur de amputatione capitis. ¶ Et facit tex.in l. qui cum maior.§.is demum.de bonis liber. & gl. in l.hos accusare.§.omnib.de accu.& facit tex.in l.præsenti. C.de his q ad eccle.confu.& ibi Ful.allegat Old. dicentē assessores dicere talem condēnamus puniēdum pœna capitis ciuilis, & sic deportatione, maximè in dispositione statuti exorbitātis, prout in casu nostro. ¶ Et ideo dicit Bal.in l.2.C.de fal.mo.quod si falsificatur moneta alicuius non recognoscentis superiorē ꝙ punitur pęna capitis.s.ciuilis nō naturalis: & loquitur illa gl.qñ quis falsificaret monetam regis in loco ipsius regis Accedat ad prædicta quod dicit Io.An.in add.Sp. in rub.de fal.
* Ita inquit Bald.] Istud dictum Bal. sequitur Fel. in c. cum Bertoldus col. pen. de re iudi. pro quo bonus tex. in c. cum venissent de inst. vbi, Quia non constabat de forma concessionis, dubitabatur vtrum esset personalis, vel realis; & deciditur ibi, ꝙ præsumatur realis, quia vt realis fuerat obseruata, & possessa, vt ibi per But. in no. & col. 2. ver. oppo. 2. & col. 8. versi. opp. cum gl. & ibi etiam Imo. col. 3. Pro hoc bene facit, quia actus sequens declarat voluntatem præcedentem l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad macedo. §. pauonum. inst. de rer. diui. & ponit Bar. in l. cætera. §. fi. ff. de leg. j. Et istud dictum Bald. sequitur & Fran. de Curt. in suo tract. monetarum quæst. vlt. Et dicit Bart. consi. 49. Commune Spoleti col. fin. quòd verba antiqua stipulationum in contractu declarantur ex consuetudine, & modo vtendi, vt l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. l. si seruus plurium. §. fin ff. de leg. j. l. minimis. ff. de leg. 3. Et de isto dicto Bald. vide Ias. in d. l. si certis annis, in fi. Et ex solutione posterius facta declarari animum, & mentẽ contrahentium; Pau. de Cast. consi. 363. circa primum quæsitum videtur mihi dicendum 2. dub. lib. 1. & posterior qualitas possessionis declarat quid a principio fuerit dubiæ intentionis. Bal. consi. 245. Villa vel castrum. Circa fi. lib. 3. Vide Cuma. consi. 162. Visa copia col. pen. Vbi vult, ꝙ sub verbis generalibus videantur concessa regalia non expressa, si vasallus ea postea possedit. Natta.

a ¶ Causę. infra lib. 2. consi. 172.

* Deliberandum.] Istud dictum Imolę improbat Alex. in d. l. si stipuler §. fi. volens ꝙ in contractu, qui non perficitur uerbis, interuallum non vitiet, sed ex post possit quandocunque acceptari antequam pars reuocet. Et istud idem tenet Alex. consi. 113. col. 3. lib. 6. & Fran. de Are. consi. 171. dub. per tex. opt. in c. licet, de procurato. in 6. Tamen hoc videtur intelligendum quando interuenit nuncius, vel epistola: quia quandocunque, ante reuocationem, potest acceptari, vt declarat Fel. in ca. si cautio col. 8. versi. Fallit quinto. de fide instr. Et quando impugnatur scriptura, non potest pars, quę impugnat, acceptari ex interuallo Alex. consil. 132. col. 5. lib. 5. & quæ notat Imo. in d. l. si stipuler. §. fi. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Enunciatiua conditionaliter emissa an disponant. nu. 4.*

2 *Supplementum legitimę potest peti vsque ad 30. annos.*

3 *Libe-*

3 *Liberi positi in conditione non sunt substituti.*
5 *Supplementum legitimæ non venit in venditione iuris competentis ex testamento.*
6 *Gestor omnis tenetur rationem reddere, & quid in hoc veniat.*
7 *Tempus ad agendum non potest præfigi sine causæ cognitione.*

CONSILIVM CVIII.

Viso themate & diligenter consideratis verbis dictarum vltimarum voluntatum & aliis quæ in præmisso themate continentur. ¶ Videtur prima consideratione dicendum circa primum dubium dictam Luciam videri per fideicommissum vocatam ad hæreditatem dicti Maxii ex testamento ipsius Maxij per illa verba: si decesserit Antolinus sine liberis tunc Iacob. Matthæum & Ioan. voluit esse hæredes. &c. ¶ Nam constat conditionem dictæ substitutionis deficisse ex quo exponitur Antolinum decessisse superstite dicta Lucia eius filia, sufficiat etiam vnicum extare descendentem, ad hoc vt dicatur deficere conditio illa substitutionis factæ per illa verba si decesserit sine liberis. l. vxori. C. qñ dies legat. ced. l. prima. C. de conditio. inser. l. nõ est sine liberis. ff. de verborum significatione. etiam si fœmina sit. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de legatis secundo. l. si ita qs. de testam. tute. in princ. l. 1. de verborum significatione. si ergo deficit conditio substitutionis sequitur ꝙ Lucia videt̃ per fideicommissum vocata post mortẽ Antolini, vt firmat Old. prout refert Sali. in d. l. prima. C. de conditio. inser. & per textum in l. Lucius. la 2. ff. de hæred. insti. ¶ Ac ẽt quia nullo alio respectu videntur fuisse adiecta d. verba si decesserit sine liberis nisi liberorum fauore. in consequentiam videtur ꝙ Lucia videatur vocata ex testamento: arg. l. seruo legato. §. si testator. de legatis j. & in l. fideicommissa. §. interdum. ff. de leg. 3. & in l. 2. §. si duo fratres. ff. de colla. bon. & in l. peto. in principio. ff. de leg. 2. ¶ Pro qua sententia facit etiam tex. in l. pen. de colla. dot.
1 † vbi verba enunciatiua etiam conditionaliter prolata dispositionem inducunt per quæ etiam nonnulli moderni hanc partem secuti sunt vt l. si cum dotem. in princi. ff. solu. matrimo. pro hoc etiam faciunt notata per Bart. in l. Gallus. ff. de lib. & posthu. & in l. si quis eum. §. j. & in l. cohæredi. §. fina. per illum tex. ff. de vulg. & pupil. vbi concludunt ꝙ per hæc verba conditionaliter prolata: si filius meus me viuo moreretur nepotem instituo; videtur etiam filius institutus. ita etiam ergo dicendum est in casu præmisso eadem ratione: sic si dicta hæreditas per fideicommissum debeatur dictę Lucię, sequitur ꝙ illud idem ius fuit translatum in dictum Christoforum vigore dictæ emptionis. ¶ Minus dubium etiam videt̃ ꝙ si vellet Christoforus dumtaxat petere supplementum legitimæ illud facere posset sicut & Lucia potuisset iuxta l. omnimodo. C. de inoffi. testamen.
2 † & secundum magis communẽ opinionem doct. non obstaret cursus quinquennii agenti ad
a supplementum,[a] quicquid dixerit Bart. in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. cuius opinio magis communiter damnatur p omnes, & Bal. in repeti. l. pater filium. ff. de inoffic. testamen. & C. in quibus c. in integ. resti. non est necessa. & per Angel. in l. Papinianus. §. si conditio. de inoffi. testamento. & Angel.
3 in authen. de trien. & semis. in prin. ¶ † Sed præmissis non obstantibus cõtrariam sententiam de iure probabiliorem puto. ¶ Nam primò ꝙ nõ videatur Lucia vocata ex testamento Maxii per fideicommissum ad hæreditatem post mortem Antonii est magis communis opinio quæ fuit originaliter opinio gl. in præallegata. l. Lucius. in gl. fin. quam ibi sequitur Iac. de Are. Sal. Ray. Bart. Bald. Angel. & Iaco. de Imo. & ita fuit de facto iudicatum. vt ibi refert Ang. ¶ Et etiam sequitur idem Io. And. in additio. Spec. in titu. de testa. §. primò in addi. quæ incipit. huic quæstioni accidit bimembris quæstio Petri de Ceruitis: vbi format quæstionem. Quidam habens fratrem & nepotem ex eo dictũ nepotem instituit, & si decederet sine liberis substituit patrẽ dicti hæredis si viueret, alias substituit Titium suum nepotem: postea viuo testatore nepos prædictus mortuus est relictis ex se liberis, ac etiam mortuus est pater dicti hæredis; postremo decessit testator. quærebatur an filii dicti hr̃dis instituti an verò Titia vel ꝓximiores ab intestato testatoris succederent; & finaliter concludit ex pluribus locum esse successioni ab intestato. ꝙ licèt in casu præmisso existentia liberorum hæredis instituti excludat dictos substitutos, tamen ipsis nihil accrescit: quia secundum eum etiam si dictus hæres institutus vixisset & audiuisset, non fuisset astrictus iure substitutionis vel fideicõmissi illud relinquere filiis, nec impeditus fuisset bona hæreditaria distrahere: allegat. ff. de legat. j. filiusfamilias. §. cum quis, iuncta l. si quis ita hæres instituatur si legitimus l. Lucius. cum ibi nota. ff. de hære. insti. & idem tenet Bartol. post Richa. Malum. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupi. in ver. quæro vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis. &c. Et Bart. in l. si sic. ff. de leg. 3. & in d. l. si cum dotem. in prin. & sequitur Bal. in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. in vlti. colum. & in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. in 15. col. vers. venio ad secundum si ad successionem intestati. &c. in l. quod scitis. circa penult. colum. C. de bonis quæ lib. & in l. j. in aliquibus lecturis. C. de condi. inser. & in l. potest quis. de vulg. & pupil. per illum tex. Ioan. de Imol. in d. l. si filiusfamilias. §. cum quis. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebellian. vbi de hoc est textus cum glo. in verbo defecisse. ibi dum glo. dicit nec ipsi habent, &c. & idem ibi concludit Ludo. Roma. per illum tex. referẽs se disputando idem decidisse. idem etiam tenent Petr. de Ancha. in consi. 133. Principaliter ponderãdum. & in c. licèt. de voto. & in c. si pater. de testa. in 6. & in rep. in c. in præsentia. de proba. in versi. 10. quæro pone. &c. & ibi pro hoc allegat dictam l. ex facto. §. ex facto. & ita dicit consuluisse Rayner. &
b ista pars communiter[b] approbatur per scribentes, potissimè, qa filii fuerunt per modum conditionis nominati: ideo non possunt dici ex testamento vocati tanquam substituti, l. ex facto. la 1. de hæredib. instit. l. si quis sub conditione. ff. de condit. insti. pro hac communi opinione quidam etiam dicũt esse textum. l. j. C. de pactis. tamen magis adhæreo superiorib. fundamentis. ¶ Nec obstat huic sententię. l. Lucius. in fine ibi: non enim fratrem solum hæredi prætulit: sed etiam eius liberos, &c. quia respondet glo. & doc. omnes ibi & in locis præallegatis ꝙ prætulisse videtur liberos, scilicet ab intestato nõ adita hæreditate per institutum cum dicti liberi essent proximiores ab intestato ipsi testatori: ideo autem videntur vocati ex testamento per superius dicta. simile no. gl. & doct. in d. l. si quis instituatur hæres in legitimis, vbi si testator dixit si legitimus hæreditatem meam vendicare noluerit Titium instituo talis legitimus successor hæreditatem vendicans non dicitur vendicare ex testamento sed ab intestato. quanquam fuerat in testamento nominatus, quia non fuit nominatus dispositione legis dispositiuè sed conditionaliter successiuè. ¶ Non obstat ꝙ illa verba si decesserit sine liberis, videantur adiecta liberorum fauore: & per consequens videantur vocati ex testamento: qa respondeo ꝙ satis dicunt continere liberorum fauorem quamuis ex testamento vocati non videantur, quia ab intestato successuri essent liberi in illis bonis: nõ ergo sequtur ꝙ per hoc dici debeat Luciam fuisse vocatã ex testamento cum solũ in conditione & nõ in dispositione nominata fuit. ¶ Minus etiã obstare videtur dicta l. seruo legato. l. peto. cũ si. quia verba ibi fuerunt dispositiuè prolata non conditionaliter, prout in casu nostro. ¶ Nõ obstat. l. pen. ff. de collatio. do. quia ad illam respondeo prout respõdet Bart. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. in verbo sed oppono. d. l. Titia. cum seq. &
4 Canonistæ in c. fi. de succes. ab intesta. † ꝙ verba enunciatiua conditionaliter prolata propter aliud non inducunt dispositionem d. l. ex facto. §. ex facto. & l. si quis sub conditione præterquam in aliquo antecedenti vel sequenti, quod sit necessarium ad implendum illud quod in conditione dispositum est: ita loquitur tex. in d. l. pen. & tex. in l. denique. §. interdũ. de pecul. leg. & in l. Proculus. in princip. ff. de vsufru. nam in casu dictæ l. pen. pater in testamento cauit ꝙ si filia fratribus confert dotem & quædam alia quæ ipse testator sibi nubenti addiderat pro certa parte ad hr̃ditatẽ vocaret̃, dr̃ ibi qđ si filia ab hr̃ditate abstinuit nõ põt a fratrib. cõpelli ad dotẽ cõferendam, qm̃ pater voluit filiam alterutrum habere. s. vel partem hæreditatis & dotem cum cæteris bonis fratribus conferre, vel dotem & dicta bona habere præcipua. & hæc est rõ, qa cũ pater dicit si filia dotem & cætera quæ sibi nubẽti tradidi cũ fratribus conferret, pro parte hæredem instituo. sequit̃ de necessitate qđ pater voluit dominium dictorũ bonorũ trãsferri in filiã: qa alias nõ potuisset filia dicta bona conferre vt disposuit testator: qa collatio est rei proprię in cõionẽ latio. vt

in l. 1. in prin. ff. de colla. bon. & in l. si soror. & in l. illã. ad si. C. de colla. & no. doc. in l. si emancipati. C. de col. post glo. in ru. ff. de colla. bon. & plenè Bar. in l. pater filium, de colla. do. ¶ Non mirandum ergo si filia abstinente ab hæreditate patris dos præcipua cum aliis bonis prædictis residet apud eam, stãte regula ꝙ abstinens ab hæreditate nunquam conferre tenet. l. ex causa. C. familiæ ercis. l. fi. ff. de colla. do. & hæc fuit ratio decisionis positæ in d. l. pen. sed in casu nostro non erat necessarium liberos Antolini intelligi vocatos ex testamẽto ad hoc vt verificetur vel non verificetur dicta conditio substitutionis factæ in testamento Maxii, sed solum debet attendi existentia vel non existentia liberorum ad hoc vt substituti vocẽtur. ¶ Prædictis etiam non obstant not. p Bart. in l. Gallus. cum cõcordan. de lib. & posth. quia respondeo ꝙ communis sententia glossatorum & doctorum est in contrarium videlicet ꝙ p illa non videatur institutus filius, & notant gl. Bal. Ang. & Io. de Imo. in d. l. Gallus in prin. & Bal. in l. posthumorũ. per illũ tex. in verbo ne. ergo. ff. de iniusto test. & Bal. in l. si ita. §. fi. ff. de lib. & posth. & in l. humanitatis. in 3. col. in ver. tertio op. & vr̃ ꝙ pteritio &c. C. de impube. & aliis substitu. & in §. hæres, insti. eo. ti. & late Bald. in repe. l. in suis. ff. de lib. & posth. in 18. col. in ver. quid si non facit, &c. & in d. l. cohæredi. §. fi. vbi refert ibidẽ hanc partem tenere Dy. & An. de Pisis: & idẽ etiam tenet Ang. Raph. Cu. in repeti. l. si filius qui in potestate, in secunda oppositione. ff. de lib. & posth. & mouetur doc. per plura. & maximè per d. l. Gallus. §. idem credendum. ver. nam si nepos. & in §. in omnibus. & per dictã l. si quis eum. §. fi. de vul. & pu. vbi videtur casus non violando literã & in l. si mater. §. j. eo. ti. & in l. ex facto. la j. de hære. insti. & per notata per gl. in d. l. si quis hæres instituatur si legatarius, & qa hęc est cõis opinio a qua in iudicando non est recedendum: ideo vlterius insisto. ¶ Vel rñdeo quod si bene ponderentur verba Bart. in d. l. Gallus. in princ. & d. l. si quis ita hæres instituatur si legitimus. & in d. l. cohæredi. ipse nõ dicit ꝙ per prædicta verba filius videatur in testamento institutus, sed dicit ꝙ per talem præteritionem filii testamentum nõ redditur isto casu nullũ, quia filius vr̃ vocatus ab intestato: & ideo nulla fit iniuria licẽt nõ instituatur per dictam l. si quis ita hæres, cum gl. ¶ Nec obstat etiam d. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. de qua opposuit Bal. in præallegata. l. cum acutissimi. quia clara colligitur responsio ex illo tex. cum ibi no. per gl. & doc. quia illa verba ibi dispositiuè prolata fuerunt videlicet eum qui ex vobis vltimus decesserit cum morietur instituitur, &c. faciũt præsumi testatorem tacitam substitutionem fecisse. ¶ Quantum autem ad ius petendi supplementum legitimæ libenter vidissem verba instrumenti emptionis, tamen quia puto verba esse latissima & comprehendentia non solum id quod debebatur Luciæ ex testamento, sed etiam aliter quomodocunque in bonis & hæreditate dicta quodam Maxii & Antolini.

5 † Nam si solum faceret mentionem de iure competente ex testamento non veniret supplementum legitimæ: quia illud nõ debetur ex testamento sed extra testamentum condictione ex l. omnino. ideo si verba fuerunt lata prout dixi, non posset negari quin supplementum legitimæ peti posset, tñ quò ad considerandum qualitatem legitimæ & supplementi dico attendi debere qualitatem bonorum & patrimonij quæ erant tempore mortis Antolini. vt l. patronum ex debita. §. si ex bonis. ff. de bon. libe. & l. cum quæritur. ff. de inof. test. ¶ Et prædicta vendicant sibi locũ si vendita seu cessa fuerũt iura competẽtiã Luciæ in hæreditate Antolini in cuius hæreditate debebatur legitima seu dos ad supplementum legitimæ, secus tñ si cessa essent iura competentia Luciæ in heredidatẽ Maxii, quia iura competebãt Luciæ in hæreditate Maxij a quo non censetur fuisse vocata, vt supra dixi. Et quam primum fuit adita hæreditas Maxii per Antolinum desijt dici, &c. esse hæreditas Maxii. &c. fuit effecta patrimonium Antolini, quo mortuo illa diceretur esse hæreditas Antolini Maxii. vt l. j. §. veteres in gl. ff. de acqui. pos. & no. gl. in l. hæres. §. seruum. ff. de acquirenda hęreditate. & l. pro hæreditaria, de acquirendo rerum domi. &

6 no. Bart. post gl. in l. 2. de fideicom. hære. peti. ¶ † Circa aliud dubium scilicet an dictus Petrus & frater petere possint reddi rationẽ administrationis dictæ hæreditatis per Christoforum & sic consequi fructus consumptos pro victu suo & vsuras seu rerũ æstimationẽ ac etiam pensionẽ domus: conclusiuè respondeo dictũ Christoforum teneri ad reddendam rationẽ administrationis sicut tenet quilibet neg. ges. l. 2. de neg. gest. iudicium enim pro quo intentat actio neg. ges. dicitur ex ge nerale sicut qñ intentat super actione tutelæ de cuius natura est quod reddatur ratio, vt l. pro socio arbiter. ff. pro socio. l. j. & per totum. ff. de tute. & ra. distra. & no. in l. 1. in prin. ff. de eden. & in l. edita. C. de eden. in quã rationis redditione habebitur ratio fructuum consumptorũ nisi probaretur ꝙ mater eorum quæ erat vxor dicti Christofori non habuisset aliunde vnde se alere posset ex dote vel ex facultatibus viri: quia tunc filius tenetur matrem alere. l. 1. §. sed nonnullis. ff. de tute. & ra. distra. ¶ Quò autem ad pẽsionem domus dico quod Christoforus tenet ad pensionem videlicet quanti vsum illius habitationis conducturus fuisset, vt notat Bart. in l. in summa. §. pen. per illum tex. ff. de cõdictio. indebi. & Bal. in l. cõtractus. C. loca. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de loca. §. postquam. in addi. quæ incipit secundum Roffre. &c. nisi necessaria vel vti-

* lis fuisset dicta familiaris habitatio Christofori & vxoris* cũ dictis Petro & fratre. per id quod legit & notat Bal. in l. quicquid. C. arbi. tute. iunctis notatis per Bald. in d. l. contractus. ¶ Circa sequens dubium an Christoforus possit petere expensas quas dicit fecisse prædictis pupillis in domo hereditatis prædictæ an præsumatur fecisse de bonis hæreditatis. Breuissimè concludo quod de dictis expensis debet haberi ratio in administratione tutelæ: quia si eas fecit Christoforus non debuit suis sumptibus eos alere, sine dubio tñ in dubio præsumitur eum fecisse de bonis ipsorum Petri & fratris, quæ administrauerit dictus Christoforus vt est tex. in l. Nesennius. & ibi no. ff. de neg. ge. & no. Bar. in l. alimenta. C. de neg. gest. tamẽ facit. l. fi. ff. de peti. hære. ¶ Est verum ꝙ Petrus & frater qui alimenta receperunt in dicta domo non possunt dicere ꝙ nec de suo nec de bonis Christofori fuerunt alimentati sed aliunde, & sic grauius onerarent Christoforum in redditione rationis administrationis bonorum si nollent in redditione rationis computari aliquas expensas factas pro victu ipsorum Petri & fratris vt est casus in l. fin. C. de alimen. pup. præstan.

7 ¶ † Quantum autem ad dictam protestationem & præceptũ seu præceptionem termini ad agendum, dico quod quamuis protestari cuiquam liceat vt in iuribus vulgaribus, tamen iudex dictum terminum præfigere non debuit sine causæ cognitione & absq; citatione dictorum Petri & fratris per l. Titia, cum ibi notatis. ff. de accu. & l. si ea. C. qui accu. non pos. iuncta l. a procedente. C. de dila. & l. de vnoquoque, de re iudi. & his quæ no. Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. cum si. de offi. proconsul. imò fortius dixit singulariter Ang. in auth. de hære. & falci. in §. si quis autem. quod non potest statui ter

* minus ad agendum nisi procedat bina monitio * per tex. in §. si quis autem pro. in aut. de ecclesia. titu. & ibi etiam not. Angel. & sic dicta præfixio termini ad agendum non tenet. & dictus Petrus & frater agere poterunt, & obtinebunt stantibus prædictis.

ADDITIONES.

a ¶ Supplementum. infra eo. consi. 128. nu. 5.

b ¶ Communiter. vt infra lib. 2. consi. 109. col. 2. late consi. 195. consilio 199. & lib. 3. consi. 22. nu. 10. & lib. 7. consi. 202. Gui. Pa. deci. Dephi. 39. consi. 25. Soci. rep. l. cum auus. col. 78. cum seq. de condi. & de. Anto. Cor. in repe. vers. substitutio. Phi. Cor. l. j. C. de condi. inser. consi. 76. lib. 2. Cur. senior consi. 45. col. 5. consi. 73. nu. 2. Bertrã. consi. 374. Viso casu. consi. 397. Viso consue. lib. 2. consi. 105. Pace salua. consi. 272. ad fi. lib. 52.

* Et vxoris.] Bald. in d. l. contractus. dicit quòd mulier habitans post mortem mariti in domo, tenetur ad pensionem, nisi habitasset iure familiaritatis cum hæredibus viri. Natta.

* Monitio.] Istud dictum Ang. improbat Alex. in l. fin. col. 1. de fer. vbi etiam Ias. latius col. 4. & vide Ias. in l. rem, quæ nobis col. fi. ff. de acq. pos. Et vide Matthe. decis. 264.

SVMMARIVM.

1 *Testes quo modo probant quem alium occidisse ad sui defensionem. nu. 3. & 6.*

2 *Aggressus præsumitur occidisse ad sui defensionem.*

4 *Aggressus non tenetur fugere.*

5 *Statutum imponens penam corporalem, requirit dolum.*

7 *Testimonium credulitatis cum iusta causa scientiæ valet.*

8 *Defensio probatur per testimonium credulitatis.*

9 *Testes probant licèt non recordentur de tempore.*

CON-

CONSILIVM CIX.

Visis & vt oportet cõsideratis omnibus quæ in processu inquisitionis contra Ioannem Frãcíscum de Fano formatæ continentur, & sententiis superinde latis à quibus appellatum est ex parte dicti Io. Fran. banniti & condemnati in pœna capitali cum bonorum cõfiscatione. ¶ Et uidendum an partes iudicis vltimæ appellationis sint in pronunciando male iudicatum & bene appellatum: quia quod probatũ est per plures testes Nicolaum cum cultello per Ioã. Franciscum vulneratum fuisse & exinde eum mortuum esse, quia in dubio præsumitur eum mortuum ex vulnere: * quia effectus. i. mors causam ostendit, vt in prooemio. ff. §. pe. ver. quos enim ludos. & l. rem non nouam. in fine. C. de iud. & in l. si non cõuicii. C. de iudiciis. & in l. 1. C. de sica. & ita inquit Bal. in prœmio. fforum. in prin. 3. col. ¶ Bene facit. l. huic scripturę. §. si seruus. ff. ad l. aqui. ibi dum dicit ꝙ mortuo eo demũ aperuit, &c. & idem sentit Bal. in c. 1. in prin. qui. mod. feudum amit. & Ang. & Sal. C. de emenda. seruo. l. 1. ¶ Et maximè si vulneratus post vulnus non surrexit & ambulauit, vt no. Bar. in l. fi. ff. de sica. per id quod no. gl. in l. 1. C. de emenda. seruo. bene facit tex. in c. 2. de cle. percusso. & in c. Ioan. in ver. decesserit. de ho. ¶ Dicit etiam Bal. in prooemio. fforum. in prin. allegato ꝙ istud etiam potest perpendi ex qualitate instrumenti. c. significasti. el 2. de homi. & constat luculenter cultellum ferreũ esse genus instrumenti ex quo hoc argui potest. l. 1. §. diuus. ibi nam si gladiũ, &c. ff. ad l. Cor. de sica. & dolus etiam & propositum occidendi in Io. Francisco esse præsumitur. vt in d. §. dolus. & in d. l. 1. C. de sica. ¶ Et dato quod non habuisset animũ occidendi sed vulnerandi, tamen debet puniri de occiso si mors secuta est, vt probatur in c. sicut dignum. de homicid. in versi. illi autem. & ibi no. doc. in c. fi. de homic. lib. 6. no. Bar. in l. diuus. de sica. in fi. ¶ Nec ad hoc obstare videtur si dicatur quod per testes & maximè per magistrum Pasinum & magistrum Franciscum & per Ant. probatum sit Ioan. Franciscum ad sui corporis tutelam Nicolaum Blanchum vulnerasse: quia vr̃ responderi posse ꝙ testes ibi non probant. ¶ † Tum quia ad hoc vt probet testis aliquem occidisse hominem ad sui defensionem expedit ꝙ testis dicat ꝙ occidens illud ad sui necessariam defensionem * fecit, vt not. Bald. in l. vnica. C. de confes. in 12. col. & per notata in l. 1. C. vnde vi. Pro quo videtur tex. in c. 1. §. 1. in verbo non necessariè. in ti. de pace tenen. facit l. quemadmodum. §. si nauis alteram & quod ibi notat Bald. ff. ad l. aquil. in l. scientia. §. qui cum aliter. eo. tit. ¶ Tum etiam quia dicti testes deponunt de crudelitate sua non de certa sciẽtia. testis autem qui deponit de credulitate non probat: quia de certa scientia deponere debebat. 5. q. 2. relatum. 4. q. 2. & 3. testis. & not. gl. & doc. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & Spec. in ti. de teste. §. 1. ver. item quod disposuit credulitatem: & per Cyn. in l. testium. C. de testi. ¶ Adeo ꝙ etiã si testis diceret se pro certo credere, non probaret secundum Bald. in l. siue possideris. C. de probat. nisi secundum eũ adiiciat originem suæ credulitatis & sensum corporis. allega. c. 3. loco. & in c. literis. de præsumptionibus. ¶ Nonnulli testes etiam ex prædictis deponũt per verbum videtur: & maximè magister Franciscus quo casu non probant, vt no. Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de teste. §. nunc tradendum. super versic. idem quoque. vbi inquit ꝙ intentio Spec. ibi est distinguere iudicium à testimonio. vnde dicit Io. Andr. ꝙ si testis dicit, ita iudico vel ita mihi videtur, nihil valet dictum eius in his quę solo sensu corporis percipi videntur, in illis autem quæ ratione mentis percipiuntur licèt canta ab aliquo sensu corporis illo expresso bene procedit tale dictum in teste secundum Io. An. & secundum istam distinctionem intelligitur id quod notat Bart. in l. 1. per illum tex. cum glo. ff. de ventre inspi. ¶ Et in proposito testem non bene deponere per uerbum videtur, firmat Ang. in repe. l. sciendum. in 2. col. de uerborum obligat. ubi pro hoc allegat nota. per Spec. in ti. de teste. §. 1. uers. item ꝙ non prohibet testimonium de visu, &c. vbi inquit ꝙ debet testificari de uisu suo, & sic per sensum corporis non autem per iudicium intellectus, vt dicto cap. testes. & l. testium. C. de testib. l. qui testamento. §. fin. de testi. ¶ Ac etiam non probant dicti testes eo quia interrogati in causa scienter respondent se scire ꝙ Ioan. Francis. uulnerauerit Nicolaum ad defensam suæ personæ eò quia fuerunt præsentes & viderunt: nam talis non videtur sufficiens ratio dicti sui. quia in his quæ percipiuntur magis per sensum intellectus quàm ꝑ sensum corporis non dicitur congruam rationem dicti sui assignare testis qui dicit se scire, quia vidit. vnde testis interrogatus qualiter scit quod Titius sit dominus fundi, respõdet scio quia vidi, non probat vt notat Inno. in c. cum causas de testi. & Spe. in d. §. nunc tractatum. versi. quid ergo si quis. ¶ Sed his non obstantibus contrariam sñiam de iure veriorem esse reor, eò quia Io. Francis. vulnerando vel occidendo Nicolaũ pro sui corporis defensione pœnam non meretur. l. 2. & 3. ad l. Cor. de sica. in l. 1. C. vnde vi. & d. l. scientiam. §. qui cum aliter. ad l. aquil. & in clem. 1. de homi. ¶ Sed ita est quod Ioan. Francis. hoc fecit ad sui defensionem aliter non valens personalem offensam euitare vt probant testes à defensore producti, & præsertim magister Franciscus, magister Pasianus & Petrus Anto. omnes contestes in loco & tempore. ¶ Nam magister Pasianus deponit ꝙ videri suo Nicolaus erat potens & procerę staturę: & ꝙ credit ꝙ si Io. Fran. voluisset discedere a rixa tempore quo adinuicem vnus aduersus alterũ inuicem irruebant cum armis, & quod Nicolaus vulnerasset eum & ꝙ inter eos non erat distantia nisi quantum erat longitudo cultellorum, & credit ꝙ Io. Fran. fecerit causa se defendendi. interrogatus in causa scientiæ dixit quia prædicta vidit & præsens fuit vrgentius probat magister Franciscus qui deponit se vidisse ꝙ Nicolaus fuit contra Fran. cum cultello in manu & videri suo animo vulnerandi & interficiendi eũ, & ꝙ tunc Io. Fran. retro fuit per tres passus & balotam plumbeam erga Nicolaum proiecit: & ꝙ postea Io. Fran. aufugit ꝑ quatuor vel per sex passus & videns se habere Nicola. prope voluit se & cultellum suum extraxit & vnus contra alium vicissim admenabat: quod vidit Io. Fran. defendendo se admenare contra Nicolaum & eum percutere in coxa & quod Io. Fran. erat grauis: & videri suo inhabilis ad currendum, & qđ Nicolaus erat agilior & leuior pede corporeq;, & quod credit quod Io. Fran. prædicta fecerat animo se defendendi: & quod Io. Fran. videns Nicolaum incessãter admenare cõtra ipsum causa vulnerandi eum habuit necesse vulnerare Nicolaum volẽs euadere ne vulneretur. interrogatus de causa sciẽtiæ dixit quia vidit & præsens fuit prout suprà: & ꝙ videri suo Nicolaus erat robustus & prosperæ naturæ & quod Io. Franc. videns se esse constrictum a dicto Nicolao habuit necesse pro sua defensione ne vulneraretur se voluere & defendere & fuit præsens & prædicta vidit &c. ¶ Idem concludit ser Antonius qui in effectu deponit qđ Nicolaus primò iuit cum cultello euaginato versus Ioannem Franciscum & quod Io. Fran. retrocessit vsque ad cantonum, & non volens extrahere suum cultellum proiecit balotam plumbeam erga Nicolaum. quo facto Io. Frãcis. aufugit & quod Nicolaus insequebatur eum fugientem & Io. Francis. reuoluit se & extraxit cultellum & ceperunt illo tunc inuicem admenare. & quod videri suo Io. Franciscus erat onerosus persona & non multum habilis ad currendum: & quod Nicolaus erat agilior & postquam adinuicem ceperunt admenare, si Io. Franc. voluisset aufugere non potuisset quin Nicolaus ipsum vulnerasset interrogatus de causa scientiæ dicit quod prædicta vidit. & subdit quod Nicolaus erat potens & robustus: quod vidit quod Nico. constringebat Io. Franc. ita quod videri suo fuit necesse dicto Io. Francisco se voluere contra dictum Nicolaum causa se tuendi & defendendi. ¶ Non possum ergo non admirari quod stantibus prædictis attestationibus fuerit condemnatus Ioan. Francis. pœnali capitali velut dolosus homicida.

¶ Dico igitur cum pace eorum qui nimis seueriter contrariũ iudicauerunt quod per testes tales constat innocentia Ioan. Fran. & liquet eum vulnerasse Nicolaum ad sui corporis defensionem ex pluribus. ¶ Primò, quia Nicolaus fuit ille qui primo fuit aggressus cum armis Ioannem Franc. quo casu in dubio ille qui aggressus est si certus non est se non esse in discrimine vitæ constitutum potest aggressorem suum occidere absque eo quod puniatur vt homicida. l. 2. in verbo dubiè &c. C. ad l. Cor. de sic. & ita notant ibi doc. maximè Bal. & in l. sed si quacunque. in prin. ff. ad l. aqui. & c. si perfodiens. & ibi notat glo in verbo legibus secularibus de hom. & glo. 23. q. 1. in summa. & glo. Bar. Bal. & Sal. in l. 1. C. vnde vi. & glo. Bar.

Bart.& Bald.in l.si ex plagijs.§.1.ff.ad l.aqui. ¶Et idem dicit
Bart.in l.sed si quacunque.per illum tex.vbi dicit esse casum
2 † quod vbicunque aliquis venit cōtra me cum gladio & ego
a statim o ccidi eum, est probata defensio mea. & idem notat
Bald.in l.multis.C.de liber.cau.& in l.vt vim.ff.de iust.& iu.
& Bar.in consilio incipiente Vanutius & Petri. ¶Idem etiam
tenent Canonistæ in clem.1.de homici.& ibi dicit Pe.de An
cha. quod glo.communiter tenent quod probata aggressura
& insultu si insultatus incontinenti percutit, semper præsu-
mitur ad defensam.subdit tamen quod Cyn. in l. 1. C. vnde
vi.dicit quod inspicienda est conditio personæ insultantis &
insultati vt modò ad defensionem,& modò ad vltionem præ-
sumere debeamus;& hoc est etiam de mente glo.in dicta cle.
1.dum dicit pro circunstantijs &c. secundum eum. vbi autē
de circunstantijs non apparet probatio insultus cum armis
quicquid durante rixu insultatus agit percutiendo aggresso-
rem præsumitur ad defensionem secundum Petr. de Ancha.
in dicta clem.1.dicentē se putare quod ita intellexerint glos-
satores in locis suprà allegatis. ¶Et ad hoc allegat glo.23.q.1.
in summa quæ tangit secundum eum quid si insultatus mo-
derationem excedat, non tamen ex proposito,& dicit glo. qđ
non tenetur:secus si ex proposito,vt not.etiam glo. fi. in c.si
gnificasti.el 2.de homi.credit tamē Pet.de Anch.in dicta cle-
men.1. quod etiam dato quod excedat modum ex proposito
non tenebitur de toto, idest de homicidio, sed de excessu: &
sic non tenetur pœna cap.hoc est pœna.l.Cor.de sica.allegat
casum nota.secundum eum in cap.olim. el 1. de resti.spo.&
not.Bal.in c.1.in prin.de resti.spoli.& not. Bal.in c.1.de pa-
ce tenen.& no.Io.And.in ca.significauit.de pœni.& remis.&
clarius not.Io.And.in addi.Spec.in rubrica de homi. & pro
batur in l.si adulterium cū incestu.§.imperatores. ff. de adul.
quam ad hoc allegat Bald. in l.vt vim.ff.de iusti.& iure. ¶ Et
no.Bal.in c.1.§.si quis verò.de pace tenenda.vbi post hęc sub-
dit in proposito quod rixa & metus instantis periculi & ma-
ximus dolor sunt de his quæ tollunt consilium deliberandi.
l.Gracchus. C. de adul.& in d. §. Imperatores. & sic faciunt
istam tolli præsumptionem ꝙ quis excedat modum ex ꝓpo-
sito seu per dolum. ¶ Et ista potissimè procedunt in casu nr̃o
in quo est probatum per dictos testes ꝙ si dictus Io.Fran. præ
dicta fecisset, non poterat euitare quin fuisset in persona of-
fensus dicto Nicolao. ¶ †Ex quo infero ad secundum funda-
3 mentum videlicet ꝙ ad probandum ꝙ Io. Fran.fecerit ad de-
fensionem suam non requiritur ꝙ testes deponant ꝙ aliter nō
poterat Ioan. Francis. euitare mortem ; sed satis est ꝙ dicat ꝙ
non poterat euitare iniuriam personalem : ita formaliter di-
cit Bar.in l.1.C.vnde vi.& Ant.de But.in c.olim.el 1. in pen.
col.de restitu.spol.& Bar.in consil.suo incip.Vanutius Pet.&
probant hoc apertè per l.itemq;.§.1.& l.scientiam. §.qui cū
aliter.ff.ad leg.Aqui.& in l.furem. ff. de sicar. ¶Sed ita est qđ
testes deponunt ꝙ aliàs fuisset Ioan. Franciscus percussus a di
cto Nicolao, & ꝙ non potuisset aufugere Io.Franc.sine peri-
culo:& ꝙ non erat habilis ad currendum: & quod Nicolaus
erat prope ipsum & leuior velociorq; & agilior erat Io. Fran
4 cisco. ¶ †Quinimò secundum magis communem conclusio-
nem dato ꝙ potuisset aufugere non tenebatur Io. Franc.se cō
b mittere fugæ quia aliquem esse territum vel esse fugatū est
iniuria.l.item apud.§.1.de iniurijs.ita inquit Bart.Ang.& Sa
li.in d.l.1.C.vnde vi.& sequitur hoc Bald.in l.vt vim.de iust.
& iur.& Pe.de Anch. & do.Car.in cle.1.de homi.quia fugiē
do periculum est in casura: cui periculo non debet se subijce-
re.allegat in ar.l.2.§.pen.ff.si quis cau.& in c.accedens. vt li-
te non contest.idem tenet Bart.in consil.incip. Vanutius Pe-
tri.& Anto.de But.in d.c.olim.in pen.col. & dominus Abb.
modernus in c.significasti. el 2.de homi.& ista est magis com
munis opi. per prædicta a qua in iudicando non est receden-
dum,vt habetur in locis vulgaribus. ¶ Licèt Cyn.in d.l.vnde
vi.vt refert Bart.in l.vt vim, de iust.& iur.dixit ꝙ aut est per-
sona cui esset ignominiosum fugere, & non teneatur fugere,
aliàs sic: per dictum.§.qui cum aliter.iuncta.l.in eadem.ff.ex
quib.cau.maior. ¶Vel secundum Bal.in rep.dictæ l.1.C.vn-
de vi.in 6.col.dato ꝙ teneret fugere:illud esset verum nisi fu
ga importaret periculum salutis : vt quia inimicus est sibi ad
spatulas,& terga vertendo posset de facili vulnerari: vt per di
ctum.§.qui cum aliter. ¶Sed ita erat in proposito quia Nico-

laus erat valde propinquus Io.Franc.& contra eum admena-
bat & erat velocior in cursu quàm esset Io. Franciscus vt de-
ponunt dicti testes:ergo euidenter constabat ꝙ fuerat pericu
losa saluti Io.Fran.& ita etiam intelligitur id quod notat Bal.
in l.1.in 3.col.C.de ædi.ac.vbi tenuit ꝙ quis tenetur fugere
quando quis potest lucrari se: sed vbi fuga esset damnosa vel
vitiosa tunc non tenetur fugere ab eo a quo insultatus est : &
ita intelligit not.in clem. 1.de homicidijs. ¶Tertiò principa
liter considero ꝙ pœna in qua fuit condemnatus Io. Fran.ve
niebat imponenda ex forma statuti illi qui homicidium do-
5 losè commisisset vt reperio relatum in processu : † & dato ꝙ
statutum puniret simpliciter homicidium pœna vltimi sup-
plicij,tamen semper statutum intelligitur de homicidio cō-
c misso per dolum & sic ex proposito & animo occidendi : &
& non de homicidio culpabili commisso sine dolo & propo
sito occidendi.ita no.Bald.in l.data opera.circa 6.col.C.qui
acc.non pos.& in l.2.per illum text.C.de noxa.& ibidem ibi
notat Sali. ¶Et idem Anto.de But.in c.2.de const.vbi inquit
quod qñ lex vel statutum imponit pœnam afflictiuam per-
sonæ tunc intelligitur requirere dolū:allegat. l. in lege Cor.
ff.de sicar.& Bart.in l.quicunque.in 6.col. C.de seruis fugi.
& Sali.in l.pe.C.de sicar.& do.Car.in c.lator.de homi. ¶Pro
hoc quia statutum debet interpretari secundum ius commu
ne ne quis pœnam indebitè patiatur. l. quamuis. ff. de in ius
voc.& in d.l.2.C.de noxal.& no.in l.fin.§.in computatione.
C. de iure deliber. etiam si aliter statutum nihil adderet iuri
communi vt probatur ex notatis per glo. in d.§.in computa-
tione. & ibi hoc clarè notat Pau.de Cast.& Io.de Imo.in l. 5.
§.prætor.de damno infec. ¶Sed de iure communi regulariter
nisi interueniat dolus & propositum non imponitur pœna
mortis dato ꝙ interuenerit lata culpa d.l.in lege Cornelia,er
go &c. ¶Et ideo dicit Pau.de Cast.in l.2.ff.de leg.post Bal. ibi
ꝙ si statutum dicat ꝙ occidens occidatur,debet intelligi nisi
d dolosè & ex proposito nō occideret sed debebit aliter mitius
puniri iudicis arbitrio si culpa interuenerit: alle.no. per Bal.
in d.l. data opera.& dicit ipse hoc esse perpetuò menti tenen
dum : quia ignorantes iudices maleficiorum seruant statuta
ad literam vt iacent siue homicidium fuerit commissum do-
lo siue non. & neminem sani capitis profecto inueniri puto
qui dicere auderet stantibus dictis attestationibus ꝙ Io.Fran.
aggressus & insultatus a Nicolao vulnerauerit Nicolaum do-
loso proposito occidendi eum,sed ad propulsandum iniuriā
& futuram offensam ad quam irrogandam irruerat Nicolaus
cum armis aggrediens. ¶Et dato ꝙ in aliquo Ioan.Franc.mo-
dum seu tutelæ suæ defensionis excessisset, quod tamen nus-
quam video cum in tali defensione interuenerint omnia mo
deramina tradita per doc.in d.l.1. C.vnde vi.cum simi.attā-
men non per hoc potest dici eum teneri de occiso & doloso
homicidio & sic ad pœnam vltimi supplicij, vt dixi supra re-
ferendo conclusionem Io.An.in addi.Spec.in rubrica de ho-
micid.cum concordantijs. ¶Et id quod not.Bal.in c.1.§.si qs
de pace tenen.dum subdit quod rixa & metus instantis peri-
culi tollunt consilium deliberandi,& sic non videtur percute
re cum deliberato proposito occidendi. ¶ Restat ad allegata
in contrarium respondere : nam non obstat quod Nicolaus
præsumatur mortuus ex vulnere per Io. Franciscum illato,
quia omissa illa disputatione quæ pendet a relatione peritorū
in arte, dico quod attamen non debet puniri de occiso : quia
fuit vulneratus ad defensionem vulnerantis & sine dolo &
proposito occidendi,& ad propulsandum futuram offensam
a Nicolao insultante inferendam.vt in superioribus clarè est
ostensum. ¶ Non obstat ꝙ non est probatum per testes ꝙ Io.
Franciscus vulnus intulerit ad sui necessariam defensionem,
quia respondeo quod est probatum quod nisi Io. Franciscus
prædicta fecisset,vulneratus fuisset, & sic iniuriam personali
ter euadere non potuisset vt dicunt testes prædicti, & istud
sufficit:vt no.Bar.& alij in l. 1.C.vnde vi.& Ant.de Bu. in d.
c.olim. ¶Præterea dicit Bal.in l.solam.circa vltimam col.C.
6 de testibus. † quod sufficit ꝙ testis simpliciter dicat quod Ti
tius occidit Seium ad sui defensionem, quia defendere se est
quædam necessitas quam testis potuit videre per coarctatio-
nem loci & temporis:& ita dicit consuluisse Bar.in consi.55.
¶Non obst.ꝙ isti testes deponant de credulitate sua &c. quia
respondeo primò,ꝙ negari non potest,ꝙ magister Franciscus
& Petrus

& Petrus Antonius absque verbo credulitatis deponant qđ Nicolaus fecit insultum contra Ioan. Franciscum: quia dicunt quod primò iuit cum cultello euaginato contra Ioan. Franciscum, & quod Ioan. Franciscus aufugit, & sentiens Nicolaum prope se reuoluit & dum adinuicem admenarent percussit Nicolaum: quia insultus nihil aliud est quam in alium saltus. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. & ibi Bar. in l. is qui aggressorem. C. de sicar. & quod notat Bald. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. & Bal. in l. 1. §. similiter. in tit. quibus modis feudum amit. & occasione talis insultus cum armis potuit Io. Franciscus vulnerare aggressorem vt supra dictum est. ¶ Præterea cum duo vltimi testes de ponunt de necessaria defensione non deponunt per verbum credulitatis: nam dicit magister Franc. quod Io. Fran. videns Nicolaum incessanter admenare contra ipsum causa vulnerādi eum: habuit necesse vulnerare eum volens euadere ne vulneretur: interrogatus in causa scientiæ dixit quia vidit prædicta & similiter Pet. Antonius absolutè dixit quod postquam prædicti ceperunt adinuicem admenare si Io. Fran. voluisset aufugere non potuisset quin Nicolaus personaliter vulnerasset: & interrogatus de causa scientiæ dixit quia vidit prædi-
7 cta &c. ¶ † Vnde dato quod isti testes subiungerent aliqua verba credulitatis non per hoc infringeretur dictum eorum: vt no. Spe. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs in fin. vbi dicit ꝙ iudex repellere debet astutiam quorundam aduocatorum studentium dicta testium annihilare: nam in fine sui interrogatorij dicunt ita: item quæratur an credant ea quæ deposuerunt esse vera. Nam licèt testes responderint se credere, attamen pro hoc non infringetur dictum testis. ¶ Et idem Io. An. in c. inquisitionis. de accu. & Ant. de But. in c. quoties. de test. item respondeo per ea quæ dixit Host. in c. in præsentium. in princ. de testi. in 6. Ant. de Bu. in d. c. quoties. vbi dicit quod si testis deponit per verbum credulitatis etiā si causa assignata per testem concludit scientiam, nō inficitur dictum testis: quia illud quod quis scit etiā illud credit: vt no. in c. causam. de iur. calum. & in c. cum olim. de re iu. & in l. 2. §. quod obseruari. & ibi no. Bar. C. de iura. calum. sed dicti testes assignāt rationem dicti sui. ¶ Et per hęc verba seu per causam quia fui præsens & vidi. ¶ Per quam causam dicuntur dicti testes cōcludenter probare defensionem seu defensionis scientiam, vt concludit Bar. in consil. quod incipit Quidam Masiolus &c. & infra dicam: ergo tales testes probāt. ¶ Facit quod no. Bar. in d. l. 2. §. quod obseruare. in 3. col. C. de iura. calum. vbi inquit ꝙ si testis dicat se credere illud quod prius per veritatem affirmauit, non per hoc euanescit testimonium per ea q̄ not. glo. & dicit etiam menti tenendum. ¶ Et idem not. Bal. in l. 1. §. conuenticulam. in 6. col. C. de epi. & cler. vbi dicit quod si testis dicit credo, & assignat rationem quia vidit & præsens fuit prout in proposito nostro quod testis probat: quia ratio semper attenditur: allegat no. in d. l. solam. de testi. & idē no. Bal. in d. l. solam. in 6. col. ¶ Annectunt etiam causam scientiæ dum dicunt ꝙ Nicolaus erat velocior & agilior in cursu & potens & admenabat cum cultello contra Io. Franc. astantem: quæ omnia ostendunt ꝙ aliter non poterat euadere vt etiam docet experientia quæ est efficax rerum magistra. c. quā sit. de elect. li. 6. ¶ Præterea hoc in terminis nostris dicit Bar. in consi. inci. Vanutius Pet. vbi in hac materia plura dicit, & inter cætera inquit ꝙ lex præsumit ꝙ ille qui insurgit cū cultello contra aliquem velit eum occidere. alle. l. 1. §. diuus. ff.
8 de sica. & in l. is qui cum telo. C. eo. ti. † & ꝙ testis deponens ꝙ Titius occidit hominem ad sui defensionem probat licèt
e deponat per verbum credo. [e] quia secundum eum hoc ꝙ Titius occidit hominem ad sui defensionem stat in intellectu ipsius testis, vnde non potest deponere nisi per credulitatem secundum Bar. qui subdit ꝙ solùm restat considerare an ea q̄ vidit testis, fuerint sufficientia ad inducendam credulitatem prædictam in teste. ¶ Et ideo si testis dicit Titium esse insultatum ab altero cū armis seu percussum ex hoc apparet ꝙ erat in discrimine vitæ constitutus. l. 2. & 3. C. de sica. & dictum est supra ergo præsumitur ꝙ ad sui defensionem fecerit vt in legibus proximè allegatis secundum Bar. ¶ Et sic ibi est decisio vt in terminis nostris si bene consideretur. ¶ Pro hoc facit quod not. Cyn. in l. testium. in 5. q. C. de testib. & Io. And. in addi. Spec. in ti. de teste. §. 1. super versic. item ꝙ deposuit de credulitate. & Ant. de Bu. in d. c. quoties. videlicet ꝙ quoties credulitas testis est munita rationibus concludentibus ad veritatem dicti testis tunc testis probat. c. literas. de præsum. l. 1. §. 1. de ven. inspi. sed ita est in proposito quia credulitas istorum testium est munita illa ratione videlicet ꝙ Nicolaus fuit aggrediens & insequebatur Io. Fran. cum cultello euaginato & erat prope ipsum & velocior erat eo, ergo &c. ¶ Et per prædicta etiam patet responsum ad id quod dicebat quod testes deponunt per verbum videri, quia per omnia respondeo ijsdem modis, quia eadem est ratio vtrobiq;. ¶ Vel respōdeo ex his quæ no. Bar. in tractatu de teste. in 4. col. & in l. quid tamē §. si arbiter. ff. de arbi. vbi vult ꝙ vbi verbum videri iungitur cum sensu corporis tunc testis probat: sed ita est ꝙ hic est iunctum verbum videri cum sensu corporis, quia testis dicit ꝙ vidit prædicta & præsens fuit, ergo &c. ¶ Vel aliter posset respondere vt patet ex notatis per Io. And. in tit. de teste. §. nūc tractandum super versi. idem quoque. cuius verba retuli suprà circa argu. nostræ partis: iunctis nota. per Barto. in dicto consil. Vanutius Pe. cuius verba proximè retuli. ¶ Nec obstat ꝙ ratio assignata per testes dum dicunt se scire quia viderūt, non est sufficiens causa ad probandum defensionem per no. p Inno. in d. ca. cum causam. quia respondeo ꝙ in contrariū est veritas vt concludit Bar. in consi. inci. Quidam Masiolus. vbi dicit ꝙ quædam sunt quę sensu percipi non possunt nisi per
* causas valde remotas vt puta si aliquis sit dominus fundi. * est enim necesse ꝙ viderit eum acquirere titulo & possidere longo tempore & similia, & in his est necesse ꝙ reddatur causa limitatè & expressè de his quæ percipiuntur sensu aut per causas propinquas & immediatas, & in his sufficit ꝙ testis reddat causam per sensum corporis licèt particulariter nō exprimat ea quæ percipit per sensum. Exemplum, si testis vult probare ꝙ vinum est boni saporis sufficit ꝙ reddendo causam dicat, quia gustaui: vt no. Innoc. in d. c. cum cām. & Iac. de Are. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. per Cyn. in d. l. testiū. & tamen certum est quod bonitas vel malitia saporis percipitur iudicio intellectus, tamen quia gustus est proxima causa illius iudicij quia gustauit, dicimus talem testem probare: ita dicit Bart. in proposito ꝙ licèt facere ad sui defensionē vel nō sit aliquid quod percipitur iudicio intellectus, visus est tamē proxima causa istius iudicij: nam ex eo ꝙ vidit fieri in rixa ex quo scit an fecit ad sui defensionem vel non; ergo cum testis reddit causam sui dicti quia vidit, sufficit secūdum Bart. in d.
* consil. de quo consil. fecit etiam mentionem Bal. * in d. l. solā.
9 in vlti. col. ¶ † Non ob. etiam si diceretur ꝙ magister Franciscus dicit se non recordari de tempore: quia respondeo ꝙ licèt vnus ex duobus testibus interrogatus de tempore dixerit se non recordari tamen probat, vt no. Spec. in ti. de teste. in §. iam de interrogatorijs. versi. item de tempore. per id quod habetur in c. cum Ioannes. de fide instr. & no. Inn. in c. qualiter & quando. el 2. de accu. & no. Bal. in l. si librarius, de reg. iur. allegat quod no. in l. testium. C. de test. & no. doct. in ca. ex tenore. & in c. cum causam. de testib. nec etiam dici possent singulares dicti testes postquam in facto principali sunt concordes dato ꝙ in aliquibus qualitatibus & circunstantijs sunt discordes, vt no. glo. in clem. dudum. in verb. substantia. de conuer. cōiu. & in c. cū ecclesia. de cau. pos. & ꝓprie. & Bar. in l. eos. ff. de fal. & Bald. in l. 1. in pen. col. C. de testa. in l. qui sententiam. per ilium text. C. de pœnis. & in l. 1. ad finem. C. si vnus ex pluribus.

ADDITIONES.

* Ex vulnere] De vulnere, an sit mortale, vide consil. Bald. positum in lectu. Bald. super insti. ad fi. & de materia plenū consi. Decij. 415. Viso eleganti. & adde, quòd si periti sunt in diuersis opinionibus an ex vulnere quis mortuus sit, contra percussorem iudicatur. Bald. in c. j. quib. mo. feudum amitta. Sequitur Dec. in c. proposuisti. col. 5. de probatio. Et vide latum consi. Soci. 178. lib. 2. & Feli. latè in c. presbyterum, de homicid. Alberi. de Rosa. in 2. parte Statuto. q. 36. Et quid si tarde adhibuit medicos. Al. consi. 184. col. 2. libr. 7. alias 183. & in materia Grammati. voto. 24. Hippo. in practi. crimi. §. & quia, num. 16. Vide Ang. plenè in tracta. malefi. in verbo, Ex interuallo. Cæpoll. consil. 40. dub. 3. Vbi, quid si recidiuat; de quo per Bald. in l. maritus. ff. loca. Bal. eleganter consi. 328. an vulnus. lib. 2. & consi. 136. proponitur eo. li. & consi. 237. Ad euidentiam, eo. lib. Cuma. consi. 134. Visis. & Florian. no. in l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil. Natta.

* Defensio-

* Defensionem.] Contraria opin. verior, vt latè per Ias. in l. vt vim co lum. 1. ff. de iusti. & iur. Natta.
a ¶Defensio supra consil. 76. num. 4.
b ¶Fugæ. Ange. trac. malefic. versi. & dicti Titi. se defen. col. 5. Hippo. Marsil. l. 1. ff. ad l. Cor. de sicar. & in prac. §. quoniam 2. 86. cum seq. pulchre Bal. consi. 312. Visis actis. lib. 4.
c ¶Dolum infra consi. 140. col 2. lib. 2. Alex. Ias. l. 1. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc. est vi. Ias. l. 1. ff. de legib. l. 2. col. pe. si quis in ius voc. non ier. l. sororem. C. de his qui. vt indig. consi. 137. col. 1. lib. 1. Paul. consil. 277. lib. 2. Deci. consil. 234. consil. 482. & in c. 1. lec. 1. colum. 5. de consti.
d ¶Mitius supra consi. 76.
e ¶Credo supra consil. 76. in fi. Ang. trac. malefi. versic. & dic. tit. si de feu. col. 5. Hippo. Marsi. sing. 19. & in rub. de proba. fo. 4. l. de minore. §. plurium. num. 72. ff. de quæsti. Ias. l. vt vim. col. 1. ff. de iusti. & iure. l. non solum. §. sciendum. col. fi. de ope. no. nuncia.
* Feudi.] Nota qualiter probatur dominium per testes dicentes, ꝙ viderunt eum acquirere cum titulo, & longo tempore possedisse, est enim tunc probata præscriptio, qua mediante acquiritur dominium. Natta.
* Bal.] Meminit etiam de eo. consil. 312. libr. 4. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Possessor antiquior recentiorem vincit.*
2 *Indefinita non æquipollet vniuersali dicto testis.*
3 *Ratihabitio non prodest nisi fiat re integra.*
4 *Iura si quis habet meliora in petitorio præfertur in conflictu possessionum.*
5 *Testibus affirmantibus plus creditur quàm negantibus.*
6 *Possessio longi temporis arguit bonam fidem etiam contra ius commune.*
7 *Hæres possessoris malæfidei potest ex sua persona inchoare præscriptionem.*

CONSILIVM CX.

* Diminutio.] Iste tex loquitur in re non preciosa,& sterili, Vnde fit diminutio sextæ partis, ne teneatur ecclesia ad sterilitatem, & ponderat hoc etiam Aret.in d.§.qui naufragio; Bart.Veron.in tracta.de contrac. simula.præsum.3. col.1. tenet contra Alex.hic emphyteutæ soluenti iustam pensionem, non fieri remissionem, nisi tota res pereat.quia soluitur pensio in recognitionem dominij non habito respectu ad fructus, sed ad valorem rei, & potest esse ex hoc diuersitatis ratio ad conductorem ad longum tempus quia ille apertè fatetur se soluere pro fructibus, quod non est in emphyteuta. Tamen opi. Alex tenet Rosel.in emphyteu.§.57. Vbi est additio. Item Alex.in l. interdum. §. qui naufragio. ff.de acquir.poss.tenet in fundo, ex quo nulli percipiuntur fructus propter guerram, soluendam pensionem etiam magnam.Imò Alex.dicit ibi col.pen.& circa fin.quòd modo fit aliquis modicus reditus, integra debetur pensio, quia dominus præstat patientiam, ideo propter sterilitatem nulla fit remissio. Et sic cõtradicit istis, quæ hic dicit.Item quòd nulla fieri debeat remissio, põdera subtiliter verba Cyn.in l. 1.C.de iur.emphyte. col.2.versi. Item sciendum est rem.ibi, Etiam differt in periculi translatione.Et sic in soluente magnam pensionem non fieri remissionem, tenet Salic. in l.1. C.de iur.emph.col.3.5.oppo.& est de mente Ant. de But.in ca.propter sterilitatem ex locati ver.quæro quid in emphyteuta.21.dum assignat duas rationes cur emphyteutæ non fiat remissio,& adducit illam, quòd soluit ob vtile dominium, Vnde licet ratio pensionis magnæ suaderet remissionem, tamen, ex quo alia ratio vtilis dominij prohibet, præualet id, quod nocet Bart.in l.si quis in graui. §.fi.ff.ad Sylla.Imo.in d.c.potuit nu.45.vult, quòd vbi translatum est vtile dominium ad tempus, fiat remissio, secus si in perpetuum. & non fit remissio, vbi venditor locat emptori, donec soluerit precium.l.sicut.§. interdum.ff.loca.Cur.iun.consil.82. Et quod non sit fienda differentia inter canonem magnum, & paruum, tenet Pet.de Vbal.in tract. collecta.in fi. In conductore ad longum tempus ob sterilitatem fieri remissio non tenet Ias.in l.1.col.5. C.de iur.emphyte.de quo dubito, quia fit remissio simplici colono propter damnum contingens de fructibus, qui sunt domini, ita Bal.in l.licet.C.loca.2 oppo.hoc cessat in conductore ad longum tempus, qui ius habet in fructibus.l.1. §.1.ff.si ager vectig.vel emphy. Etiam in emente vsumfructum formale nulla fit remissio, secundum Bald.ibidem. q.5.ergo idem debet esse hic.Item in conductore in perpetuum quomodo fiet computatio vbertatis sequentium annorum, iuxta not.ibi.per Bald.q.9. non video.Et quòd conductori ad longum tempus fiat remissio, tenet Rui.consil.præallega. Natta.

* Remissio,] De hoc vide infra in margine,& idem tenet Ias. in auct. qui rem colum.1. C. de sacrosanc.eccles.Alexand.consil.28.colum.1. libro 4. Natta.

* Idem tenuit Bald.ibi in 1.oppos.] Sequitur Andr.Siculus consil.14. incip.clementissimi.col.pen.lib.2.& in conductore ad longum tempus Aret.consil 55. In causa mihi proposita. Natta.

b ¶§.de illo.& ibi Alex.adde Bald.consil.329.lib 1.Imol.d.ca.propter. Ias.l.si ab arbi.col j.qui satisd.cog.Franc.Rip.tra.de peste.fol.8.Lud. Gozad.consil.74.colum.2.

* Propter guerram.] Facit quod dicit Iaso.in l.si ex toto.ff.de lega.1. quòd cepta guerra prodest immunitas. Istud quod Alexand.hic dicit, sequitur idem Al.in l.interdum.§.qui naufragio.ff.de acquir. possess.Aret.consil.139.Dec.consil.312.circa finem Bald.consil.247.lib. 3.Et inquilinis an pensionis fiat remissio propter pestem, Afflict.decisio.258.Similiter suscipiens custodiam fortilitij tempore guerræ, tenetur de violentia, cui resistere non poterat, suscipiendo eius custodiæ periculum Alexand.in l.sed si quis §.quæsitum colum.penul. ff.si quis cauio. Natta.

Q EPITO-

EPITOME.

NON sufficit probare prestationes longæuas conformes nisi allegetur titulus & probentur factę annuatim ex titulo allegato, & adhuc si per titulũ appareat minus debitum fuisse, præsumitur longæua & specifica solutio erronea nisi probetur ex certa scientia facta & continuata. h.d.

CONSILIVM CXIII.

* Super * primo dubio videtur prima consideratione dicendum quod ex quo dicti homines soluerunt vltra 10. annos. singulis annis pro singulis decem cappis tres cappas vbi ex forma inuestiturarum erant soluendæ tantum duæ cappæ, scilicet quarta & decima, teneantur etiam in fu-
* turũ soluere tres cappas pro singulis decem cappis: per text.* in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & in l. litibus. in princip. cum ibi no. per gl. in verbo coloni. C. de agr. & cen. lib. 11. & per no. in c. peruenit. de cens. Facit l. si diuturno. ff. si ser. ven. ¶ Quantò magis in casu nostro in quo presupponitur solutionẽ prædictam factã fuisse singulis annis per 20. annos. & fortasse vltra: quod tempus 30. ann. sufficere vr̃ ẽt cõtra rusticũ: vt no. Spe. in ti. de cau. pos. in §. 2. ver. hęc forma. & in ti. de resti. spol. §. nunc dicemus. ver. fi. & Bal. in l. solent. §. fi. de offi.
1 procons. ¶ † Tamen istis non obstantibus puto in casu nostro contrarium esse verum: quia aut petens in futurũ dictas tres cappas pro singulis decem cappis, allegat simpliciter solutionem annuam præteritam de dictis tribus cappis, & non allegat titulum seu causam obligationis, & clarum est ꝙ non potest cogere in futurum prædictos ad soluendum. l. operis. ff. de ope. lib. l. creditor. C. de vsu. no. gl. 2. in d. l. cum de in rem verso. ¶ Nam, vt ibi dicit gl. tempus etiam iunctum cum illa simplici præstatione non est modus inducendæ obligationis. ¶ Et sic apparet ꝙ quò ad obligationem in futurum ẽt si illud tempus fuisset tempus 30. vel 40. an. nã sufficeret, nam aut petens allegat in futurum dictam præstationem fieri vigore inuestiturarum præteritarum producendo illas obligationes, & inuestituras præteritas de quibus in themate fit mentio, & adhuc clarum est quod succumberet agens, quia in dictis inuestituris & obligationibus non dicitur ꝙ debent solui tres cappæ, sed quarta & decima. ¶ Aut allegat fuisse factã aliã inuestituram & obligationem cõtinentem quod singulis annis deberent solui tres cappę, ex tribus primis cappis vna, & ex sequentibus quatuor vna, & ex sequentibus tribus vna, & ad probandum dictam inuestituram taliter factam allegabit, & probare conabitur per longũ vel longissimum tempus solutas fuisse tres cappas prædictas. iuxta. l. prædictam. cum de in rem verso. cum con. s̃. all. & certè nisi aliud probet nõ obtinebit. ¶ Hoc probo per ea quæ notabiliter traduntur per Sali. in l. si certis annis. in 1. q. C. de pac. & in d. l. cum de in rem ver.
2 in 1. q. vbi quærit † an in terminis illius. l. cum de in rem verso. & similium sit necesse capitulari & probari per actorem ꝙ ex causa allegata in libello singulæ præstationes fuerunt factę an verò sufficiat probare simpliciter decennalem prestationẽ, & dicit ipse in d. c. cum de in rem verso. hanc qõnem non esse tactam per doct. & concludit oportere capitulari & probari per actorẽ ꝙ singulæ prestationes dicti lõgi temporis fuerint
a factæ ex causa [a] allegata in libello in quo debet allegari & exprimi causa tituli & obligationis dictę annuę solutionis vt dixi. & mouetur, quia aliàs illa probatio solutionis esset dubia, & sic non releuaret. c. in pñtia. de ꝓb. l. neq. natales. C. de ꝓb. ¶ Item, quia fictio fictionis & improprietas improprietatis debent euitari & earum pluralitates non debent tollerari. l. 1. & quod ibi no. C. de do. promis. sed si diceremus sufficere probare dictas solutiones esse factas absq; eo qđ probaretur eis fuisse factas ex causa allegata, sequeretur dictum inconueniẽs, s. quia resultaret vna præsumptio. s. ꝙ præstatio simplex præsumeretur facta ex causa allegata. secunda presumptio ẽt resultaret. s. quod ex decennali p̃statione presumeretur & ꝓbaretur veram esse cãm allegatã. ¶ Et sic patet ꝙ ex dicta probatione non obtineret agens. ¶ Cõfirmo per id quod not. Bal. in d. l. si certis annis. in 3. col. vbi concludit ꝙ ad hoc vt dictę præstationes annuę p longũ tempus sufficiant ad probãdum cãm obligationis allegatã requiritur probari ꝙ fuerint factæ ex certa scientia soluentis: quia secundum eum sicut vera cõfessio non cadit in errante. l. non fatetur. ff. de confessis. & l. error. C. de iu. & fac. ign. ita nec presumptiua resultans ex diuturnitate prestationis eadẽ ratione. argu. l. cum quid. ff. si cer. pe. ¶ Et pro hoc ẽt adducit quia soluta possunt repeti vbi per errorem soluta fuerunt. l. 1. & ferè per totum. ff. de condi. indeb. ergo resolutis solutionibus resoluitur presumptio resultans ex eis: quia remota causa presumptionis remouetur presumptio. l. si qui adulterij. C. de adult. l. omnes. §. Lucius. ff. q
3 in fraud. cred. l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nup. ¶ † Sed in proposito dictę solutiones annuę quatenus factæ fuerunt vltra modũ descriptũ in dictis inuestituris indebiti p̃sumuntur per errorem factæ, quia cùm ipsi soluentes non tractant de lucro captando, probando rem aliter se habere, id est, ꝙ non erant obligati ad soluendum eo modo quo soluerunt, præsumuntur soluisse per errorem, & si talis error fuisset in facto proprio. l. si post. C. de iur. & fac. ign. l. sed si me putẽ. in prin. ff. de cond. inde. no. gl. in l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. & Bar. in d. l. non fatetur. in pen. col. ff. de confes. & not. doc. in l. error. C. de iur. & fac. igno. & in c. fi. de confes. ¶ Sed per productionem dictarum inuestiturarum perpetuarum apparet ꝙ dicti soluentes non erant obligati ad soluendum tantum quantum soluerunt; ergo si allegant se per errorem soluisse præsumetur error & non nocebunt eis dictæ solutiones, vt dixi. ¶ Et adhuc tantò magis dici posset ꝙ non noceret si illi qui soluerunt non fuerunt illi qui dictas inuestituras receperunt, sed dicti soluentes solùm fuerũt successores eorum qui inuestituras receperunt, nam etiã ex hoc capite haberent ipsi soluentes præsumptam ignorantiam. l. quæ in alterius. ff. de reg. iur. & l. fi. ff. pro suo. cum si. ¶ Pro confirmatione prædictorum bene facit id quod no. Pet. & Cy. in d. l. si certis an-
4 nis. in 10. q. vbi concludunt † ꝙ præsumptio resultans ex dictis annuis prestationibus longi temporis nõ est præsumptio iuris & de iure. & ideo secundum eos poterit admitti, probatio in contrarium probando ꝙ solutum fuit per errorem vel ex falsa causa, vt ibi ostendũt per plures rationes. & dicit Cy. ibi hoc esse punctum notabilem & subtilem, & idem voluit Io. And. in c. fi. de cau. poss. & Bal. in l. 2. C. de dotis promis. & Ant. de But. in d. c. peruenit. & est de mente. Archi. 18. q. 2. in c. seruitium. ¶ Et ideo facile erit dictis qui soluerunt allegando dictum errorem & producendo dictas inuestituras excludere dictum agentem ab intentione sua per predicta. ¶ Ex his infero ad decisionem secundi dubij quid & quantum solui debeat pro terris depositis extra clausulas stantibus narratis in themate: nam dico alio non probato solui debere decimã tantum, prout continetur in inuestitura facta de anno 1451.
5 † nam propter longitudinem dicti temporis præsumitur [b]
b nunc ꝙ interuenerint omnia solennia quæ ad validitatem dictæ inuestituræ requirebantur, in l. filius. C. de petit. hære. & in l. qui in aliena. iuxta prin. & quod vtrobique not. per doct. ff. de acq. hære. vt no. expresè Ang. & Bal. & Mod. in l. sciendum. ff. de verb. obli. & Host. & Io. And. in c. Alberi. de testib. & Cyn. in l. emancipatione. C. de fide instrum. cum suis concor. & sic per dictam inuestituram fuit recessum à prædictis inuestituris quatenus est pro annua præstatione facienda pro terris existentibus extra clausuras. l. pacta nouissima. C. de pactis. & l. si vnus. §. pactus. ff. eo tit. ¶ Nec per contenta in vltima nouatione seu inuestitura facta per dictum laicum dictis hominibus fuit inductum quòd dicti homines deberent soluere quartam & decimam pro terris existentibus extra clausuram, quia hoc ibi non dicitur, sed solum dicitur solui debere quartam & decimam de bladis & rebus quæ habebũtur in terris iure quarti & decimi concessis, prout plenius in themate narratur, sed terræ extra clausuram existentes non erant eo tempore de terris iure quarti & decimi concessis stante dicta inuestitura facta de anno 1451. ergo de illis non intelligitur esse prouisum quartum & decimum, & ideo tãquam sit casus omissus in dicta vltima innouatione seu inuestitura præcedente facta per laicum remanet sub alia inuestituta præcedente facta de anno 1451. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. ¶ Nec obstaret etiam dictis hominibus si post dictam inuestituram factam eis de anno 1451. soluissent aliquo tempore etiam lon-

go tres cappas ex 10. cappis singulo anno pro terris existētib. extra clausuras per ea quæ dixi in præcedenti dubio, nisi in inuestitura facta per laicum dictis hominibus appareret dictos homines ex certa scientia se obligasse ad soluendum dictas tres cappas seu illud quod petitur. Alex.

ADDITIONES.

* Super.] Contrarium, in hoc eodemmet casu, consuluit Soci. consilio 145. lib. 1. cui subscripsit Corne. consi. 83. lib. tertio. Natta.

* Per tex.] Vide in materia optimum consi. Alex. consi. 8. infra lib. 7. Et quòd præsumatur liberatio in eo, qui longo tempore minus soluit, vide duas bonas decis. relatas in consi. Collegij Papiensis col. quinta in tractatu de augumen. monetæ. Natta.

a ¶Ex causa. idem Bar. d. l. cum de in rem verso, in fi. & ibi Sal. in rep. col. 3. q. 4. col. 5. Bal. Cyn. §. si quis per triginta. col. 2. si de feu. defun. fue. contro. inter do. Alex. consi. 14. nu. 6. consi. 108. lib. 2. consi. 75. ad fi. lib. 4. Fran. Bal. trac. præsc. 2. par. 3. par. princip. q. 10. nu. 8. 22. Alex. Riminal. d. l. si certis. Fel. ca. causam quæ. col. 3. de præscri. Bertran. consilio 296. Ponitur in facto. consi. 283. Viso processu. col. fi. lib. 3. * Confirmo quia iniusta causa excusat a dolo, requiritur tamen quòd probetur, quòd faciens motus fuerit ex illa causa alias non facturus, vt per Alex. consi. 103. col. pen. supra hoc eod. lib. Et istud dictum Sal. sequitur etiam Alex. consi. 75. col. 3. lib. 4. & consi. 118. in fi. infra li. 2. & tenet Riminal. comprobando in d. l. si certis annis col. pen. & ibi etiam Alex. hoc dicit col. antepenul. & comprobat Crauetta consil. 226. circa prin. Natta.

b Præsumitur infra lib. 4. consil. 16.

EPITOME.

TITIVS habens vxorem interfecit Sempronium eius fratrem propter quod homicidiū Titius fuit bānitus banno capitali, & dum gratiam obtinuisset per falsas preces siue subreptitias eo q̄ tacuit Caium eius fratrem super extantem nolentem facere pacem cum dicto Titio, tamen redijt ad patriam quærens obtinere pacem cum dicto Caio: & cum stetisset domi aliquib. diebus vxor eiusdem Titii dubitans fortè sibi mortem inferri per dictum Titium eo q̄ hoc medio tempore alium cognouerat virū, præstitit causam & auxilium inferēdo mortem dicto Titio propter q̄ ipsa vxor fuit capta per dominum potestatem & formata inquisitione contra ipsam de homicidio, respondēdo eidem cōfessa fuit cōtenta in inquisitione esse vera: ex quo fuit sibi assignatus terminus ad faciendum suas defensiones. in quo termino comparuit quidam nomine dictæ mulieris & tanquam vnus de populo vult defendere dictam mulierem allegando ipsam esse prægnantem: & vltra hoc dictum Titium ex forma statutorum tanquam bānitum potuisse impune offendi seu interfici ex eo: quia allegata gratia, si de aliqua appareat, nunquam fuit præsentata officio: nec etiam fuit publicata: ita quod transiuerit in notitiam populi prout transiuit bannum; & etiam quia ipse Titius nondum erat cancellatus de banno cuius statuti copia hic annexa transmittitur: vnde vidēs potestas dictas oppositiones denuo interrogauit dictam mulierem existentem in carceribus si sciuerat aliquid de gratia obtenta per dictum Titium: & ipsa respondit q̄ sic: & prædicta intellexisse iam mensib. quinque elapsis: sed q̄ tamen nūquam vidit ipsam gratiam & etiam confessa fuit se nō esse prægnantem. ¶Ex his quæritur quid iuris stāte statuto q̄ bānitus possit impune offendi. ¶Et primò nūquid gratia obtenta per subreptionem valuerit siue tenuerit de iure. ¶Secundò, vbi valuisset, si non fuit præsentata an prosit ipsi mulieri non obstante confessione sua de qua supra cum fuerit facta in carceribus & post agnitionem termini de quo supra. ¶Tertiò quæritur nunquid requiratur cancellatio ad hoc vt offendi possit stante forma dicti statuti: attento etiam quòd ipsa gratia non fuit præsentata.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd bannitus impunè occidatur: valet.*

2 *Statutum quòd bannitus impunè occidatur, cessat, vbi bannum est inualidum vel reuocandum.*

3 *Subreptio gratiam vitiat.*

4 *Occidens quem ignorat bannitum vel rebannitum, nō punitur.*

CONSILIVM CXIIII.

Ponderatis his quæ narrantur in themate & statutis transmissis sentio dictam vxorē Titii non esse puniendam, præsertim pœna homicidii seu vltimi supplicij: maximè ex infrascriptis. ¶Nam stāte q̄ Titius prædictus erat bannitus pœna capitali pro homicidio per eū commisso: & q̄ statuta prædicta disponunt huiusmodi bannitos posse impunè occidi seu offendi etiam in persona sequitur q̄ ex hoc est fundata intentio dictæ mulieris. ¶Attento q̄ dictum statutum * est de iure validū. sicut enim videmus in trāsfuga: quia tanquam hostis ciuitatis bellum ei indictum est, ideo impune potest offendi. l. 3. §. fi. ff. de sica. ita est in isto bānito qui comparatur transfugæ. l. amissione. §. quæ deficiunt. ff. de capi. dimi. & etiam ibi no. p Bar. & alios: & plenius Bart. in sua disputatione inci. Lucanæ ciuitatis statuto. cum simili-
1 bus. ¶†Et q̄ tale statutum valeat, [a] firmat per plura Io. An. in
a addi. Spe. in ti. de consti. §. j. circa pen. & vlt. col. secutus Ia. de Are. vt ipse ibi refert, & idem tenet Host. in c. fi. de consue. saltem in eo qui esset bannitus pęna corporali vt est casus noster. hanc opi. tenet etiam Bar. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ff. de iusti. & iure. & in l. 2. per illum tex. C. q̄n liceat sine iudi. se vindi. & Bart. & Bal. in l. vt vim. de iusti. & iure. & Alber. de Rosa. in vlt [illegible] n. 17. & Bal. in l. Gracchus per illum tex. C. de adult. & in l. fi. C. si cōtra ius vel vti. publi. per ibi no. & Bal. in l. vnica. C. de confes. in 13. col. & in l. 1. C. de summa Trinita. in 9. col. & in l. j. C. si a non compe. iudi. & An. de Bu. & Io. de Imo. in c. quę in ecclesiarum de cōsti. ¶Difficultas si qua consistit, est in eo q̄ dicitur dictum Titium obtinuisse a principe gratiam & remissionem dicti banni antequam ipse occidatur: & dicta eius vxor quæ præstitit causam & auxilium morti dicti Titii ad interrogationem magnifici domini prætoris Regii interrogantis eā an aliquid sciuerit de gratia obtenta per dictum Titium confessa est q̄ sic, & quòd intellexit iam sunt quinque menses, sed q̄ gratiam ipsam seu literas concessionis gratiæ non vidit. ¶An istud facit dictam mulierem non posse excusari. ¶Et contra eam facere videretur præcipuè id quod notat Bald. in l. si creditoris. C. de
2 fideicommis. vbi dicit † q̄ statuto cauetur q̄ certi banniti debeant rebanniri per certos sapientes: & quæratur an tales bāniti possint impunè offendi si adhuc non sit cancellatum bānum, & concludit q̄ non: quia bannum erat inefficax: quia si ageretur ex eo obstaret exceptio, per d. l. si creditoris. ¶Bene facit quod no. Io. An. in additio. Spe. in ti. de accu. in tertia parte in §. sequitur. in versi. quartum membrum. & quod notat Bart. in l. emptor. §. Lucius. in fin. ff. de pactis. & Ange. in l. 1. ff. de his quæ in testamen. delen. & Alberi. de Rosa. in vlti. parte statutorum. in q. 18. incipiente: & transeundo ad 2. q. &c. ¶Confirmari potest per id quod habetur in l. si a lege. cum ibi no. per Dyn. & Bart. ff. de adulter. cum simi. vbi doct. concludunt q̄ si quis occidit illum qui fuerat bannitus, tamen si bannum erat inualidum, & occidens talem bannitum sciret bannum non esse legitimè datum punietur de homicidio nō obstante q̄ statuto cauetur bannitos posse impunè offendi. ¶Tamen prædictis & aliis similibus quæ adduci possent, non obstantib. sentio conclusionem superius in prin. positam esse de iure veram. ¶Quia dicta impetratio gratiæ non valuit: quia præsupponitur in ea fuisse defectum subreptionis vel obreptionis quo casu impetratio gratiæ non tenet ca. super eo. de cohabi. cler. & mul. c. ad audientiam. el 2. & c. dilectus filius. el j. de rescriptis. ¶Vnde dicit Bal. in l. prescriptione. C. si contra ius vel vti. pub. in 11. col. in versi. ad cōcordādas istas opi.
3 &c. † q̄ si condemnatus pro homicidio in mille supplicauit principi pro compositione facienda seu obtinenda nullo alio inserto in supplicatione nisi quod erat cōdemnatus in mille: sed non expressit causam cōdēnationis quā si expressisset, * nō est verosimile q̄ princeps composuisset. l. 3. C. de epis. audien. certè si princeps rescriberet componendum, esset rescriptum nullum secundum eum per iura proximè alleg. ¶Ex quo infert ipse q̄ literæ remissionis condemnationum non valēt nisi cā & quælibet facti qualitas exprimatur. quod dicit esse mēti tenendum. & traditur etiā per Old. in consi. 22. in fi. & incipit Ad quæst. &c. ¶Plus probat tex. reputatus singularis in c. postulasti. de rescr. in verbo. de leui, quod nedum est facienda

mentio de his quæ si fuissent expressa princeps non concessisset, sed etiam de his, quæ si fuissent expressa, princeps concessisset, sed non ita de leui. bene facit text. in c. si proponente. eodem titu. & c. si motu proprio in verbo modicum. de præbend. in sexto. ¶ Non ergo præstant impedimentum dictæ mulieri dictæ literæ gratię cum non valeant, vt in regula non prestat impedimentum id quod de iure non sortitur effectũ. li. 6. Facit l. 3. §. condemnatum, ff. de re iudi. & l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. cum sim. ¶ Et dato quod d. mulier ignorasset ꝙ gratia esset inualida, tamen hoc sibi non nocet: vt signanter decidit Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. in vlti. colum. in versi. vlti. hunc §. &c. vbi per illum text.
4 decidit† quod si tu occidisti Titium, & ignorabas eum posse impunè occidere: quia ignorabas eum esse bannitum cum in veritate esset bannitus talis qui ex forma statuti poterat impunè occidi, non debebis puniri licèt bannum ignoraueris: & ita etiam not. Barto. in l. genero, per illum tex. ff. de his qui not. infa. ¶ Accedit ad maiorem confirmationem prædictorũ id quod no. in c. concertationi. in glo. in verbo sciuit de app.
* in 6. quæ reputatur valde no.* vult enim ibi glo. ꝙ vbi requiritur scientia, non sufficit simplex scientia: sed requiritur ꝙ sciat factum cum suis qualitatibus, adeò quod perfectè intelligat: vnde non sufficit te scire sententiam esse contra te latam, nisi scias eam taliter esse latam adeò quod intelligas qualitatem grauaminis illati per sententiam. cum igitur non appareat dictam mulierem habuisse sciẽtiam qualitatis gratię poterat enim esse gratia sub conditione vel ad tempus, vel cum aliqua modificatione ergo &c. ¶ Bene facit quod no. Barto. in l. non solùm. §. morte. ff. de oper. no. nun. in 13. colum. in 2. q. prin. versi. circa secundum notabile, scilicet quando fit protestatio &c. ¶ Plus dicit Pau. de Ca. in l. si duo. ff. de acqui. hæ-
5 red. vbi voluit† quòd si quis occidit bannitum qui erat rebannitus, non tamen erat cancellatus, nõ debet puniri: quia suffi-
b cit quòd ille esset descriptus[b] in libro bannitorum, quoniam excusatur authoritate publicæ scripturæ nisi subsistat aliqua causa propter quam debuerit credere quòd erat rebannitus,
* vt quia erat de hoc publica vox & fama* aliàs non est sibi imputanda culpa quare non perquisiuit. ¶ Et hoc dicit ipse patere ex notatis per Bart. in d. §. morte. in 2. qõ. princ. vbi secundum eum tenet Bar. quòd debeat fieri fides per publicam scripturam de rebannimento ad hoc vt volens offendere eum teneatur credere ipsi bannito dicenti se rebannitum, vel quòd sit publica fama de rebannitione, & tunc quando esset publica fama teneretur si offenderetur, non tamen de dolo sed culpa, adeò quod non deberet decapitari secundum eum. allegat no. per Bar. in d. l. si ex lege. ff. de adult. & facit quod no. Ioan. And. in addit. Spe. in tit. de obli. & solu. in rub. in fi. quantominus in casu nostro est puniẽda capitaliter dicta mulier cũ bannum non fuerit cancellatum: vt mandauit princeps in dictis literis gratiæ neque gratia fuerit valida propter subreptionem, neque etiam appareat quòd dicta mulier habuerit scientiam saltem plenam dictarum literarum gratię cum suis qualitatibus: vt supra dixi. ¶ Fortificantur prędicta per ea quę no. Bal. in l. Labeo. §. 1. in fi. ff. de pac. vbi dixit quod licet bannitus soluerit condemnationem seu pœnam, tamen nisi sit cancellatus de banno adhuc poterit impunè offendi: quia donec est scriptus inter bannitos ista appellatio, scilicet bannitus sibi semper inest. & si durat istud nomen appellatiuum, s. bannitus, durat etiam nominis effectus. l. tutelas. ff. de capi. di mi. & ita dicit tenere Guil. vnde secundum Bal. in d. l. Labeo, debes esse cautus vt facta solutione facias eam cancellari de libris bannitorum, quod in casu proposito factum nõ est. ¶ Ex quibus apparet responsio ad allegata in contrarium: quia illa non militant quando cancellatio seu remissio bãni fuit inualida prout fuit in casu nostro. Item non procedunt quãdo non constaret offendentem habuisse plenam scientiam cancellationis secundum quod superius est deductum.

ADDITIONES.

Statutum.] Statutum permittens bannitum posse impunè occidi, nõ habet locum in parricidio, vnde non videtur, quòd hæc mulier potuerit virum impune occidere, secundum Dec. in c. quæ in ecclesiarum. Sed responderi potest, quòd iste bannitus fuerat propter parricidium, scilicet, quia fratrem occiderat. Natta.

a ¶ Valeat. Ias. l. si plagij. de ver. obl. l. verbo pactum. col. 4. 5. C. de transac. Hipp. Marsi. in prat. §. aggredior. num. 1. Alex. infra lib. 3. consi. 75. consil. 87.

* Si expressisset.] Sequitur Ias. consil. 165. lib. 4. & in l. nec damnosa. C. de precib. impe. off. Causa facti exprimenda est gl. in c. dilectus filius Abbas in verbo, Causa, de rescrip. Quam Roma. sequitur consi. 326. in præsente consultatione. circa fi. Gramm. decis. 51. colum. pen. Adde Abb. in c. constitutus in 4. nota. de relig. do. vbi vult exprimenda, quę gratiam difficultarent, licet non impedirent. Adde etiã tex. in c. ex literis, & ibi. Abb. no. de dolo & contum. Ias. plenè consi. 127. col. 7. lib. 4. Adde, quòd probatio, vera esse narrata in gratia, & rescripto pertinet ad impetrantem, vt per Dec. consi. 142. col. pen. & consi. 403. col. 4. Vide etiam no. Rui. consi. 3. col. 5. lib. 1. Natta.

* Valde not.] Illam etiam notat Feli. in c. quò ad consultationem col. pen. de re iudi. Et vide in proposito multa pulchra per Ias. consilio 159. col. 4. ver. Tertio principaliter lib. 2. vbi consulit tex. in c. Titius filios si de feu sue. controu. qui loquitur de sciente, non habere locum nisi in sciente tenorem, & Ias. in l. 1. ff. de eo per quem factũ erit, vbi ponit de incredulitate impingenda: Et confirma ex eo, quòd no. Rui. scribit consi. 91. nu. 10. lib. 1. Et plura per Tiraquell. de retracta. fo. 738. Et vide no. Pau. de Ca. consi. 465. Viso compromisso col. pen. & fi. lib. 1. vbi quòd ratificatio laudi non nocet, nisi laudum sit lectum. Adde, quòd mala fides non inducitur etiam ex vnius dicto, vt pulchrè per Feli. in c. si diligenti de præscrip. & pro confirmatione glo. in d. c. concertationi, facit quia dubitans & ignorans æquiparantur Bart. in l. fi. §. 1. C. de fur. Natta.

b Descriptus. Bal. consi. 480. cum seq. li. 1. cõs. 9. li. 3. Mar. d. §. aggredior. ... infra lib. 3. consi. 75.

* Publica vox & fama.] ... vox, & fama excusat a pœna corporali secundum Dec. consi. 327. in fi. Natta.

CONSILIVM CXV.

Vetus & trita admodum est quæstio hæc de qua quæritur & super ea opportunè allegatum & rectè cõclusum est per anteriores clarissimos dominos consulentes adeò vt quicqd adderetur ferè vt superabundãs haberi posset, ideo paucis contentus ero. ¶ Cõstat magis cõem esse opinionẽ
1 † ꝙ soluto mrĩmonio dos profectitia reddit de iure cõi ad patrẽ; non aũt transit ad liberos mulieris: vt in locis cõibus firmant doc. quorũ opinionẽ ẽt sequitur Io. And. in addi. Spe. in ti. de don. inter vir. §. formatis. post prin. vbi ẽt refert tenuisse dñm suũ. s. Martinũ Sillimani in l. vna. C. de rei vxo. act. & ita ẽt tenet Bal. in l. 1. vbi pro hoc est bona litera. C. de bon. quæ lib. & per eundẽ. in l. tutorem. C. de fal. cã adie. leg. ¶ Et posito ꝙ de cõsuetudine in loco seruetur opinio contraria, secundũ qđ referunt gl. & doc. in l. dos a patre. C. so. ma. tñ illa consuetudo nisi aliud probet̃ nõ militat in casu isto. s. qñ mulier decessit ꝯstis secundis nuptiis ex qbus nulli remãserunt liberi; sed solũ ex primis nuptijs: vt post Iac. Bu. firmat & ꝓbat Bar. & alij in l. post dotẽ. ff. so. ma. ¶ Et licèt Bal. in l. fi. C. cõia vtri. iud. in 3. col. & l. seniũ. in vlti. col. C. qui test. fac. pos. adducat aliqua quę ꝯ istã opinionẽ sunt, tñ vt mihi vr̃ satis sunt leuia:
2 & illa tolluntur per hanc rationẽ † videlicet ꝙ consuetudo q̃ est contra ius cõe non extenditur ad alium casum ẽt ex iden-
* titate rõnis*. l. quod non rõne. & l. qđ verò. ff. de legi. & not. per gl. & doc. in l. 1. C. quę sit lon. consu. & per Guil. de Cun. in l. de quibus. ff. de leg. & plenè no. Ant. de Bu. in c. fi. de consue. bene faciunt notata per Bar. in l. omnes pop. in 6. q. prin. de iust. & iu. ¶ Alia rõne non ob. allegata consuetudo: quia illa militat qñ decederet mulier in matrimonio viro superstite, secus econtrà. vt no. Bar. in l. 1. in prin. ff. de dote preleg. & in l. si dotali. ff. sol. ma. & in d. l. post dotem. & sequitur Bal. in pręallegata. l. fi. in 5. col. C. com. vtri. iud. ¶ Nec ob. quod no. Bal. in l. quod satis. C. de bo. quæ lib. in ver. sed tunc q̃ro &c. quia Bal. ibi non tractat vtrũ consuetudo prædicta habeat locũ qñ matrimonium est solutum matre superstite: sed ponit pro constanti casum ꝙ dos profectitia solu. mat. cum lib. non debet reddi patri, puta quia ita conuentum fuerat, quærit. n. tunc Bal. ibi, an si solutũ sit matrimonium morte mariti superstite matre cũ liberis pp quos mater retinet dotẽ, an si postea ꝑdecedant liberi dos ad patrem reuertatur? concludit ꝙ nõ, quia satis est ꝙ cõditio semel extiterit licèt nõ durauerit. l. cũ vxori. C. qñ dies leg. ced. & l. si quis hr̃dẽ. C. de insti. & substi.

ADDITIO.

* Rationis.] Idem tradit Ias. in d. l. de quibus 2. no. Roch. in c. fin. in 3. requisito de consuetu. Natta.

CON-

CONSILIVM CXVI.

a Postea quā in causa magnifici equitis domini Galeacij de Marescotis allegationes[a] aliquas iuris edidi in fauorem eius, plenius adhuc informatus sum de eo quod dicti duo testes contra eum recepti super probanda dicta renunciatione deponere videntur. ¶Vnde adhuc magis intrepidè sentio dictam allegatam renunciationem non suffragari aduersario domini Galeacij: quia vltra defectus quibus dixi laborare attestationes prædictas adhuc apparet alios superesse defectus reddentes probationem ipsam inefficacē. ¶Nam primus testis deponit quòd dicta renunciatio fuit facta antequam dictus Alexand. consignaret domino Galeacio turrim seu fortilicium cum munitionibus. Secundus verò te
1 stis deponit fuisse post factam consignationem. †constat autem quòd testes qui variant in tempore tanquam singulares non probant, vt 3. quæst. 9. cap. nihilominus. & leg. & not. in capit. cum causam. quæ inter archiepiscopum. de testi. & in l. testium. C. de testi. ¶Quinimò quando sunt duo testes tamen variantes & discordantes, vt in proposito nostro dato quòd aliquo modo possent reduci ad concordiam. tamen talis cō-
* cordia* non fit vt probent, vt not. Ioan. Andr. & Anto. de Butri. in c. nostra de testibus. & Ioan. And. in addit. Specu. in titu. de teste. §. iam de interrogatorijs. in add. inci. in caute. &c. & Feder. de Sen. in consil. 162. incip. Domine Grifolc. & Anto. de But. in c. cum de testib. nam cum talis concordia fieret de necessitate interpretandum esset quòd his fuerit facta dicta renunciatio, scilicet semel ante consignationem, & de illa loquitur primus testis, & semel etiam post consignationē, & de illa loquitur secundus testis, vt in capit. periculosè. cum glo. de pœn. dist. 1. & ideo remanent singulares. & in hoc casu optimè loquuntur præfati doctor. ¶Alio defectu laborant etiam dictæ attestationes, quia primus testis deponit quòd dicta renunciatio fuit etiam extra dictam turrim inter pontes. ¶Secundus. verò dicit quòd fuit in cortili dicti fortilitij penès ponticellam, sed ista sunt diuersa loca, quia inter pontes dicitur quòd est in medio pōtium, id est, inter vnum pontem & alium. l. 3. §. ante hæredes. ff. de liber. & posthum. & ille locus non est in cortili dicti fortilicij. primus autem testis dicit quòd fuit in cortili penès ponticellam. & illa dictio in cortili, denotat intrinsecitatem loci. l. 1. §. in flumine. ff. de flumi. ¶Et si domini iudicantes notum non habent locum, possunt etiam ex officio eorum inspicere aut mittere, quia ad declarationem retroactitatorum potest iudex officio suo supplere. cap. cum Ioan. de fide instru. c. per tuas. & c. cum clamor. de test. 30. quæstio. vlti. iudicantem. no. Specu. in titu. deposit. §. 3. versi. regulariter. & Io. And. in ca. 1. de iura. calum. lib. 6. & not. alij in cap. cum causam. de iuram. calum. & Bald. in l. per hanc. in prin. C. de tempo. appel. cum si. vnde videmus quòd potest iudex ex officio repetere testem vt declaret dictum quod est ambiguum, vt not. in §. quia verò. in auth. de test. & in ca. in præsentia. de probat. & in d. c. cum clamor. ¶Et præsertim procedit hoc in ea declaratione quæ fieri potest per inspectio-
2 nem oculorum. quia †illa probatio nunquam intelligitur ex-
b clusa,[b] vt no. Azo in sum. C. ad l. aquil. & not. Bal. in rubri. C. de probat. in 1. col. in l. pen. C. de peric. tut. & in l. 1. C. si aduer. lib. & in l. contra negantem. ad fin. C. ad leg. aqui. & not. est dubium quòd talis varietas resultans ratione loci reddit testes singulares, vt leg. & not. in d. c. cum causam. & in d. l. testium. ex quibus tam dictis quàm in prioribus allegationibus concludo saltem ratione singularitatis dictorum testium dictam allegatam rationem obstare.

ADDITIONES.

a ¶Allegationes. quæ habentur. infra eo. consi. 118.
* Concordia.] Idem dicit Alexan per easdem authoritates consi. 143. colum. 12. infra libro 2. & vide Alexan. in l. inter stipulantem. §. 1. vbi plenè tractat de concordia testium. ff. de verbor. oblig. Et vide Alex. consi. 2. col. 4. lib. 7. & consi. 177. col. 2. lib. 7. Natta.
b ¶Exclusa. Alexand. Ias. l. eum qui. §. in popularibus. col. 2. ff. de iureiuran. Cur. senior. consi. 69. nume. 6. Ias. l. 1. in princi. col. 5. ff. de ope. no. nuncia. Hippol. Marsil. l. 1. §. si serui quasi. nume. 5. de quæstio. Al-
* cia. l. palam. de verbo signifi. tract. de præsumpt. parte 2. numero 16. * Idem tradit Alexand. in l. vni colum. 3. C. vt quæ desunt aduocat. & sequitur illud dictum Azo. Bald. in repeti. magna. l. 2. C. de rescin. ven di. quæ communiter non habetur in lectu. Vbi ex eo vult, quòd iudex etiam post dicicta testificata possit æstimatores mittere pro habendo valore rei. ita ibi dicit col. pen. versic. Item no. ꝙ iudex. & de prædictis latè Ias. in l. si. ff. de in lit. iur. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis restringitur ad specificata. contra num. 2.*
3 *Quodque verbum debet aliquid operari.*
4 *Societate finita capitale debet reddi, non diuidi.*

CONSILIVM CXVII.

Visis supra narratis in themate & in instrumento confecto inter dictos fratres de anno 1410. die 19. Octob. Dubium facere videtur, quia dicti instrumenti clausula ꝙ omnia debita & credita eorum sint communia videtur restringenda ad debita & credita quæ fuerunt comprehensa sub administratione facta per dict. Petrum Paulum, quia in præcedenti parte instrumenti posita est absolutio generalis facta dicto Petro Paulo p dictos fratres de administratione bo-
1 norum communium dictorum fratrum: †quia clausula generalis subsequēns refertur & restringitur ad præcedentia specificata qñ id fieri potest salua ratione recti sermonis. l. si de certa. C. de transa. l. Aurelius. §. Sticho. de lib. lega. l. si ita quis. §. fi. de ver. ob. l. si ex pluribus. in prin. ff. de sol. no. Bar. & doct. in d. loc. & Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de lib. le. & in l. emptor §. Lucius. per illum tex. ff. de pac. & no. Cy. allega. ro. in l. sub prætextu specierum. C. de transa. & in l. si ex maiore. per illum tex. C. de excep. & no. Iac. But. & Sali. in l. age. C. de transac. & cano. in c. 1. de transac. ¶ Accedat quòd illa clausula in qua cōtinetur quòd omnia debita & credita sunt communia, est facta cum dictione item, quæ est repetitiua præcedentiū. l. in repetendis. ff. de leg. 3. l. 1. in fi. ff. de public. ¶Sed præmissis non obstantibus sentio in casu proposito contrarium esse verius, & omissis non necessariis concludo quòd omnia nomina debitorum quæ tempore dicti instrumenti aliquo modo constaret spectasse ad dictum magistrum Io. debent æqualiter & viriliter spectare ad eum & ad omnes dictos eius fratres, etiam si non essent de nominibus debitorum cōprehensorum in administratione facta per dictum Pettum Paulum, & etiam si prius spectassent ad dictum magistrum Ioan. insolidum, quia verba dicti instrumenti sunt clara multùm & lata. nam verba sunt hæc videlicet, Item conuenerunt cum dicto Petro Paulo, & omnes ipsi quatuor fratres simul & vnanimiter, & concorditer voluerunt asseuerunt & cōfessi & cōtenti fuerunt ꝙ oīa eorum debita & credita essent cōia, &c. ¶Vnde illa dictio eorum posita in plurali numero resoluitur in suas singularitates, & perinde est ac si conuentū esset singulariter & separatim de debitis & creditis vniuscuiusq; dictorum fratrum communicandis. l. falsa. §. fi. & l. cui fundus. ff. de condi. & dem. l. si plures. C. de cōd. inser. & sic apparet ꝙ etiam illa nomina debitorum quæ insolidum erant magistri Io. vel alterius ex dictis fratribus sunt comprehēsa in communione prædicta. ¶Item dicta clausula habet signū vniuersale, vt patet ibi dum dicit. omnia eorū debita quod signum vniuersale, debet operari, vt indifferenter omnia debita & credita comprehendantur. l. Iul. in princ. ff. de leg. 3. l. pediculis. §.
2 Labeo. ff. de aur. & ar. leg. ¶†Et operatur illud signum vniuersale, vt dispositio quę aliter restrictionem reciperet non recipiat: vt no. decidit Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. lega. ¶Cōfirmatur per ea quæ notabiliter scribit Bal. in l. pactum. C. de coll. in 14. q. cum duab. seq. vbi dicit ꝙ clausula genera-
* lis adiecta post quædā specificata restringitur ad illa * si vtraque clausula dependet ab eadem causa finali: alias autem generalis clausula generaliter operabitur, allegat ea quæ habentur in l. cum aquiliana. ff. de transa. & d. l. si certa. & l. sub prætextu. & l. fi. §. idē quęsiit. ff. de cond. inde. & d. l. Aurelio. §. fi. ¶Subdit etiam ꝙ si clausula generalis à nullo regitur: nec est annexa alteri: tunc virtus eius debet esse generalis nisi corrigatur aliquid quod esset in actu specialiter dispositū per l. 1. C. de lib. pręte. & l. quoties. C. fa. erc. & l. legatorū. §. qui plures. ff. de leg. 2. per no. in l. 2. C. de condi. inser. ¶. Et ideo consuluit ꝙ caueat sibi quis ne renunciādo vtatur verbis generalib. ne in prōptu aliquo generali effuso sermone periculū incidat. l. fi. C. de do. promi. sed dicta clausula cōtinens qd omnia

nia credita & debita sint communia, non dependet ab eadem causa finali à qua dependet clausula præcedens, nam clausula præcedens continebat absolutionem factum à dictis trib. fratribus dicto Petro Paulo etiam eorum fratri, eò quia ipse administrauerat bona communia dictorum fratrū: & quia erāt bene contenti de dicta administratione liberauerunt eū, sed illa causa non inferebat ꝙ ipsi omnes fratres per hoc deberēt adinuicem conuenire & consentire ꝙ omnia debita & credita dictorum fratrum cuilibet eorum deberent esse communia: quia stant ista simul quod Petrus Paulus administrauerit bona communia dictorum fratrum, & ꝙ tamen omnia debita & credita dictorum fratrum quæ prius non erant communia, nec in futurum similiter essent communia. nam ex diuersis non recta fit illatio. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. obl. & illa dicitur esse cā finalis de cuius radice emanat obligatio. l. damus. ff. de cond. indebi. nota. Barto. in l. demonstratio. §. 1. in 6. q. ff. de condi. & demonst. & Bald. in l. 1. C. de falsa causa adiec. leg. ¶ Sed administratio aliquorum bonorum communium dictorum fratrum facta per dictum Petrum Paulum nō causat obligationem ꝙ omnia debita & credita dictorū fratrum sint communia; ergo ista clausula disponens de debitis & creditis communicandis non restringitur ad ea de quibus loquitur clausula præcedens in qua continet absolutionē administrationis, nec in dicta secunda clausula est inserta aliqua cā quæ dici possit tēdere ad restringendum dicta debita & credita, & per consequēs ex doctrina prædicta verba debent latè & gn̄aliter operari & intelligi: & per hoc apparet responsū ad d. l. si certa. cum alijs suprà allegatis. & cum ibi not. per doct. ¶ Præterea secundò respondeo ꝙ illa iura cum ibi no. loquuntur quando præcedebat clausula specialis & super eadem materia supponebatur generalis, vt si absoluo te à fundo Titiano. & postea generaliter promitto à te nihil vlterius petere, seu generaliter te absoluo ab eo quod abs te petere possem, intelligitur. s. occasione dictæ obligationis fundi, puta ratione damni vel interesse seu fructuum vel pœnę depēdentium à dicta obligatione fundi. facit quod not. in c. accusatus. in gloss. in verbo iudiciarij. de hæreti. in 6. ¶ Sed in proposito nostro clausula secunda loquens de debitis & creditis non disponit aliquid in genere vel in specie de absol. de qua in prima clausula: ergo non sumus in casu dictæ. l. si de certa. hæc cōtraria loquuntur quando præcedit clausula vel dispositio specialis, & postea subsequitur generalis: sed in casu nostro secunda clausula non est quò ad primum magis generalis, ita quòd illa materia de qua in d. l. si de certa. nihil habet commune cū ista. posset responderi per id quod habetur in d. l. si de certa. cum simil. ꝙ procedit in transactione, s. facta per verba generalia: nam restringitur ad rem vel causam specificatam ꝑ quā deuentum est ad transactionem: quia transactio est de re dubia & lite incerta. l. 1. ff. de transact. ideo verba generalia non porriguntur vltra id super quo erat lis: secus in alia conuentione vel pacto per verba generalia, quia generaliter operat. l. pluribus. de acceptilatio. Et istam opinio. tenuit glo. reputata singularis. in d. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. Inno. in c. conquærente. de offic. ordi. & Bart. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de oper. nou. nunc. tamen præcedentes responsiones tutiores sunt. Non obst. ꝙ dicebatur de dictione item, quæ est repetitiua præcedentium, quia respondeo ꝙ illud est verum, quando oratio in qua apponitur dictio item, est imperfecta. ¶ Sed ubi est perfecta ut in casu nostro, tunc dicta in prima oratione vel clausula non intelliguntur repetita in seq. l. qui fundum. ff. de contrah. emptio. l. 2. §. 1. ff. vi bono. rapt. l. item apud. in princ. ff. de iniuriis. cum si. per quæ iura ita concludunt Bart. & alij doctor. in d. l. in repetendis. & in d. l. 1. ff. de publi. & ꝙ in proposito ex verbis instrumenti comprehendatur intētio contrahentium fuisse ꝙ omnia debita & credita dictorum fratrum essent communia, etiam quæ non fuissent comprehensa sub administratione facta per Petrum Paulum probatur,
3 † quia nedum unaquaque clausula, sed etiam unumquodque verbum à contrahentibus prolatum debet esse cum virtute operandi si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahend. emption. l. si stipulatus. ff. de iniuriis. in princi. verba sunt Bald. in rubrica. C. de contrahē. empt. in 8. q. sed certum erat ꝙ illa quæ fuerant comprehensa sub administratione facta per Petrum Paulum erant communia, quia hoc erat expressum in prima clausula vt ostendunt illa verba. s. administrationes bonorum commu. l. bonorum appe. ff. de ver. sign. ergo vt omnia uerba dicta sequentis clausulę sint cum uirtute aliquid operandi intelligi debent ꝙ comprehendant etiam ea quæ non erāt comprehensa in administratione Petr. Pau. ¶ Non ob. etiam prædictis si diceretur ꝙ dato ꝙ dicta nomina debitorum posita sint in communione, tamen si volunt modo dicti fratres diuidere dēt unusquisq; in diuisione deducere illud quod posuit in communione, quia respondeo ꝙ illud non procedit quando à princi. agitur ut illud quod ponitur, debeat esse commune, vt no. gl. in l. j. C. pro socio. quæ in vno est approbata licèt in alio reprobetur ibi dum quærit quid in dubio, facit l. si non fuerint. in prin. ff. pro socio. ¶ Quod tanto magis procedit in casu nostro quia ex dicto contractu & instrumēto nō apparet tunc fuisse celebratas dictas conuētiones inter dictos fratres vt imposterum deberet esse societas inter eos ad negotiandū, & pro aliquo quæstu vel lucro inde quærendo, sed solū fuit quasi reciproca quædam permutatio nominum, debitorum & creditorum vt vnusquisq; fratrum participaret de debitis & creditis alterius fratris, sicut in simili habetur in l. cū duobus. in prin. ff. pro socio. & in l. si operas. ff. de præscri. uer. unde aliter intelligendo. s. ꝙ vnusquisq; possit repetere vel consequi ratam in nominibus debitorum prout primò habebatur, sequeretur ꝙ nullius esset efficaciæ dicta conuentio circa dicta nomina debitorum communicanda, quæ interpretatio vitanda est in l. Meuius. in prin. ff. de leg. 2. l. si quādo. in prin.
4 de leg. 1. ¶ † Præterea in casu quo reprehenditur gl. in d. l. j. C. pro soc. illud ideo est: quia ibi vnus sociorū ponebat pecuniam puta mille aureos alius ponebat operā tantum, nā finita societate in dubio vr̄ esse actum ꝙ capitale mille aureorum, si
a extat reddatur [a] ei qui posuit illos aureos in societate, & de eis nihil habeat alius socius, qui posuit operam, quia illa opera succedit loco commodi & vsus pecuniæ cum opera: ergo nil debet habere de mille aureis ille qui ponit operam, quia pro capitali mille aureorum nihil posuit, sed solū posuit operam pro usu capitali, ut declarant doc. in d. l. 1. Sed in proposito nostro uterq; posuit sua nomina debitorum & creditorū quæ quibuslibet uoluerunt esse communia omnes fratres, & unumquemq; de eis participare, ita ꝙ illud quod dicūt doct. in d. l. j. reprobando illam gl. in ver. quid si non appareat, &c. facit ꝓ prædicta conclusione non autem contra. & hoc euidēter colligitur ex verbis Raynerij ibi dum dicit ꝙ non obstant iura allegata in gl. quia illa loquuntur quando vnusquisq; in cōione ponebat pecuniam, alius operā. Sed in quæstione ibi formata vnus tantum ponebat pecuniam alius operam, & sic apertè vult ꝙ in casu in quo doctores ibi reprobant illam gl. non procederet talis reprobatio quando unusquisque ponit rem suam seu pecuniam, & ita etiam ibi not. Cyn.

ADDITIONES.

* Restringitur ad illa.] Sequitur Rui. ubi alia adducit consi. 210. lib. 1. Ias. consi. 134. col. pen. lib. 4. Natta.

a ¶ Reddatur. Bal. Pau. Sal. d. l. 1. Bal. consi. 260. li. j. Cor. consi. 23. col. fi. li. j. consi. 152. col. fi. lib. 3. consi. 68. col. 2. lib. 4.

CONSILIVM CXVIII.

In causa & lite inter Peregrinum de la Caualiera agētem & Magnificum Equitem dominū Galeacium Marescotum defendentem. ¶ Viso processu & allegationibus celeberrimi doct. domini Vincentij Paleoti honorādi mihi fratris. Nec non visis aliquibus dubitationibus peregregiè formatis paucis agā: quia res apud doctissimos agitur, & etiam quia eleganter scriptum est & allegatum pro parte dicti domini Galeacij per præfatum dominum Vincentiū eius aduocatū. ¶ Omnis vis consistere dicitur in eo qd probari dr̄ per duos testes vltimò receptos in fauorem Peregrini. ¶ Sed profectò illis non obstantibus puto dictum Peregrinū nullo
1 modo posse obtinere maximè ex infrascriptis. ¶ † Et primò, quia ad hoc vt testimonium duorum testium sufficiat oportet eos esse contestes: alias non probant. c. licèt causam. de probatio. cap. bonæ. de electio. & l. ob carmen. §. final. ff. de testib. & oportet eos esse contestes quo ad effectum, licèt non

tron in verbis. vt not. in c. cum ecclesia. in verbo vacillasse. in glos. de caus. possess. & propric. & in c. dudum. in glo. de conuer. coniuga. & not. Ioan. And. & alij in c. nihil obstat. de verbo. significa. & ita in multis locis dicunt legistæ per legem qui sententiam. C. de pœnis. cum similib. ¶ Sed dicti duo testes nec in verbis nec in effectu sunt concordes & contestes vt probabo, ergo &c. quòd non sint contestes patet: quia fatetur quod primus testis deponit magnificum dominum Galeacium dixisse Alexando per hæc verba videlicet, e le venuto el nuntio che dice hauere rasone in quella possessione & che l'aspeta ad ella che non me la poi hauere donata, va pura, tientela è godela & rendeme li mei denari che io ho speso nelle gabelle, & altre spese che ho fatto & fane tutto quello che tu vuoi de essa: & quod tunc dictus Alexander dixit domino Galeacio: come voleti voi che io ne faccia che rasone ne auerebe io: & quod dominus Galeacius replicando dixit: va pure & rendeme li mei dinari ch'io ho speso: & fane quello che tu vuoi de la tua possessione che in fina adesso te la renuncio, Secundus verò testis vt dicitur, attestatur quod dominus Galeacius protulit hæc verba coram Alexandro: videlicet va e fa de la tua possessione cio che tu voi che morto che tu fusse la non peruenerebe a mi, per che à le cride comparse vna tua sorella e mostrò che morto ti ditta possessione peruene à lei va pure e fa de la tua possessione cio che tu voi che fina adesso te la renuncio e si te la do liberalmente pure che tu mi paghi le gabelle & le charte ch'io te o pagato: & ipse acceptauit. ¶ Modò si diligenter ponderantur attestitiones dictorum testium apparet euidenter de dissonãtia & discordia inter eos: quia inspectis verbis primi testis pro dicta renuncia debebant refici domino Galeacio expensæ gabellarum & omnis alia impensa quã dominus Galeacius ostenderet se fecisse: vt patet ex illis verbis videlicet: rendeme li mei denari ch'io ho speso in le gabelle & altre spese, & etiam ex illis verbis, va pure & rẽdeme li mei
2 denari che ho speso † indefinita enim æquipollet. vniuersali saltem quò ad omnia in quibus est eadem ratio. l. si seruitus. ff. de seruit. vrba. præd. l. si pluribus. in prin. & ibi Bar. & alii. ff. de lega. 2. c. solitæ. de maior. & obe. & not. glo. in c. vt circa. de elec. lib. 6. & Dyn. in rub. de reg. iu. eo. lib. cum similibus. ¶ Sed inspectis verbis secundi testis pro dicta renuncia nõ debebat restitui domino Galeacio per Alexand. nisi expensa gabellæ & expensa instrumentorum: vt patet in illis verbis videlicet pure che tu paghi le gabelle & le charte: apparet ergo quod longa est differentia inter depositionem vnius testis & alterius in effectu: quia secundus testis vltra expensam gabellæ solùm deponit fuisse actum de vna alia expensa in specie: scilicet instrumentorum. ¶ Primus verò vltra expensam gabellarum deponit in genere fuisse etiam actum de aliis expensis: & sic testimonium primi testis est aptum comprehendere longè plura quàm testimonium secundi. vnde quamcunque impensam fecisset dominus Galeacius pro habenda & acquirenda dicta possessione donata vel pro ea acquisita conseruãda: puta contra comparentes tempore proclamationum seu cridarum, vel pro alendo dictum Alex. vel in similib. quæ ad præsens non est necesse probare debuisset illa reddi domino Galeacio si verum fuisset illud quod deponis primus testis, quod non ita esset si solum fuisset eo modo quo deponit secundus testis: & illa responsio expensarum succedebat loco pretii dictæ renunciæ & loco causæ. l. fundi partem. ff. de contrah. em-
3 ptio. l. prædia. ff. de act. emp. ¶ † Vnde sicut quando vnus testis deponit quod res fuit vendita vel concessa pro decem, alius testis dicit quod fuit pro quindecim, & sic vnus de pluribus deponit quàm
* alius * dicuntur adeò singulares quod non probant vbi agitur de probando certo actu vt in casu nostro, & non agit de probando aliquo vniuersali vel aliquo in genere. vt no. Io. And. & alii post eum. in c. j. de arbi. lib. 6. in nouella. & ibi sequuntur alij communiter. & idem no. Arch. 11. q. 3. c. nihilominus. & no. Ang. & Mod. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulga. & pup. & Bal. in l. testium. in 7. col. C. de test. & in l. j. C. de testa. & Ioã. de Imo. in l. inter pares. in 3. col. ff. de re iud. & in l. j. §. si stipulanti. ff. de ver. ob. & in c. cum oporteat. de accus. & vbique approbatur hæc conclusio quò ad casum nostrum in quo uarietas testium inducit singularitatem, vt patet ex notatis in locis prælle. ita ratione varietatis & singularitatis non probant in casu nostro dicti testes: & istud pro se sufficeret pro victoria domini Galeacij & habeo pro hoc potissimum fundamentũ. ¶ Potest etiam alia ratione dici dictos testes non probare quoniam probatio eorum non est certa, vt esse debet. l. neq; natales. C. de prob. & in c. in præsentia. de prob. quod autem dicta probatio non sit certa patet: quia dicti testes non specificant qualitatem prædij seu possessionem cum suis demonstrationib. nam ad hoc ut dicatur prædiũ clarè & certè demõstrari oportet exprimere locum, saltem cum duobus cõfinibus & demõstrationibus. l. forma, in prin. ff. de cẽsibus. l. hac cõsultissima. C. qui test. fac. pos. l. si quis in fun. uoca. in prin. ff. de leg. 1. sed dicti testes non exprimunt demonstrationes prædictas, sed dicunt, quella possessione. ¶ Bene facit qd not. Io. An. & alii post
4 eum in c. auditis. de præscr. † vbi dicunt per illum text. de facto terminatum fuisse quod quidam bidellus conduxerat à locatore equum vt iret ad certum locum, locator petebat equum vel eius æstimationem si non extabat, sed conductor dicebat non teneri, quia mortuus fuit equus naturaliter in uia & probauit per aliquos qui secum equitauerant quod equus naturaliter sibi mortuus est in viam, locator dicebat bene probasti quod vnus equus tibi mortuus est naturaliter, sed non probasti quod fuerit ille equus quem tibi locaui, certè locator rectè allegabat, quia probatio rei tanquam incerta non reuelabat. ¶ Præterea ex verbis primi testis dicentis quod Alexã. respondit domino Galeatio come volete voi che io ne faccia, che rasone ne hauerebbe io. Apparet quod dictus Alexan. non assensit illi renunciæ nec illam acceptabat quasi nollet reddere omnes impensas absq; eo qd dominus Galeacius per instrumẽtum reponeret Alex. in pristinum statum, ergo per illam renunciam non acceptam non videtur dominus Galeacius à possessione cecidisse. l. si me in uacuam. ff. de acq. pos. & per no. per Bart. in l. quod meo. §. si furioso. in fi. eo. tit. ¶ Postremò confirmari possent adducta per dominum aduocatum domini Galeacij per ea quę traduntur per Ant. de Bu. in c. in literis. de resti. spol. circa mediũ.
5 in versic. & ex his infertur, quod exceptio renunciationis. ¶ † Vbi inquit quod licèt exceptio renunciationis obstet agenti in possessorio in beneficialibus per c. accepta. eo. ti. tamen secus est in non beneficialibus: quia per hoc non fundatur intẽtio partis aduersę per no. per Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. pos. col. 4. & per alia ibi allegata per eum sentio etiam dictos testes esse uiles, adiectos & pauperes, quibus nõ est plena fides adhibenda. l. iij. in princ. ff. de test. ¶ Ex quibus concludo attestationes dictorum duorum testium præfato domino Galeacio non obstare. reliqua suppleat præstantia dominorum iudicare debentium, &c.

ADDITIO.

* Alius.] Not. quòd testes dicuntur singulares, quando unus plus deponit quàm alius, cuius contrarium. Alex. dicit cons. 24. col. fi. infra li. 2.

SVMMARIVM.

1 *Verba quando importent modum uel conditionem.*
2 *Exceptio quæ oritur ex eodem fonte nunquam est sublata.*
3 *Participium resoluitur in uerbum & relatiuum.*
4 *Notarius non potest conficere instrumentum: nisi de his quæ uidit & audiuit tempore contractus.*

CONSILIVM CXIX.

Duplicatum consi. 20. lib. 6. Natta.

Viso processu super causa inter Spectabilem Equitem & Comitem dominum Ludouicũ de Fedrucis de Firmo agentem & magistrum Iacobum de Vexano se defendẽtem. ¶ Summa totius rei consistere videtur in hoc, utrum dictum instrumentum rogatum per Ser Nicolaum de Pãsachis mereatur executionẽ secundum formam statutorum; & per consequẽs an pro parte domini Ludouici fuerint adimpleta ea quæ pro parte sua adimplenda erant stantibus protestationibus & oblationibus pannorum & expensarum factis in ciuitate Firmiana dicto Baptistæ de Crapentariis allegãs illas petias pannorum non esse illas quæ fuerunt per ipsum Baptistam consignatæ dicto domino Ludouico, & de quibus fiebat mentio in instrumento rogato per dictum Ser Nicolaum

prout de prædictis protestationibus & obligationibus apparet scriptura publica rogata & scripta manu Ser Simonis de Firmo. vnde ad rem ipsam veniens animaduertendum est ꝙ in dicto instrumento cuius petitur executio, & in quo magister Iacobus promiserat dare dicto domino Ludouico certã quantitatem olei in ciuitate Forliuij sunt adiecta ista uerba post dictam promissionem olei: videlicet cum hoc etiam pacto & conditione ꝙ præfatus dominus Ludouicus consignet prædicto Baptistæ, vel per ipsum dominum Ludouicum non stare quin daret & consignaret dicto Baptistæ seu alteri pro eo, & nomine eius de voluntate dicti Baptistæ octo petias pãnorum plurium colorum sibi iam consignatas dicto domino Ludouico per dictum Baptistam in ciuitate Firmi prout dictus procurator dicto nomine ad instantiam dictorum domini Ludouici & Baptistæ dixit, asseruit & confessus fuit ꝙ dictus dominus Ludouicus dictas octo petias panni habuit & recepit à dicto Baptista &c. ¶ Item in eodem instrumento post prædicta & quædam alia est clausula huius tenoris: videlicet quibus conditionibus adimpletis & obseruatis pro parte pfati domini Ludouici versus dictum Baptistam voluit dictus magister Iacobus posse conueniri in ciuitate Forliuij Cesennæ Arimini &c. & generaliter vbique locorum, terrarum & fori in quo vel quibus dictam quantitatem dictus dominus Ludo. vel eius procuratores petierunt ab ipso magistro Iacobo se integrè & cum effectu soluturum. in quibus quidem locis & aliis quibuscunque voluit ipse magister Iacobus posse et realiter & personaliter conueniri, capi, cogi & compelli, car-
1 cerari & arestari &c. ¶ † Nam illa verba cum hoc pacto & conditione, &c. adiecta in prima clausula suprà posita faciunt conditionem vel saltem modum. l. filius matrem. in uerbo eo pacto. & ibi ad hoc illum tex. ponderat Bald. C. de inoff. testam. l. cum res. & ibi Bal. C. de dona. l. si societatem. §. arbitrorum. cum glo. & ibi hoc no. in prin. ff. pro socio. l. Mæuia. ff. de ma. testam. not. Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demonstr. circa 2. col. & probat etiam in l. quoniam. & ibi hoc not. Bal. C. de rerum perm. in l. ea conditione. & ibi Bal. C. de rescin. vendi. & not. Io. Andr. in addi. Specu. in tit. de instru. edi. in §. nunc verò aliqua. in vltima col. & per Bar. in l. nihil. ff. de coniungen. cum eman. lib. ¶ † Et licèt in dictis locis locis habeatur ꝙ dicta verba denotant potius modum quàm conditionem: tamen in proposito nostro faciunt conditionẽ & non modum: quia vbicunque aliquid est expressum p verba importantia de sui natura modum & non conditionem: tamen appareat tacitè vel expressè partes voluisse ꝙ primò impleretur illud quod erat expressum per verbum de sui natura importantia modum, ꝙ implere debens consequatur emolumentum & commodum sibi prçstãdum, tunc talia verba mutant naturam, & non faciunt modum, sed conditionẽ. l. Thais ancilla. §. Stichus. ff. de fideicom. lib. ita not. Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius. in ver. quid si testor expressè voluit ante impleri &c. & probatur. in l. in conditionibus. §. j. & l. quæsitum. §. j. ff. de cõd. & dem. & per Imo. in l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. j. ¶ Sed ita est ꝙ dicti contrahentes voluerũt ꝙ primò deberent impleri ea quæ vt suprà erant implenda in psonam dicti Baptistæ antequam conueniretur & exigeretur dictus magister Iacobus: vt patet ex dicto §. clausula incipiente, quibus conditionibus adimpletis &c. vt verba ipsa sonant, colligitur ex illis ablatiuis. s. quibus cõditionibus adimpletis &c. ¶ Quia ablatiui important cõditionẽm & resoluuntur ac importent sicut si dictum fuisset: & si dictus dominus Ludouicus dictas conditiones impleuerit &c. tam in ultimis voluntatibus q̃ contractibus. l. à testatore. ff. de cond. & dem. l. ab em-
2 ptione. in prin. & ibi no. Bar. ff. de pactis. ¶ † Sed ita est ꝙ statutum disponens ꝙ instrumentũ habet executionẽ paratã: & ꝙ cõtra illud nulla possit opponi exceptio semp intelligitur dũ modo cõditio contractus sit adimpleta, ut latè dicit bal. in l. si causam, maximè versus fi. C. de execu. rei iud. & Imo. in l. fi. in 10. col. ff. de acqui. poss. & not. Bart. in l. etiam. in 1. uel 2. col. C. de exec. rei iud. ¶ Ad idem qd not. Bal. in l. ex prædiis. C. de eui. vbi dixit ꝙ si statutum disponit ꝙ contra instrumentũ cõfessionatum non possit opponi aliqua exceptio, tamẽ poterit
* opponi exceptio rei non traditæ vel non liberè traditæ * si ista exceptio proueniat ex eodẽ instrumento. allegat no. per Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obl. ¶ Ad hoc quod no. Ant. de But. in c. cum Ioannes. in princ. in glos. quæro an emptor &c. extra de fid. instrum. ¶ Ad idem quod no. Bal. in authen. præsente. C. de fideiu. vbi dixit ꝙ si contra executionem instrumenti confessionati non potest opponi ex forma statuti aliqua defensio modò fideiussor conuentus ex instrumento confessionato petit iura sibi cedi: nunquid admittatur ista defensio: arguit ꝙ non: quia statutum dicit ꝙ nulla admittatur defensio; tamen ipse concludit contrarium, quia quando defensio venit ex eadem causa & inest, & procedit ex eodem fon
a te[a] seu instrumentum à quo procedit petitio, tunc semper potest opponi, per no. per Bar. in l. peremptorias. in 4. col. C. sent. rescin. non pos. in versi. quæro condemnatus &c. & in l. j. ff. de iur. & fact. ignor. & Fulgo. & Pau. de Cast. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. ¶ Ex prædictis ergo apparet ꝙ nisi adimpleuerit do. Ludouicus dictam conditionem cõsistentem in reddendo dictas petias pãni Baptistæ prædicto nõ poterit cum effectu in executione instrumenti petita obtinere attento ꝙ per modum conditionis fuit adiecta dictã conuentio & quod procedit ab eodem instrumẽto cuius petitur executio. Facit etiam: quia statutum prædictum debet intelli
b gi de instrumento liquido.[b] ut per Barto. in l. 1. in princ. ff. de eden. & l. proinde. §. notandum. ff. ad l. aqu. & in l. eleganter. in prin. ff. de condi. inde. & in l. 2. C. de sen. quæ si. cer. quant. cum sim. ¶ Nec prædictis obst. si dicatur ꝙ dom. Ludouicus obtulit dare Baptistæ in ciuitate Firmi octo petias panni diuersorum colorum asserendo illas esse easmet quæ sibi domino Ludo. per Baptistam consignatæ fuerant: & de quibus fiebat mentio in dicto instrumento rogato per Ser Nicolaum de Pansachijs quanuis Baptista tunc recusauerit eas recipere asserens non esse suas seu illas quas consignauerat ipso dicto domino Ludouico, quia ad hoc respondeo quod cum in instrumento rogato per Ser Nicolaum de Pansachiis cõtineatur qd debeat dictus Ludouicus consignare dicto Baptistæ octo petias pannorum plurium colorum: sibi iam consignatas per dictum Baptistam dicto domino Ludouico & sic non promiserat procurator domini Ludouici in dicto instrumento dare Baptistæ octo petias panni diuersorum colorum simpliciter, sed promisit dare illas quas consignauerat dictus Baptista domino Ludouico. ¶ Hoc etiam importat illud participium prç
3 teriti temporis consignatas: † quia participium resoluitur in
c uerbum & relatiuum. i. quæ consignatæ fuerunt. ut no.[c] glos. in clem. 1. in uerbum si dignitatibus de præben. & relatiuum iunctum verbo præsentis vel præteriti tẽporis significat quantitatem demonstratiuam. l. demonstratio falsa. in princi. ff. de conditio. & demonst. & not. Bald. in l. 1. eod. titul. ¶ Ergo ad hoc ut dicatur dictum Ludouicum adimpleuisse pro parte sua oportet quod constet eum dedisse seu obtulisse Baptistæ non dico simpliciter octo petias panni diuersorum colorum, sed illas quas Baptista consignauerat domino Ludouico, & sic probet quòd ista qualitas & demonstratio adiecta in dicta promissione pannorum facta per procuratorem domini Ludouici fuerit uerificata & impleta, quia quoties aliquid profertur cum aliqua qualitate debet vtrunque probari, scilicet adimpletum esse illud, & etiam qualitas eius. l. j. §. ait prætor. ff. ne quid in flumin. public. & not. Barto. in princi. huius l. & l. non solum. §. sed ut probari. & Bald. in l. conuenticulam. circa 3. colum. C. de epis. & cler. & facit in l. 2. §. docere. ff. ui bono. rapto. ¶ Et ideo non sufficit ꝙ appareat ꝙ dominus Ludouicus simpliciter obtulit octo petias panni diuersorum colorum tanquam illas quæ sibi consignatæ fuerunt per Baptistam nisi probet quod erant illæmet cum Baptista hoc negauerit. ¶ Pro hoc adduco decisionem Io. And. in c. auditis. de
* præscri. * quem ibi sequitur Ant. de But. & alij Moderni ubi dicit Ioan. Andr. se aliàs practicasse. nam quidam conduxerat à locatore certum equum pro certo itinere: & iste equus naturaliter mortuus est in itinere: locator petebat emendam equi, conductor probauit in genere equum mortuum naturaliter. probauit enim per illos qui secum erant ꝙ equus quem equitauit die tali mortuus erat naturaliter. dicebat locator bene probasti equum unum esse mortuum: sed non illum quẽ tibi consignaui uel locaui, & sic bene dicebat locator, quia talis probatio ambigua non sufficit per textum in dict. cap. auditis. & alia quædam exempla ibi subiicit Ioann. Andr. Ita in proposito spectabat ad dictum Ludouicum in causa executionis

stationis probare quod ille petiæ panni quas obtulit erant illæ quæ fuerant consignatæ sibi per dictum Baptistam. & per hoc patet non obstare si diceretur quòd præsumitur quod illæ petiæ panni quæ fuerunt oblatæ Baptistæ fuerunt illæmet quæ fuerunt consignatæ per Baptistam domino Ludouico, eò quia pluralitas nõ præsumitur nisi probetur*.c.in præsentia. vers. verum. & ibi Ant.de Bu.de proba.c.cum Ioannes.de fide instru.l.si in rem.& ibi no.Bar.ff.de rei uendi.& no. Iaco. Bu.in l.optimam.C.de contrahen.& committem.stip.& Bal. in l.neque natales.C.de proba. & in l.conuenticulam. in 5. col.C.de epis.& cle.l.idem Pomponius.§.fin.§.de rei ven. cũ si.quia respondeo. quod vbi apparet quòd istæ petiæ panni oblatæ per dominum Ludo.Baptistæ fuissent alias per Baptistam consignatæ domino Ludo.quamuis Baptista nunc diceret quòd illæ octo petiæ panni non sunt illæ quæ debebant sibi consignari: quia diceret quòd posset esse quòd pluries cõsignauerit dicto Ludouico illas quantitates petiarum panni diuersorum colorum certè non debebat audiri Baptista allegans istam pluralitatem cõsignationum factorum per ipsum Domino Ludouico, quia pluralitas consignationum non præsumitur.sed cũ nõ appareat quòd dictæ petiæ oblatæ fuerint vnquam consignatæ per Baptistã domino Ludouico non est probata intentio dicti domini Ludouici: vt in d.c.auditis.dicit Ioan.Andre. ¶ Nec ob.si diceretur quod in instrumento dictæ protestationis continetur quod dictus Ludouicus obtulit octo petias panni diuersorum colorum, de quibus fit mentio in dicto instrumento ser Nicolai de Pansachijs: quia

4 respondeo † quod notarius rogatus de dicto instrumẽto protestationis non potest conficere instrumẽtum nisi de his quæ vidit & audiuit tempore quo conficiebatur contractus & instrumentum.no.Inn.in c.fraternitatis. de hære. & no.Bal.in rub.C.de fide instru. in 5. & 6.col. & in l.cum precibus. C. de prob.debet enim notarius conficere instrumentum de eo quod tempore contractus vidit vel audiuit a partibus: vt plenè per Io.And.in addi.Spe.in ti.de instr. edi.in 6. & 7.colu. & in §.restat.in addi.incip.not. quia non sufficit. & no. per glò.in auth.de instru. cau. & fide.in §.si vero moriantur.in gl.quæ incipit.alias pro se.& Bal.in auth.sed nouo iure.C.si cer.pe.& in d.rub.C.de fide instru.circa 9.col.& in l.2.de ferijs.sed notarius nõ potuit tempore instrumenti videre quòd essent illæ petiæ panni quæ fuerunt consignatæ per Baptistã domino Ludouico, quia consignatio quæ fuit facta per Baptistam domino Ludouico non fuit facta tempore confectionis instrumenti protestationis, sed longè ante: & sic ipse ser. Simon tanquam tabellio ad hoc adhibitus a partibus non potuit hoc videre. vnde etiam dato quod notario in conscientia sua hoc constaret.s.quod essent illæ petiæ panni quæ fuerant consignatæ per Baptistam domino Ludouico, tamen ex hoc non potuit conficere instrumentum: vt dicit Bal.in l.si ex cautione. in 3.q.C.de non nu.pecu.¶ Nec etiam potuit hoc audire notarius aliter quam ab vna parte.patet quia Baptista cõtradixit: non autem consensit illam consignationem seu obligationem esse de illis petij pannorum quæ ipse consignauerat dicto domino Ludo. debent enim intelligi illa verba instrumenti protestationis dum dicit de quibus in dicto instrumento fit mentio: vt illud relatiuum de quibus referatur in genere ad petias panni: sed non ad omnes qualitates pannorum nominatorum in instrumento: vt no.per gl. & Bar.in l. iul.de hær.instit. & in l.3.ff.de nego.gest. & in l.domum.ff. de iniurijs. ¶ Non ob. quòd magister Iacobus conuentus in iudicio executiuo confessus fuit omnia contenta in instrumento rogato per ser Nicolaum de Pansachijs esse vera: & per ipsum magistrum Iacobum non stetisse neque stare quominus impleantur omnia contenta in dicto instrumento: & obtulit se per pactum contenta in dicto instrumento implere & per ipsum non stare &c. Quia respondeo quod magister Iacobus dixit, quòd per ipsum non stetit, nec stabat quòminus adimplerentur contenta in instrumento: & dicit verum quia stetit & stabat per dictum Ludouicum: quia non dederat petias panni dicto Baptistæ quas dare debebat: & ipse magister Iacobus erat paratus adimplere. tamen ad hoc vt dictus Ludo.posset actualiter eum ad solutionem cogere vel cogi facere debet pro parte sua adimplere. l.Iuli. §.offerri.de act.emp.l.ædiles etiam.§.fi.de ædi.edic.facit l.cedere diem. de ver.sig.¶ Non habet obstare etiam si apparet quòd si sex petiæ pannorum ex dictis octo petijs fuissent de illis quas consignauerat Baptista dicto Ludouico: quia ex quo non adimple

d uit.d.Ludouicus in totũ & perfectè[d] non dicebatur releuari per talem obligationem partis.l.tutor.§.Lucius.ff. de vsuris. l.4.§.Cato.in fi.& l.qui viã.§.fi. & quod ibi no.Bar.de verb. obl.& l.cum fundus.de condi.& demon.¶ Ex quibus omnibus apparet quòd dictum instrumentum non meretur executionem: quia non fuit adimpletum pro parte dicti domini Ludouici illud quod implere tenetur.s.dare illas octo petias panni Baptistæ quas Baptista sibi consignauit.tunc si magister Iacobus emeret in ciuitate Firmi illam quantitatem & eam conduceret Forliuium expensis domini Ludouici, & ibi consignaret domino Ludouico non teneretur ad aliud vltra quãtum est respectu olei: ut patet ex prædictis.

ADDITIONES.

* Tradite.] Nota de exceptione rei non traditæ. Sequitur Dec.consi. 268.col.2.& latius.consi.119.1.dub.& consi. 421.col.1. Natta.

a ¶Fonte supra consi.95.nu.2.

b ¶Liquido.plenè dixi in consue.Pari.§.166.

c ¶Vt no.Ia.l.Centurio.col.16.de vul.& pupi. consi.55.col.5.consi. 65.col.2.li.3.Alex.infra li.2.consi.124.nu.6.

* Io.An.in c.auditis,de præsc.] Hanc decisionem refert, & sequitur Alex.consi. 118.uersus finem lib.1. Natta.

* Probetur.] Pluralitas factorum non præsumitur, sed rerum sic, quia facta nunquam præsumuntur, l.in bello.§. facta.ff.de capti.Vide Decium notabiliter declarantem, & allegantem Alex.hic, in d.c.in præsentia, in 9.notab.Et pluralitatem non præsumi.Ias.consi. 42.col.3.li. 1.& illud, quòd Dec.scribit, sentit Ias.in l.non hoc col.3. C.vnde legi.Et pluralitas præsumitur in nominibus multum vsitatis, vbi agitur de demonstratione personæ, seu loci vt per Aret.consil.102.dub. 2.Et pluralitatem rerum præsumi, Alex.consi.134.col.2.lib.2.Et pluraliter præsumitur, vbi facta multiplicari de facili possunt Cor.eleganter consi.144.col.pen.lib.4.vbi inducit Bar.in l.is, qui reus.ff.de iudi.Et de hac regula ponit Ias.in l.honorum col.3.C.de bono.pos. secun.tab. Natta.

d ¶Perfectè infra li.5.consi.76.col.fi.Are.consi.94.in fin.Soci.cõsi.26. co.2.li.3.Cor.consi.343.col.3.li.1. consi. 245.li.4. Deci.consi.452. nu.3.Matth.Affl.deci.Neap.220.nu.4. * Vbi vnum capitulum nõ seruatur, non seruatur tota conuentio Soci.consi 90.col.pen. lib 3. facit tex.in C.defleat peccator, de reg.iur.Et uide Alex.in l.in executione.§.Item si ita ff.de verb.obl.vbi ponit an pœna committatur si quis deficiat in solutione in vno denario. Et adde, quòd obligationem tradi est indiuidua obligatione, & solutione.l.stipulationes nõ diuiduntur.& ibi Bar.8.opp.ff.de verbo.obliga. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, & hæredibus, non restringit sed auget.*

2 *Alienatione prohibita per contractum, non prohibetur per testamentum.*

3 *Hospitale sine authoritate episcopi non est locus religiosus.*

4 *Ecclesia potest acquirere emphyteusim vt vendat, non vt retineat.*

5 *Emphyteusis potest donari vel legari domino irrequisito.*

EPITOME.

HILARIVS conduxerat ad liuellum perpetuũ pro se suisque filijs & hæredibus in 39. an.ad renouandum ab illustrissimo Marchione Astensi.prout in instrumentis inuestituræ continetur, duas apothecas quarum vsumfructum per codicillos reliquit cuidam Paulo de Cultris & Alexãdro de Fontana relicto hærede vniuersali hospitali domus Dei de Mutina, quo Hilario defuncto: domino uisum est dictũ hospitale non potuisset in dicto liuello succedere attento tenore inuestiturarum dicti Hilarij & inuestituit dictum Paulũ & Alex.fratres prout in inuestitura. Quæritur an de iure dictum hospitale tunc fuit capax dicti liuelli, & debuerit in eo dicto testatori succedere. & Alex.& Paulus, in dicto vsufructu legato.

CONSILIVM CXX.

Duplica.consi.90.lib.4.Natta.

Super eo quod quæritur, videtur fortasse dicendum non potuisse dictum liuellum transire iure hæreditario

reditatio in dictum hospitale: quia expresse in inuestituris Hi
larii continetur, quòd si dictus Hilarius vendere voluerit di-
ctas res seu ius suum primò teneatur requirere dictum domi
num Marchionem Astensem dominum directum & eidem
domino Marchioni teneatur vendere pro minori pretio quã
alij personæ: si verò ipse dominus Marchio vel eius heres e-
mere noluerit; tunc liceat dicto liuellario & suis hæredibus
vendere cuilibet alij personæ emere volenti præterquam vlli
venerabili loco, communi, collegio, uniuersitati, maiori, sed
personæ habili & sufficienti ad soluendum dictum liuellum
& ipsam rem meliorando: & si aliter factum fuit non valet
ipso iure, imò per pactum expressum cadat à iure suo. ¶ Et ita
est quòd ille qui non potest alienare in aliquem venerabilem
locum dicitur facere contra prohibitionem illum instituen-
do sibi heredem. l. peto. §. fratre. & ibi no. l. codicillis. §. matre.
ff. de leg. 2. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. & ibi plenè per
Bart. & no. in l. pater. §. Iulia Agrippa. ff. de lega. 3. ¶ Sed hos-
pitale videtur esse venerabilis locus & pius sicut ecclesia: &
propterea ita subsunt episcopo hospitalia sicut ecclesia. 8. q.
2. quidam. c. de xenodochiis. de reli. do. not. Archi. 4. q. 1. si
ex laicis. & Bald. in l. orphanotrophos. C. de episco. & cleri.
& in auth. similiter. C. ad l. falc. ¶ Et quòd hospitale dicatur
pius & venerabilis locus, dicit expresè Spec. in tit. de instru-
men edi. §. nunc verò aliqua. versic. & scias. allegat inter cæte-
ra. §. fi. in auth. de ecclesia. ti. colum. 9. ¶ Accedit etiam quòd
de iure communi non videtur quod in ecclesia & pari ratio-
* ne nec in hospitali possit fieri alienatio iuris emphyteutici*
etiam quando dominus directus recusat acquirere velle: vt
not. in c. potuit. extra de loca. in verbo prohibetur & no. Spe.
in titu. de loca. §. nunc aliqua. uersi. exhiberi. facit quod habe
1 tur in c. 1. de alie. feu. & quod no. in d. §. ea lege. ¶ † Sed præ-
missis non obstantibns contrariam sententiam puto de iure
veriorem. moueor: quia dicta concessio ad liuellum perpe-
tuũ fuit facta Hilario pro se suisque filiis & hæredibus. pro-
a pter quæ verba veniunt etiam hæredes extranei.[a] Nam illam
copula & auget vt etiam comprehendãtur hæredes qui non
sunt filij. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. & ita concludit Bart.
Bald. Angel. & Imol. in l. Gallus. §. etiam si parentem. ff. de li-
ber. & posthu. & Bald. in d. l. Gallus. §. 1. ad fi. saltem quando
sumus in concessione facta non ab ecclesia; sed ab alio de cu-
ius concessionis natura est quòd tunc possit transire etiam ad
extraneos iuxta. l. viam. C. loc. iuncto. §. emphyteusis. in auth.
de non alie. per no. per Bart. in l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de
oper. liber. & ista est conclusio uera. & no. in dictis locis. & ita
etiam concludit Io. de Imo. in d. l. quòd dicitur. in 16. col. ff.
de verbo. obli. & in l. ex facto. la 2. in 8. colum. ff. de hæredi.
instit. & in c. potuit. in antepe. char. de loca. & sequutus sum.
in d. l. quod dicitur. ¶ Nec obst. ad hoc si diceretur quòd co-
pula & debet copulare similia non dissimilia argumento. l. fi.
§. dulcia. ff. de vino triti. & oleo lega. quia respondetur quòd
attento quòd pater recipiendo talem emphyteusim pro filijs
videtur stipulari & acquirere filijs non tanquam filijs sed tã-
quam hæredibus: vt not. in l. si tibi. §. pactus. ff. de pac. nã vi-
detur dicta copula posita inter dissimilia. potest etiam respõ-
deri quòd in d. §. cui dulcia. ibi illud operatur adiectiuum
neutraliter positum non autem copula: vt ibi per Bar. ¶ Non
* ob. etiam. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. instru.* quia respondetur
quòd ibi qualitas adiecta vni rei videtur repetita in alia re po
sita in eadem oratione propter copulam & sed in casu nostro
non fuit adiecta qualitas alicui rei, sed fuit tãtum expressa per-
sona filiorum nihil ergo repugnat quominus hospitale quã-
uis sit hæres extraneus potuerit admitti. ¶ Non obst. si dicere-
tur quòd ex forma conuentionis non poterat alienari in ali-
quem uenerabilem locum: quia respondeo quod verba con-
uentionis non loquuntur de alienatione in genere. sed loquũ-
tur de vẽditione pretio explicanda, vt parebit ibi dum dicit:
vendere pro minori pretio &c. iunctis sequentibus clausulis:
& sic per instrumentum prohibetur alienatio per contractũ
venditionis in aliquem locum venerabilem; non autem alie-
2 natio in genere: sed ita est † quòd vbi prohibetur alienatio
per contractum non intelligitur prohibita alienatio quę fit
in vltima voluntate iure vniuersali. l. verba gesserunt. ff. de ver
bor. signi. l. milites. ff. de re mili. l. decuriones. cum ibi not. ff.
de decurio. l. 1. in fi. iuncta. glo. in verbo sui. C. non lice. lia-
bit. metro. lib. 11. & firmat etiam clarè Ioan. de Imo. in l. si ita
quis. §. ea. l. ff. de verbo. obliga. in penul. colum. & bene facit.
3 l. fina. ff. de predijs curi. lib. 10. ¶ † Posset etiam responderi ꝙ
illud quod dicitur de hospitali, scilicet quòd est venerabilis
locus quemadmodum ecclesia, procedit in hospitali fundato
b authoritate episcopi: aliàs non,[b] per id quod habetur in c.
ad hoc, cum ibi not. per doctor. de religio. dot. & per ea quæ
habentur in clem. quia contingit ad fin. cum glo. in verbo al-
tare. de relig. do. & ibi doct. & glo. 8. quæst. 2. quidam. & Ho-
stien. in summa de regula. §. 1. versi. quid de rusticis. & Bald.
in authen. hoc ius porrectum. in 2. col. C. de sac. san. eccle. &
in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cleri. circa penult.
colum. & Ioann. de Imo. in cap. officij. in antepenul. char. de
testamentis. & Dominicus de Sancto Geminiano. in ca. 2. de
restitut. in integr. lib. 6. & Ange. in consilio 117. incip. Anto.
canonica. vbi dicit quòd ita debet intelligi id quod Specula.
not. in d. versi. & scias. & id quod habetur in d. c. de Xenodo-
chijs. & sic vbi non appareat istud hospitale esse fundatum au
thoritate episcopi non videtur esse venerabilis locus quam-
uis ecclesia & similia loca appellent venerabilia loca. §. illud.
in authen. de monachis. ¶ Non obst. quòd de iure communi
non potest fieri alienatio iuris emphyteutici per emphyteu-
tam in ecclesiam: quia respondeo primò quòd si istud hospi
tale non est fundatum authoritate episcopi cessat argumen-
tum per ea quæ dixi. ¶ Secundò respondeo quòd secundum
quod dicit Ioan. An. in d. c. potuit, non reperitur de iure ex-
pressum quòd in ecclesiam non possit transferri ius emphy-
teuticum. & tex. in l. fi. C. de iure emphyt. & in d. cap. potuit.
dum ibi dicitur in personas prohibitas non potest alienari,
intelligitur de prohibitione facta per pactum appositum in
contractu emphyteutico, vel per consuetudinem. & ita etiam
4 intelligit Imo. in d. cap. potuit. ¶ † Prætereà posito quòd eccle
sia non posset acquirere quantum ad retinendum pro se, ta-
men quantum ad hoc vt in ecclesiam transferatur ex tit. insti-
tionis hæreditatis, & ipsa alteri idoneo vendat. hoc non est
c prohibitum: & ita de consuetudiue[c] seruatur quod ecclesia
intra annum vendat alteri secundum Spec. in titu. de loca. §.
nunc. versic. 7. vbi ad hoc allegat. in ar. 12. q. 2. longinquitate
rei. cum simi. & sequitur Ioan. An. & doc. & in d. c. potuit. &
ibi ponit Ioan. de Imo. in 17. colum. super glo. in verbo pro-
hibetur. ¶ Potest etiam responderi quòd prohibitio quæ fa-
* cta est a iure quò ad ecclesiam & potentiores,* est quò ad alie-
nationem quæ fieret per contractum: ita loquitur text. in d.
c. potuit. & in d. l. fi. C. de iure emphyt. & non extenditur ad
alienationem quæ fieret instituendo hæredem per d. l. verba
gesserunt. cum concordantijs supra alleg. ¶ Non ob. id quod
* habetur in c. 1. de gradi. succell. in feu.* & ideo si transiret ad
ecclesiam nunquam reuerteretur ad dominum. istam rationẽ
reddit ibi text. quæ ratio cessat in casu in emphyteusi cõcessa
pro se, filiis, & hęredibus: attento ꝙ comprehendit omnes hę
redes etiã extraneos in perpetuum: vt dixi in l. in annalibus.
C. de lega. l. sciẽdum. ff. de verb. signi. & si dicti liuelli vsusfru
ctus relictus fuit a dicto Hilario dictis Alexan. & Paulo iure
legati: vt in themate præsupponitur valeret dictum legatũ:
5 † quia habens rem in emphyteusim seu ad liuellum perpe-
d tuum quod idẽ est quòd emphyteusis in proposito nostro,[d]
vt not. doc. in l. 1. C. de iure emphy. & Bart. & alii in l. si fini-
ta. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. potest ius suum lega-
re. l. in conuentionibus & ibi Dy. ff. de verb. signi. l. si domus.
§. fi. ff. de leg. 1. firmat Spec. in d. §. nunc aliqua. versicu. 112.
quem sequitur Ioan. An. & Pau. de Leaza. & alii in c. potuit,
de loca. & ista. est communis opi. in emphyteusi non conces-
sa ab ecclesia: vt etiam tenet Salic. in l. fi. C. de iure emphyt.
nam legatum est donatio. lege legatum. ff. de leg. 2. ¶ Sic ergo
potest tale ius donari per emphyteutam etiam irrequisito do
* mino:* vt statim dicam. ita & legari. quod autem possit do-
e nari,[e] firmat glo. Iaco. But. Bald. & Sali. in d. l. fi. C. de iure em
phyt. & Barto. in l. 1. C. de fun. patr. lib. 11. & Specu. & Ioann.
An. in d. §. nunc aliqua. versi. 147. Iaco. de Are. & Bald. in d. l.
si domus. §. fi. de lega. 1. & ita etiam ibi tenet Ioan. de Imo. Ra-
pha. Cu. & Pau. de Cast. qui dicunt quod ista est communis
opin. & Bald. in l. cum virum. C. de fideicom. & Ioan. Andr.
& alij post glo. in d. c. potuit. & Ioan. de Imo. in l. vsufr. ff. so-
lu. matri. est bene verum quòd Bald. in d. l. si domus. §. fin. &

in d.l.1.§.pen.ff.de superficie.& in l. si patroni.in princip.ff. ad treb.& in l.in conuentionibus.de ver. sig.tenuit quòd solum emphyteuta conducens à fisco seu Republica possit legare & donare sine consensu domini: & ita secundum eum loquũtur iura supra allegata. ¶Et si dictus Hilarius conduxit a camera fiscali: tunc etiam secundum opi. Bar. potuisset legare vt fecit,& etiam quando non conduxisset a camera fiscali adhuc secundum opi. communem verum est dicere quòd talis liuellarius seu emphyteuta potest donare sine consensu domini: quia ratio dictæ.l. fina. non habet locum in legato vel donatione quæ vt plurimum fiunt propter merita.l.nec adiecit.ff.pro socio.quia ratio cessat quando donaretur vel simili titulo transferetur: sed ius emphyteuticum potest legare vel donare irrequisito domino. & si dicatur talis legatarius vel donatarius non erit obligatus domino ad canonẽ soluendum cum & nihil promiserit: & sic contra eum non erit consultum domino: quia respõdetur quòd succurreretur domino: quia poterit agere rei vendicatione contra donatariũ nisi soluat canonem: vt no.gl.in d.l.fin.& ad alia quæ in contrariũ allegari possunt videlicet in hoc articulo etiam plenè respondet doc. in locis præallegatis: ideo vlterius super eo non insistam postquam se ita habet communis. opi.a qua in iudicando non est recedẽdum: ut habetur in locis vulgarib. ¶Fortius dico quòd si ita sit ut in puncto narratur scilicet
a quòd Hilarius reliquerit solum usum fructum * Alexan.& Paulo: voluit no. Bal.in l.1.in prin.ff. quibus mo.usus fru. amit. quòd siue per legatum siue aliter emphyteuta velit cõcedere vsumfructum possit hoc facere sine cõsensu domini. facit quod no.Bar.in l.3.§.ex contrario.ff.de acquir. poss.in ult.colum.in ver.quæro quomono possunt plures

ADDITIONES.

* Iuris emphyteutici.] Quilibet potens dicitur prohibitus; Rui.consi.23.col.15.lib.5.Vide Alex.infra col.seq.Ias.in d.l.fi.nu. 90.& in l.si ita quis.§.ea lege.col.3.ff.de ver.obl. Natta.

a Extrane.idem sentit Alex.supra consi.80.nu. 12.quod prima facie videtur esse contra id quod sæpe consuluit vt sup.consi.44. & quę ibi dixi sed nulla est contrarietas,quia quæ in d.consi. 44.adduxi procedunt in re quę de sui natura, vel pacto non transit ad extraneos hæredes,vt feudum,emphyteusis ecclesiastica,vel quãdo emphyteusis aut quęlibet concessio priuati limitatur ad certas generationes vel personas,quia tunc verbum hęredibus non facit extensionem ad extraneos,quia hoc esset vel contra naturam vel contra tenorem pacti, ideo facit restrictionem vt requiratur vtraque qualitas. Secus quando neque natura neque tenor pacti impedit transire ad quoscunque hæredes vt hic in eo qui accepit ad liuellum.Idem puto si expresè in emphyteusim ad certum tempus. quia tunc verbum hæredibus,cum copula aditum[nec aliter restrictum,vt infra lib.2.cõsi.56.colum.1.] auget.& facit quòd concessio non est restricta ad filios, sed ad quoscunque hæredes non aliter prohibitos transeat pro tempore suo, vel etiam perpetuò,si non est limitata ad certum tempus.& in dubio quoties dicitur pro se filiis & hęredibus,filij nõ sunt vocati vt filij præcisè, sed inquantum præsumptiuè futuri hæredes,& sic quicunque hæredes veniunt. & sic in dubio verbum & hęredibus non restringit,sed ampliat.quod no.Adde Alex.l.Gallus.§.etiam si a parente.de lib.& posthu.& Sal.l.2.q.20.C.de iu. emph.

* Non ob.etiam l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun. instru.]Vide Ias.in l.3.§.filius ff.de lib.& posthu.col.2. Natta.

b ¶Aliàs non idem Anch.consi.129.Pau.consi.167.lib.2. Rom. consil. 476.Cur.iunior consi.20 in prin.Ias.consi.218.lib 1.Matth.Pacus in
* trac.de manda aposto.par.5 fo.45.Gui. Pap.deci. Delph.187. * Vide quomodo hospitale æquiparetur ecclesiæ, infinita per Feli.in c. de quarta.col.2.& seq.de pręscri. Natta.

c ¶Consuetudine.plenè dixi in consue.Paris.§.22.q.41.§.41.num.57. cum sequen.

* Et potentiores.]Adde,tamen q alienatio potest fieri in æquè potentem,ex eo q ponit Pau.de Cast.in l.1.C.ne lic.poten. & Bal.& Salic. in l.2.C.eo.titu. Natta.

* Non ob.id q habetur.ibi,c.1.de grad.succ.in feu.]Quia ibi loquitur q de sui natura non transit ad extraneos hęredes iuxta.c. 1.de succ. feu.& c.1.de gra.succ in feu. Natta.

d ¶Nostro.Sed in alijs differunt vt dixi in consuet.Par.in rub.de cens.

* Irrequisito domino.]Communis opinio,de qua per Ias.in l.fi.nu.54. C.de iure emphy. Natta.

e Donari.Sed non tradi, vt scripsi in consu.Par.§.55.in princ.vt erret Alex.hic in fi.præsupponendo contrarium nisi inquantum sic refert ad consuetudines quibus commissorum vigore temperatur.

* Vsumfructum.]De emphyteuta constituente vsumfructum vide late Ias.consi.123.lib.4.vbi ponit quid de alia seruitute.Picum.in §. Titia.q.38. Ias.in l.3.§.ex contrario.col.17.ff.de acq.poss & in l.fin.nu. 112.C.de iure emphy.& Bal.in d.l.1.sequitur Rui.consi.120. lib.1.& consi.150.num.14.lib.3. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa continet vulgarem.*
2 *Libelli conclusio attenditur.nu.10.*
3 *Libellus debet sustineri etiam impropriando.*
4 *Vis clausulæ,petens iustitiam ministrari nu.11.*
5 *Iudex ex officio ad commodum miserabilium personarum procedere debet.*
6 *Agens ex causa intestati, non obtinet ex causa testati: nec agens ex dominio obtinet ex quasi dominio.*
7 *Agens commodati si probat depositum, non obtinet.nu.13.*
8 *Coniunctus & vicinus præsumitur habere notitiam mortis, nõ testamenti.*
9 *Hæreditas patrui non adita transmittitur per ignorantem.*
12 *Qualitas adiecta in libello, quid si non probetur.*
14 *Pupillus non est miserabilis,nisi sit pauper.*

CONSILIVM CXXI.

Viso processu causæ inter Morasum infantem ac filiũ & hęredem quondam Benedicti alterius quondam Morasi agentem & magistros Iac.& Anto. de Richo bono ex altera se defendentes. ¶Circa primum principale quæsitum scilicet an stãtib.narratis in libello in quo dicitur quòd Bonifacius decessit superstitib.dictis magistro Iacobo, & Anto.eius fratribus & dicto Benedicto eius nepote ex fratre præ mortuo,& quòd dictis magistro Iacobo & Ant. & Benedicto delata fuit ab intestato hæreditas dicti Bonifacij: & quod prefati Antonius Iacobus,& Benedictus scientes dictum Bonifa. mortuum & hæreditatem ipsius esse delatam eam adiuerũt: & quòd dicti Iaco. & Anto. dictam hæreditatem occupauerunt absque eo quòd tertiam partem tangentem dicto Benedicto ei assignauerint: quare petitur dicto Iacobum & Ant. condemnari ad restituendum dicto infanti hæreditatem & eius bona quantum est pro tertia parte, vt latius in dicto libello continetur. possit obtinere dictus infans attento quod reperitur quòd hæreditas dicti Bonifacij est in causa testati, nõ autem intestati propter quandam substitutionem compẽdiosam factam per dictum Bonifacium suis hæredibus in vniuerso institutis. & euenit casus vulgaris substitutionis quod illi instituti non potuerit esse hæredes, quo casu secundum com-
1 munem opi.omniũ† comprehenditur in d.compendiosa substitutio vulgaris: vt per Guil.de Cu.Cy.& alios in l.precib.C. de impu.& alij.substi.& Bar.& omnes in l.Cẽturio.ff.de vul. & pup.& Bar.in l.quandiu.la vlti.de acq.hær.& in consi.57. inci. Anacelus nu.2.Canonistæ in c.Raynutius, de testamentis. ¶Et videtur prima consideratione dicendum quod non obst. quòd in libello sit narratum quòd hæreditas Bonifacij fuit delata ab intestato,tamẽ si in veritate eidem delata extitit
2 ex testamento,debeat agens obtinere attento † quòd conclusio libelli debeat attẽdi: vt no.Inn.in c.super literis, de rescri. & c. cum sit generale.de fo.compe.& Bar.in l.Aurelius.§.Sticho,per illum tex.ff.de lib.leg.& l. non debet. & ibi Bal.post Bar.ff.de do.no. Bal.in l.domum.de rei vẽdi.in l.edita.in 16. colum.in repe.Paduana.C.de eden.in l.2.C. de peti.hære.cũ si. ¶Vnde cum in conclusione non sit defectus; sed facta sit apta conclusio in petitione hæreditatis pro tertia parte, iuxta l.1.cum seq.cum ibi no.per Bar.ff.de. peti.hæredi. & Bar. in l.1.in prin.ff.de edendo & in l.ex diuerso.§.1.de rei vẽdi. & no.doc.in c.2.de libel.obla. debet obtinere. ad idem facit tex.in c.fi.de iudi. & quod ibi no.Ant.de Bu.in 6.no.vbi colligit ex illo tex.quòd narratio proprietatis in libello non ampliat vires libelli vt petitorium deductum videatur: quia libellus attenditur penès medium concludendi: vt etiam habetur in c.ex parte.b.de foro compe. & ibi no. Ant.de Bu.in 5. nota.cum concordantijs allegatis & ibi per eum.& in c.exa-
3 minata.de iudi. ¶Pro hoc etiam facit † quia etiam sustentari *
a debet libellus etiam si oporteat verba impropriare.l.si quis intentione.ff.de iud.l.1.cum ibi not.per Bar.C.de vsufr.& l. si olei. cum ibi not. per Barto. C.locat. & in l.insulam.C.de præscriptis verbis. & Bar.in l.scire debemus, ad fi.prin.& l. inter

inter stipulantem.§.1.ff.de ver.ob.Spe.in ti.de offi omnium iudi.§.serui.versic.in sententiæ quoque.cum seq.¶ Præterea, quando libellus potest comprehendere duas vias vnam competentem, alteram incompetentem, adhuc procederet libellus super competenti, per id quod habetur in c.ad dissoluendum.de desponsa.impube.& no.Anto.de Bu.in d.c.examinata.iuxta medium.& dicit ibi Inn.ad fi.quòd quomodocunque libellus seu petitio tolerabilis sit, admitti debet: vt etiam no.Bald.in l.2.in 4.colum.C.qui accusa.non pos.& in l.2. C.de formu.& in l.fi.in 5.colum. C.de edic.diui Adri.toll. & l.ordinarij.pen.colum.C.de rei vẽdi.& Bar.in l.sciant.C. de his qui ex pub.ratio.li.10.cum sim.sed huiusmodi est cõclusio dictæ petitionis: quia comprehendit generaliter omne ius actoris; ergo procedere debet, & non debet restringi per
4 specialem narrationem præcedentem. ¶ † Alio fundamento videtur hoc etiam sustentari, scilicet propter illam clausulã generalem appositam in fine libelli: scilicet petens iustitiam ministrari super præmissis & quolibet præmissorum, quo casu sufficit quòd secũdum qualitatẽ eorum quæ probata sunt, possit fieri sententia pro actore: vt videtur velle Inn.& Bal.in c.2.de ordi.cogni.& facit.quod no.Io.de Imo.in c.si cautio. versus fi.de fide instrumen.ergo satis est quod sententia ex ꝓbationibus possit adaptari ad aliam partem libelli in qua narratum est quod rei conuenti indebite possident dictam partẽ hæreditatis: & hoc etiam suffragari videtur alia clausula posita in libello: scilicet nõ se astringens ad probandum non necessaria, propter quam satis est probare illam partem narratorum in libello quæ sufficiunt ad victoriam: vt no.Bar.in l.diuus. ff.de re iudi. & l.circa.ff.de procu.& Io.de Imo.in l.si cũ nulla.ff.de re iudi.¶ Cõfirmatur per id quod no.Spec.in titu. de sen.prolatio.§ qualiter.vers.quod si lis.dum quærit quid si lis contestata est in actione depositi, & actor.non probat de deposito: sed de commodato. ¶ Vltimo pro hoc facit: quia hæc causa dicitur esse pupilli: & sic miserabilis personæ.l.1.
5 C.quando impera.inter pu.& vid.† & iudex in officio suo potest ad commodum miserabilium personarum procedere: vt not.Ioan.Andr. in ca.solitæ. de restitu.spoliat.& Ioan.An.& Anton.de Butr.in c.ad nostram.el 2.de iureiuran. probatur in l.mulierem. & ibi no.Cy.C. si manci.ita ven.ne prosti.& Bar.in l.3.in §.hoc autem.in 4.oppo.de dam. infec.& in l.si vacantia. C.de bo.uacan.lib.10. & no.doc.in c. bonæ.el 1.de postula.præla.¶ Sed præmissis nõ obstantibus in casu nostro puto de iure contrarium esse verum; quod probatur maximè ex infrascriptis.causa intestati est contraria causæ testati: vnde vna præsupponit aliam cessare: quia tanquam repugnantes adinuicem stare non possunt.l.antequam.C.communia
6 de succes. & l.quandiu possunt.de acquiren.hære.¶ † Sed ita est quòd in libello in quo quis deduxit vnum ius, nunquam videtur deduxisse aliud in contrarium, vnde etiam si probauerit de iure contrario non obtinet. ¶ Hoc probatur: nam uidemus quod dominium & quasi dominium in persona vnius sunt contraria: quia Titium esse dominium præsupponit quod dominium non sit apud alium: sed apud Titium tantum.Sed Titium esse quasi dominum præsupponit dominium esse apud alium: vt not.in ca.abbate sanè.in gl.in verbo dominij vel quasi.de re iudi.lib.6.& in gl. in l.1.in verbo à non domino.ff.de pub.¶ Et tamen si actor in libello deduxerit se esse dominum postea probauit se esse qua
b si dominum, id est emisse à non domino bona fide non b obtinebit: vt no.Bar.in l.1.ff.de act.& ob. circa 7.col.in ver.quæro quid si aliquis proponat directum & probat de vtili &c. & l.si mater.§.eandem.ff.de excep. rei iudi. & ibi no.per glo. & per no.in l.si minor.§.si seruus.ff.de euic.& idẽ tenet Ant. de Bu.in c.examinata, circa antepe.colum. ¶ Et tamen clarũ est quod in rei ven.quę datur domino dummodò sit narratũ, quòd fundus petitus ad me spectat iure dominij: satis est ꝙ in conclusione ego petam reum condemnari ad restituendũ fundum quamuis specifice non petam me declarari dominũ: vel satis est quòd conclusione libelli petam mihi iustitiam fieri super dicto fundo: vt no.Spec.in ti.de causa pos.& proprie.§.notandum.vers.aliæ sunt reales, & Bar.in l.ex diuerso. §.1.ff.de rei vendi.& can.in c.2.de libel.obl.& sic dicta conclusio per se considerata aut apta comprehendere etiam restitutionem quæ fieret actori ex causa quasi dominij: & est illa eadem quæ sufficit in libello in quo esset deductum quasi dominium & publiciana, vt no.Spe.in ti.de causa posses.& propri.§.nunc dicendum.iuxta prin.ergo apparet quòd conclusio generalis nunquam referatur ad causam contrariam & repugnantem illi causæ quæ est specialiter narrata.¶ Cùm ergo sit specialiter deducta & narrata causa intestati, non potest dici quòd conclusio generalis intelligitur referri ad causam illi repugnantem & contrariam, & non esse putandum libellantẽ voluisse in eodem libello seipsum corrigere & cõtrariari.l. nã ad.ea.ff.de condi. & dem. & eò ipso quòd libellans narrat & deducit causam intestati.videtur excludere & dicere se nolle uenire ex causa testati tanquam contraria: & econtra, vt probatur in l.fi.cum gl.in verbo cupiens.C.de cõdi.¶ Confirmatur, quia alias sequeretur quòd libellans & agẽs in suo libello posset deducere contraria & repugnantia & sibijpsi contrariari, quod est falsum.l.1.C.de fur.l.1.C.si seruus extero.c.solicitudinem.de appel.¶ Insuper comprobatur qd non possit obtinere dictus agẽs: qa agẽs ex vna causa deducta in libello vel petitione si probat de alia nõ põt obtinere.l.habebat.in prin. ff.de institoria.no.Inn. in c.ex parte abbatissæ.de priui.& in c.1.de litis contesta.& Bar.in l.1.in prin.ff.de eden.bene facit l.is ad quẽ.ff.de acqu.hæred.maximè iũctis ibi no.per Mod. & præcipuè per Pau.de Ca.ibi.Nam ibi uult quòd ad hoc vt quis possit adire hereditatem debet scire ex qua causa sibi delata est hereditas: & sic an ex testamento an ab intestato, & si adiit tanquam ex testamento cum in veritate sibi hæreditas tãtum esset delata ab intestato, non valeat aditio. vnde refert
7 ibi Pau.de Ca.† quòd si egi contra te ex causa commodati, tamen non probaui commodatum.sed depositũ, non possum obtinere postquam non egi ex causa illa: ita etiam si egi ad hęreditatem tanquam illa fuerit mihi delata ab ĩtestato, posito quòd in veritate esset mihi pro parte ex testamento delata, non possum obtinere.¶ Fortificantur prædicta: quia in libello dicitur quòd dicta hæreditas Bonifacij fuit delata ab intestato dictis Iac.Ant.& Benedicto: & quòd ipsi scientes dictũ Bonifacium esse mortuum: & dictam hæreditatem esse eisdẽ delatam: vt supra eam adiuerunt. & sic est narratum quòd eã adiuerunt ab intestato, ergo non potest dici quòd Benedictus legitime adiuarit: quia donec est locus causæ testati cessat causa intestati: vt dixi supra & ĩ propositio erat & est locus causæ intestati propter dictam substitutionem compẽdiosam comprehẽdentem vulgarem: vt dictum est.& si dictus Benedictus voluisset esse hæres pro parte sua ex testamento, portio sua, si qua ei deferebatur, accreuisset dictis Iacobo & Ant.qui sunt vocati ex testamento: & qui volunt esse hæredes ex testamẽto. l.qui plures.ff.de vul.& pupil.l.1. C. quando non peten.par. ¶ Plus dico quòd etiã si videretur aliquo modo deducta causa testati in libello, vt vult dicere agens licèt verè de iure putẽ proculdubio esse impossibile sustinere tamen non posset adhuc agens obtinere: quia ad hoc vt dici possit dictum Benedictum fuisse hæredẽ pro tertia parte ex testõ, illã adiuisse, oportere probare quòd dictus Benedictus sciuit dictũ Bonifaciũ decessisse testatum: & quod sciuit quod ex causa testati sibi delata erat hæreditas: vt no.gl.l.illud.in gl.fi.ff.si pars hæredi. pe.& gl.in l.is potest.ff.de acqu.hæred.per d.l.si is ad quem. & declarat Bar.¶ Sed non est probatum quòd Benedictus sciuerit dictum Bonifacium decessisse testatum, & euenisse conditionem substitutionis prædictæ; ergo non est probatum ꝙ
8 sciuerit sibi delatam esse hæreditatem ex testamẽto.† nec præsumitur coniunctus scire quomodo coniunctus suus fecerit testamentum suum, vt probatur in l.quoniam sororem.& ibi ponderat Bal. C. de iure delib. & idem est de mente Bart.in d.l.is potest. uer.nunc videamus qualiter ista scientia probatur &c.iuncto.d.ver.2.dicit glo.& Bar.in l.qui duos.ff.de rebus dubijs ver. quomodo dixi, vt oportet &c. vbi quando tractatur de modo probãdi quòd hæres sciuerit testatorem esse mortuũ, dicit quod sufficit probari quod hæres erat vicinus vel coniunctus, iuxta.l.Octaui.ff.vnde cogn.& l.si ita.in fine. ff.de fun.instru.l.de tutela.ff.de in integr.restitut. Sed quando tractatur de modo probandi quod hæres sciuerit sibi delatam esse hæreditatem ex testamento, tradit alios modos diuersos à predictis. & nedum quòd dici possit esse probatum quòd Benedictus legitimè adiuerit ex testamento sibi esse delatam ex testamento, imò est narratum in libello totum oppositum

situm quod sciuit eam sibi esse delatam ab intestato, & ita illā adiuit: ergo aditio non ualuit.d.l.si is ad quem.¶Fortius etiā videtur quòd dato quòd apparere posset quod dictus Benedictus sciuisset sibi delatam esse dictam hæreditatem ab intestato, tamen non est probatum quòd ipse adiuerit: & licèt sint super hoc examinati aliqui testes tamen de hoc non attestantur nisi magister Iacobus,& Bonifacius, & ser Mengus ab armis, qui omnes sunt singulares in dictis suis vt ex dictis eorū clare patet, ergo non probant.c.licet causam. de proba.c.bonæ.de ele.¶Nec ob.si dicatur quòd in libello aliquo est narratum disiunctiuè, scilicet vel saltem quòd ipse Benedictus ius adeundi dictam hæreditatem transmisi.ad dictum infantem eius filium casu quo ipse Benedictus non adiuisset vel de
9 aditione constare non posset. † quia respōdeo quod si dictus Benedictus non adiuit, non transmisit hæreditatem patrui sui non aditam vel ad dictum infantem: quia ita est regulariter. vt no.in d.l.quoniam sororem.C.de iure deli.& l.1.§.in nouissimo.C.de cad.tol.¶Et non potest dici quòd imò transmiserit ex iure deliberādi intra annum iuxta.l.cum antiquiorib.C.de iure delibe.quia oportebat probare quod dictus Benedictus quando decessit sciebat sibi esse delatam dictam hæreditatem ex testamento. vt d.l.cum antiquiorib. & declarat Bart.in d.l.qui duos.in ver.superius allegato.Item oportebat probari quòd decesserit intra annū a die quo sibi delata fuit, cùm enim dictum tempus anni sit fundamentum intentionis dicti infantis volentis contra regulam dicti §.in nouissimo, venire ad hæreditatem non aditam debuit de dicto tempore probare.l.cum actum.cum ibi no.ff.de neg. gest.& l.maternam.C.de pro.& in cle.si. cùm ibi no.de rescr.¶Fortius uoluit Bal.in l.penult. in pen.col.C.de iure deli.quòd si dictus infans adiret quatenus non appareret patrem suum non adiuisse asserendo se non posse probare de adi. hæreditatis facta per patrem suum non valeret talis aditio, in quo tamen, scilicet an dictus infans possit adire illo modo & sub illa conditione scilicet quatenus appareret patrem suum non adiuisse, non insisto : quia nō est necesse per prædicta, & quia pater eius non transmisit ad eum, & quia ex isto capite testati non
10 est actum, vt supra dixi.¶ † Ex præmissis multiplex apparet responsio ad allegata in contrarium, tamen specialius respondendo dico, quòd non ob.dum dicitur quòd non debebat attendi narratio sed conclusio: quia dico quod hoc est verum: sed quòd conclusio debeat interpretari quòd contineat contradictionem & repugnantiam cum aliquibus ex narratis hoc nemo dicit, imò Barto.& alij volunt contrarium vt probaui supra dum allegaui notata Bar. in d.l.1.ff.de act.& ob.cū alijs supra alleg. Sed ita esset in casu nostro per d.l.quādiu potest. & declaraui supra.¶Et eodem modo respōdetur ad id quod habetur in c.fi.de iud.cum conc. Nam etiam quando ago rei vendicatione deduco pro medio concludendi quod reus detinet indebite & denegat mihi restituere quemadmodū deducitur in publiciana : vt no.Spe. in tit.de causa pos.& proprie.in locis supra allegatis.cum concor.supradictis: & tamē quando in libello narraui me esse dominum fundi, & quòd Titius detinet illum, quare petij eum condemnari ad restituendum,& probo de quasi dominio seu in publiciana.¶Per hæc est etiam responsum ad illud quod dicitur, verba libelli impropriari posse: quia fateor quando saltem ex larga sua propria significatiōe possunt illud comportare: alias secus, vt no. Spec. in dicto §.de serui.ver.quid si libellus. &c. patet ex no. per Bar. in dicta l.1.ff.de act. & obli. vbi patet quòd non debet fieri interpretatio libelli: vt contineat conclusiue contrarium eius, quod narratum est. Nam tunc non esset deseruire intentioni libellantis; imò repugnare intentioni: ita est in casu nostro : quia intentio agentis fuit habere hæreditatem ab intestato, non debemus interpretationem facere quòd eam cō sequatur ex testamento, cuius contrarium vult libellus suus. & ista sunt repugnantia & valde diuersa. aliud est enim consequi hæreditatem ex testamento quo casu debentur legata & alia onera iuncta in testamento, aliud est quando successio est in causa testati. Non ob.quòd quando libellus comprehendit duas vias, vnam competentem, & alteram incompetentē procederet libellus super competenti: quia respondeo quòd in casu nostro non comprehendit nisi vnam viam, scilicet ab intestato: quoniam non intelligitur comprehendere aliam sibi repugnantem & contrariam, scilicet ex testamēto: nec etiā comprehēdere posset per ea quæ superius deduxi.¶Non obs.
* illud quod dixi de clausula, peto iustitiam ministrari *super
11 præmissis & quolibet præmissorum, † quo casu sufficit quòd secūdum qualitatem eorum quę probata sunt, possit ferri sententia, per no. per Inno.in c.2.de ordi.cog. quia respondeo quod Inno. ibi loquitur quando nulla specialis causa fuerat deducta & narrata in libello, sed fuerat generaliter conceptus libellus cum clausula, peto super præmissis iustitiam ministrari: quo casu libellus procedit parte non opponente.l.fi.C.de anna. excep.& ferretur sententia secundum quod apparebit probatum, secus si fuisset oppositum: quia talis libellus generalis cum illa clausula peto iustitiam ministrari, non procederet, secundum Inn.ibi: & Spec.in tit.de libel.concep.in §.iam nunc videndum, ver.item talis iustitia &c.cum ver.seq. & not. Bal.in præalle.l. edita.14. col.& Ang.in l.1. in prin. circa prin.pen.col.ff.de eden.& in d.l.fi.C.de anna.except.& in l.2.§.circa.ff.de doli excep.& istud est etiam quod in effectu dicit Bald.& alii doct.in præalla.c.2.¶ Vnde in casu nostro: quia in dicto libello erant omnia clare specificata, scilicet quia actor agebat ex eo quia dicebat se esse hæredem pro tertia parte ab intestato Bonifacij mediante persona dicti Benedicti: ideo admissus fuit dictus libellus. sed vbi non fuisset specificata causa attento quòd fuit oppositum de generalitate non fuit admissus libellus prout de iure admitti non debet, vt dictum fuit:& præsumitur quòd iudex fecisset illud quod de iure facere debebat.l.2.C.de offic.ciui.iudi.ca.in præsentia.de renun. ¶Prærerea, ut dicunt docto.in d.c.2.& præsertim in d.c.abbate.in prin. vlt.cart. dicta clausula, peto iustitiā
C & cætera, non refertur ad ea quæ non sunt narrata: c sed in libello nō est narratum quòd actor sit hæres ex testamento, sed solum est narratum quod hæres est ab intestato, & quod ab intestato est delata sibi hęreditas, per quod videtur renunciare causæ testati ratione contrarietatis: vt probatur in d.l.fi.cū gl.in verbo cupientes.C.de codi. ergo non potest dici quod illa clausula referatur ad causam testati.¶Et quod dicta clau-
* sula non referatur *ad causam testati repugnantem illi causæ specificatæ, deciditur etiam manifeste per ea quæ eleganter
12 not. Bal.in l.2.C.de proba. ubi dixit † quòd licèt quando accusatus quis est quod percussit cum sanguinis effusione: & postea simpliciter probatur de percussione,& non de illa qualitate, scilicet cū sanguinis effusione, debeat accusatus absolui: vt ibi latè per eum post antiquos. tamen dicit quod secus esset vbi procederetur per viam inquisitionis: si in inquisitione est adiecta illa clausula consueta, super quibus omnibus & singulis &c. quia cōdemnaretur de simplici percussione probata. ¶ Quod vltimum dicit esse verum nisi qualitas adiecta & non probata remaneret factum simplex à naturali esse. Exēplum ponit si in inquisitione dicatur quòd commisit tale delictum de nocte,& probatur de delicto commisso de die: qualitas enim noctis aduersatur qualitati diei, vnde impossibile est quod idem actus momentaneus sit factus de nocte & de die: & idem in diuersitate loci, vnde tunc non potest sequi condemnatio : quia ipse idem libellus inquisitionis esset sibi contrarius propter incompassibilitatem : ita dicit ibi Bal.& idem no. Bal.in d.l.edita.in repeti.Perusina.in 22.colum.in ver.sed quid si statutum dicit quòd pro homicidio &c.¶Et per hoc non obst.id quod no.Io.de Imo.in d.c.si cautio.in pen.colum.quia ibi illa clausula referebatur ad id quod narratum erat, scilicet ad causam depositi, vt ipse dicit: sed in casu nostro non est facta narratio de causa testati, sed de causa illi contraria, scilicet de causa intestati. præterea Io.de Imo.in d.c.si cautio, loquitur quando adiecta fuit alia clausula, quæ non est adiecta in præsenti libello, scilicet quando in fine li-
* belli fuit dictum.& prędicta narrata, proponit *omni meliori modo quo fieri potest; subiungens postea illam clausulam, petens in prædictis & quolibet prædictorum iustitiam ministrari: nam magna est virtus illius primæ clausulæ, scilicet & prædicta petit omni meliori modo &c. vt no. Ant.de But.in d.c.examinato. circa mediū.de insti.& iu.c.literæ.de dilatio. & Bal.in l.vinum.in 7.colum.ff.si cer.pet.& Io.de Imo.in l. nemo potest.in 4.colum.de leg.1.& Paul.de Ca.in cōsi.345. ¶ Nec ob.illa alia clausula scilicet non astringens se approbādum non necessaria : quia respondeo, quod est necessarium probare

probare causam ex qua delata est hæreditas sibi: quia nisi apparet quod hæres sciuerit ex qua causa erat sibi delata hæreditas: & quòd ex illa causa adiuerit non potest obtinere tanquã hæres, vt no. in d. l. is potest. & dixi supra cum ergo deduxerit causam ex qua sibi delata erat hæreditas scilicet ab intestato, & eam deducendo videatur negasse causam testati & illam exclusisse. d. l. fi. C. de codi. & l. 2. C. de fur. sequitur ꝙ necessarium fuit talem causam probare & per cõsequens quò ad hoc nil operatur illa clausula non astringẽs &c. sed operari posset quo ad ea quæ non essent necesse probari: vt loquuntur allegata in contrarium. imò plus videtur ꝙ non solum erit necesse probari causam ex qua delata erat hæreditas, sed etiam fuerit necesse eam narrare in petitione saltem quantum ad hoc: quia si non narrasset, non potuisset petente & opponente & reo cogi hoc exprimere, vt firmat Spe. in ti. de actore. §. 1. ver. item qui se dicit hæredem. & sequitur ibi Bal. ad fi. idem tenet Hosti. Io. An. & Anto. de Bu. in c. 2. de libel. obla. & Guil. de Suza. in l. edita. C. de eden. & Nic. de Mat. & Bald. in l. 2. in 2. col. de succes. edi. referentes ita etiam tenere Mar. de Fano. per d. l. 2. de succ. edic. & per l. legitimam. ff. de peti. hære. & per l. fi. C. de codicil. & Bald. in l. si is ad quem. ff. de acq. hęr. & ita procedit quod not. Barto. in l. si defensor. §. illud. per illum text. ff. de inter. act. vnde quia reus videbat expressam in libello causam ex qua dicebat actor sibi fuisse delatam hęreditatem, scilicet ex causa intestati, non oportuit instare quod ex
13 primeretur. ¶† Non obst. id quod not. Spec. in tit. de senten. prola. §. qualiter. versicul. sed quid si lis contestata est super actione depositi, & actor non probat de deposito, sed de commodato, an debeat obtinere. primò arguit quòd sic, vltimò arguit contrarium per d. c. abbate sanè. §. sed ad hoc. Et sic videtur tenere quod non possit obtinere actor: quæ vltima opi. in dubio intelligitur approbata. l. bona fides. & ibi Barto. ff. depositi. l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdi. om. iudi. & ibi not. glo. in l. qui filium. §. Sabini. ff. ad treb. & per Bald. in l. si mater. C. ne de statu defun. per illum text. & not. Bald. in authen. ex testamẽto. C. de colla. hoc expresse firmat Antonius de Butr. in d. ca. examinata, in penul. colum. & Ioan. de Imo. ibi referentes ita etiam tenere Ioan. An. in addi. Specul. in tit. de acc. & pet. §. sequitur. super verbo in hoc quoque nisi quãdo reus confitetur se esse omnino debitorem ex commodato vt ibi per eum & ita etiam tenet Pau. de Cast. in l. si is ad quẽ. de acquir. hæred. vt superius retuli. ¶Item non ob. quod pro miserabilibus personis iudex potest ex officio supplere illud quod pars petere non potest, vt probatur in l. ita demum. iuncta glo. 1. C. de procur. & ex notatis per glo. in l. filiusfa. §. veterani. in verbo prętermissum. ff. de procu. & in l. non solum. §. quanquam. & ibi Bart. not. ff. de iniurijs. sed pars nõ posset ratione cõtrarietatis: vt d. l. 1. C. de furt. & dictum fuit supra pro hoc quia subrogatum sapit naturam eius in cuius locum
4 subrogatur: vt in iuribus vulgarib. ¶ † Secundò respondeo ꝙ pupillus vel orphanus tunc enumeratur inter miserabiles personas quando est pauper, & non aliter: ita notabiliter deci-
* dit do. Card. * Florentinus. & Ioan. de Imo. in ca. significantib. de offic. delegat. sicut in vidua per id quod legitur & not. in dicto ca. significantibus. & licèt ipsi non dicant. hoc voluit in terminis Specul. in titu. de instrum. edi. §. nunc verò aliqua. versic. & scias. el 2. & ideo absolutè viduæ & pupilli non enumerantur inter miserabiles personas: vt patet in rubrica quando impera. inter pupi. & vi. vel miserabiles &cæt. nam dictio vel, ponitur inter diuersa. l. hæc verba ille. ff. de verborum significatio. sed non apparet deductum & probatum de paupertate infantis prædicti, ergo cessat argumentum. ¶Tertiò respondeo, & ista responsio est sufficiens ad omnia argumenta adducta in contrarium, quod hic est alius defectus non suppletus à iudice nec ab actore scilicet ꝙ oporteat probari ꝙ Benedictus sciuerit sibi fuisse delatam hæreditatem Bonifacij ex testamento: & sic quod sciuerit testamentum esse conditum, & quod sciuerat in persona sua euenisse conditionem substitutionis, & quod ex eo capite adiuerit hęreditatem: vt supra probaui. & per hoc non expedit aggredi aliam dubitationem, scilicet an in dicta substitutione comprehendatur tantum Iacobus & Antonius fratres Bonifacij: an verò etiam comprehendatur Benedictus filius fratris vt eodem tempore concurrere potuerit cum patruis Alexan.

ADDITIONES.

a ¶Sustentari. Alexan. l. si cum nulla. de re iudi. l. 1. de officio assesso. Bellamer. Deci. 73. Si cessionarius. Soci. l. quoties. ff. de reb. dub. Cor. consil. 288. colum. 3. lib. 3. consil. 8. libro 1. Ias. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. de iureiuran. consil. 112. in fi. libr. 4. Cur. iunior. l. si quis intentione. nume. 5. ff. de iudici.

b ¶Non. Bellame. d. Deci. 733. Pet. de Ferra. in lib. in act. rea. versic. iure dominij vel q. col. 8.

* Ministrari.] Clausula, peto ius, & iustitiam ministrari, apposita, libellus ineptus propter sui generalitatem, & obscuritatem, suppleri potest ex probatis, alias secus Ias. in l. 1. ff. de offi. asses. Natta.

c ¶Narrata. Soc. consil. 39. consil. 199. consil. 255. lib. 2. Corn. consil. 46. col. 2. consil. 201. lib. 3. Mari. Soci. c. 2. nume. 87. cum se. deli. obl. Ale-
* xan. consil. 110. col. 1. libr. 5. adde deci. Tholo. 233. * No. ꝙ hæc clausula non refertur ad ea, quæ non sunt narrata. Sequitur Dec. in l. petens 3. no. de pac. Et adde ꝙ libellus ineptus non suppletur ex probatis in qbus apparet de noua causa Ias. in l. 1. ff. de offi. assess. Natta.

* Non referatur.] Quòd ista clausula non operetur, vt intelligatur aliquid esse conclusum ꝙ repugnans sit vel contrarium specificè petitis tenet Alexan. consi. 96. colum. 3. lib. 5. per dicta Bald. in d. l. 2. C. de probat. Natta.

* Proponit.] De illa clausula super quibus omnibus, & singulis, vide Ludo. Roma. consi. 110. inci. quæstio consultationis. Et Corneum cõsil. 197. Visa demonstratione lib. 2. Natta.

* Decidit Do. Card.] Sequitur Ias. in l. Vitiæ textores colum. 4. ff. de leg. 1. Sed Dec. aliter sentit in c. cæterum colum. 8. de iudi Bulga. et non tenet illud dictum in l. 1. ff. sol. matrimo. vbi Alex. idem dicit, qđ hic. Et contra Alex. vltra prædictos, facit tex. in l. cum hi. §. nihil. ff. de transact. vbi alimenta sunt priuilegiata, etiam ꝙ relinquantur diuiti, quia attenditur illud tantum, quid sint ipsa alimenta, non cui relinquantur, dantur enim alimenta pro substentatione vitæ. Nec dicatur diues posset fieri pauper, quia contra hoc iura præsumunt. l. si defunctus. C. arbit. tutelæ. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & hono. Similiter dos dicitur causa pia. l. cum is. §. si mulier. ff. de condit. inde. & tamen non fit differentia an diuiti, vel pauperi dos detur, Ita in propositio non diuitiæ viduæ, sed conditio viduitatis, & pupillaris ætatis inspici debent, quæ solent communiter opprimi. Similiter videmus, ꝙ legatum ad refectionem viæ est fauorabile adeò, ꝙ in eo incertitudo non vitiat. l. quidam. ff. de leg. 2. Sicut nec in legato alimentorum. l. si cui annum. ff. de annu. leg. & tamen prædia ibi possidentes tenentur ad refectionem viæ iuxta. l. ad instructiones. C. de sacrosan. eccl. & fac. tex. in l. si locus. §. 1. ff. quemadm. ser. amitta. hæc sunt subtilia, quæ collegi ex dictis per Alex. in l. si certis annis C. de pac. col. 2. & 3. & istam opi. tenet Alb. de Rosa. in 1. parte statuto. q. 112. Sed ꝙ vidua diues non sit miserabilis Alex. consil. 126. colum. 2. lib. 4. Et ꝙ Vidua non pauper habeat priuilegium sentit Bal. consil 449. incip. Quæritur vtrum viduæ. lib. 5. Neuiza. in silua nup. Sed Pau. de Cast. requirit paupertatem in rub. C. quãdo impe. in pu. & vulg. Natta.

EPITOME.

ETIAM impuberi tutore carenti, potest dari curator ad litem. h. d.

CONSILIVM CXXII.

Videtur prima facie dicendum, curatorem ad litem dictæ puellæ constitui non posse: quia hoc reperitur specialiter prouisum tantũ in casu in quo tutor pupilli vellet litẽ mouere pupillo vel econtrà. vt l. 1. & per totũ. C. de in litem dan. tut. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. insti. de autho. tut. §. fi. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. & l. quod verò. ff. de le. c. constitutus. de reg. lib. 6. cum si. & pro hoc vr̃ tex. ff. de autho. tut. l. curatorem. in fi.
1 vbi tex. vult † qđ licèt impuberi possit dari curator. tñ ea quæ iuris solemnitatem desiderant nõ poterit impubes cũ authoritate curatoris expedire: sed opus est quod ad illa expedienda constituatur tutor cum cuius authoritate expediantur. vnde Bar. in l. curator. ff. de tut. & cur. da. ab his declarando. d. l. curatorem, dixit ꝙ ipse arbitratur quod oĩs actus pro quo pupillus obligaretur vel alienaret: vt est adire hæreditatem per quam aditionẽ obligaretur. l. more. ff. de acq. hær. l. apud Iul. §. fi. ff. ex quibus cau. in pos. eatur. sit actus desiderãs illam iuris solennitatem. Ex quo infert Bar. in d. l. curæ. quod talis curator non possit esse in iudicio nisi quãdo datur ad lites quas habiturus est tutor cũ pupillo suo, vel pupillus cum tutore suo. vt d. §. pupillus. poterit ergo secundũ Bar. solũ talis curator administrare & seruare bona & recolligere fructus & similia q̃ sunt facti: non aũt quæ iuris sunt: & sic vr̃ esse decisum in specie per Bart. ꝙ talis curator non possit esse in iudicio.

¶Tertiò

¶Tertiò pro hoc bene facit. l. cum in vna. in § tutor. secundū magis communem intellectum. ff. de appell. & quod no. per glo. & doc. in l. potuit. C. de iure delib. & in l. cum quidam. C. de admi. tuto. vbi patet quod curator datus pupillo tutore carenti non potest adire hæreditatem delatam pupillo: & sic non potest quasi contrahere dicta l. apud Iulianum. in fi. ergo non debet esse in iudicio in quibus quasi contrahitur. l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. actio. l. quarta.
2 §. idem scribit de peculio. ¶ † Quarto vbi potest habere locum remedium ordinarium, cessat extraordinarium. l. in causæ. la 2. in prin. ff. de mino. l. in prouinciali. §. 1. de oper. no. nun. l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect. ergo non potest etiam inuito pupillo dari tutor iure ordinario. l. illud. cum. l. seq. ff. de tut. & cur. da. ab his. l. 2. ff. de tuto. ergo cessare debet extraordi. prouisio in curatore dando. l. omnimodo. ff. de tuto. & cura. da. ab his. in ver. quia cura. non potest dari nisi petenti & consentienti. l. mutus. §. is qui. ff. de procur. & in d. §. si pupillus. ver. & sciendum. sed impubes annorum nouem caret consensu. l. pupi. ff. de acqu. hær. l. diem proferre. §. omnia. ff. de arbi. l. 1. C. de fal. mo. ergo &c. ¶ Sed præmissis non
* obst. puto contrariam sententiam * de iure probabiliorem ex infrascriptis. & primò per. l. curatorem. & quod ibi per gl. &
3 l. curator. ff. de tu. & cur. da. ab his. † quæ iura indistinctè permittunt impuberi curatorem dari posse: & hoc verū etiam si tutore careat: vt ibi in gl. & idem voluit glo. insti. de cura. §. pe. in ver. curatoris. ¶ Secundo pro hoc tex. in l. curatorem. de autho. tut. hoc ibi in specie decidit Bar. volens talem curatorem facere posse in iudicio & extra omnia quæ possunt fieri per tutorem, sed ea quæ deberent per pupillum tutore autho re expedire illa fieri non possunt per talem curatorem hoc est quod voluit ille tex. secundum quòd Bart. ibidem ponit in aditione hæreditatis in qua non sufficit solus tutor sine pupillo. l. potuit. C. de iure delib. l. pup. ff. de acqui. hær. ita exemplificat glo. in d. l. curatorē. sed ita est quod solus curator sine pupillo iudicium suscipere potest: vt. l. j. §. sufficit. & ibi gl. & doc. ff. de admi. tut. l. 3. C. de proc. not. per Inn. in c. accedens. in fi. de procura. ergo Bar. in terminis decidit quæstionem nostram in d. l. curatorem. iuncta declaratione prædicta. hoc etiam est de mente gl. in d. l. curatorem, de autho. tut. dū intelligit illam. l. in curatore dato ad litem, & procedit illa lex siue pupillus habeat tutorem siue non: vt ibi nota. ergo si non habet tutorem intelligetur de necessitate ad litem quam cum alio habituro sit. ¶ Tertio pro hoc est gl. in l. qui habet. §. fi. in uer. talem ff. de tuto. vbi gl. iuncto tex. præsupponit dari posse curatorem ad litem extante causa tam inter pupillum & tutorem quam inter pupillum & alium. idem sentit ibi gl. sequens. idem fuit de mente gl. in l. ait prætor. §. permittitur. in ver. petendos. ff. de mino. referendo. gl. ad tex. prout ip samet gl. referre videtur. & ab opi. gl. in iudicando minimè recedendum est: vt no. Ia. But. in l. j. in fi. C. qui pro sua iurisd. l. 1. in prima oppositione. C. de act. & obl. & Bal. in l. 1. ff. de vul. & pupil. & in l. fi. C. de pœna iudi. cum si. ¶ Quartò pro hoc allego tex. in l. 1. in §. si procurator impuberi. ff. de eo qui pro tut. cum decisione Bal. ibi dicentis illum tex. esse valde menti tenendum: & ad ea quæ no. in d. l. cur. & in d. l. curatorem. nam dicit Bal. non esse dubium quod ad lites impubes potest habere curatorem vt d. l. qui habet. sed ad negotia & contractus erat dubium: & hoc dicit Bar. & dicit quod hoc non est alibi. & sic vult ibi Bal. quod ad iudicia & contractus potest dari curator impuberi: & sic cōtra id quod sentit Bar. in l. curator. ff. de tuto. & cura. da. ab his. ¶ Quinto probatur ratione insolubili, vt mihi videtur: nam negari non potest ꝙ pupillo litem habituro cū tutore potest dari curator: vt in iuribus. supra allegatis: ergo patet quod cum esset in iudicio non est de illis actibus requirentibus iuris solennitatē: sequeretur quod pupillo litem habituro cum tutore suo nō posset dari curator ad litem: sed ad aliū actum specialem seu ad aliam litem esset dádus tutor, qui dari debet ad illos actus speciales, qui dictam iuris solennitatem desiderant. d. l. cum in vna. §. tutor. nisi ad aditionem hæreditatis, quia est de actibus requirentibus illam iuris solennitatem: de qua loquitur tex. in d. l. curatorem. & ibi non datur impuberi tutor. Nec illud obstat si diceretur esse verum quando impubes haberet curatorem & non tutorem: nam tunc dari potest tutor ad adeundam hæreditatem, dico idem iuris esse in pupillo habente tutorem etiam generalem: quia si cum eo expedire non potest hæreditatis aditionem: vt quia tutor prætendit hæreditatem illam ad se pertinere: nam dabitur alius tutor specialis ad illum actum aditionis hæreditatis: vt est tex. secundum vltimam lecturam gl. in l. fin. C. de in lit. dam. tut. ergo eodē modo si assumemus iudicia pro pupillo litigante cum tutore esset de actibus requirentibus dictam iuris solennitatem: cū tutor qui sit litem habiturus cum pupillo non sit idoneus præsumenda defensione in eadem lite debuisset dari alius curator. bene facit. l. ĩpuberi. ff. de tut. & cur. da. ab his. & quòd not. Bar. in l. si hæreditas. & in l. si nemo. ff. de test. tu. & in d. l. cum in una. § tutor. in fi. & Bal. in l. certarum. ff. de test. mi. ergo patet quod suscipere iuditium non est de his quæ curatori impuberi interdicuntur. ¶ Sexto, hoc in terminis decidit
4 Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui cōtu. est in pe. colum. † vbi apertè affirmat ad lites quas habiturus est cum creditoribus impuberis ipsi maiori infanti dari posse curatorem, licet etiam si infans esset, dubium est, de quo ibi disputat Bal. & idem sentit Spe. in ti. de curatore. §. vt autem. circa prin. ¶ Septimò pro hoc est text. instit. de cura. §. 1. ibi dum dicit curator enim & ad certam litem dari potest. & in l. vniuersis. C. qui dari tut. pos. & in l. si ad species. cum ibi no. ff. rem pup. sal. fore. accedit gl. in l. fi. §. finautem. in secundo. iuncto tex. C. de bo. quæ lib. in ver. hæreditatem quam Bal. dicit ibi esse elegantem ad hoc, videlicet quòd pari potest curator singulariter ad vnam litem & ad vnam rem singulariter, & loquitur tex. ille cum gloss. in quocunque maiore infante. facit. l. necnon. & in l. seq. ff. de tut. & cura. da. ab his. ¶ Octauò pro hoc videtur tex. in c. fi. de iudi. in 6. vbi minori quatuordecim annis non habenti tut. si sibi lis inferatur, vel ipse alijs litem mouerit, datur indistinctè curator ad litem non habita distinctione an sit lis cum tutore vel cum alio. hoc ibi etiam expresse decidunt
5 Archi. & Io. And. in nouella. vbi quærunt † quid si pupillus habeat causam cum tutore: & respondent quod siue pupillus agat contra tutorem siue conueniatur ab eo, dabitur pupillo curator à iudice, sed pupillo tātum petente. allegant. d. l. qui habet. §. si pupillus. & §. denique. si vero pupillus agat contra alium cogitur pupillus obligare curatorem & nominare illū vel illum & sibi dabitur curator ad litem. dicta l. qui habet. §. item Cassius. & ibi no. & isto casu parificatur puberi cui inuito datur curator ad litem. insti. de cura. §. inuiti. & l. 1. C. qui pe. tu. & ita resident Arc. & Io. And. in præalle. c. fi. & cū eis transeant ibi communiter scribentes. ¶ Nec obs. si diceretur quod tex. in d. c. fi. loquitur in specialibus: quia respondeo, quòd non per hoc sequitur quod sit sibi indultum hoc specialiter in spicialibus: vt ex prædictis clarè liquet. ¶ Ad allegata in contrarium respondeo, primo non obstat quòd sit speciale quando pupillus sit litem habiturus cum tutore: ergo in contrarium est ius commune, nam utrobique est eadem ratio, vt ex pluribus probatum existit. ¶ Secundo non ob. d. l. curatorem. de autho. tuto. quia responsio patet ex his quæ supra dixi in 2. & 5. ar. huius vlti. partis: quia ille tex. in fi. intelligitur de his quæ expediri non possunt per tuto. sine pupillo vt est in aditione hæreditatis: sed assumptio iudicij pōt per solū tutorē vel curatorē assumi, vel loquitur ille text. in curatore simpliciter aut generaliter dato, secus si ad certam litē: quia hoc fieri potest & in iudicio talis curator adesse poterit: vt ibi in gl. & probant iura rationes & authoritates supra allegatæ & eodem modo respondeo ad no. per Bar. in d. l. curator. alias enim aut Bar. esset sibi cōtrarius in spectis his quæ ipse no. in l. curatorem. aut male locutus esset Bart. in d. l. curator. & contra rationes & autoritates superius allegatas. ¶ Tertio nō ob. l. cum in vna. §. tutor. de appell. quia respondeo vt dixi in 2. ar. vltimæ par. s. quod ibi in actu qui requirit iuris solennitatem idest qui non potest expediri per illum administratorem. ¶ Quartò non ob. quòd cessare debet extraordinarium remedium: quia negatur quòd dare curatorem impuberi tutore carenti sit remedium extraordinarium adeò quod cessare debeat vbi potest dari tutor: vt probatur in d. l. curator. cum gl. in d. l. curator. & in præalle. l. cum in una. §. tutor. de appel. cum si. ¶ Vltimò non ob. quod curator nisi consentienti non detur & pupillus caret consensu &c. quia respondeo quod soli infanti prohibetur iudex dare curatorē: sed pupillo qui excessit infantiam dari potest si impubes petat: ideo cogitur petendo & eligere. d. l. qui habet. §. item Cassius. & ibi not.

ibi not.Hoft.in d.c.fi.ex quibus.firma datur conclufio quòd dicto impuberi curator ad lites conftitui poterit.

ADDITIONES.

* Sententiam.] Nota, ꝙ pupillo habenti tutorem, poteft nihilominus dari curator ad litem. Vide tamen quod fcribit Alex.in l.contra pupillum.ff.de re mili.vbi fentit, quòd fi pupillus tutore caret, citari debent agnati ad defendẽdum.Et ibi.vide.quid fi pupillus fit infans quomodo pofsit ei prouideri de curatore,qui non datur non petenti?De quo vide Matth.Decifi.262.Et vide eundem dec.256.vbi tenet curatorem ad litem habenti tutorem dari poffe,præfertim vbi tutor citatus non exhibet follennia,& ponit ibi practicam.Cautela eft optima, vt pronuncietur tutorem habere legitimam perfonam Spec.in tit.de excep.§.nũc videndum col.fi.verfi.in fumma Cæpol.caut.17. Bar.in l.licet.col.pe.C.de procurato.dum allegat tex.in l.1.§.idẽ Põponius.ff.quod cum falf.tuto.vbi iudex facit verum tutorem,qui falfus eft,ponit latè Fely.in c.fuper literis col.20.poft But.ibi,de refcr. Et idem dicit Bar.in l.2.col.5.verfi.3.quæro. ff.de appell.per text.in d.§.idem Pomponius. Cõtra id,quod Alex.hic confuluit,vide Are. in §.Actionum inftit.de actio.in materia tutelæ; vbi vult ꝙ curator non pofsit effe in iudicio,nec vult dari curatorem ad litem,nifi litigetur cum tutore; Ideo fubdit ibi,ꝙ quando pupillus caret tutore, neceffe eft vt prouideatur fibi de tutore, aliàs non poffet obligari in iudicio, nec extra.Are.in l.qui teftamento col.pen.ff.de tefta.vult ꝙ pupillo conftitui pofsit curator ad litem ex iufta caufa,vbi neceffarium, vel vtile eft pupillo,ꝙ tutor non agat.Et hoc cõfilium Alex. eft inter confilia Feli.nu.17.& ibi.vide confi.And.Sic.pro eadem parte.Et dicit Imo.in l.fi finita.§.non autem in fi.ff.de dam.infect. ꝙ nõ fufficit citari propinquos ad fufcipiendam tutelam, vel curam, nifi etiam citetur adultus ad videndum fibi curatorem dari. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vocatio per verbum filios, eft fpecialis, per verbum liberos, generalis.*
2 *Maior natu attenditur tẽpore mortis vel extantis conditionis.*
3 *Sententia lata cum inftituto, nocet fubftituto.*
4 *Scriptura teftamenti fiue data non valet etiam inter liberos.*
5 *Teftes nifi viderint fcribi non probãt fcripturam effe alicuius.*
6 *Venire poteft quilibet contra factum fuum nullum.*
7 *Sententia eft nulla fi fe refert ad probationes actorum in quibus nihil eft probatum.*
8 *Approbari vnum poteft fine alio in capitulis feparatis.*
9 *Verbum, diuidantur, an trahatur ad inftitutionem.*
10 *Claufula codicillaris operatur etiam fuperuenientibus liberis de quibus in genere fuit cogitatum.*
11 *Impenfæ cedunt folo, nec compenfantur cum fructibus ab eo qui erat dominus.*

CONSILIVM CXXIII.

Difcufsis hæfitationibus de qbus in themate.¶Videtur prima confideratione dicendum Bertonum volentem virtute vltimæ voluntatis Bartholomei admitti ad villam Sardoni effe de iure dicto Ioanni præferendum:hoc enim fatis apertè conftare videtur ex verbis vltimę voluntatis Bartholomæi difponentis ꝙ dictam villam Sardoni haberet Ambrofius, & ordine fucceffiuo: & fic mortuo Ambrofio intelligantur vocati reliqui.l. Gallus.§.quidam rectè.cum ibi not.per glo.& doc.ff.de lib.& pofth. per id quod legitur & notatur in l.codicillis.§.inftituto.& in l.peto.§.fra-
a tre.ff.de leg.2.& l.fi. C.de verb.fignific.¶Cum ergo [a] mortuo Ambrofio maior filius fuerit Bertonus etiam ante mortẽ Ambrofij:ergo Bertonus eft ille qui intelligitur vocatus: & cum dictus Bartholomæus teftator vocari voluerit filium maiorẽ Ambrofij & quemcunque maiorem natu inter liberos fuos videtur voluiffe præferri Bertonum filium Ambrofij omni-
1 bus nepotibus Ambrofij: † quia vocatio facta per nomen fi-
* liorum dicitur fpecialis: facta verò per nomen liberorũ * dr̃ generalis.vt l.Titius.in prin.cum ibi no.per glo.& doc. ff.de libe.& pofth.l.quod fi nepotes.ff.de tefta. tu.merito vocatus per nomen fpeciei debet prę̨ferri alijs vocatis fub nomine generis.l.cum ita. §. in fideicommiffo.cum ibi not. per Bart.& alios.ff.de leg.2.¶Hoc etiam arguit præfumpta mens teftantis ex ordine charitatis & affectionis. præall.§.quidam rectè. cum ibi nota. ¶Hoc etiam comprobant illa verba maior natu:quia quædam verba important proprietatem in ipfa origine nafcendi.ca.Iofeph.de verbo.fignific.& legitur & nota. 7. q.1.quàm periculofum. fed ita eft qđ mortuo Ambrofio inter eius liberos nullus repertus eft maior natu ipfo Bertono: er-
2 go ipfe præferendus eft. ¶†Nec videtur dici poffe quod Philippus ius fuum primogenituræ tranfmiferit in Ioannem ad effectum confequendi hoc particulare legatum feu fideicommiffum. ¶Tum quia verba teftamẽti repugnant:qa innuunt ꝙ attẽdi debeat quis fit maior natu mortuo Ambrofio vt maximè colligit ex illa claufula teftamẽti in qua dicitur:& fi ambo deceffferint antequam dictus Ambrofius & poft eũ maior natu ex liberis fuis mafculis ex legitimo matrimonio procreãdis totum habeat,quicquid fuprà, dictum &c.nã qualitas iuncta verbo debet intelligi fecũdum tempus verbi.l.in delictis. §.fi extraneus.ff.de noxa.l.ex facto.§.fi quis autem.ff.ad treb. l.2.ff.de auro & arg.leg.¶Sed ifta qualitas maior natu iungetur verbo habeat, ergo tempore quo liberi Ambrofij habere debent dicta bona debet attendi quis fit maior natu: conftat autem ꝙ illud tempus eft poft mortem Ambrofij, vt patet ex illis verbis poft eum &c. ¶Tum etiam: quia de iure tale ius primogenituræ vbi agitur de fucceffione bonorum hæreditatis alicuius non videtur ꝙ tranfmittatur ad pofteros primogeniti: vt probari videtur in auth.de hæred.ab inteft. §.ex his. iuncto.§.1.eo.tit.& in l.fin.C.de legi.tuto.iuncta.l.antep. ff. de tut.vbi licèt differatur legitima tutela ficut legitima hæreditas: & per confequens nepos affumat locum patris: tamen iftud eft verum fi nepos effet maior 25. fin autem minor non affumeret locum patris. ita hic vbi requirebatur quẽ effe primogenitum & maiorem natu nepos vel pronepos, ideft Ioannes non affumet locum patris. ¶Sic etiam videmus quod nũquam de nepote iudicatur prout de filio quando filius vocabatur cum aliqua qualitate quæ non erat in nepote.l.fi.C.de natu.lib.ita no.Bart.ff.de verb.fignifi.in l.liberorum.& Ant. de But.in c.1.de baptifmo.& per Bald.in d.l.quifquis. C.ad l.Iul.maieft.& in repeti.l.in fuis.ff.de lib.& pofthum. ad fin. ¶Bene facit.l.non folum.§.fi puellæ. ff. de ritu nupt. quamuis ergo Philippus vt primogenitus effet vocatus, tamen quia illa eadem qualitas primogenituræ quę erat in Philippo non eft nec effe poteft in Ioanne; merito non fubintrabit Ioannes locum Philippi, propterea iura omnia quæ dicunt quòd filius fubintrat gradum patris, loquuntur quando tractatur quod nepos excludat patruum pro parte tamen non a toto: vt in auth. ceffante. C. de legi. hæred. & inftit. de hære. quæ ab inteft.§.cum filius.in ca.1.de gradi.fuccef.in feud. cum fimil. ¶Sed in cafu noftro fi Ioannes fubintraret locum Philippi.excluderet in totum patruum à dicta villa. ¶Bene faciunt quod no.doc.in varijs locis in vulgata quæftione de rege Roberto & Rege Vngariæ, & maximè illud quod decidit Bald. in l.3.C.de fuis & legi.& Cyn.& Bald. in l.fi viua matre. per illum text. C. de bo.quæ lib. & Bald.in l.tutela.§.primò, de leg. tut.in antepe. col. dum facit differentiam an nepos præferatur primogenito ex difpofitione teftatoris an ex difpofitione ftatuti, quam differentiam videtur etiam amplecti Io. An.in addit.Specul.in tit.de feud.in rubri.& not. Moder. in ca.grandi.de fuppl.negli.præla.in 6. ¶Nec videtur poffe impugnari illam vltimam voluntatem Barto. maximè ftantibus fententijs & arbitramento cum ipfo vel eius curatore latis: quia dato etiam quòd dictum teftamentum Barto. non valeret aut non probaretur, tamen poftquam ad inftantiam curatoris dicti Ambrofij eft pronunciatum dictam fcripturam teftamenti effe veram & legitimam & vltimam voluntatem dicti Barto. & illam effe probatam tam per fcripturam quàm per alias probationes, & dictum Ambrofium effe hæredem ex dicto teftamento, non poffet nunc dictus Ambrofius fi viueret quò ad excludendos aliquos petentes aliquid ab eo virtute dicti teftamenti allegare dictam fententiam vel fen-
* tentias fuiffe iniuftas & iniquas * text. eft in l. fi feruus plurium. §.primò, ff. de lega.j.& non reperitur alibi fecundum Dyn.& alios ibi & not.glo.in l.ftipulatio ifta.§.j. & ibi etiam doc.ff.de verb.ob. ficut ergo non poffet Ambrofius impugnare dictas fententias ita nec debet hoc poffe dictus Ioãnes eius hæres.l.cum à matre.C.de rei ven.l.fi creditoribus. C.de feruo pig.da.ma.cum vulgaribus.Pro hoc facit quod no.Inn.in c.in noftra.in gl.magna. de proc. & Ant.de But.in c.caufam. el 2.qui fi.fint legi.dum volunt ꝙ fententia lata contra Titiũ

cum

cũ Seio super testamento vel aliquo instrumento facit ius cõtra d. Titium volentem agere contra alios ex illo testõ vel instrumento sup quo fuit exclusus p sñiam latã cũ alio.l.posthumus.§.quis ex his.ff.de inoffic.testa.ergo dicta sñia lata cũ d. Ambrosio dẽt sibi & pariter hæredi suo.l.Ioan.nocere quò ad quemcunq; alium sup validitate vel inualiditate dicti testamenti. ¶ † Bene facit illud qd dicimus videlicet qd ad sñiam quæ fert cum hærede primo loco instituto non est necesse vocari substitutum si nondũ casus substitutionis euenit, & sententia lata cũ hærede primo loco instituto habet effectum, ẽt ac si lata esset cum substituto: vt no.Bar.& alij in l.in diẽ.ff.de aqua plu.arc.per l.1.§.pen.ff.de ven.inspi.d.l. filiusfa.§.diui. in fi.& ibi not.Ange.& Io.de Imo.ff.de le.1.pro quo etiã tex. in l.si patroni.§.fi.secundũ vnam lect. ff.ad treb.& bonus tex. in l.ex cõtractu.ff.de re iud.& Io.de Imo.l.decẽ.ff.de ver.ob. ergo sufficit alias sñias super causa testamẽti fuisse latas cũ hæredibus primo loco vocatis, ad hoc vt effectũ sortiant̃ ẽt quò ad substitutos. ¶ Alia ratione ẽt non videtur qd Io. possit petere & consequi totã villam vel castrũ Sardoni ex testamẽto Ambrosij: qa illud testamentũ vr̃ nullum cũ in eo nõ fuerint instituti vel exheredati oẽs nepotes ex d.Philippo,qui nepotes viuo Ambrosio per mortẽ Philippi ceperũt tenere primum locũ: ergo testamentũ redditũ est nullum: vt l.posthumorũ. ff. de iniu.rup.& irri.testa. l.Gallus. §. nunc de lege. ff.de lib.& posthu. ¶ Sed præmissis non obst.contrariam sñiam de iure probabiliorẽ esse puto, videlicet dictũ Io.ex testamento Ambrosij admittendũ esse ex substitutione facta Philippo: qa cũ decesserit Philippus viuente testatore.i. Ambrosio habet locũ substitutio vulgaris ex eo capite: quia Philippus non potuit esse hæres.l.ab oĩbus.§.cum quidam.ff.de le.1.l.vnica.§.in 1. & §.pro 2.C.de cadu.tol.l.cum proponas. C. de hære.instit.

4 † nec enim obstat vltima voluntas Bart. quia non fuit valida ẽt inter liberos nec legitimè prolata: quia scriptura illa caret indictione,anno,mense & die:& sic non probat,vt in aut. qd siue.in verbo tẽpus.C.de test.& ibi doc.maximè Bal.Ange. & Sali.& no.Ange.in corpore vnde illa aut. sumitur & illa aut. est vltimum ius disponens & tractans de tali materia: vt patet in corpore,vnde in eo casu non est attendẽda dispositio. l. fi. C.fa.erci.nec aut.ibi positæ nec.l.hac consultissima. sed solũ tex.in d. auth. qd siue. q̃ loquitur in casu nostro & est vltima prouisio. ¶ Et sic non habet obstare si diceretur ꝙ imò attẽto quod testes deposuerunt ꝙ ille Bar.protestatus fuit illam esse suam vltimam voluntatem:& sic ex quo probatur per indicia quod illa scriptura erat sua vltima voluntas sufficere debeat, per d.l.fi.cum gloss.suprà fa.ercis.qa respondeo qd illa lex fi. quatenus loquitur in vltima voluntate de qua apparebat scriptura fuit postea determinata & limitata per aut.positam sup d.l.fin. videlicet qd illa scriptura siue fuerit facta manu patris siue manu cuiuscunq; debet habere subscriptionẽ patris vel filiorum inter quos facta est: vt patet in §.& qd sæpe. in auth. de trien.& semis.quã quidem subscriptionem non habet dicta scriptura. postea fuit inductũ per auth. de test. imperf.§. 1.vnde sumpta est auth.quod siue.ꝙ si tota scriptura est manu testatoris non requiritur alia subscriptio dummodo cõtineat tẽpus & alia de quibus ibi.¶ Vnde cũ dicta scriptura neq; habeat diem seu tempus non põt sustineri:quia non vr̃ esse sufficienter probatum per testes ꝙ illa scriptura fuerit manu Bar. prædicti.

5 ¶ † Quia in casibus in quibus requiritur probari per testes quod scriptura fuerit scripta manu alicuius: vt requirit̃ in casu nostro,vt not.gl.in dicta aut.de testa.imperfe. §. fi.in verbo diuisione.Et doc.maximè Bal.in d.auth.ꝙ siue, tũc est necesse quod tales testes deponant se fuisse presentes ibi qñ il-

b le scripsit,& vidisse [b] illum scribere: vt in auth.de inst. cau.& fi.§.si quis igitur.& clarè dicit hoc Iac.Bu.in aut.& si contractus.versus fi.C.de fide instr.& Bar.in l.scripturas.C.qui po. in pig.ha.& Bal.in auth.sed nouo iure.circa 1.col.C.si cer.peta.& Ant.de But.in c.2.circa 3.col.de fide instr.& doc.maximè moderni in l.ex hac scriptura.ff.de dona.& in l.admonẽdi.ff.de iureiu. sed testes non deponunt huiusmodi, sed solũ deponunt ꝙ cognoscebãt illam esse scripturam manu Bar. ex alijs scripturis suis: vt in puncto cõtinetur, ergo non probãt. ¶ Nec ad hoc obst. si diceretur ꝙ imò non est necesse ꝙ testes probantes illam fuisse scriptam manu Bar.deponant se vidisse eum illã scribere,cũ in tali vltima voluntate nõ sint necessarij testes,vt no.per glo.& doc.in auth.de testa.imperfec. §. 1. & per doct.in d.auth.quod siue.quia rñdeo ꝙ non sunt necessarij testes. s. qui sunt testes ad illum actum tanquã ad vltimã voluntatem nã non est necesse ꝙ testator coram eis dixerit illud esse suũ testamentum vel quod nominauerit corã eis hæredem, & similia quæ requirunt̃ in testamẽtis in quibus oportet testes adesse; vt l.hac cõsul tissima.in prin.& l.iubemus. C. de testa.l.hęredes palam.in prin.ff.de testa. ¶ Sed bene oportet testes adesse qui viderũt ipsum scribere illam scripturã vt sciant deponere illam esse scripturã,quã viderunt testatorem scribere;si negetur eam esse scriptã manu testatoris: vt per gl. in d.auth.de testa.imperfe §.fi.in verbo diuisione: iũctis no. per Bar.in d.l.scripturas.cum concordantijs.suprà, allegatis. nec prædictis obstat si diceretur ꝙ nos sumus in testõ nuncupatiuo:quia testator corã duobus testibus dixit illam esse suã vltimã voluntatem:sed tex.in auth.quod siue.loquitur tñ in testamento in scriptura,scd̃m opi.gl.& multorũ : quia rñdeo qd ex eo testator simpliciter dixerit illam esse suã vltimã voluntatem non deprehenditur illud non esse testm̃ in scriptis: vt patet in d. l.hac consultissima. in prin. ibi dum tñ testibus p̃sentibus testator suum testamentũ dixerit esse &c. ¶ Posset & alia rõne infringi dicta vltima voluntas si teneremus opi.Sal. in d.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.& in d.auth.ꝙ siue. vbi voluit ꝙ si pater scripsit suũ testamentũ in quo filios instituit hęredes & legata reliquit & testamentũ in capsa reposuit, & non fecit legi ꝙ tale testamentũ dr̃ imperfectũ nedũ rõne solennitatis, sed etiã rõne voluntatis & propterea non valeat

c etiã inter liberos,tñ qa Sali.habet ɔ̃dictores: [c] ideo in hoc nõ facio fundamentũ.¶ Non ob.sñiæ latæ in fauorem dicti testi: qa respõ.qd si dictæ sñiæ à iudicibus latæ sunt nullæ,vt infrà, probabo, potuisset d.Ambrosius & consequenter põt Io. eius hæres allegare nullitatem dictę sñiæ etiã pro eo late: qa regulariter permittit̃ cuicunq; venire cõtra actũ iudicialem nullũ etiã de consensu suo gestũ. l.2.cũ ibi no. C.si aduer.rem iudi.

6 ¶ † Et regulariter põt quis venire cõtra ɔtractũ etiã à seipso gestũ si actus ille ipso iure est nullus.l.queãdmodũ. C.de agric. & censi.li.11.l.iubemus.§.sane.C.de sacros.eccl.c.si quis p̃sbyterorum.de rebus eccle.nõ alie.no.institu.quib.mo.alie.licet.post prin.& no.gl.& doc.maximè Bal.in l.j.in gl.magna. C. de lib.cã.& no.doct. in l. post mortem.ff.de dona.& no.in c.nosti.de elec.& in c.diuersis fallacijs.de cleri. cõiug. ¶ Nec ob.l.si seruus plurium.§.1.ff.de le.j.quia ibi sñia fuit iniqua: non aũt fuit nulla. ¶ Quod aũt dictæ sñiæ fuerint nullæ probatur: primò ꝙ prima sñia lata die quarti Augusti fuerit nulla, patet,quia in eo pronunciatur testm̃ Bar.& ipsam scripturam testi esse verum & verã,legitimum & legitimã testm̃ & vltimã voluntatem d. Bart.esse probatum & probatam tam per scripturã ipsius testi scriptam manu ipsius Bar.q̃ per alias probationes & legitimas coniecturas & indicia de quibus apparet in p̃cessu superinde confecto &c. & constat ꝙ in veritate ipsa scriptura testamenti producta non probat:qa hoc nõ habet diem ac ẽt constat ꝙ testes non probant illam vltimam voluntatem nec illã esse scriptam manu d.Bart. videlicet suprà,

7 ¶ † Ergo incidimus in illa difficultate qua queritur si iudex in sñia dixit:quia per A.& B.testes probatum est Titium debere

d vt apparet in actis, ideo condemno an sententia valeat [d] si ex actis apparet testes non probare:in qua Inn. variauit in c.qm̃ contra,de probatio.ad fi.& in c.cùm Bertoldus,in glo. in verbo concessimus.de re iudi.& per Bart. & Bald.& alios.in l.1. C.de erro.calc.& Bald.in l.2.C.de re iud.& in l.prolatam.in 1.col.C.de sent.& Ant.de Butr.in ca.excommunicato.de rescrip.& Io.de Imo.in l.diuus.ff.de re iudi.& do.Abb.in c.inter cęteras.de re iudi.& in alijs locis statim allegandis. ¶ Tñ quò ad propositũ nostrũ vera & magis cõis conclusio esse vr̃ ꝙ si iudex exp̃ssè habeat relationẽ ad acta,& ex actis ad q̃ habetur relatio apparet de errore iudicis in sñia,talis sñia sit nulla: quia sicut error expressus in sñia reddit eam ipso iure nullam.l.si expressim.ff.de appel.l.2.C.quando prouoc.non est. ca.1. de re iud.ita ẽt debet reddi nulla si error deprehendatur ex actis ad q̃ iudex in sñia expresse relationẽ habuit, qa perinde est ac si error esset expressus in sñia. ar.l.ait prætor. §. 1. ff.de re iud.& l.pen.C.de sen.quæ sine certa quanti. & l.institutio talis. ff.de condi.insti.& ita expresse firmat Bart. in d.l. 1. C. de erro.calc.cum quo ibi transit Raph. Ful. & ita tenet

Ant.de Bu.in d.c.ab excōmunicato.in 2.car.de reſcr.& Ant.
de Bu.& dn̄s Abb.in d.c.qm̄ contra.& ibi ſentit Hoſt. de pro
ba.& Io.de Imo.in l.ex diuerſo.§.ſi iudicio.ff.ſol.mat. & in l.
q Romæ.§.duo fratres.in 10.col.ff.de ver.obl.& Io. de Imo.
& Romanus in l.ſi is ad quem.ff.de acq.hær. ¶Et Io.de Imo.
in c.in præſentia.de renun.vbi declarat & ſaluat verba An.de
Butr. ibi per iſtam diſtinctionem. ſ. aut expreſsè ſe retulit ad
acta:& tunc non valeat per text.in d.c.cū Bertoldus.de re iu.
ibi hoc tenet Inn.aut ſe retulit expreſsè ad acta,& tunc ſecus:
quia iudex fortaſſe ex alio fuit motus quod non apparet in
actis.& ita ēt tenet do.Abb.in c.inter ceteras.de re iu.& eſt de
mēte dominorū de Rota concluſione 365.inci.Item dubita-
tur vtrum auditor &c.Ergo bene apparet dictā primā ſenten-
tiam eſſe nullā pp expreſſionem erroris, quo caſu ēt non pōt
dici qđ potuerit validari per aliquē cōſenſum aut approbatio
nem per eum adeò qđ valeat in vim ſententiæ nec ēt alio mo-
do.nec tunc habet locū id quod habetur in l.2.C.cōia vtriuſ-
* que iudi.* propter dictum errorem vt ſingulariter not.Bal.in
l.error.in vlt.col.C.de iuris & fac.igno.& in l.1.C.de iuriſd.
om.iud.¶Idem dico de ſecunda declaratione facta die primo
menſis Septembris:in qua iudex in effectu declarat ꝙ illud te
ſtamentū & eius ſcriptura habeat vim & robur publici teſta-
menti,& ſcdm firmitatem,tenorem,modū & formam primæ
ſnīæ &c.cum iſta ſentētia referat ſe ad primam; error qui erat
in prima cenſetur eſſe in iſta, & redditur nulla. l.j.poſt prin.
ff.quę ſen.ſine appel.reſcin.& no.Bar.in d.l.1.C.de erro.cal.
cum concor.ſ.allegatis. ¶Non ob. ēt arbitramentum emolo-
gatū a partibus cuius occaſione Ambroſius poſtea longo tpe
poſſedit, quia aduertendum eſt quod in dicto arbitramento
ſecundum ꝙ relatum eſt in puncto non dr̄ ꝙ arbiter vel arbi-
trator pronunciauerit illi ſcripturæ teſtamenti eſſe fidem ad-
hibendā & talem eſſe legitimè approbatā, ſed ſolū qđ pronun
ciauit d.Ambroſium eſſe & intelligi debere hæredem vniuer
ſalem dicti q. Bart.ex teſtamento & ſcriptura teſtamenti facta
per dictum quondam Bar.& dn̄am Margaritam debere habe
re pro ſua legitima libras mille &c.& arbitrator ſatis diſceſſit
a verbis dictæ aſſertæ ſcripturæ teſtamenti in qua Bart. inſti-
tuerat hęredē vniuerſalem dn̄am Margaritā & oēs eius filios:
vnde licet Ambroſius approbauerit laudū & per conſequens
approbauerit ſe debere eſſe hæredē vniuerſalē ex teſtamento
Bar.tamen quò ad alia contenta in dicta aſſerta ſcriptura teſta
menti, puta quò ad capitulū ſubſtitutionis factæ in villa Sar-
doni non approbauit teſtamentū nec etiā in arbitramento ali
8 quid de hoc dictum eſt. ¶†Vnde nō ſequitur, approbaui vnū
capitulum, ergo ex tali approbatione videor approbaſſe oīa
contenta in teſtamento inualido, attēto ꝙ capitulum de quo
in laudo.ſ.ꝙ Amb. ſit hæres vniuerſalis eſt quid ſeparatum a
capitulo ſubſtitutionis: hoc probatur in c.Rayn.& in c.Ray-
naldus.de teſt.& in l. Publia.§.fi.ff.depoſi.& no.Bar.in l.Au-
relius.§.idem quæſijt.ff.de libe.lega.& Cy.& alij in l.1.C.de
confeſ.& in l.2.C.de dona.ante nup. & no.in l.ſi quidem.C.
de exce.& Bal.in l.1.de eden.& in l.ſi quidem. C.de tranſ.in
l.cum mulier. ff.ſol.mat.& not.Cano.maximè Ant.de But.&
Io.de Imo.melius.in c.bonæ.el 2.de poſt.præl.& in c.ex par-
te decani.de reſcr.& Arc.in c.1.de cōfeſ.in Spe.in tit.depoſi.
§.fi.ver.pen.item ſentētia non probat niſi quantū ex ea de ne
ceſſitate infertur.l.pe.cum ibi not.de his qui ſunt ſui vel alie.
iur.l.2.C.de ordi.cog.l.j.cum ibi no.C.de ord.cog.no. Bar.
in l.Iulianus verū debitorem 4.col.ff.de cond.ind.¶Sed licet
ex ſentētia arbitratoris dicat Ambroſium eſſe hæredē vniuer-
ſalem ex teſtamento Bart.non infert de neceſſitate ex tali de-
claratione ꝙ poſt mortē Ambroſij debeāt vocari ſubſtituti ſe-
cundū diſpoſitionem factā in aſſerto teſtamento Bar.¶Præte-
rea preſumit ꝙ dictus Bar.mortuo Ambroſio patre ſuo ſe im-
miſcuit in bonis & hæreditate Ambroſij & nedum in d.villa
Sardoni, ſed ēt in cæteris bonis, ergo vr̄ eſſe hæres Ambroſij
iuxta l.pro hæred.& l.gerit,cū materia.ff.de acq.hær.¶Et per
cōſequens vr̄ approbaſſe voluntatem Ambroſij in actu teſtan
di & adeò ꝙ nedum ea ratione repellitur Bertonus a villa Sar
doni pro ea parte pro qua fuit Bertonus hæres Ambroſij per
l.cum a matre.C.de rei ven.& l.ſi tibi homo. §.ſi fundus. ff.
de leg.1.¶Sed etiam fortaſſe videtur ꝙ repellatur in totū Ber
tonus; qa Ambroſius teſtator putaſſe videt qđ illa verba Sar-
doni,eſſent iuris proprij ipſius Ambroſij,& ꝙ cū potuerit re-
linquere Philippo ac eius filio primogenito Philippi vt fecit.
hoc innuunt verba teſtamenti Ambroſij in inſtitutione facta
de Philippo, iūcto c. ſubſtitutionis factę eidē Philippo & in-
ueſtitura facta d.Ambro.quo caſu qn̄ teſtator putabat rē quæ
pertinebat ad vnum ex hæredib.ſuis pertinere ad ipſum teſta
torem & eā iure ſuo poſſe relinquere ei cui in teſtamento reli
quit tn̄ ille hæres ad quē relicta pertinent totū relictum tene
tur adimplere ēt ſi ipſe non ſit heres niſi pro parte vt eſt tex.
no. in l.fideicōmiſſa.la 1.§.ſeruū pecu.ff.de fideic.libe.& no.
Bar.& alij in d.l.ſi tibi homo.§.ſi fundus.hoc tn̄ vltimū non
pono pro cōſtanti, ſed relinquo iuuandum aut non iuuandū
ſcdm qđ videbitur conſcientiæ & diligentię eorū q ex cōiectu-
ris & probationib.facti in veritate notionem melius habebūt
q̄ ego habeam. ¶Nec p̄dictis obſt.qđ opponebatur contra te-
ſtamentū Ambroſij qđ non valebat ratione præteritionis ne-
potū ex Philippo filio præmortuo, quia rn̄deo ꝙ imò intelli-
gunt inſtituti fuiſſe vt patet in pe.c.teſtamenti.incip.itē volo
ꝙ oīa mea bona immobilia & mobilia,ibi, dū dicit æqualiter
9 diuidantur inter ipſos filios meos ſeu eorum liberos &c.† nā
verbum diuidantur tanq̄ verbum cōe ad vniuerſitatem bono
e rum refertur ad inſtitutionem [c] ipſorum liberorum.vt.l.quo
ties.cum glo.C.fami.erciſ.& ibi expreſsè Bal.& etiā Sali.tn̄ fa
ciunt no.in l.his verbis.in prin.ff.de hær.inſti.& quod hr̄ in
l.diuus.cum ſimi. ff.de teſta.mili. ¶Et illa diſiunctiua opera-
tur vt ſcdm ordinem charitatis intelligantur primò vocati &
inſtituti filij Ambroſij, & vno vel pluribus decedente vel de-
cedentibus nepotes ex eo vel eis intelligantur vocati ad par-
tem & locū pr̄is ſui.l.cum pr̄.§.pe.de le.2.& no.doc.in l.Gal
lus.§.quidam rectè.iuncta.l.cum auus.ff.de cond.& demon.
¶Vel ēt dato ꝙ eſſent præteriti & ꝙ dicta inſtitutio ſeu ſubſti
tutio facta in re certa non conſeruaretur hodie per aut.ex eā.
C.de libe.præte.de quo per doc.ibi & in corpore.& in l.ex fa
10 cto.ff.de hære.inſti.& in l.filio præterito.ff.de iniuſt.teſt.† tn̄
clauſula codicillaris adiecta per illa verba,ſi nō valet vel vale
bit &c.operatur vt ſuccedentes ab inteſtato debet ea q̄ relicta
ſunt non obſtante vitio præteritionis ſcdm verā & cōem opi.
vt l.generaliter §.ex teſtō,ff.de fideicom.liber.& l.ſi patroni.
§.fi.ſcdm vnam lec.& traditur in locis vulgarib. ¶ Et hoc ve-
rum eſt ēt ſi in teſtamento præterijt liberos quos tunc non ha-
bebat ſeu ignorabat ſe habituros liberos, maximè cū in gene-
re cogitauerit d.Ambroſius de dictis nepotibus ex filio: quia
de eis fecit mentionē tā in inſtitutione facta Philippo, quā in
generali inſtitutione:& quod Philippus cogitauerit : patet p
illud verbum futuri temporis videlicet ſi non valet neque va
lebit &c.meritò cū in genere cogitauerit, clauſula codicillaris
debet effectum ſortiri.l.ſi quis cum nullum.§.j.& l.ab inteſt.
ff.de iure codicil.facit.l.qui iure militari.ff.de teſta.mili.¶Et
iſta eſt magis communis opi. quam quidem per plures rōnes
comprobat Bal.& Fulgo.in d.l.ex cauſa.in 4.col.& Salic.in l.
1.ad fi.C.de poſth.hær.inſti.& ita ēt videtur ſentire Bar.in l.
qui filiabus.in prin.in quadam addi.ff.de le.1.attēto ꝙ illā l.
intelligit ēt in teſtatore qui de poſthumo non cogitauerat. &
ad hoc Io.de Imo.ponderat ille verba Bart. ibi. & idem tenet
etiā Pal.Sali.in l.fi.C.de codicil.& Io.de Imo.in l.filio p̄teri-
to.in 15.col. de iniuſt.teſt. & dicit ꝙ in hoc auderet cōſulere
contra Bar.in l.1.in 6.q.de iure codicil. ¶Et hāc opi. quò ad
propoſitū noſtrum ſequitur ēt Ang. in l.1. ff.de iure codicil.
& Pau.de Ca.in l.1.C.de poſthu.hære.inſt.& in l.ſicut certi.
C.de teſta.mili.& in ſuo conſi. 56.inci.Præclarus & egregius
doc.& in conſ.ſeq.ſaltem ſcdm eū ibi qn̄ teſtator poſt natiui-
tatem poſthumi ſuperuixit tanto tpe ꝙ cōmodè potuiſſet mu
tare teſtamentum & non mutauit prout accidit in caſu nr̄o :
quia videt decedere velle cū prima volūtate p id qđ no. gl.in
l.athletæ.§.dat remiſſionē.in verbo niſi poſt.ff.de excu. tu.&
hoc vltimū tenebat Iac. de Bel.In diſputatione ſua quā ponit
poſt.l.3.C.de lib.p̄t.¶Et certè ſi conſiderent verba Bart.in d.
q.ff.de iure codic.non negat Bar.quo ad caſum noſtrum. l.in
poſthumis naſcituris non ex teſtatore, ſed ex filio de cuius fi-
lijs naſcituris erat ſpes ꝙ clauſula codicillaris tunc nō opere-
tur quò ad caſum noſtrū.vt patet ex no.p eum ibi in 11. q.ex
quibus oībus reſultat concluſio qđ ēt dato quod Io. non ſub-
intrat locū primogenituræ Philippi patris ſui,tn̄ ex teſtamēto
Ambroſij debet admitti ad villam Sardoni & ad alia in qui-
bus fuerat ſubſtitutus Philippo, non obſtante teſtamēto Bar.

ac sententijs & arbitramento & allegato vitio præteritionis
filiorum Philippi, quibus omnibus est respõsum suprà, & sic
hr̃ ex his responsio quò ad prima quatuor q̃sita quatenus de
iure videt̃ mihi sustineri & responderi posse. ¶ Quò aũt ad vl-
timum dubiũ quo quærit̃, an cùm Ambrosius fecerit aliqua
melioramenta in ipsa villa Sardoni restituenda sub conditio-
ne per hæredem ac ẽt aliquas possessiones super territorio di-
ctæ villæ acquisiuerit, an saltẽ potuerit testari de talibus me-
lioramẽtis & possessionibus & sic in ipsis Io. succedere debeat
a 1 † respon. omisso multiloquio ꝙ melioramenta ipsa cedũt so-
lo quo ad dominiũ: & sic spectabunt quò ad dominiũ ad illũ
ad quẽ spectabit solum. verum est ꝙ hæredes illius qui impen-
sam melioramentũ fecit agere possunt pro hæreditarijs por-
tionibus ad impensam melioramentorũ scd̃m ꝙ habetur in l.
domos. cũ duabus. vel tribus legib. seq. ff. de leg. 1. & l. sed qd
si ędificauerit, in prin. cũ ibi no. ff. de vsufru. ¶ Nec in tales im
pensas computabuntur fructus percepti per Ambrosium dũ
dixit: quia fructus percepti per hæredem pendente conditio
ne sub qua fundus ex dispositione testatoris veniebat alteri re
f stituendus non computantur in impensas: [f] imò ẽt impensę vl
tra fructus peti possunt: vt probatur per not. ex glo. quam ibi
Bal. & Ang. ad hoc propositum dicunt esse notandã & singu-
larem in l. emptor. in prin. ff. de rei ven. & ita illam ẽt ad hoc
singularem ponderant Bal. & Imo. in d. l. domos. ff. de le. 1. &
sic apparet quod ius petendi impensam melioramentorũ tan
quàm actio personalis diuiditur inter hæredes pro hæredita
rijs portionib. possessiones verò seu prædia quæ de nouo di-
ctus Ambrosius in dicta villa acquisiisset, dicunt spectare iu-
re substitutionis factæ in testamento Ambrosij dũmodo sint
in locis descriptis in institutione facta de dicto Philippo: &
quia hoc nullum habet dubiũ, nõ est superuacuò insistendũ.

ADDITIONES.

a ¶Cum ergo. Ambrosius in testamento reliquit villam Sardoni filio suo primogenito Philippo & post eius obitũ filio primogenito eiusdem Philippi; reliqua vero bona mobilia & immobilia voluit æqualiter diuidi inter filios suos seu eorum liberos, postea prædecessit Philippus relictis Ioanne primogenito suo & alijs nepotibus, nouissimè decessit Ambrosius relicto filio tertio & dictis nepotibus. decidit Alex. ꝙ d. villa spectat ad Ioãnem primogenitum Philippi ex vulgari non obstante quodam prætenso testamento Bart. aui qui voluerat. d. villam semper deuolui ad maiorem natu liberorum suorum, quia nõ cõstat ꝙ sit scriptura & testamentũ Bar. patris. d. Ambrosij.

* Liberorum.] Not. ꝙ vocatus sub nomine filiorum dicitur vocatus specialiter. Sequitur Curt. Iunior. in l. 2. C. de successo. edicto. Natta.

* Et iniquas.] Non potest aliquis impugnare sententiam pro eo latã d. l. si seruus plurium. §. 1. quem tex. etiam allegat ad hoc Bar. in l. 1. col. 2. & ibi. Bal. Ang. & Pau. de Cast. C. de fur. Et ille text. non procedit in sententia nulla, vt infra, Alex. scribit. col. 3. & all. tex. in l. si seruus plurium. §. 1. vide Alex. in l. sæpe. col. 9. de re iudi. Natta.

b ¶Vidisse infra, lib. 3. consi. 76. col. 1. num. 4.

c ¶Contradictores. vt Ale. & oẽs. d. §. ex imperfecto. Ant. rub. cõs. 107.

d ¶Valeat. late Alex. l. 1. col. pe. C. de erro. cal. & ꝙ nonsit nulla Matt.

* Affli. Deci. Neapo. 28. * No. ꝙ vbi sententia refert se ad acta, si ex actis contrarium appareat, sententia est nulla. Tamen in oppos. vide Matthe. decisi. 28 vbi vult, ꝙ euidens iniquitas ex actis, nõ operetur effectum nullitatis. & vide eundem deci. 39. Natta.

* Quòd habetur in l. 2. C. communia Vtr. iud.] No. tex. singularem, de quo plura scribit Fel. in c. significasti. de foro compe. & vt procedat, requiritur stipulatio, vel traditio, secundum Paul. de Castr. in d. l. 2. Dec. in c. examinata, de confirma. vti. vel inuti. Alex. in l. quod iussit col. vlt. ff. de re iudi. Petr. de Anch. consil. 67. Quærela, col. pen. Et de laudo ponit Dec. consi. 434. circa fi. Natta.

e ¶Institutionem. dic contra vt infrà, lib. 2. consi. 70.

f ¶Impensas. plenè dixi in consu. Paris. §. 1. gl. 5. nu. 78. * Idem in eis-
* dem terminis consuluit Pau. de Castr. consi. 247. in causa, quæ vertitur Saonæ. lib. 1. col. fin. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus non amittit feudum ipso iure nisi per alienationem.*

2 *Pœna licèt committatur ipso iure, requiritur tamen sententia declaratoria.*

3 *Superioris authoritas semper videtur excepta.*

4 *Preces principum habentur pro iussu.*

CONSILIVM CXXIIII.

* Omissis * superfluis breuiter concludo ius dicto ser
Petro acquisitum ex inuestitura sua adhuc
durare in personam eius. ¶ Moueor primò, quia constat ꝙ do-
* minus qui feudum concessit, * non põt vasallum feudo priua-
re sine culpa vasalli. cap. 1. de na. feu. ¶ Secundò quia posito ꝙ
aliqua culpa subesset, attamen oportet primò de culpa consta
re, & vasallum ipsum causa cognita priuare. est text. in c. 1. de
feu. sine cul. non amit. ¶ Tertiò, quia vltra prędicta requiritur
ꝙ super hoc fuerit lata sententia: vt probatur in c. fi. quo tẽ-
1 pore miles. est enim conclusio † ꝙ propter aliquam culpam
a vasallus non priuatur feudo ipso iure, sed per sententiam: [a] vt
firmat gl. communiter approbata in c. 1. in princ. in verbo iure
feudi qui. mo. feu. amit. ¶ Et dicit ibi Bal. in fi. princ. ꝙ in feu.
requiritur ꝙ sententia priuationis præcesserit nisi culpa com
missa sit in alienando: quia tunc ipso iure perdit feu. ar. no. in
l. prętoris. in prin. ff. de dam. infe. & quod requiratur regulari
ter sententia, no. Angel. & alij post eum in l. earum. ff. de dam.
infe. ¶ Pro hoc facit, quia vbi sumus in dubio, quia non appa-
ret expresè quæ pœna priuationis imponatur, semper inter-
pretatio fit vt in ipsa pœna priuationis imponenda, requira-
b tur sententia priuationis, & non fiat ipso iure, [b] vt not. gl. in c.
quicunque. in verbo innodetur. de hære. in 6. gl. in c. in pœn.
per illum tex. de reg. iur. eo. lib. & in c. cupientes. §. si verò. in
verbo præuentus de elect. in 6. & plenè no. doc. in c. si diligen
ti. de fo. comp. cum concor. de quibus ibi. ¶ Et idem dicit Bal.
in auth. qui semel. circa 1. col. C. quo. & quan. iud. vbi inquit
quod lex in dubio non dicitur damnare quem ipso iure, sed
per sententiam iudicis. l. 1. §. calumniatores. ff. ad Turpillia.
2 ¶ † Plus dicit ibi Bal. ꝙ etiam si lex disponeret aliquem priuari
causa cognita priuationis, etiam si lex diceret priuari ipso iu-
re, tamen semper requiritur priuationis sententia. argu. l. de
qua re. ff. de iudi. sine dubio in priuatione ista requirit̃ causę
cognitio, vt d. c. 1. de feu. sine culp. non ami. ¶ Ergo nõ põ di-
ci ser Petrũ esse priuatũ ipso iure, cũ ꝯ eum nõ fuerit proces-
sum ad aliquã sñiam priuationis, nec ad aliquã cãæ cognitio-
nẽ vt s̃. dictũ est: q̃ causę cognitio fieri nõ potuisset eo non ci-
tato. c. inter quatuor. de maio. & obe. l. in causę. §. cã cognita.
ff. de min. cum vulg. ¶ Plus circa prædicta dicit Bald. in c. quę
in ecclesiarum, de consti. in uer. an in priuatione feudi &c. in
* uer. extra quęro ẽt ꝙ in priuatione feudi requiritur sentẽtia. *
nisi quando feud. concessum esset ad tempus, & tempus esset
finitũ, vt ibi plenè prosequitur & subdit ꝙ si vasallus intra an
num, & mensem non petierit inuestituram à successione dñi
feudi, quod successor non tenet̃ eũ admittere, per c. j. quo tẽ-
pore miles. & hoc si certũ est feudum esse reuersum ad dñm:
sed si hoc non esset certum, tunc requiritur sñia declaratoria:
& ante illum non posset alius corporaliter inuestiri. c. licèt ex
tunc. de pœ. in 6. & l. à diuo Pio. §. si super. de re iu. & sic appa
ret quod inuestit. ser Martini non põt dici canonicè facta. ¶ Ex
quibus ẽt infertur ꝙ sicut prædictus episcopus Ioannes eos
quos solenniter inuestiuisset, non posset sua inuestitura spolia
re, nec ẽt successor eius in dignitate ꝯuenire. põt. c. fi. ne pręla.
ui. su. c. 1. de sol. nam hoc seruant ẽt succedentes in imperio vt
* ꝯ cõtractũ à prędecessore factũ venire nequeant. * c. j. de prob.
& ibi no. doc. & no. Cy. & Bald. in l. digna vox. C. de legi. & in
proposito nostro no. p Bal. in l. qui se patris. in 10. col. C. vndę
libe. ¶ Nec prędictis obstat si dicatur ꝙ ex instr̃o inuestituræ
in persona Martini cõstat ꝙ propriè ser Petrus requisitus pro
parte dñi episcopi recusauit pro tunc exercere officium de
quo fuit inuestitus. quia respõdetur, & primò. quia ser Petrus
non fatetur id esse verum, & non est dubiũ ꝙ illa verba narra-
tiua facta per notarium inter Reuerendissimum Episcopum
& intar Martinum non faciunt fidem contra ser Petrum tunc
absentem. C. res inter alios acta. per totum. & ideo dicit And.
de Iser. in c. fi. quo tempore miles. ꝙ cautus debet esse posses-
* sor ad quem peruenit de nouo feudum alterius vasalli * qui
delictum vel aliquam culpam commiserit, ꝙ debeat saluas
tenere probationes & documenta ex quibus possit constare de
culpa vel de delicto vasalli: quia nõ staretur delicto domini,
vel regis, vel principis, ẽt si hoc. testificaretur per literas suas:
quia attestaretur in facto proprio. facit quod habetur in c. cũ
nobis. extra de testib. & l. omnib. C. de test. quantò minus in ca
su nostro in quo nõ apparet ꝓbabile testimoniũ episcopi: sed
sola assertio & narratio illius tabellionis qui dicit de cõmissio-
nis epi requisiuisse ser Petrum &c. ¶ Secundo rñdet̃ ꝙ dato ꝙ
dę tali recusatione ser Petri cõstaret: non tñ per hoc sequitur

ꝙ sit priuatus si non constat ꝙ potuerit inseruire: eò quia nō potest nec debet priuari feudo: vt in d.c. 1. §. porrò, versi. sed
6 nec alia &c. in ti. quæ fuit prima causa benefi. amit. † vnde videtur quod si ser Petro fuit à principe dictum ꝙ deberet alio officio incumbere pro sua dinumeratione cum in qualibet dispositione semper intelligatur iusta causa reseruata superioris authoritas. c. venientes. de iureiu. l. fi. in prin. ff. de admin. tut. ¶ Accedit quod disputando concludit Io. Andr. in regula in alijs. in mercu. vbi concludit ꝙ si scholaris iurauit creditori suo non exire districtum Bononię ante solutionem sine ipsius licentia, demum istę scholaris qui erat filiusfamiliàs fuit ex iusta causa reuocatus à patre in patriam, vel si erat clericus beneficiatus fuit ex iusta causa reuocatus ab episcopo ad residentiā, an excusetur à periurio si recessit & non satisfecit: & concludit, eum excusari nisi procurasset reuocari ab episcopo vel à patre, & in quibusdā alijs causis: vt ibi plenius per eum: & per Feder. de Sen. in consil. 290. aliàs 91. incip. Quęstio talis &c. ¶ Et confirmantur prędicta: quia in ciuitate illa est cōmunis opin. ꝙ laici communiter magis consueuerunt parere principi suo seculari & temporali vocanti laicum ad aliquod munus quàm episcopo, quē non timent vocantem laicum ad exercitium alicuius officij sibi iniuncti ad quod laicus ipse esset ét obligatus: & sic quantū ad hoc cum à laicis in talibus communiter habeatur in maiori reuerentia princeps quàm episcopus, vr̄ excusandus Ser Petrus si principi paruit, arg. l. ꝯ pupillum. §. qui ad maius. ff. de re iud. & c. cū parati. de app. cum ibi no. & in l. incolas. C. de incolis. lib. 10. ¶ Et ideo in ꝓposito dicit Inn. in d. c. cum parati. ꝙ si archiepiscopus aliquē episcopū vel aliquem alium prelatum ad cōsilium vocauerit, & rex siue ante siue post vocauerit eundē, ꝙ vocatus potest li-
c citè ad regem ᶜ venire & mandatum archiepiscopi prætermittere: est. n. regi honor habendus secundum eum: & ita intellige iura primò allegata ibi per gl. in verbo legatione regis: nisi secundū eum archiepiscopus mandaret vocato ꝙ coram ipso compareret non obstante regis vocatione nam tunc secundum Inn. & alios deberet potius obedire archiepiscopo: quia potius spiritui quā carni obediendum est. c. solitę. de maio. & obed. quantò magis ergo vr̄ excusandus ser Petrus laicus qui principi paruit non facto sibi præcepto per episcopum quia non obstante vocatione principis deberet dictum officiū notarius exercere. ¶ Nec facio differentiam an princeps mandauerit ser Petro ꝙ deberet exercere illud officiū ad quod ipse
4 vocauerat, an verò simplicitur de hoc rogauerit eum: † quia rogationes domini & principis præcepta sunt, vt dixit gl. l. 1.
d in prin. in verbo queádmodum. ff. quod iussu. & ᵈ Bald. in l. si mandator. C. quod cum eo. & And. de Iser. in c. si quis miles. in ti. de feudo sine culpa non amitt. vnde in proposito adducunt illud quod cōiter dicitur: Est rogare Ducum species violenta iubendi. Nec circa ꝑdicta insisto in discutiendo an dicta concessio fuerit feudum vel alius contractus: quia non expedit: quia etiam dato ꝙ feudum non esset, tamen nulla pœna priuationis imponitur nisi vbi hoc sit expresse lege cautū: vt est tex. in auth. de non ali. §. cum igitur. ibi nec secundis nup. & in dubio pœna priuationis non imponitur ipso iure: sed in proposito non reperitur ꝙ aliquis præstare debens seruitiū simile priuetur ipso iure officio propter nō præstationem seruitij: maximè stantibus rebus prout stant. Ex quibus omnib. remanet conclusio ꝙ duret ius dicti ser Petri: & per consequens prefertur cæteris antedictis.

ADDITIONES.

* Omissis.] Et notorius est rebellis, qui cum hoste publico commoratur. Gram. decis. 105. nu. 15. Natta.

* Concessit.] Abbas in c. quæ in ecclesiarum. col. pe. de consti. dicit, ꝙ princeps non potest suo vassallo sine causę cognitione feudum tollere, quia in feudo est quidam cōtractus vltrò citroq; obligatorius. quod ét tenet Ludo. Rom. consi. 352. Spiritus Sancti gratia in fi. Adde ꝙ qui tenet castrum contra dominum rebellatum, tunc in tali notorio permanente non esset opus sententia. And. de Iser in ca. pen. quo tempo. me.] Item quando si fieret processus esset timor scandali vt pulchrè consuluit Pet. de Anch. consi 277. quod est duplicatum consi. 439. Adde ꝙ dominus non potest minuere ius, & iurisdictionē vassallorum suorum, vt pulchrè per Ias. consi. 57. li. 3. col. 3. Et est bona ratio quia vassalli sunt vtiles domini & vtilis dominus prefertur directo. l. pro curatore in rem dato. ff. de procu. Et vide Alex. consil. 11. col. 2. lib. 6. & ibi posui. Ias. consi. 93. lib. 3. Adde ꝙ non statur verbis principis narrantis aliquem esse suū rebellem, & commisisse ingratitudinem. Deci. consi. 410. col. 3. & cons. 445. col. 13. Et idem Deci. consi. 528. primo dubi. & cons. 544. per tot. Et de prędictis Rui. consi. 7. col. 6. lib. 1. vbi consuluit non potuisse principem transferre directum dominium in Vassallum, & rem à nexu feuda. liberare in præiudicium agnatorum. Et vide Rui. consi. 46. lib. 1. vbi vult ꝙ Princeps non agere cum causa præsumatur, vbi prętendit alium deliquisse. Et ꝙ non stetur uerbis inuestiturę de culpa, in alterius præiudiciū Pau. de Cast. consi. 426. 1. dub. lib. 2. Natta.

a ¶ Sententiam. dixi latè in consue. Pari. §. 30. nu. 23. q. 6.

b ¶ Ipso iure. Dec. l. factum. §. in pœnalib. in prin. de reg. iur.

* Requiritur sententia.] De hoc etiam vide aliquid per Soc. consil. 4. col. 7. lib. 3. & tangit etiam Alex. consi. 103. col. pe. sup. eo. lib. & cōs. 92. col. 5. lib. 6. & consi. 118. col. 3. lib. 5. loquen. in emphyteusi. tamen si in iudicio, intētato per feudatarium. probaretur culpa, executio non retractaretur. secundum Ruin. consi. 4. col. fi. li. 5. Natta.

* Nequeant.] Donatio facta à rege prçiudicat successori. ita Barto. in l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. Latè articulum tangit Ias. cōsi. 1. dub. 2. lib. 1. Et vide no. Matt. de Aff. decis. 128. Et vide Ias. latè consi. 10. per tot. li. 3. Et ꝙ prælatus non posit officium ad vitam concedere in prçiudicium successoris Matt. decis. 101. Et ꝙ successor reuocet Gram. decis. 46. nu. 5.

* Vassalli.] Sequitur no. Rui. consi. 148. col. 3. li. 1. Cur. Sen. consi. 49. col. pe. Gram. decis. 105. per tot. & deci. 65. nu. 63. Natta.

c ¶ Regem. Ant. Cor. trac. de excel. & potest. reg. q. 92.

d ¶ Iussu. vbi Pau. & Old. q. 208. Gemi. c. 2. de consti. in 6. Matt. Aff. Deci. Neap. 169. limita. ut inf. lib. 3. consi. 16. * Idem dicit Alex. consi. 16. col. 2. & fi. lib. 3. Feli. in c. pastoralis. col. 1. de off. deleg. Natta.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentū quod nō patrocinetur contractui enormiter lædenti.*
2 *Statutum potest certo casu iuramentum reprobare; sed contra ea tenet Alex. nu. 3. 6. 8. 9. 10. 11.*
4 *Actio an sit quid mobile vel immobile.*
5 *Requisita omnia præsumuntur ex decreto iudicis.*
7 *Lex. 2. C. de rescin. emp. non habet locum in donante vel sciente.*
12 *Statutum non debet intelligi de actu iurato.*
13 *Filius potest eligere certam rem pro legitima.*
14 *Cessio minoris debiti alternatiui pendet à futuro euentu.*

CONSILIVM CXXV.

* Visis * & consideratis statutis de quibus suprà. ¶ Videtur prima consideratione dicendum dictam remissionem ex causa donationis non habere obstare dictę Sempronie, quominus ipsa possit venire contra dictum contractū præsertim si ipsa petat absolutionem à iuramēto quæ sibi concedenda videtur de iure communi si non sint seruatæ solennitates requisitę de iure communi in contractu minoris, per id quod habetur in auth. sacramenta puberum. cum ibi notatis. C. si aduer. vend. & in c. quamuis. de pac. in 6. ¶ Et in donatione no. hoc expresè Ang. in l. si quis emptionis. in prin. C. de præscri. 30. annorum. post princ. & in d. auth. sacramenta, bene facit quod no. gl. vbique approbata. & doct. in l. 3. §. 1. in
1 verbo liberationem. ff. de contra. iud. tut. ¶ † Tamen stante dicta læsione resultante ex renunciatione quam ipsa fecit de hæreditate sororum, & de iure petendi supplementum legitimę in bonis & hæreditate paterna, videtur ꝙ iuramentū sibi non habeat obstare. ¶ Quia hoc videtur tenere Pet. de Anch. in repeti. c. canonum statuta. de constit. in ver. quid dices de iure. vbi refert quod accidit casus in ciuitate Senarum vbi erat statutum ꝙ nullius contractus finis vel quietantię quę fieret pro minore 25. annis valeat nisi interuenerit certa solennitas &c. contingit quod patruus neptem habens ex fratre tradidit illam nuptui dans in dotem quingenta: neptis ipsa quæ minor erat renunciauit patruo prædicto omni iuri sibi competenti in hæreditate paterna & iurauit non contrauenire &c. querebatur si aliquod remediū erat rescissiuum talis quietationis: & refert se consuluisse absolutionem seu relaxationem à iuramento esse concedendam: quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum. c. quanto. de iureiu. 22. q. 2. & no. in authen. quod in eis. C. de nupt. item paria sunt inesse dolum ex re ipsa sicut inesse ex proposito. l. si quis cum aliter. de ver. ob. & l. 2. §. circa. ff. de doli excep. & ideo cum iuramentum non obliget interueniente dolo. c. cum contingat. de iureiur. & d. c. quamuis, debet intelligi etiam de dolo re ipsa. ¶ Pro hoc etiā

allegat dominum Vincen.in c.cum contingat.dicentem q in casu illius. c. iuramentum obligat mulierem ad obseruãtiam contractus, tamen poterit mulier instare vt iuramentum sibi relaxetur:& ita dicit Pet.de Anch. debere singulariter limitari tex.in d.auth.sacramenta,scilicet q non procedat quando euidenter constat adultum esse re ipsa enormissime læsum vltra dimidiam iuxta.l.2.C.de rescin.vendi.& ita ẽt voluit ipse in sua disputatione in c.laici.& in d. c.quamuis. ¶ Fortius etiam videtur voluisse Ant. de But.in d.ca.cum contingat.in 4.casu principali. vbi concludit q si quis iurauit in cõtractu in quo constat ipsum fuisse deceptum non dolo ex proposito sed re ipsa : tamen si deceptio est in magna quantitate in qua præsumitur dolus.l omnes.§. Lucius.ff.quæ in frau.cred.& no.in l.qui testamentum.ff.de proba.siue deceptus sit maior siue minor poterit discedere a contractu, & adhuc secundũ eum non esset necessaria absolutio a iuramento : quia tales enor.læsiones videntur a iuramentis exceptæ. l.si libertus iurauerit.ff.de ope.libe. ca. quintauallis.cum ibi not.per eum. de iureiur.item quia text.in d. c.cum contingat excipit iuramentum dolo præstitũ: ergo siue dolus interuenerit ex proposito siue re ipsa iuramentũ non debet obuiare potestati rescindendi contractũ. ¶Licèt dicat q cautius sit q petatur absolutio a iuramento ẽt si iuratum sit non cõtrauenire aliqua ratione vel causa : quia ab istis verbis vt ciuili modo intelligas,tales exceptiones possunt & debent excipi. l. creditor. §. Lucius.ff.manda.& l.tres fratres.ff.de pac.hoc dicit esse verũ quando non est iuratum non contrauenire ratione enormis læsionis vel deceptionis: tunc aut dixit q iurabat non venire contra ex causa enormis deceptionis : & ratione minoris : vt not.Io.An.in c.pe.de emp.& vend.& Cy.& Bart.in l.2.C.de rescin.ven.sed si dixit ex causa enormis deceptionis nõ venire contra ratione minoris ætatis vel alia quacunq; ratione,& tunc in minore valebit ꝯtractus & iuramentũ : tñ putat ipse q poterit petere absolutionẽ a iura.in casu enormis & enormissimæ læsionis,licèt secundum eũ Bar.& alij in d.l.1.C.de rescin.ven.teneant minorẽ nõ audiri. ¶Et dicit Ant.de Butr. q ipse putat ẽt hoc esse verum si minor in contractu vẽditionis simile adiecerit quod omne id qd plus est,donat & donare intendit contrahenti secũ: & multoties ponitur in contractu:& est ratio secundũ eũ, quia licèt cõtractus sit validus & etiam iuramentum,tñ intentio contrahentis non est absq;
* fraude & dolo : quia contrahit * nedum cum non instructo, sed cum male actualiter consumante. ff. pro emptore. l. si quis cum sciret.& l.si verò non remunerandi. §. adolescens. ff. manda. l.2. C.quarum rerum act.non da.vnde cum fraus sit ex parte recipientis canonica iura non assistunt talibus iuramentis. ¶Et ita dicit de facto consuluisse in vna puella quæ à quodam attinente suo sic fuit inducta q iuraret, & dixit q istud habet ęquitatem: quia talia verba apponũtur à notarijs à seipsis & aliquãdo subinuolutione verborũ accipiuntur talia iuramenta a minoribus maximè fœminis quæ non intelligunt qd agant. ¶Ex isto sequitur q dato q oẽs solennitas requisita à statuto esset seruata;tñ non impedietur Sẽpronia petere absolutionẽ à iuramento & venire contra cõtractũ quasi efficaciter non obliget talis cõtractus: qa contractus fuit celebratus cũ minore actualiter malè cõsumante per superius dicta.statutum aũt solum denegat beneficiũ restitutionis in integrũ concessum ratione minoris ætatis:ergo nõ extenditur ad aliud auxiliũ. s.ad auxiliũ petendi absolutionẽ à iuramẽto & veniendi postea cõtra contractũ absq; restitutione in integrum : quia sublato vno remedio clarũ est qd nõ intelligitur esse sublatũ aliud.l.suum. C. de iure deli.l.1.§.sed vidẽdum. ff.de succes.edi. ¶Secundò principali fundamento moueor, qa Sempronia renunciauit iuri petendi supplementũ legitimæ in bonis patris qd supplementũ erat præstandũ de bonis & substantia patris.l.scimus.§.repletionẽ. C.de inoffi.test.& sic tã de bonis immobilibus q̃ mobilibus.¶Modò sic,ius agẽdi quod competebat Semproniæ ad supplementũ legitimæ debet censeri quid immobile saltẽ habito respectu ad partem quam in rebus immobilibus consequi potuisset pro supplemento legitimæ.vnde sicut res immobiles sine certa solennitate alienari non possunt : ita nõ põt cedi vel transferri actio competẽs ad rẽ immobilẽ: vt no.gl.& doct.in l.1.C.si aduer. tranſ.& no.Dy.& Bar.l.potest pupillus. ff.de auth.tut.facit. l.si ad resoluendũ.C.de prædijs mino.& istã videtur esse cõis conclusio à doc. vbiq; approbata. ¶Ergo cũ statutũ requirat q in venditione & alienatione bonorũ immobiliũ minoris. 18.annis ẽt requirantur solennitates requisitæ de iure cõi: & per consequens requiratur decretũ prætoris cum causæ co-
* gnitione * quæ tradit̃ in l.magis puto.§.ne passim. ff. de reb. eo.& plenius Spe. in ti.de emp. & vendi.§.nunc dicẽdũ restat.vers.hoc quoq;.vbi dicit quod res minoris debet alienari de licentia tutoris & ob æs alienũ aut ob euidentẽ vtilitatẽ pupilli iam cognitã & oportet constare q non sint res mobi-
* les commodè vendendæ:& oportet q res subhastentur,* & q interponatur decretum à prætore vt ibi per eũ , quæ seruata nõ fuerũt in casu nostro : nec ẽt apparet q in hoc aliter fuerit prouisum per decretũ Illustriss. Ducis cũ regiminibus vt statutũ disponit ¶Vnde attento qd non seruata dicta forma statuti aufert oẽ robur scripturæ in qua dictũ iuramentũ interuenisset.nam disponit statutũ q tali scripturæ in qua est appositũ iuramentũ non seruata forma à statuto & iure cõi requisita,nulla fides adhibeat̃,nec ẽt valeat aliquid vel illã producere possit sub pœna librarum centũ, sequitur q tale iuramentũ non possit in effectu validare contractum cũ non possit effectualiter probari per dictã scripturã. ¶ † Et statutum
2 sicut lex põt vim iuramenti reprobare.l.non dubiũ.C.de leg. & ibi hoc no.Bal.& in l.si quis inquilino.§.fi. & ibi per eundẽ.ff.de leg.1.l.quæ sub conditione.ff.de cõd.insti. habet.n. lex vim apostolici quantum ad absolutionẽ seu remissionẽ iuramenti.l.adigere.§.fi.ff.de iure patro.cũ gl.quę ad hoc reputat̃ singularis.& hoc videtur sequi Bal. in multis locis maximè in l.nec patronis.C.de ope.libe.l.fi.ff.qui satisd.cog. l.fi. C.de non nu.pec.facit.l.omnes populi.in 8.col. ff.de iust.& iure.in c.1.§.itẽ sacramẽta.de paçe iura. fir.& in l.1.in fi. de iudi.& in rubr.ff.de iureiu.& in l.pactũ.C.de colla.& in l.2. in 8.q.C.de rescin.ven.& in d.aut.sacramẽta. ibi ẽt tenet Sal. per aliquas rationes : & præsertim quia non dr̃ periurus qui ex iusta causa deserit sacramentũ.l. fi.qui satis.co.l.si libertus iurauerit.ff.de ope.lib. ¶Secundò qa iuramentum põt remitti per illum in cuius fauorem præstitũ est. c.2.cũ ibi notatis. de sponsa.c.cõsuluit.de vsuris.l.fi.qui & à quibus. ergo si potest remitti per pactũ, debet posse remitti p statutũ, quia ista videntur parificari per notata in rub.C.de decre.decurio. li. 10.& ad hoc ẽt addunt quædã alia,tñ satis debilia,ideo referre non expedit,maximè cũ ad illa formaliter respõdeat Io. de Imo.in repetitio.d.c.cum cõtingat.in 3. membro.de iureiu. & ita ẽt tenere vr̃ Pet.de Anch. in regula ea quæ.de reg.iu.in 6.& in repetitione.ca.canonũ statuta.de const. vbi transit cũ opinione Bal.¶Quinimò dato q iuramentũ ligaret, tamẽ qñ statutũ in effectu improbat illud vr̃ q saltem debeat concedi absolutio a iuramẽto vt vr̃ velle Fede.de Senis in consi. 172. incip.In noĩe Dñi factum tale est,statutũ ciuitatis p̃stare &c. vbi voluit q si statutum disponit q promissio facta a filiofamilias minore sine consensu patris non valeat:tamen si iurat obligetur iuramẽto.per c.cum contingat.de iureiu.& per d.c.quãuis.cum si.tamen quia accipiens iuramentũ fecit contra prohibitionem statuti ciuitatis facti ex causa tali cum tali statuto obtemperare debuit 8.dist.quæ contra 11.q.3.quę resistat.cum enim ex prædicta transgressione puniri deberet, non debet commodum reportare.ca.eum qui.de præben. in 6. 7. quæstio. 1. ideo poterit compelli ad relaxationem iuramenti secundum eum. ¶ Tertiò princ. fundamento videtur iuuari dicta Sempronia videlicet per ea quæ not.Bar.& Ang. in l.si quis pro eo.in 3.membro.prin.ff.de fideiuss. & in d.authẽ.sacramenta. & in l.2.in fin. C. ne fideiuss. do.dentur.vbi concludunt q si statutum porrigit ac dirigit verba prohibitionis in personam minoris,non autem simpliciter annullat contractum fieri, non valet contractus factus a minore non seruata solennitate requisita, etiam si iuramentum interuenerit : quia quilibet qui facit contra præceptum legis vel statuti conditi ab habente authoritatem peccat mortaliter. ca. 2. de ma. & obe.vbi habetur quod qui non obedierit principi morte æternali moriatur : sed ita est quod dictum statutũ dirigit prohibitionem in persona minoris, ergo Sempronia contrahens non seruatis requisitis a dicto statuto mortaliter peccauit:& per consequens iuramentum ab eo prestitum nõ ligat : quia iuramentũ ita demum seruandũ est si seruari põt

 sine

sine peccato.per c.cum cōtingat.de iureiur.sec1 dum dictam theoricam Bar.& Ang.¶ Quarto & vltimo principali fundamento fortificantur prædicta quia dicta Sempronia ex causa donationis fecit dictam remissionem & relaxationem dictorum iurium: sed ita est ꝙ de iure communi regulariter minor non potest donare immobilia & sine decreto.l. fi.§.cum autem.C.si maior fac.alie.sine decreto fac.ra.hab.quia patet in decreto subesse iustam causam.in d.l.magis puto.§.ne passim.quæ iusta causa in donatione non potest subesse regulariter. ita dicit Iac.Bu.in l. 1. C. si aduer. dona. & subdit ibi Bal.ꝙ nec ēt potest dari curator ad authorandum in donatione vt l.ab agnato.ff.de cur.furio.& l.fi.ff.eo.tit. quia curator dandus est iusta causa: sed non est aliqua iusta causa dandi curatorem ad donandum cum donare sit perdere.arg.ff.pac. l.contra iur.§.si filius. ff.quod vi aut clam.l.prohibere.§.planè.& ff.de don.l.filiusfa.secundum Bal. ¶Propterea infert in proposito ꝙ si statutum disponat quod cōtractus factus cum minore sine authoritate curatoris non valeat, etiam si minor iurauerit quod tunc,impossibile est quod minor cum authoritate curatoris donet etiam cum iuramento, quia non pōt habere curatorem ad donandum.& pp hoc dicit quod refutationes quas faciunt puellæ fratribus cum authoritate cura* toris * quatenus faciunt donationes sint nullæ ipso iure etiā si iurarunt, ex quo statutum expressè reprobat iuramentum: quod dicit esse menti tenendum: ergo cum statutum prædictum disponat quod minor nō possit cōtrahere vel alteri se obligare nisi cum authoritate curatoris & in præsentia vnius doctoris suam authoritatem præstan.& in pręsentia quatuor testium quorū vnus sit agnatus vel cognatus qui iuret se credere ea quæ aguntur non fieri in fraudem vel damnum miris, tunc vr̄ quod aut illa authoritas curatoris nō interuenit in contractu & ɔ̄ctus fuit nullus: quia non fuit seruata forma statuti. aut interuenit authoritas curatoris & dicti doctoris & iuramentum dicti agnati.& vr̄ quod talia requisita à statuto non possint adaptari ad contractū donationis,quia non potuit ibi subesse iusta causa in donatione cum sit dilapidatio: & sic verba statuti non possunt ad casum istum adaptari, & per consequēns nō potuit seruari dicta forma in casu isto: & istud videtur esse id quod magis stringit in casu nostro &c.

3 ¶†Sed præmissis non obstantibus contrariam sententiam de iure probabiliorē esse puto ex infrascriptis.¶Et primò, quia videtur habere intentionem fundatam dicti filij Sempronij de iure communi,quia minor expressè donare potest sine authoritate curatoris vel alio decreto dummodo iuret. vt d.authen.sacra. cum ibi no.& iuramentum semper est seruādum dummodo seruari possit sine interitu salutis æternæ.d.cap.si verò.& d.c.cum contingat.¶Vnde omnis difficultas principaliter consistit in statuto: dico igitur statutum non obstare: quia aut præsupponimus ꝙ interuenit curatoris authoritas, vel quod ille iudex potestatem suppleuerit & ex certa scientia defectum curatoris vt de iure potuit. l. bonorum. C. qui admitti.& plenè no.in l.si curatorem habens.C. de in integ. restit.min.& quòd interuenerit ille agnatus qui iurauit prout in statuto,sed obstat ꝙ non interuenerint solennitates requisitę à iure communi in alienatione rei immobilis, s.ꝙ fuerit facta alienatio ob æs alienum vel ob euidentem vtilitatē, & constare debet,quia non extabant res mobiles & similia: quia respondetur primò quia illę solēnitates requiruntur de iure communi in venditione seu alienatione quæ fieret titulo oneroso, sed in donatione non est prouisum à iure ꝙ adhibeantur illæ solennitates,imò de iure cōi potest fieri talis donatio ēt sine decreto: quia non possunt adaptari iustæ causæ ad donationem ex quibus permittitur alienatio.l.fi.C. si maior fac.& no.Iac.Bu.& Bal.in d.l.2.C.si aduersus dona.& sic statutum prædictum in ea parte in qua se refert ad solennitates iuris communis non habet locū in donatione, quia verba statuti nō possunt adaptari,igitur nec dispositio locum habebit.l.4.§.toties.ff.de dam.infe.l.ita autem.in princ.ff. de admi.tu.¶Præterea & secundo statutum dum requirit solennitates iuris communis interuenire debere in alienatione bonorum immobilium,& ꝙ aliter non habeat effectum ne quis tali instrumento vti possit ēt si interuenerit iurm̄ &c.est exorbitans à iure cōi & correctorium iuris cōis: quia est ɔ̄ dispositionem dictæ auth.sacramenta & per consequens nō debet extendi sed debet propriè in casu suo intelligi. l. si verò.§.de viro.so.ma.l.præcepimus.C.de app.& no.in auth.quas actiones.C.de sacros.ecc.& no.plenè per Bar. in l.omnes popu.in

4 6.q.prin.¶†Sed ita est quod ius agendi ad supplementum legitimæ quod competebat dictę Semproniæ non dicitur esse

a quid immobile, [a] sed censetur ipsa actio esse propriè tertiæ speciei separata à rebus mobilibus & à rebus immobilibus.l. à diuo Pio.§.in venditione.ff.de re iud.l.quam Tuberonis.§. in peculio.ff.de pecu.& no.Ia.de Aret.& Bar.in l.mouentiū. ff.de ver.sig.& Cy.& Bar.in d.l.potest,& Old.in cons.29.incip.Factum tale est dominus Rex. vbi dicit ꝙ princeps relinquit sua bona distribuenda in certos vsus, non veniunt pœnę sibi applicandę quę nondum exactę erant: quia illud ius exigendi pœnas est genus tertium.l.2.§.mobiles. C.qn̄ & ꝗbus.4.pars deb.lib.10.& d.§.in venditione.& dicit ꝙ ita etiā se habet cōis vsus loquendi & intelligendi. & ita etiam dicit Spe.& plenius Io.de Imo.in ti.de fruc.& interesse. §. 1.versi. secundo quęritur.cum ver.seq.& ibi Io.And.in addi.quę incipit,aliqui dicunt.& Ant.de Bu.& moderni post eum plenè in c.nulli,de reb.eccl.non alie.& Bal. Ang. in l. si cōstante.§. fi.so.ma. ¶Sed vbi opus esset applicare de necessitate nomina debitoris alteri extremorū.s.mobilibus & immobilibus tunc habet locū dicta distinctio ꝙ considerari debet ad quid detur actio.vnde de iure cōi est prouisum dicta distinctione ꝙ minor nō possit alienare res q̄ seruando seruari possunt sine decreto.l.lex quę tutores.C.de adm.tut. ¶Ecce si pupillus vult cedere actionem requiritur decretum si actio illa cōpetebat ad rem quę seruando seruari poterat puta ad rem immobilē, secus si competebat ad rem quę seruando seruari non pōt per no.in l. 1.C.si aduer.transa.cum si.ita distinguunt doc.in dictis locis & maximè Bar. in d.l.potest,& Ang.in l. 1.§.fuit qͥ tum.ff.ad Treb.¶Sed in casu dicti statuti non est necesse applicare actiones ad mobilia vel immobilia sed per se stare pn̄t quia statutum excipit alienationē bonorum immobilium in qua vult interuenire solennitates iuris cōis vltra alias solennitates requisitas à statuto etiam si interuenerit iuramētum. & sic sequitur ꝙ actiones non sunt comprehensę in illa exceptione: sed remanent in superiori generali dispositione statuti in qua non est prouisum ꝙ vltra solennitates statuti requirantur solennitates iuris cōis.¶Alia est responsio quę dari potest ad ostendendum ꝙ illud ius agendi ad supplementū non debet iudicari quid immobile vt probabo in fi.pręsentis con

5 filij in vltimo dubio.¶†Tertiò posset ēt responderi ꝙ attento ꝙ interuenerit decretū iudicis, pręsumitur ꝙ interuenerint ea, quę de iure requirebantur: vt no.Spe.in ti.de emp. & vēdi.§.nunc dicendum restat.uers.& breuiter scias &c.& Bald. in l.cum hi.§.si prętor.ff.de transf.& in l.non aliter.ff.de ado. & in l.quęcunque.C.de bo.quę libe.& in l.fi. C.de pręd.mi. & in c.1.in prin.6.col.in tit.qui feu.da.pos.& in l.quęcunque.§.fi.ff.de iud.& Bal.in add.Spe. in ti.de app. in 15.col.& Io.de Imo.in l.si quis cum aliter,ad fi.ff.de ver.ob.bene facit l.1.C.de præd.curia.lib.10.l.2.de off.ciui.iud.& in c.accepimus.in ver.non credimus.de ęta.& quali. & ita consueui te-

b nere legendo.l.sciendū [b] de ver.obl.vbi rn̄deo ad aliqua quæ in ɔ̄rium adducuntur.¶Aut non interuenit in dicto cōtractu authoritas curatoris requisita: & est casus magis dubius. sed adhuc dico valere contractum pp iuramentū per ea quæ habentur in d.auth.sacramenta,& in d.c.cum contingat, & iudices seculares tenentur ēt seruari facere dictum iuramentū. c.licèt mulieres.de iureiu.in 6.¶Quia dictum statutum non potuit vim dicti iuramenti tollere per ea quę no.Bar.in l.om

6 nes popu.in 3.q.prin.ff.de iusti.& iu.vbi concludit † ꝙ non valet statutum disponens ꝙ contractus minorum non valet sine cōsensu propinquorum etiam si interuenerit iurm̄, quia spectat ad ecclesiam.c.venerabilem.de elec.c.fi.de fo.compe. lib.6.& per consequens statut laicorū non potest hoc disponere.c.ecclesia S.Mariæ.de consti.facit quod habetur.in c.1. de ord.cog.¶Item,quia tale statutum induceret peccatū,quia causa pp quam moti sunt statuentes non excludit peccatum periurij: ideo non valet statutum.arg.l.pactum. C.de colla. & l.1.§.etiā cum lex.C.de rei vxo.act.iuncta.l.non dubium. C.de legi.& iuncto dicto.c. quamuis. & d.c.cum contingat. ¶Et iuramentū est de iure diuino.c.& si Christus. de iureiur. quia scriptū est reddite iuramenta vestra Deo.& ɔ̄ ius diuinū

non

non videtur posse fieri statutum per seculares, vt probatur in
d.l.non dubium.& in d.l. pactum.& in d.c.quãuis.¶Et si sta-
tutum valeret aperiret viam periurijs ꝙ esse non dēt.l. 1. C. si
aduersus vend.l. 2.C.de indi.vidui. ¶Istam opinionem ēt fir-
mat Raynerius de Forliuio in l.oēs populi:præallegata.vbi ēt
dixit plus, videlicet ꝙ non valeat dictum statutum etiam si di
ceret ꝙ iuramentum præsumatur extortum per metũ vel do
lum:& in hoc discrepant Bar.& Rayne.Sed quis eorum me-
lius loquatur,non pertinet ad præsentem consultationē. ¶Et
etiam istam opinionem tenuit Bartolus in consilio incipien-
te, Pœnam contrahentibus iurantibus. istam opinionem etiã
tenet An.in l.de quibus.ff.de leg.aliàs est in l.1. ff.de constit.
principum.¶Idem tenet Ant.de Butr.d.c.cum contingat. in
versic. tertius ēt.quia disponere super iuramento non spectat
ad leges ciuiles vel ad seculares.allegat no.per Host.in c. quē-
admodum:eo.ti. & quia cum iuramentum principaliter diri
gatur in Deum.c.debitores. & c.& si Christus.eo.tit.nõ sunt
subiecta legi maximè ciuili.allegat.c.licèt.de reg.iur. & id qđ
no.in c.cum esses.& in c.relatum.de testa.¶Idem dicit si statu
tũ imponeret pœnam venientib. ad tales contractus iuratos
ne illud quod directa via fieri non potest fieret per indirectũ.
dicit in proprijs terminis Bald. in l. liberi, liberteque. C. de
oper. lib. in vlt. col. alle. quod habetur in cap. naturalis. §. at
cum do. ff. de præscrip. ver. & not. per Cy. in aut. ingressi. C.
de sacr. sanc. eccle. in ver. circa præmissa ad hoc quæro: vbi
vult Cyn. quod illud dicitur esse feudum pro quo quis ha-
bet præstare seruitium personale non reale c. primo de for-
ma fidei. feu. & ideo secundum Bald. in l. liberti. * talis reci-
piens rem in feudum pro annua præstatione, non tenetur
præstare iuramentum fidelitatis secundum formam tradi-
tam in cap. 1. de noua forma fide. habetur. 22. quæst. vlti. in
cap. 1. de forma. nec censetur feudatarius. idem etiam voluit
Bal. in titu. de pace Constan. in ver. libellarię. circa fi. ibi quã
titates, vel frumenti, vel in spalla porci, vel in vnum par ca-
ponum quolibet anno: quia ecclesiæ Lombardiæ non curãt
de seruitijs armorum, sed de redditibus bursalibus. & his ver
bis propriè vtitur Bald. in loco proximè allegato vbi subdit
quòd in talibus feudis putat, quod succedat mutus vel sur-
dus etiam natura qui aliàs ad feuda non admittuntur, in cap.
1. an mutus vel surdus, & similiter putat quod in talibus feu
dis succederet quilibet hæres etiam extraneus: quia aliàs in
feudo succedere non consueuerunt nisi tenore inuestituræ
alleget se hæredem. cap. primo qui feu. dare pos. cap. primo
§. & si clientulus. de alie. cap. fi. si de feu. fue. contro. ¶ Hoc cõ
firmo: nam licèt varijs modis definiatur feudum; nam est
beneficium * seu beneuola actio tribuens gaudium capienti.
capiens pro tribuẽdo, & in id quod facit propria sponte sua
parata, vt diffinit text. in cap. primo in quibus cau. feu. ad-
mit. & Hostien. in sum. de feu. §. primo vel secundum Iaco.
de Ardizo. & Bal. in princip. feu. est beneuola actio tribuens
gaudium capienti cum retributione seruitutis, & istam di
stin. refert do. Car. in cap. ex parte de feu. ¶ Sed quantum ad
propositum nostrum diffinitur feu. * secundum Iac. de Bel. in
4 princ. feu. nam dicit † ꝙ feudum est concessio rei pro homa
gio facta, ad differentiam iuris emphyteutici propter quan-
dam annuam pręstationẽ, allegat. C. de iure emphy. per to-
tũ. & insti. loca. §. adeò, homagium, verò quod pro feu. pręsta
tur sumit pro fidelitate, obedientia, seu seruitio personali. c.
grauẽ, ibi no. de exces. præl. c. fi. de reg. iur. & ibi no. c. veniẽs.
de act. & d. c. ex diligenti. de si. & ibi plene not. Host. & doct.
& Spec. in tit. de feu. §. 2. in prin. cum tribus vers. seq. & glo.
in cle. sæpe. in ver. homo qui ligius. de verb. sign. & And. de
Iser. in cap. 1. de no. for. fid. ¶ Fortifico prædicta authoritate
Guil. in Spec. in tit. de loc. in §. nunc aliqua. in fi. vbi dicit ꝙ
contractus emphyteuticus differt a feu. quia feu. gratis & li-
bere ob remunerationem conceditur: sed emphyteusis con-
ceditur pro certa pensione, & a princ. certũ quid quãdocũq,
datur dño concedenti. alleg. c. constitutus. de relig. dom. §.
adeò. ¶ Et ideo aliud est feudum, & aliud est emphyteusis, se-
cundum Host. in sum. de feu. in prin. & And. de Iser. in prin.
feu.

feu.in 11.col.& Bal.in auth.si quas ruinas.C.de sacros. eccl.
in 5.col.in rub.C.de iure emphy.Bald.in l.vt iureiur.§. si li-
bertus.ff.de ope.liber.& patet ex proximè dictis. ¶Et ideo in
materia de qua agitur, est expeditum ꝙ si ista bona non erant
feudalia, dato ꝙ essent emphyteutica, transirent ad Machetũ
& ad quartum hæredem extraneum.d.l.viam. C. loca. & no.
Spec.de locat.§.nunc aliqua. verum etiam dixi suprà referen
do Bal. nisi tenor inuestituræ seu concessionis aliter se habe-
ret, quod an ita sit in casu nostro infra subiũgam.& ita loqui-
tur Bar.in l.si mihi & Titio.ff.de ver.ob.cum concordantijs,
scilicet quando emphyteusis fuerit tantũ modo concessa pro
recipiente & descendente, tunc enim est certum ꝙ non potest
transire ad hæredem extraneũ.¶His pro fundamento sic præ-
suppositis videndum est an Ioannes probauerit bona prædi-
cta fuisse concessa in feudum Mengo antiquiori, vel Bar.eius
filio, vel eius descendentibus interueniente inuestitura prout
requiritur verè & præsumptiuè vt dixi, vel saltem tanquã feu
dalia præscripta fuerunt. ¶Et in hoc concludo ꝙ non ex plu-
ribus.¶Primò enim capio primum testem Ioannem deponen
tem ꝙ dum Bar. teneret in feudum dicta bona pro se & descẽ
dentibus & quod omnia instrumenta quæsiuit in dictis locis
& circũstantijs fuerint sub eadem forma.& ꝙ vidit Pet.& Io.
filios Bar.possidere. d. bona à tempore partis citra & per to-
tum illud tempus: & ꝙ sibi testi à factore domini Ludouici,
domini Imolẽsis fuit solutum per d.Pe.& Io. de prædictis bo
nis: quia erant fideles & feudatarij illorum de Campalmon-
te.& super 15.capitulis dicit, ꝙ bona fuerũt feudalia illorum
de Campalmonte.& de causa scientiæ interrogatus respõdit,
quia recolligit affictus nomine illorum de Campalmõte de
dictis bonis pro se & descendentib. quod per dicta bona Mẽ-
* gus tenuit in feudum & soluit affictus:* & ꝙ singulariter Pe.
soluit singulo anno medium Sestinarum grani iure feudi: &
similiter Bar.post, & post eius mortem Io.& dictus Pe. solue-
runt.interrogatus in causa scientiæ dixit se scire ea quæ suprà
dixit, & quod Mengus antiquus fuit inuestitus à Matthæo de
Campalmonte &c. & ꝙ nescit an de inuestitura factum fuit
instrumentum.testis enim inuestituram nõ probat: quia in-
terrogatus in causa scientiæ debet redddere rationẽ dicti sui
per alterum ex quinq; sensibus corporis.l.qui testamento. §.
fin.ff.de testi.l.testium.C.de testi.in auth.de hære.& fal.§.sin
verò ob.non enim deponit quod viderit aut inuest. fieri: vel
an audiuerit Matthæum de Campalmonte verba apta profe-
rentem ad inuestituram secundum formam traditam in c. 1.
quid sit inuestitura.& in c. per tuas. de donat.& in c. ex ore.
de his quæ fiunt à maiori parte ca. imò dicit quod nescit an
de inuestitura factum fuerit instrumentum: nam si testis præ-
sens fuisset inuestituræ: nõ ignorasset an de illo actu rogatus
fuisset aliquis ibi existens ab ipso Matthæo & Mẽgo, sed quia
ipse non fuit præsens inuestituræ ideo dicit quod nescit an fa
5 ctum fuerit instrumentum.¶†Nec etiam deponit ꝙ prædicti
Mengus & sui descendentes tenuerunt tanquam vasalli: imò
dato ꝙ hoc disposuisset, tamen cum non probet hoc per assi-
gnationem alicuius rationis necessariò concludentis per alte
rum ex sensibus corporis dictum suum esse verum non proba
ret.c.cum causam quę inter archiepiscopum.cum ibi. no.de
te.c.in præsentia.de probationi.l.non ob hoc.§. non ob hoc.
C.de proba. ¶ Quinimò dato ꝙ non interrogaretur de causa
scientiæ teneretur isto casu testis dicti sui allegare rationẽ: qa
deponit super his quæ altero ex sensu corporis nõ percipiun
tur.nã ꝙ pecunia fuerit numerata bene percipitur sensu cor
poris.s.visu, sed an quis sit dominus feudi, an possideat quis
rem tanquam vasallus, aut feudatarius, aut ad eum pertineat
vt feudum, hoc non percipitur visu, tactu, aut alio sensu cor-
poris.¶Debet ergo testis etiam non interrogatus assignare ra-
tionem dicti sui concludentem, vt quia dicat, quòd fuit præ-
* sens *inuestituræ factæ per traditionem annuli & impositio-
nem bireti.vel ꝙ vidit spatio 30. an.eum possidere vt vasallũ
tanquam feudum, eò ꝙ audiuit eum præstantem seruitiũ do-
mino illius feudi, illud seruitium petenti & recipienti ab il-
lo ratione dicti feudi, iuxta ea quæ habentur in d.c.1. de no.
forma fid. & ꝙ teneatur isto casu assignare rationem dicti sui
concludentem etiam non interrogatus, no.Imo.in d.ca.cum
causam quæ.etiam in d.§.cum oporteat.de accusa.& Bart.&
scribentes in l.solam.C.de testib.& in tractatu de teste.& Bal.
in l.conuenticulam.C.de episco.& cleri.& in l.pe.in fi. C.de
sent.quæ sine certa quanti.& in l.cum hi.§.si integra.ff.de trã
sac.sed iste testis assignat rationem dicti sui: quia dicit ꝙ affi-
ctum soluerunt annuatim: sed solutio affictus annui nõ pro-
bat contractum esse feudalem: sed aliam locationẽ velut em-
phyteusis, vt probaui suprà, quæ emphyteusis transit ad quẽ-
cunq; hæredem extraneum cum non sumus in emphyteusi
ecclesiæ, vt suprà, est ostensum. ¶Non obst. ꝙ testis secundus
dicat ꝙ omnia instrumẽta quæ fiunt in dictis locis, fiunt pro
se & descendentibus: quia respondeo ꝙ testis iste nõ probat:
quia deponit super negatiua, non dicẽdo quòd omnia instru
menta quæ fiunt in dictis locis circunstantibus, fiunt sub illa
forma negatiua non coarctata certo loco & tempore: ideo im
possibile est quodammodo quòd iste possit verè & concludẽ
ter deponere quòd nullum instrumẽtum potuit in dictis lo-
cis in alia forma fieri, quia non potuit in omnibus instrumẽ
tis interesse.ista probatur in c.cum in ecclesia, rectè intuenti
de causa posses.& proprie.quem text.ita allegat Bar.in l.j. in
princ.ff.si quis ius di.non ob. Dy.Cy.& Bal.in l.actor. C. de
probat.per illum text.& Ang.in l.si quis alium.§.docere. ff.
ne quis.eum qui in ius vo.vi exi. Et no. etiam Inn. in c. licèt
causam.de proba.in glo.quæ incipit.quid ad rem.& Bald. in
c.si quis per 30.si de feu.fuer.controuer. ¶Imò redditur ta-
lis testis suspectus de falsitate secundum doct. in locis præal-
6 legatis:† & testis super negatiua deponens tenetur etiam non
interrogatus assignare concludentem rationem dicti sui, vt
no. Bal.in d.l.cum hi. §. si integra. quod non facit iste testis.
¶Nec etiam ob. ꝙ testis deponat ꝙ dicta bona fuerint assigna
ta.Mengo in feudũ pro se & descendentibus, quia vt dixi su-
pra, iste testis interrogatus de causa scientiæ non assignat ra-
tionem concludentem: maximè per aliquem ex sensib. cor-
poris dicto suo congruentem: quia non dicit ꝙ fuit præsens,
quando dicta bona fuerunt per Matthæum de Campalmon-
te consignata Mengo pro se & descendentibus, & per conse-
quens nihil probat, imò in causa scientiæ & assignatione ra-
tionis dicti sui nihil in effectu additu vltra primum dictum,
7 † sed ratio dicti testis debet esse diuersa à primò dicto.ll.fi. &
ibi per illum text. hoc no.Bar.ff.de offi.procur.Cæsa, & in l.
qui interrogatus.per illum tex.ff.de pet.hære.& Inno.in d.c.
causam.& Bal.in l. non omnium.ff.de legib.& in d. l. solam.
8 in 6.colum. ¶†Prætereà si dicamus quòd dato ꝙ probatum
esset dictã confessionem factam fuisse Mengo pro dicto affi-
ctu deberet iudicari concessio in emphyteusim, vt conclu-
dunt doct. communiter, quos retuli supra.& tamen contra-
b ctus emphyteuticus requirit scripturam [b] aliter non tenet.l.
j.C.de iure emphy.& ibi hoc tenet Pet.& Cy.& Bal.idem te
net Bal.in l.contrahitur.ff.de pig.& in l.pactum quod bona.
fide.C.de pac.& in §.adeò.insti.de loca.& Ioan.An. in c. po-
tuit.de loca.& in c.j.de censi.lib.6.& glo.& Bal.in rub.C.de
cond.ex leg.in vl.col.& in l.j.quando non pe.par.in antepe.
col.¶Licèt secundum aliquos in nonnullis locis aliter serua-
tur, ꝙ etiam sine scriptura fiunt concessiones ĩ emphyteusim.
satis enim comprehenditur quòd descendentes Mengi non
tenuerunt dicta bona iure feudi: nam de iure traditum est ꝙ
si post mortem domini vasallus vel post mortem vasalli eius
heres per annum & diem vnum steterit ꝙ dominum vel eius
hæredem non adierit fidelitatem pollicendo, & inuestituram
petendo, feudum amit.c.j.de capi.conra.& c.j.§. prætereà si
quis, de prohi.feu.alie.per Fede.sed per descendentes Mengi
prædicta facta fuisse non apparet, ergo non tãquam vasalli &
feudatarij se habuerũt.ex pdictis igitur patet deposita per
primum testem non releuare Ioãnem. verbo etiam fertur vl-
tra prædictos defectus ꝙ testis est affinis Ioãnis: & per conse
quens in hoc etiam esset fides eius dirupta, iuxta no. per Spe.
in ti.de teste.§.j.in ver.sed quid si testis in eodem gradu. cum
ver.seq.& habetur. 3.q.9.c.absens el 3. ¶Et per prædicta pari
ratione patet quod dictum secũdi testis non probat quinimò
in aliquibus minus dicit quam deposuerit primus testis, vt ex
eius inspectione patet, & in effectu assignat rationem cum ser
Ber.possidebat dicta bona in feudum, qui soluebat affictum,
quæ ratio in effectu non concludit ad probationem feudi, vt
supra dixi.¶Addit tamen iste testis duo quæ non videntur de
posita per primum, nec per vltimum testem, si eorum verba
rectè inspicientur: & primum est quòd illa bona non possint
vendi

vendi nec posteris relinqui, & quòd sic semper fuit de cõsue
9 tudine &c. ¶† Ad hoc respondetur pluribus modis, & primò
quòd verba ambigua testis debent interpretari contra produ
centem.c.in præsentia.de prob.l.inter stipulantem.§.stichũ.
& ibi no.Bar.post glo.ff.de ver.obli.& Bar.in l.j.in fin. C de
vsu.& in l.si quis intentione ambigua.ff.de iud. cum si. ergo
si verba testis dicent, quod de consuetudine dicta bona non
possent in testamento relinqui.debent intelligi.s.titulo lega-
ti.& concordabit cum dispositione iuris communis secundũ
quam vt voluit Cy.in.l.fin.C. de iure emphy. non potest res
emphyteutica legari irrequisito domino.& idem no. Bart.&
Ang.in l.si domus.§.fi.ff.de superfi.l.fi.& in l.vniuersas in ali
quibus locis.C.ne rei.do.vel tẽpo.licèt aliqui contra, sed di-
sputare non est necesse.& ꝙ ita debeat intelligi dictum testis,
probatur: nam dicit testis ꝙ licet bona de quibus est contro-
uersia, non possunt per testamentum relinqui, verbum relin-
quo, relatum ad omnes communes causas, seu species, impor
tat legatum: non autem hære.insti.l.cogi. ver. & generaliter.
& ibi no.Bar.& doct.in l.his verbis.ff.de hære. instit. & in l.
Centurio.in 2.q.prin.prope fi.de vul.& pu. & Richar. Mal.
in dispu.quæ inci.Filio nat. &c.& Bar.in l. illa institutio. ff.
de hære.insti.& gl.& doct.in c.si pater.de testa.in 6.in ver.in
stituit.& Io.And.& doct.in c.Ray.de testa.& doct. in l. quo-
ties.C.de hær.insti.& in l.fi.fam.ercis.cum si.& no.glo.in §.
si vero nulla.in aut.de hær.& fal. ¶Præterea ille qui instituit
Titium hæredem vniuersalem non dicitur relinquere ei res
quas habebat & conducebat in emphyteusim, sed dicitur re-
linquere vniuersitatem & hæreditatem: dato quòd sub dicta
vniuersitate comprehendantur emphyteutica, vel alià bona,
vt probatur in tex.l.j.C.de euic.quæ reputatur singu.ad hoc,
videlicet ꝙ qui vendidit hæreditatem, non dicitur vendidisse
particulares res hæreditatis, & ideo si res particulares hære-
ditariæ fuerint contra emptorẽ euictæ, non possit contra ven
* ditorem agere emptor,* vt ibi dicitur: licèt sub dicta venditio
ne comprehendantur, aliud enim est singulariter rem relin-
quere, seu in alium transferre, quia quædam transeunt cum
* vniuersitate,* quæ non possunt singulariter transferri.l. quæ-
dam.ff.de acqu.re.do.l.in modi.ff.de contrahen.emp. l.j. ff.
de fun.do.& per not.Inn.in c.ex literis. de iurepatro. & per
consequens si Marchetus est hæres vniuersalis, non verifica-
tur in eo ꝙ Mengus dicatur ipsa bona specialiter sibi reliquis
10 se.† ¶Secũdo respondeo ꝙ licèt sic capitulatum per Ioan.de
consuetudine esse ꝙ d.bona non possint relinqui testamento.
& ita deponit testis, tamen cum consuetudo prædicta iuris in
tellectu percipiatur, non autem percipitur visu, aut alio sen-
su corporis, ideo testes deponentes super consuetudine debẽt
etiam non interrogati assignare rationem dicti sui, maximè
quia deponit super consuetudine negatiua vt dixi supra, alle
gando Inno.in c.cum causam.de testi.& Bal.in l.cum hi. §.si
integra.ff. de transac.& in l.solam.C. de testib. cum concor.
ibi.similiter dicunt ꝙ testis deponens ꝙ aliquis pscripsit non
probat, nisi etiam nõ interrogatus assignat rationem dicti sui.
¶Et in specie dicit d.Abb.in c.causam quæ. quod testis depo
nens aliquid esse notorium, vel famam ita se habere non pro
bat, nisi etiam sine interrogatione rationem dicti sui assignet,
facit quod no.Bar.in l.de minore.§.tormenta.ad fi.ff.de q̃sti.
& Bal.in l.proprietatis.C.de proba.sed iste testis non assignat
rationem dicti sui quomodo, & per quos actus agnouerit cõ
suetudinem semper fuisse, ꝙ dicta bona non possunt in testa-
mento relinqui.prout declarant doct.maximè Cy.in l.2.quę
sit long.consue.& Bal.in l.de quibus.ff.de legi.& cano.in ca.
fi.de consu. ¶Item licèt homines, quibus facta esset concessio
in emphyteusim per longissima tempora, steterunt ꝙ in testa-
mento non requirunt bona emphyt.non per hoc debet indu
ci consuetudo ꝙ non possit relinqui. quia ex non actibus ex
quibus non resultat actus affirmatiuus, non inducitur consue
tudo, vt plenè firmat Cy.in l.2.C.quæ sit long.consue. in ver
bo expediti sumus de prima.q.principali &c. & exp̃ssius Bal.
in d.l.de quibus, in 20.col.Io.And.in c.Deo nobis.de cle. cõ
iu. ¶Item iste testis dicit ꝙ nunquam vidit alium possidere d.
bona nisi Bar.quomodo potest deponere ꝙ consuetudo sit ꝙ
d.bona non possunt relinqui testamento, cũ consuetudo re-
quirat actum frequentari. ¶Præterea etiam testis in eo ꝙ alle
gat consuetudinem, est vnicus, & singularis per consequens
non probat.l.vbi numerus.ff.de testi.c. in omni. extra eo. ca.
bonæ.de elec. ¶ Nec est locus dilationi iuramenti in supple-
mentum semiplenæ probationis quò ad probandum consue
tudinem, vt eleganter voluit Bal.in d.l.de quibus, in 22.col.
bene faciunt not.per Bar.in l.admonendi.in 10.col. in versi.
item hoc intelligo verum si careat.in l.idem.ff.de iureiur. &
maximè quando testis non assignat rationem dicti sui. prout
* in casu nostro secundum Bal.* in c.j.§.sacramentum. de con-
sue.recti feu.addit iste testis vnum aliud.s. ꝙ audiuit dici qđ
dicta bona semper fuerunt feudalia: sed talis depositio nõ ꝓ-
bat, quia deponit de auditu, nam vbi volo probare aliquid fa
ctum esse in quo requiratur verus certi hominis actus, vt qa
Titius soluit & quòd Titius concessit mihi feudum & me in
uestiuit, non sufficit probatio de auditu testium.l.vnus. §. te
stis.ff.de quæsti.& in auth.de hære.& falc.si non absunt. 3.q.
9.testes.& in cap.licèt ex quadam.de testib.& plenè Spe.in ti.
de teste.§.j.& Imo.in d.c.causam quæ. ¶ Deficit etiam iste te-
stis in alio: quia deponere conatur quòd & Bar.pos. in feudũ
non recepit, & per consequens non probat: quia patet ꝙ non
intellexit verba, quæ proferebat, ita voluit Bal.in l.j. ff. de his
qui sunt sui.per id quod habetur in text. Et in hoc, & in reli-
quis supradictis peccauit Philip.tertius testis qui non probat
inuestituram feudi nec præscriptionem & aliqua requisita de
quibus supra dixi. imò minus dicit qaàm alij testes vt legenti
liquere potest. Non ob. quòd debet sufficere probatum esse,
quòd per vnum annum possederit Mengus primus vel Bar.&
sui descendentes sciente & patiente, ac non contradicente do
mino feudi, & seruitium recipiente à possidente tãquam à va
sallo prȩstito iuramento per possidentem, quod inuestituram
præcessit.d.c.fin.si de inuesti.inter do.& vas.lis oriatur. quia
respondeo quòd non inuenitur istud qualificatè probatum ꝑ
testes saltem contestes, & dicti sui rationem concludenter assi
gnantes, vt etiam ex inspectione testium & ex supràdictis cla
* rissimè cõstat: nec ad hoc sufficeret scientia vel patientia* etiã
similis actus facientium vel gerentium negotia illorũ de Cã-
palmonte.l.veniunt.§.petitam.ff.de peti.hære. & in cle.cau-
sam.in vers.specialiter constituti.de elect.l.tutori. C.de nec.
ge. ¶Non obst etiam quòd in instrumento concessionis factæ
Marcheto narretur, quòd bona ista per nobiles de Cãpalmon
te consueta erant vasallis & filijs concedi, quia respondeo pri
mò, quòd ibi non narratur quòd vnquã fuerint concessa Men
go in feudum vel Bar.vel eorum descendentibus, nam potuis
set esse quòd fuissent concessa in feudum alteri. & finita con-
cessione ex alio tit.quàm iure feudi peruenissent vel perueni-
re potuissent bona ad Bar.vel ad Mengum. item si bene inspi
ciatur tenor dicti instrumenti ibi non dicitur specificè ꝙ ista
bona fuissent vnquam concessa in feudum per illos de Cam-
palmonte, sed dicit quòd fuerunt concessa in emphyteusim
vasallis, & fidelibus vel habentibus alia bona in feudum.nam
bene potuissent nobiles de Campalmonte concedere in em-
phyteusim dicta bona aliquibus eorum vasallis, & fidelibus,
vel habentibus alia bona in feudum ab eis. & ita patet fuisse
intellectum verbum Marcheti in d.instrumento in quo dicit
quòd ad emptorem tanquam ad hæredem Mengi spectãt di-
cta bona, nam si intellexisset Mengus, quòd bona fuissent cõ-
cessa in feudum.d. Mengo & descendentibus eius non dixis-
set, quòd ad ipsum Marchetum vt hæredem spectaret: quia il
11 lud esse non poterat. Vel potest responderi † quia verba enũ
tiatiua & narratiua prolata in instrumento probant inter par
tes & personas descriptas in instrumento quò ad actum prin
cipaliter gestum inter dictas partes.d.l.optimam. sed si post-
ea de isto enunciato & narrato in d. instrumento contingat,
* principaliter disputari istud instrumentum non probat* suffi
cienter illud quod enunciatiuè vel narratiuè fuit expressum.
ita singulariter voluit Innoc.& domi.Ant.de Bu.in d.c.illud
de præsump.per tex.& etiam de mente glo.in d.l. optimam.
dum allegat.l.cum aliquis.C.de iure delibe. ¶Item est verum
inter easdem personas quæ interuenerunt in instrumento.d.
l.optimam.sed quò ad alias personas, vt quò ad Ioannem, nõ
faciunt fidem illa verba.l.fi.ff.de interro.act.& l.certum.§.si
quis absente.ff.de confes.& leg.& no.in c.fi.de succes. ab in-
test.& per Bart.in di.l.admonendi.& per alios in l.bonæ fi-
dei.C.de re.cre.& declarat Bar.in rub.de fi.instr.circa 4.col.
& l.mater.in 7.col.C.de rei ven.& do.Ant.de Bu. in c. fi. de
iureiu.

iureiu. ¶Non ob. postremò. ꝙ de dictis bonis facta fuerit concessio in feudum dicto Io. per magnificum dominum Imolésem ex istis causis & ante cõcessionem factam per dominum procuratorem Marcheto, & illius concessionis vigore prius adeptus fuit possessionem Io.&c. quia respondeo ꝙ Marchetus causam suam non intendit in instrumento concessionis si bi factæ per procuratorem sed ex testamento Mengi, cuius est hæres, & in dictis bonis quę feudalia non sunt est superius ꝓbatum succedere potest, siue fuerint emphyteutica bona, siue non, & per consequens licèt superior limitare voluerit cõcessionem Marcheto factam per procuratorem, non tamẽ appareret quod voluerit Marcheto vt hæredi Mengi auferre ius sibi quæsitum in dictis bonis iure hæreditario nec præsumitur illud esse de mente principis. l. 3. §. si quis à principe. ne quid
12 in lo. pub. c. ex tuarum. de aut. & vsu pal.†nec etiam expressè si voluisset princeps & dominus prædictus auferre ius dicti Marcheti potuisset sine causa iusta & probabili. l. si priuatus. ff. qui & à quib. l. toties. ff. de pol. no. gl. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & in l. venia. & ibi Bar. C. de in ius vo. & doct. in c. nisi. de offi. deleg. & iusta esset causa si auferret propter publicã vtilitatem. l. item si verberatum. ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euic. vel si princeps aliàs rem illam concessisset, quam auferret causa euitandi scandali, vel pro pace ciuili. quas causas vltra alias ponit Ang. in l. Antiochensium. de pri. cre. & in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. allegat no. per Inn. & Io. An. in c. in nostra. de iniur. & in c. quia pleriq;. de immu. ecc. & dato ꝙ prædicta etiam procedant in imperatore & principe superiorem non recognoscente, vt no. Bal. in d. l. rescrip. in fi. C. de prec. impera. offe. alle. d. l. si priuatus. & sentit Ant. de Bu. in d. c. quæ in ecclesiarum. facit quod no. Bal. in d. l. 2. C. de serui. & aqua. in 8. col. in vers. not. ꝙ plenitudo potestatis &c. ¶Non ob. insuper si diceretur, dato ꝙ verum sit d. bona iure hæreditario spectasse, & spectare ad Marchetum: tamen conducendo sciẽter eadem in feudũ à procuratore principis videtur ꝙ omne ius, quod in dictis bonis habeat etiã si dominium directum vel vtile habuisset à se abdicauerit, & in principem transtulerit; vt no. glo. in l. si rem aliquam. ff. de acqui. pos. quia respondeo ꝙ imò de iure contrarium est verum ꝙ siue præsupponamus Marchetum fuisse dominum & possessorem dictorum bonorum, siue dominum tantum, & non possessorem, etiam dato ꝙ apparet eum cõduxisse dicta bona, tanquam sua propria, non est verum ꝙ transtulerit per illam conductionem ius suum in magnificum dominum, vt est tex. cum glo. & ibi Bar. in l. ei à quo. ff. de vsuca. & glo. in l. qui rẽ. C. loca. quam ibi sequitur Pe. & Cy. hoc probantes pluribus rationibus. & legibus quas breuitatis causa omitto. idem tenet Dy. Bal. Ia. de Are. in l. cum falso. C. de iur. & fac. igno. l. suæ rei. ff. de contrahen. empt. & ideo per doc. vbiq; in dictis locis reprehenditur communiter glo. in d. l. si rem aliquam. quæ glo. etiam loquitur quandocunque conductor conducebat scienter tanquam dominus. cum verè dominus esset ideo videbatur secundum opi. illius gl. quod dominium transferret in locatorem, quia dominiũ conductoris repugnabat conductioni. l. qui rem. ff. de pol. l. neq; pignus. ff. de re iud. sed in casu nostro Marchetus conductor nõ asserebat se esse verum dominum, quia aliud est esse verum dominum rei, aliud est illam ad me vt hæredem spectare, cum in hæreditate etiam veniant ea, quæ non erant in vero & pleno dominio defuncti. l. item videndum. §. fi. cum l. seq. de peti. hær. & sic patet nõ ob stare gl. in d. l. si rem aliquam. quinimò verbo fertur quòd ꝑdictis inclytus dominus decreuit & laudabiliter, vt nõ obstantibus dictis concessionibus cognoscatur de virtute & potioritate iurium Marcheti. Ex quibus omnibus breuiter concludo, quòd bona prædicta spectant ad Marchetum dicti Mengi testatoris hæredem.

ADDITIONES.

* Præsumitur possedisse pro suo.] No. pro suo, & sic vt dominus, pro quo facit quod scribit Bal. in l. 1. col. fi. C. de seruis fugit. ꝙ ex naturali possessione & fructuum perceptione præsumitur ciuilis possessio. Si ciuiliter præsumitur possidere, ergo non vt emphyteuta, & vasallus, & vsufructuarius. Natta.
* Dominus.] Aduerte quia feudum consistere debet in reb. immobilib. Idem dicit in annuis redditib. ex quo inter immobilia computatur, secundum Bald. in prælud. feudo. col. 6. versi. sed hic quæro. &c. Infert idem in molendinis, ex quo computantur inter immobilia. Ita sing. Curt. in trac. feu. prima parte principa. q. 4. Natta.
* Et ideò secundum Bal. in l. liberti.] Recipiens rem in feudum sub annuo seruitio, non tenetur præstare iuramentum fidelitatis. Sequitur Alex. in l. vtrum turpem & ff. de verb. obl. Et vtrum cadat non soluẽdo, Vide Brunum consi. 41. dub. 2. Et de istis etiam vide Soci. consil. 167. col. 2. lib. 2. & idem tradit Soc. in l. Gallus, in §. etiam si parẽtes. ff. de li. & posth. post Aret. ibi, Vbi etiam ponit quando feudum alteratur in vno, quomodo suam naturam retineat in alio, Et vbi interuenit precium, non esse feudum. Ias. consi. 45. lib. 1. & consi. 57. eo. li. Et contra consi. 117. col. 5. lib. 4. Et de istis vide omnino Matth. de Afflict. deci. 126. dub. 1. & 2. Cur. in tract. feud. in 1. parte princ. q. 6. Grama. decisio. 77. Natta.
* Beneficium.] Istud videtur sumptum ex primo libro Senecæ de Beneficijs vbi hoc modo diffinit Beneficium. Natta.
* Feudum.] De diffinitione Feud. ponit etiam Alex. in l. si finita. §. si de euectigalib. col. 10. ff. de dam. infect. Natta.
a ¶Homagium. dixi in reg. parisi. §. j. gl. 5. nu. 12.
* Affictus.] Solutio affictuum non facit, vt res sit feudalis licet solutum sit domino feudi, Afflict. decisi. 129. dub. Natta.
* Præsens.] Sequitur Matth. de Afflict. deci. 277. & in c. j. col. pe. ex qui. cau. feudum amitta. Natta.
b ¶Scripturam. non est verum etiam de iure. vt dixi in consue. parisi. in rub. de censi. ad fin.
* Emptor.] Fallit, si res singularis euicta fuisset, quia ipse non esset hæres. Ita Bald. in d. l. 1. per tex. in l. hoc autem, & in l. nisi. ff. de hær. vel actio. vendi. Natta.
* Cum vniuersitate.] Alex. consi. 125 col. pe. lib. 5. Natta.
* Secundum Bal.] Istud dictum Bal. pro notabili refert Fran. Are. in ru. extra de probatio. sed Decius ibi. in fi. reprobat, motus, quia duo testes faciunt plenam probationem quando causam non reddunt non interrogati glo. not. vbi Bar. & alij in l. solam. C. de testi. ergo vnus faciet semiplenam etiam sine causa scientiæ. Item quia in criminalib. dictum testis valet sine redditione causæ, non interrogati. Inno. vbi Bal. in c. præterea, de testib. Natta.
* Patientia.] No. ꝙ non sufficit scientia procuratoris d. l. Item veniũt. §. petitam, il secundo, non. n. est bona consequentia, procurator scit, ergo etiam dominus secundum Ang. in d. §. petitam. circa hoc tamen vide quæ latè scribit Feli. in c. cum M. col. 19. de constitutio. dũ tangit an sufficiat, si protestatio fiat procuratori. Et facit, quia factum à procuratore, & Socio præsumor ignorare. l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. fi. ff. pro suo. Et scientia procuratoris non est scientia domini. Alex. consi. 39. col. 4. in princ. lib. 6. Item nec scientia serui. Ias. in l. si res obligata. ff. de leg. j. Natta.
* Non probat.] Istud dictum improbat latè Soc. consi. 68. col. 3. lib. 4. Improbat etiam Areti. in c. per tuas de probat. vbi etiam Feli. ponit col. 4 & vide etiam Fel. in d. c. illud. col. 2. De hoc etiam dicto dubitat Ias. in l. ex his. C. de testa. mili. licèt istud sequatur con. 24. col. pe. lib. 3. & sequitur Dec. consi. 113. in fi. & con. 310. col. 2. & omnino eundem consi. 119. col. 3. ad fi. & consi. 343. col. 2. & consi. 348. col. fi. & consi. 539. circa princ. Vide aliquas declarationes per Parisi. consi. 82. nu. 75. lib. j. Natta.

CONSILIVM CXXXVII.

Vide supra consi. 88. quod hic duplatur.

SVMMARIVM.

1 *Reseruata principi aliæ etiam priuato mandari possunt.*
2 *An quasi possessio tabellionatus sufficiat vt valeant instrumenta, tenet quòd non, & generaliter quòd communis error non facit ius sine superioris authoritate. nu. 7. 8. 9. 10.*
3 *In legitimatione non requiritur specialis expressio legitimatis. sed, nume. 11.*
4 *Exemplum exempli non probat.*
5 *Scripturæ archiui non probant extra territorium, & contra non subditos.*
6 *Statutum disponens de vi probationis, non ligat nisi subditos.*
11 *Quare possessio legitimandi non potest acquiri sine scientia, & patientia superioris.*
12 *Hæres contraueniens testamento priuatur hæreditate si testator hoc statuit.*

CONSILIVM CXXXVIII.

Opportune consideratis his quæ in themate continentur. ¶Videtur circa prima consideratione, dicendum legitimationem Nicolai viribus subsistere, nam incipiendo à causa efficiente, certum est, quòd Comes palatinus. cui per priuilegium ab Imperatore facultas legitimandi concessa est, potest huiusmodi legitimationes

tiones illegitimè natis, maximè patre viuente, concedere, dato, ꝙ legitimatio sit de reseruatis principi. in aut. qui. mo. na. effi. sui. §. fi. cum ibi no. c. per venerabilem. qui fil. sint leg. l. j. C. de iu. au. anu. no. glo. in aut. ex complexu. C. de incest. nu.
1 †nam ea, quæ reseruata sunt principi, possunt per eū alij demandari. c. prudentiam. de offi. dele. l. vecti. ff. de pub. l. non solent. C. noua vecti. ¶Et etiam priuato potest concedi: vt dixit gl. in l. j. in verbo dare potest. in fi. ff. de tut. & cur. datis ab his. per quam glo. dicit in specie Bal. defendi priuilegia Comitum palatinorum super spurijs legitimandis. & illam glo. etiam ad hoc allegat Bal. in l. rescripta. in 2. col. C. de prec. imp. offer. ¶Et potest etiam facilè facultas concedi Comiti palatino cum potestate præiudicandi * iuri filiorū, si hoc in priuilegio concedatur: vt inquit Bald. in l. eum. ff. de testa. milit. prout etiam in proposito nostro fuit dicto Comiti cōcessum, vt possit legitimare. ¶Adeò ꝙ taliter legitimati etiam extantibus filijs legitimè natis admitterentur, & succederent æquis portionibus. de quo per Bar. in l. 2. in 7. col. C. de ser. & aqua. in d. l. rescripta. ad fi. & in c. domino guerram. in prin. in tit. hic finitur. l. & in aut. præterea. C. de nat. li. & per Ant. de Bu. in d. ca. per venerabilem. in 22. col. ¶Quinimò dato etiam ꝙ hoc nō esset specialiter expressum priuilegio, nec in legitimatione, a tamen non infringeretur legitimatio facta de spurio, per superuenientiam legitimorum, vt no. Ray. Bart. Bal. Ang. & Imo. in l. ex facto. in prin. ff. de vul. & pu. & Spec. & Io. An. in addi. in tit. de succ. ab intest. §. j. ver. sed ex facto. & Bald. in l. cum quis. C. de na. lib. & in l. eam quam. C. de de fidei. in 13. col. & Anto. de But. in d. ca. per venerabilem. in 33. col. ¶Nec de potestate dicti asserti Comitis videtur posse in dubium refricari: tum propter eius priuilegium registratum in lib. existente apud officium gubernatoris ciuitatis Mediolan. stante statuto Mediolanensi disponente, ꝙ fidem faciat. ca. cū dilectus. de fide instru. & arg. auth. ad hæc. C. de fide instr. & l. census. ff. de proba. c. ad audientiam. cum ibi no. de præscri. tum etiam, quia præsupponitur dictum assertum Comitem se gessisse pro Comite Palatino habente potestatem legitimandi, & plura instrumenta legitimationis ab eo facta exhiberi. Ex quibus habetur ꝙ pro quali se gessit. l. Barbarius. ff. de offic. præto. l. j. C. de testa. l. ad testamentum. §. conditionem.
2 ff. de testa. l. 3. ff. ad Mace. ¶Et per hoc diximus † ꝙ si aliquis gessit se diu pro tabellione, & plura instrumenta & acta confecit, postea apparet eum non fuisse tabellionem, quia non habebat priuilegium, tamen gesta per eum valeant b propter publicam vtilitatem, ita tenuit Bar. in d. l. Barbarius. & in fi. ¶Et ideo dixit gl. in l. cum lex. in fi. ff. de test. ꝙ infamis qui tamen reputatur bonæ famæ potest esse testis. ¶Bene facit quod no. glo. in fi. in c. decernimus, de sent. excom. in 6. & Inn. in c. pia. de exce. in 6. & Host. in ca. excommunicatus. §. studentes. de hæreti. & Ioan. And. in c. auaritiæ. de elect. in 6. ad idem, vbi dixit quod si communi opi. per errorem putabatur aliquem habere potestatem aliquam inuestiendi de beneficio, ꝙ comperto errore inuestitio non vitiabitur, quia communis error facit ius. d. l. j. C. de test. & in l. 3. in fi. ff. de supel. l. leg. cum fi. ¶Vnde disputando concludit Io. An. in regula mora, in mercu. quod si statutum episcopi priuat beneficiatos, quia intra mensem titulum suæ inuestitionis non posuerunt in memorialib. & canonici hoc facere omiserunt, tamen eis adhuc pacificè possidentibus vacauit ecclesia, & hi prælatum elegerūt, valebit electio. d. l. Barbarius. & d. c. 2. qui filii sint legi. ¶Pro hoc facit tex. in auth. de tabel. §. pen. ibi ipsis tamen documētis propter vtilitatem contrahentium non infirmandis, &c. vbi habetur, ꝙ tabellio non debet facere instrumenta per substitutum, si tamen faciat, punitur, & propter communem vtilitatem instrumenta valent. & subdit ibi Ang. quod sufficit tabellionem esse in communi possessione officii tabellionis, allegat no. per Inn. in c. cum dilectus, de fi. instr. vbi dixit ꝙ sufficit probare. ꝙ quis publicè officio notariatus fungebatur, vt instrumenta facta ab eo valeant tanquam publica allegat. l. 3. in prin. ff. ad Mace. ¶Et subdit Inn. ibi ꝙ credunt aliqui, ꝙ in hoc casu non sufficeret tantum ostendere duo instrumenta per eum facta, imò tot debent apparere euidenter, ꝙ appareat eū commune officium pro omnibus gerere, & idem no. Spec. in tit. de instru. edi. §. restat. vers. ex præmissis. el 2. iuncto versi. seq. per eundem in ti. de proba. §. j. ver. illud autem. cum seq.

¶Ad idem quod no. Bal. in l. non ignorat. in 5. col. C. qui accusa. vbi dixit ꝙ in casibus in quibus per priuilegium confertur alicui ius quod nemini nocet, vt ordo sacer, vel officium tabellionatus præsumitur pro eo qui est in quasi possessione allegat quod no. in gl. in d. l. 1. de tut. & cu. da. ab his. vnde infert ibi, quod ex quo Comes sacri palatii est in quasi possessione creandi tabelliones, vel legitimandi bastardos legitima sobole non existente, præsumitur pro his quæ facit publicè. al legat. d. l. Barbarius. secus si priuilegium alteri nocet, vt priuilegium exercendi iurisdictionem contentiosam in subditos alienos, quia non præsumitur pro nuda possessione, vt ibi per eum plenius in c. ad decimas. de restit. spo. in 6. ¶Ad idem qđ no. glo. in auth. de tabel. §. pen. in verb. documentis. in fi. quæ voluit ꝙ si notarius fuit condemnatus de falso, tamen ignoratur, cōis error facit vt instrumenta ab eo confecta teneant. argu. d. l. Barbarius. quam gl. pro singulari commendat & sequitur Bal. in l. iubemus. §. 1. de sacros. eccl. & in l. 2. C. de sent. & in l. 1. in vlti. col. C. de serui. & aqua. & in l. 1. C. de test. & in l. 1. C. de iur. & fac. ign. & in auth. habita. in 10. col. C. ne fi. pro pa. Inn. in c. qualiter & qñ, el 2. in gl. magna. de accu. & in ca. sciscitatus, de rescr. & Bal. in l. eadem, ad fi. ad iul. repe. ¶Nec hēt obstare, ꝙ in legitimatione non est narratum ꝙ dictus Nicolaus natus sit ex muliere tunc coniugata, sed solum est narratum patrem fuisse coniugatū, qm̄ hæc non videntur infringere legitimationem cum videatur sufficere, ꝙ in genere fiat mentio de illegitima natiuitate, vt vr̄ decidere Bal. in l. si qua
3 illustris. C. ad orph. vbi voluit, † qđ qñ Imperator legitimat
c spurium, sufficit exprimere in genere c ꝙ fuit illegitimè natus, nec debet descendere ad speciem speciei, puta ꝙ sit natus ex monacha vel ex incestu, nā clausula non obstat. eo. ti. in auth. quib. mo. na. effi. sui. cū gl. sua oia supplet, & quia genus includit speciem, maximè in fauorabilibus. ff. de leg. 3. l. si chorus. in prin. l. si duo. ff. de admi. tut. & voluit allegare Ioan. An. in loco de quo statim faciam mentionem. ¶Ad idem quod not. Host. & Io. And. in c. fi. de filiis præsby. vbi voluit ꝙ in dispensatione facta cum illegitimè nato, non requiratur ꝙ nomina, vel circunstantiæ parentum exprimantur, sed sufficit generalis mentio, quia stylus curiæ ita se hēt à quo discedi nō oportet alleg. c. quam graui, de crimine falsi, facit ad idem. l. fi. C. de iniur. l. 2. C. quemad. testa. ape. l. 3. §. fi. de testa. & maximè ne aliàs frustrentur & decipiantur tales gratias obtinentes. de dona. c. per tuas. & quod non requiratur expressio qualitatis spurietatis in legitimatione, voluit etiam Bald. in l. eum qui. aliàs inci. Pau. in fi. ff. de sta. ho. Bal. in c. naturales. in princ. si de feu. fue. cont. inter do. & agna. alle. no. per Io. An. in d. ca. fin. &c. ¶Sed præmissis non obstantibus, contrariam sententiam arbitror de iure veram, ad quod ostendendum præsuppono quod non constat legitimè de priuilegio, & ptāte legitimandi vt dicitur ab Imperatore concessa dicto Comiti: nam in instrumanto legitimationis insertum est quoddam exemplum * dicti asserti priuilegii registrati in quodam libro, vt dicitur. existente apud officium gubernatoris ciuitatis Mediola
4 ni, †sed ita est ꝙ exemplum exempli d fidem non facit. l. san-
d cimus. C. de diuer. resc. l. procurator. C. de eden. & plenè no. per doct. in auth. si quis in aliquo eo. ti. & in c. 1. de fid. instr. ¶Plus dicunt Richar. Malum. Cy. & Bal. in l. sancimus. ꝙ licèt primum scriptum faciat fidem quando est legitimè exemplatum, in auth. vt fratrum filii. §. illud. & l. chyrographis. ff. de admi. tut. c. cum dilecto. de confirmatione vtili vel inut. & d. c. fi. tñ secus est in exemplo exempli: quia non facit fidem sicut nec testimonium de auditu auditus: & nō reperitur hoc alibi secundum Bal. in d. l. sancimus. ¶Nec ob. quod credatur scripturis registratis in libris officii gubernatoris, velut scripturæ Archiui publici iuxta auth. ad hoc. C. de fi. inst. & in c. ad audientiam. & ibi gl. in ver. censuales. de præsc. & no. Bar. in auth. & si contractus. C. de fi. instr. maximè ex forma statuti ciuitatis Mediolani, quia respōdeo prout rñdent, & declarant signāter Nic. de mat. & Bal. in l. exemplo. C. de prob. vbi
5 dicunt †quod tales scripturæ faciunt fidem solùm infra e ter-
e ritorium illius ciuitatis, arg. l. fi. ff. de iuris. om. iu. & c. vt animarum de consti. in 6. vel dato, ꝙ haberet vires extra territorium, tamen secundum Bal. in d. l. exemplo. non faceret fidē, nisi contra illum qui esset subditus ratione contractus, vel aliqua occasione, etiam dato, quod consuetudo vel pari ratione statutum

statutum illius ciuitatis disponeret exprese qd talib. scripturis esset adhibenda fides scdm eum, vt est in casu nro. ¶Idē voluit Io.And.in addi.Spec.in tit. de instr.edi.§.nunc dicendū. in addi.magna.incip.quia de argentario.circa fin.illius additionis.& Ant.de Butr.in c.2.de fid.instr.in 3.col.in 8.uer.cū versi.seq.vbi dicunt ꝙ scriptura non auctentica recondita ꝑ officiales in Archiuo publico,tanq̄ publica fidem facit, vt d. ca.ad audientiam.& idem dicit, qn̄ scriptura longi tpis esset obseruata pro publica.l.1.in fi.& l. quod principis. de aqua plu.arc.tamen secundum eum ista procedunt solū quò ad illos,qui subiecti sunt iurisdictioni illorum, quorum authoritate custodiuntur.& idem tenuit Bal.in rub. C.de fid.instr.in pen.& melius in vlt.col.ver.sed restat,&c.¶Sed ita est, ꝙ reus contra quem producitur legitimatio,& priuilegium, non est suppositus iurisdictioni ciuitatis Mediolani,nec etiam ibi vertitur lis,ergo dicta scriptura fidem non facit.¶Ad idem ꝙ no. Cy.& Bal.in l.receptitia.C.de consti.pecu. vbi quærit an statutum conditum ab vniuersitate mercatorū debeat seruari in alia curia:& dicit ibi Bal.ꝙ aut statutum ꝓuidet circa ordinē procedendi summatim &c.& tunc non seruatur nisi in illa curia:aut circa decisoria, vt puta statutum disponit ꝙ scriptura priuata facit plenam fidē,& tunc seruabit in quolibet foro.allegat.no.in l.ex ea.ff.de postu. sed istud est verū quò ad personas subditas statuentib.non inter alias personas: ita dicit in
6 d.l.receptitia.¶Præterea est communis conclusio,†ꝙ statutū disponens de effectu probationū ēt circa decisoria non ligat, nisi subditos ratione contractus vel alia rōne,vt no. plene Io. Cal.in disputatione sua inci.Bonon.statuto &c. & refert Bal. post Cy.in l.j.ad fi.C. quæ sit long.consue.& in l.cunctos populos.C.de sum.Tri.& doct.in c.qd clericis.de fo.comp.per no.per gl.in l.1.C.de eman.li.& in d.l.1.C. q̄ sit lon.consue. & ꝑ no.Spe.in tit.de ferijs.§.1.ver.sed pone.& in ti.de const. §.1.ver.sed pone.cum si.¶Præsupposito ergo ꝙ legitimè non constat de priui. legitimandi vt probaui,sequitur ꝙ legitimatio tanq̄ facta à non habente ptātem non valet.C.si à non cōpe.iud.per totum.c.ad nostra.de consti.¶Nec ob.si appareat prædictū legitimantem fuisse publicè communi opi. reputatum Comitem palatinum, & habentem ptātem legitimandi, & plures legitimationes fecisse, de quib. non refertur in dubiū: quia respondeo ꝙ hæc non sufficiunt nisi constet de authoritate superioris.i.principis.¶Hoc.n.primò tenuit Iac. de Are.in disputa.sua incipiente quæro ergo produco contra te
7 instrm &c. vbi quærit†quid si produco contra te istrm in forma publica redactum per manum Titij,qui fuit multo tpe in
* quasi possessione tabellionatus*& multa confecit instrā,tu negas eum fuisse tabellionem, an sufficiat probare ꝙ multo tpe pro tabellione se gessit & officium exercuit, & dicit ꝙ mihi
